D est, quod de rebus politicis latum. Estque hoc vel * Universale, (93) H 6
quod omni generi humano latum est. *Grot. de Jur. B. & P. lib. 1. c. 1. n. 15.*
D *E g Lev. 18. & 20.* vel * Particulare, quod h. 7
tantum populo Judaico datum, & Christianos non (94) obligat. *Reink.* 8
d. cl. 2. c. 3. num. 1. 2. Luth. tom. 1. Witteb. lat. Vol. 7. pag. 435 vid. omni-
D *no Zepper.* (95) *d. lib. 1. cap. 8. 9. 10. 11 12.* * Jus HU- e. 9
MANUM est, cujus homo est conditor. *Amis. de consc. lib. 5. cap. 1.*
§. 2. Hugo de Roy. tr. de eo, quod justum est. lib. 1. tit 4. in pr. propter 10
humanam malitiam coërcendam. (96) *vid. C. Fach. 1. dist. 4. vid. No-*
† *vel. Leon. 83. pr. Winckler. de princ. Jur. lib. 4. c. 2. in fin* Estque
D vel * *JUS GENTIUM*, (97) quod gentes ex communi & generali ra- I 11
tione de illis, quæ arbitraria sunt, sibi propter communem utilitatem
constituerunt *§ 2. I. d. I. N. G. & C.* De divisione in primævum & 12
secundarium *vid. Fr. h. num. 112.* (98)
D vel * *JUS CIVILE* (99) quod cujuslibet reipubl. Legislator in i. 13
proprium reipubl. commodum constituit. *§. 1. I. de I. N. G. & C. 9. h.* Hoc 14
colligitur ex præceptis naturalibus & Gentium, *§. 5. h.* sc. illis aliquid ad- 15
dendo, (100) detrahendo &c. *6. h.* Hujus extranei non habent usum. (101) 16
9. h. 17. §. 1. de pæn.

DE ORIGINE JURIS. l. 2.

HUjus tit sunt tres partes: [1] de origine & progressu Jur. civil. qui A 17
hic est. Principio omnia arbitrio Regis gubernabantur. *2. §. 1.* Ci- 18
vitate in XXX Curias distributa, Romulus ejusque successores LL. tule- 19
runt suffragio Curiarum, quas ab initio dixerunt curiatas l regias, postea 20
jus Papirianum, quia Sextus Papirius in unum librum eas conscripsit, 2. 21
§. 2. h. L. 2. de mort. infer. (102)

Regi-

1 *An hoc Jus Morale omnes homines ad integram obedientiam obligat?* ℞. Affir. quia toti generi humano est latum.

2 *An inter hoc Jus Morale, & Jus Naturæ est essentialis differentia?* ℞. Neg.

3 *Quid est Jus Divinum revelatum Ceremoniale?*

4 *An hæ Leges Ceremoniales post Christum vigent?* ℞. Neg. sed sunt mortuæ.

5 *Quid est Jus Divinum Forense sive Judiciale?*

6 *Quotuplex est hoc Jus Forense?* (℞. Est vel Universale, vel Particulare) & *quid est Jus Forense* Universale?

7 *Quid est Jus Forense* Particulare?

8 *An hoc Jus Forense* Particulare *Christianos quoque obligat?* ℞. Neg.

9 *Quid est Jus Humanum?* ℞. Cujus homo est conditor.

10 *Quem in finem hoc Jus humanum est conditum?* ℞. Propter malitiam humanam coërcendam.

11 *Quotuplex est Jus humanum?* (℞. Duplex: Vel Jus Gentium, vel Jus Civile) & *quid est Jus Gentium?*

12 *Quis agit de divisione Juris Gentium in primævum & secundarium?* ℞. Franzk. h. t n. 122.

13 *Quid est Jus Civile?*

14 *Unde hoc Jus Civile colligitur?* ℞. Ex præceptis naturalibus & Gentium.

15 *Quomodo ex his colligitur?* ℞. Scil. illis aliquid addendo, detrahendo &c.

16 *An hujus Juris Civilis etiam* Extranei *habent usum?* ℞. Neg.

17 *Quot sunt hujus Tituli partes, & de quo (1) agitur?*

18 *Quomodo principio (scil. Civitatis) omnia gubernabantur?* ℞. Arbitrio Regis.

19 *In quot Curias Civitas distributa fuit, & quomodo Romulus ejusque successores Leges tulerunt?*

20 *Quomodo has Leges ab initio dixerunt, & quomodo postea?*

21 *Cur Jus Papirianum dictum?* ℞. Quia has Leges Sextus Papirius in unum librum conscripsit.

Regibus exactis Populus incerto jure utebatur, *2. §. 3.* donec LL. XII 1
tabb. acceperit *vid. Zepper. d. LL. Mos. lib. 1. c. 13. Hugo de Roy, de eo, quod*
justum est. lib. 1. tit. 8. § 5. vid. Liv. lib. 3. His accesserunt, & usu auctori- 2
tatem acceperunt interpretationes prudentum, quæ jus civile dicebãn- 3
tur. *2. § 5. 12. h. pr. I. de acq. per arrog. L. 2. de usur. vid. Fr. h. n. 29. & de in-*
off. test. n. 9. Eodem fere tempore cœperunt actionum (103) formulæ. 4
2. §. 6. 7. Ferebantur LL. a populo, *2. §. 8. in f. h. junct. §. 4. I. de I. N. G.* 5
& C. Plebiscita a plebe, *2. §. 8. h. §. 4. I. de I. N. G. & C. vid. Fr. h. num. 25.* 6
a senatu SCta, *2. §. 9. h. §. 5. I. de I. N. G. & C. vid. Fr. h. num. 28.* Et ma- 7
gistratus sua edicta proposuit, primum annua, postea vero perpetua. *2. §.* 8. 9
10. h. vid. Fr. h. num. 32. & seqq.

Lege regia lata, [*vid. Tac. 1. annal. vid. 2. §. 11. h. § 6. I. de I. N. G. & C.*] 10
Augustus (104) ejusque successores varias Constitutiones (105) promul-
garunt, *2. § 11.* quas ab Hadriano usque ad Valerianum & Galienum (106) 11
collegit Gregorius JCtus; usque ad Constantinum M. Hermogenes JCtus; 12
usque ad Theodos. Jun. ipse Imperator Theodosius. (107) Ex his tri- 13
bus Codicibus, additis posteriorum Imperatorum Constitutionibus, fe- 14
cit Justinianus novum Justinianeum Codicem. Reliquerunt Imperato-
res etiam Senatui simulacrum aliquod pristinæ auctoritatis (108) in LL. 15
ferendis. (109) *9. de LL. 32. princ. de don. int. vir. & ux. L. 9. ad SCt. Ter-*
tyl. 1. de feriis, 16. de sponsal. vid. L. 1. de reb. eorum, qui sub tut. 60. de R. N. 8.
de transact. junct. L. 23. § 2. de condict. indeb. 7. C. de præd. min. 1. C. de in-
terdict. matr. Similiter a Jureconsultorum responsis (110) recedere 16
judex non poterat. *§. 8. I. de I. N. G. & C.* Prætorum edicta suam aucto- 17
ritatem retinebant. Hæc jussu Hadriani collegit Salvius Julianus, *Const.* 18
Tanta. § 18. de conf. ff. L. 9. C. de condict. indeb. quod opus perpetuum edi- 19
ctum (111) dicitur.

De reliquis tituli hujus partibus, *Magistratuum sc. & Prudentum suc-* 2. 20
cessione, *vid. l. 2. §. 16. & seqq. h.* 2.

DE LEGIBUS, SENATUS CONS. ET LONG. CONSUET.

L 3.

D JUS Rom. rat. Finis (112) est * vel *PUBLICUM*, quod principaliter ad A 21
utilitatem reipubl. (113) spectat, *§. ſ. I. l. 1. §. 2. de I. & I.* de quo *lib. 1.*
tit. 11. 12. Codic. Aur. Bull. Capit. Imperat. Recess. Imper. &c.

D * vel *PRIVATUM*, quod principaliter ad 2. 22
privatorum utilitatem spectat. (114) *§. ſ. I. de I. & I.* Ratione caus. eff. 23
D est I. * *SCRIPTUM* *§. 3. I. de I. N. G. & C. L. 6. §. 1. de I. & I.* quod ex- B
pressa

1 *Quonam Jure, exactis Regibus, populus Romanus utebatur, & quousque?* ℞. Incerto Jure, donec LL. XII Tabb. acceperit.

2 *Quænam Legibus XII Tabb. accesserunt?* ℞. Interpretationes prudentum.

3 *Quomodo hæ interpretationes dicebantur?* ℞. Jus Civile.

4 *Quando cœperunt Actionum Formulæ?* ℞. Eodem fere tempore.

5 *A quo ferebantur Leges?* ℞. A Populo.

6 *A quo ferebantur Plebiscita?* ℞. A Plebe.

7 *A quo ferebantur SCta?* ℞. A Senatu.

8 *Annon etiam Magistratus sua Edicta proposuere?* ℞. Affir.

9 *Qualia Edicta Magistratus primum, & qualia postea erant?* ℞. Primum annua, postea vero perpetua: nam annuum etiam erat illorum Imperium. Quoniam tamen inconveniens videbatur, ut toties Edicta, inprimis æquissima & Reipublicæ utilissima, mutarentur: hinc subsequentibus temporibus hæc Edicta facta sunt perpetua. Lauterb. *Diss. de Separat. cap. 2. § 1.* Jac. Gothofr. *Hist. Jur. c. 2. p. 10.*

10 *Quando Augustus, ejusque successores varias Constitutiones promulgare cœperunt?* ℞. Lege Regia lata: h. e. Potestate Regia a Populo in Augustum, ejusque successores non *cumulative* (quod morose defendit Limnæus per *l. 1. §. 1. ff. ad L. Jul. Maj.*) sed *privative* translata.

11 *Quis eas ab Hadriano usque ad Valerianum & Galienum collegit?* ℞. Gregorius JCtus, unde Codex Gregorianus.

12 *Quis eas usque ad Constantinum Magnum collegit?* ℞. Hermogenes, unde Codex Hermogenianus.

13 *Quis eas usque ad Theodosium Juniorem collegit?* ℞. Ipse Theodosius, unde Codex Theodosianus.

14 *Unde Justinianus confecit novum Justinianeum Codicem?* ℞. Ex his tribus Codicibus, additis posteriorum Imperatorum Constitutionibus.

15 *Quid, statu Monarchico iterum introducto, Imperatores fecerunt, & an tamen Imperatores Senatui reliquerunt aliquod simulacrum pristinæ auctoritatis in Legibus ferendis?* ℞. Affir. ne scil. statim in principio regiminis odium subditorum in se converterent.

16 *An Judex a JCtorum Responsis recedere poterat?* ℞. Neg.

17 *An Prætorum Edicta suam auctoritatem retinebant?* ℞. Affir.

18 *Quis Edicta Prætorum collegit?* ℞. Salvius Julianus jussu Hadriani.

19 *Quomodo hoc Opus Edictorum Prætorum vocatur?* ℞. Perpetuum Edictum.

20 *Ubi de reliquis hujus Tituli partibus, Magistratuum scil. & Prudentum successione agitur?* ℞. Late de his agitur in *l. 2. §. 16. seqq. h. t.*

21 *Quotuplex est Jus Romanum ratione Finis?* (℞. Duplex: Vel Publicum, vel Privatum) *& quid est Jus Romanum Publicum?*

22 *Quid est Jus Romanum Privatum?* ℞. Quod principaliter ad privatorum utilitatem spectat.

23 *Quotuplex est Jus ratione Causæ efficientis?* (℞. Est vel Scriptum, vel non Scriptum) *& quid est Jus scriptum?*

1 *Quo-*

pressa (115) Legislatoris voluntate rogatur (116) *pr. § 2.* *Civile, quod C 1
ex LL., Sctis, Plebiscitis, PP. plac. & respons. prudent. venit. *Praetorium, c. 2
C quod Praetores, (117) introduxerunt. *§ 3. & seqq. I. de I. N. G. & C.* Jus 3
scriptum fit voluntate Legislatoris expressa *vid. § 3. de I. N. G. & C.* (118)
observantia non requiritur, (119) *arg. pr. h. Carpz. 2. decis. ...* nec ratio 4
impulsiva (120) attenditur 20. 21. *vid. tamen* (121) *ja ... ad L. Aquil.* 5
S *Fr. h. n. 19. & seqq. n. 33.* Subjectum ejus sunt Legislatoris subjecti, qui- 6
bus illud jus praescribere voluit. *3. C. h. 1.* non etiam ipse Legislator, sc. 7
quoad vim coactivam (122) *pr. h. 16. C. de donat. inter vir. & ux. Novell.*
... *vid. tamen* (123) *L. 4. C. h. 13. de Legat. 3. § f. I. quibus mod.*
O *test. infirm. 3. C. de testam. 7. C. qui test. facere poss. 8. § 2. de inoff. test.* Obje- 8
ctum res possibiles (124) futurae, (125) [*vid. tamen 7. C. h. ... de eviction.*
...] indifferentes, (126) *... de R. I. ... 7. C. h. 19. C. de testam. vid. Berl.*
part. 1. dec. ... Gail. ... O. ... saepe accidentes. (127) *... h. vid.*
E *tamen* (128) *§ 11. & seq. I. de R. D.* Post duos menses (129) a promul- 9
gatione (130) obligat ad scientiam, (131) *9. C. h. 12. C. de jur. & fact. ign.*
vid. Nov. 66. c. 1. ad obedientiam, *... C.* etiam per indirectum (132) 10
in conscientia, *Rom. 13. v. 1. ... Petr. 2. v. 13. Hugo de Reg. ... de ... quod ju-*
stum est, L. 2. c. 2. vel ad poenam, si sit adjecta. *... L. ... § f. C. de donat. ... C.* 11
de LL. ... de Pact. ... C. de testam. ... quaest. ...

O Jus Civile, quoad intentionem Legislatoris est perpetuum, *... pr. C.* 12
de ... habere C. ... pro. part. nec facile mutetur. *... de*
const. PP. Nov. ... pr. praef. ... ad Tac. 3. annal. pag. 186. Winckler ... 13
de pr. Jur. lib. 3. cap. 7. propter evidentem utilitatem tamen mutatur, *c.*
... de consang. & affin. § ... I. de I. N. G. & C. 7. de reft. ... integr. 14
N. 3. ... pr. praef. licet clausula perpetuae Legis sit adjecta. (133) *arg. pr. in* 15
fin. de recept. qui arbitr. ... § ... ad SC. Trebell. Carpz. de L. Reg. cap. ...
... & seqq. arg. ... R. I. Abrogatur Lex Lege contraria, 16
§ ... I. de I. N. G. & C. ... h. L. f. de const. PP. ... de Const. ... vel tacita Le- 17
gislatoris voluntate, e. g. si causa finalis adaequata (134) omnino & in 18
totum cessat, *... de jur. patronat. L. f. de SC. Silan. vid. Tiraquel. ...*
cessante causa, aut terminus Legis sit elapsus, (135) *... de ... & pup. subst.* 19
... § ... pr. § 3. de pact. aut contrarium diu & frequenter observatum. *ja.* 20
§ ... arg. ... pr. C. de jur. ... 1. § 2. de ... Carpz. decis. ...
... [obst. (136) L. 2. C. quae sit long. consuet.]

D *JUS NON-SCRIPTUM [*sive Consuetudo*] est Jus, quod tacita b 21
Legislatoris (137) voluntate introductum. *pr. § ... de LL. § 9. I. de I. N. G.*
& C. arg. ... § 2. ... Menoch. Ad quam eliciendam (138) requiritur 22

(1) pri-

1 *Quotuplex est hoc Jus scriptum, & quid est Jus Civile?*

2 *Quid est Jus Prætorium?*

3 *Quomodo fit Jus scriptum?* ℞. Legislatoris *expressa* voluntate.

4 *An ad Juris scripti subsistentiam* observantia *requiritur?* ℞. Neg.

5 *An ratio impulsiva attenditur?* ℞. Neg

6 *Quodnam est* Subjectum *Juris scripti?* ℞. Legislatoris subjecti.

7 *An etiam ipse Legislator ad hoc Subjectum Juris pertinet?* ℞. Neg. scil. quoad vim coactivam; quia aliis, non sibi ipsi Jus præscribere voluit.

8 *Quæ res sunt Objectum Juris scripti?* ℞. Res possibiles futuræ, indifferentes, sæpe accidentes.

9 *Post quantum temporis spatium obligat Lex a Superiore lata?* (℞. Post duos menses a promulgatione) *& ad quid Lex a Superiore lata obligat post duos menses?* ℞. Ad scientiam.

10 *An etiam obligat ad obedientiam, & per indirectum in conscientia?* ℞. Affir.

11 *Quando Lex obligat ad pœnam?* ℞. Si pœna est adjecta.

12 *Quamdiu durat Jus Civile, & quo respectu?*

13 *An Jus facile est mutandum?* ℞. Neg Dum enim nova Jura in Republ. innotescunt, in eadem multa incommoda quoque oriri possunt. Imo crebra mutatio prudentiæ regulis contrariatur, & Legislatorem vel imprudentiæ, vel impotentiæ arguit.

14 *An tamen propter evidentem utilitatem mutari potest?* ℞. Affir. Nemo enim potest sibi legem dicere, a qua iterum recedere non possit.

15 *An etiam tum mutari Jus potest, etsi Clausula perpetuæ Legis adjecta?* ℞. Affir.

16 *Quomodo Lex abrogatur?* ℞. Lege contraria.

17 *An Lex etiam tacita Legislatoris voluntate abrogatur?* ℞. Affir.

18 *Da Exemplum, quomodo hoc fieri solet?* ℞. Si causa finalis adæquata omnino & in totum cesset.

19 *An Lex quoque tacite mutatur, si terminus Legis elapsus?* ℞. Affir.

20 *An etiam Lex tacite mutatur, si contrarium diu & frequenter observatum?* ℞. Affir.

21 *Quid est Jus non-scriptum, seu Consuetudo, Germ.* Eine Gewohnheit, altes Herkommen? ℞. Est Jus, quod tacita Legislatoris voluntate introductum.

22 *Quænam ad hanc voluntatem eliciendam requiruntur?* ℞. Publica actuum frequentia.

C [1] publica (139) actuum frequentia, *1. C. quæ sit long. consuet. vid. Carpz. p. 2. c. 3. def. 22. num. 7. Gail. 2. O. 31. num. 7.* nullo contrario actu (140) interrupta, *arg. c. f. X. de consuet. f. C. quæ sit longa consuet. Reink. l. 2. cl. 2. c. 9. num. 17. Berl. p. 1. decis. 74. num 6. Layman. in Theol. moral. lib. 1. tr. 4. c. 24.* [2] diuturnitas temporis: (141) *32. §. 1. 35. h. t. 2. Cod. quæ sit long. consuet.* de utroque horum cognoscit Judex. (142) *arg. 1 §. 2. de Jur. delib.* Ratione subjecti, objecti, effectus &c. non differt a Jure scripto, 1 2 3 4
E (143) *32. §. 1. h §. 9. I. de I. N G. & C. f. C. quæ sit long. consuet* Legem dubiam interpretatur, *37. & seq. h.* contrariam pro parte, vel totam tollit, *32. §. 1. h. c fin. X de consuet §. 11. I. de I. N. G. & C.* modo ab allegante legitime fuerit probata, (144) *Carpz. p. 2. C. 3. def 22.* vel per se sit notoria. (145) *arg. c. 3. x. de testib. cog. Gail. 2. O. 31. n. 19. vid. Jac. Schultes lib. 2. qu. 76. & seqq.* Consuetudo Juri divino contraria, dicitur irrationalis, nec est observanda. (146) *C. f. x. de Consuet. c. mala cons. dist. 8.* 5 6 7 8

DE CONST. PRINCIPUM. I. 4.

D CONSTITUTIONES sunt Jura ab Imperatore promulgata: *1. pr. §. 1. h.* quod si fiat motu * proprio, dicuntur EDICTA (147) f. LL. edictales; *d. l. 1. §. 1. h. §. 6. I. de I. N. G. & C 6. C. de sec. nupt.* si 9
† * alieno, dicuntur A 10
D * *RESCRIPTA*, (148) quæ sunt Responsa Principis ad relationem aliorum emissa, *f. C. de divers. rescript.* & sunt I. Annotationes, (149) I. Epistolæ, (150) I. pragmaticæ Sanctiones (151) *vid. Fr. h. n. 16.* sub- & obreptitiæ (152) nullius sunt momenti, (153) *f. C. de divers. rescript. Trentacinq. lib. 1. tit. de rescript. resol. 5 vid. Reink. lib. 2. cl. 2. cap. 8. num. 1. & seqq. Perez. in C. lib. 1. tit. 19. & seq.* B 11 12 13
D * Et *DECRETA*, (154) quibus Princeps inter partes litigantes causa cognita pronunciat, *§ 6. I. de I. N. G & C.* quæ propter Principis auctoritatem jus commune faciunt; (155) *f. C. de I. L.* etiam interlocutoria, *1. §. 1. h.* nisi de alia Principis mente constet. (156) *3. C. de LL.* b. 14 15 16
D A subjecto dividuntur in * *GENERALES*, quæ omnes tenent, & C 17
D * *SPECIALES*, sive *PRIVILEGIA*, quæ sunt jus singulare, (157) contra juris generalis tenorem, (158) administrandæ æquitatis causa, alicui concessum. *§. 6. I. de I. N. G. & C. L. 1. § 2. h. Exenbel de privileg. lib. 1. cap. 11 num 6.* c. 18
† Hæc sunt ratione finis odiosa, (159) 19
† I. favorabilia sive beneficia. *§ 6. I. de I. N. G. & C. 1. §. 2. h. Exenck. d. tr. lib. 2. cap. 1. num. 6.*
D Ratione subjecti * *PERSONALIA*, quæ personis con- D 20

1 *Qualis frequentia requiritur?* R. Nullo contrario actu interrupta.

2 *Quid ratione temporis requiritur?* R. Diuturnitas.

3 *Quis de utroque requisito cognoscit?* R. Judex.

4 *Qua ratione Jus non-scriptum non differt a Jure scripto?* R. Ratione Subjecti, Objecti, Effectus &c.

5 *Quis est effectus Juris non-scripti?* R. Legem dubiam interpretatur, (Exemplum est 2. *F. 26. §. Naturales*) Legem contrariam vero pro parte, vel totam tollit. Exemplum in Jure retractus est in *l. 14. C. de contrah. empt. ibique Brunnem.* nisi Legi addita sit *Clausula derogatoria* omnis futuræ consuetudinis, quoniam ita præsumi nequit *tacita* Principis voluntas. Auth. *Navigia. Cod. de Furt.* Ordin. Crim. *Art. 218.* Exemplum habet Autor *pag. 232.* Lauterb. *Ex. 2. Concl. ult.*

6 *Sed a quo probari debet consuetudo?* R. Ab allegante.

7 *An probari debet consuetudo, si illa est notoria?* R. Neg.

8 *Quæ consuetudo dicitur* irrationalis, *& an ejusmodi consuetudo irrationalis est observanda?*

9 *Quid sunt Constitutiones?* R. Sunt Jura ab Imperatore promulgata.

10 *Quomodo dicuntur hæ Constitutiones, si fiunt proprio motu?* R. Edicta, sive Leges Edictales.

11 *Quomodo vero dicuntur Constitutiones, si alieno motu promulgantur?* (R. Rescripta) *& quid sunt Rescripta?*

12 *Quotuplicia sunt Rescripta?* R. Sunt l. Annot. l. Epist. l. pragm. S.

13 *Cujus momenti sunt sub- & obreptitia Rescripta?* R. Nullius momenti, cum secundum Jus Canonicum, Clausula: *Si preces veritate nitantur*, in quolibet Rescripto tacite subintelligatur.

14 *Quid sunt Decreta?*

15 *An hæc Decreta J*[illegible]*mune faciunt, & cur?*

16 *An etiam Principis Decreta* interlocutoria *Jus commune faciunt?* R. Affir. Nisi de alia Principis mente constet.

17 *Quomodo dividuntur Constitutiones a* Subjecto, *& quid sunt Constitutiones* Generales?

18 *Quid sunt Constitutiones* Speciales, *seu Privilegia?* R. Sunt Jus singulare, contra Juris generalis tenorem, administrandæ æquitatis causa, alicui concessum.

19 *Quotuplicia sunt Privilegia ratione Finis?* R. Dupl. vel odiosa, vel favorabilia sive Beneficia.

20 *Quotuplicia sunt Privilegia ratione Subjecti?* (R. Dupl. vel Personalia, vel Realia) *& quid sunt Privilegia Personalia?* R. Quæ personis concessa, illis immediate cohærent, & cum persona extingvuntur.

concessa, illis immediate inhærent, & cum persona (160) extinguuntur.
68. 196. de R. I. 42. de adm. & peric. tut 3. in fin. de censib. 1. § 43. de aqua quo-
tidian. [Commodum tamen hujus privilegii ex speciali juris dispositio- 1
ne (161) etiam ad alios (162) extenditur, *6. C. de profess. & med. 2. §. f. C.*
de Episc. & Cler 13. C. de dignitat. & ad heredes (163) transmittitur. *6. de* 2
rest in integr. 20. C. ad SCt Velle. 7. §. 10. ad SCt Macedon. 19. de minor. L.
X *un. C si advers dot. vid.* (164) *35. 40. 59. 63. §. 1. pro soc.*] Talia sunt: bene- 3
fic. (165) competentiæ, *12. 18 sol. matr 63. §. 1. pro soc.* Dotis, (166) *un. C. de*
privil. dot 12 §. 1. C. qui pot. in pign. vid. Carpz. (167) *part. 1. c. 28. d. 98 &*
seq. Pupilli, *19. §. 1. de rebus aut. Jud. poss 42. de adm. & peric. tut.* Mi-
norum, Restitutionis, SCti Vellejani, Nobilium, Doctorum, (168) 4
Studiosorum &c.

D * *REALIA*, quæ rei concessa, ei- d. 5
dem immediate cohærent, & cum illa ad quosvis possessores (169) trans-
X eunt. *68. 196. de R. I. l. 1. §. 43. de aq. quotid. L. 3. §. 1. in f. de censibus.* Qualia 6
sunt Beneficium, quod datur (170) judicatis, *f. § f. C. de usur. rei judic.*
29. de re judic. Immunitates prædiis datæ. *L. 3. L. 4. de jure immunit.*
in dubio (171) reale censetur, si causa impulsiva est res; personale vero, 7
si est persona; gratuitum personale, quodque per modum conventio- 8
nis (172) acquiritur, reale. *9. de probat. vid. Gail. 2. O. 2. n. 13. Joh.* 9
a Sande, ad L. 68. de R. I. Alias privilegiorum divisiones habet (173) 10
Eveneck. d. l. 2. c. 1.

C *CONCEDUNT* privilegia, qui LL. ferre (174) possunt, *§. 6. I. de I.* 11
N. G. & C. 1. §. 1. B. Reink. lib. 2. cl. 2. cap. 9. vid. Carpz. de L. Regia c. 12. n.
8. voluntate expressa, (175) tacita, *35. C. de Episc. & Cler.* motu proprio, 12
(176) l. ad preces aliorum, *vid. Eveneck. lib. 1 cap. 5.* ob varias (177) cau- 13. 14
S sas, *vid. Eveneck. lib. 1. cap. 10.* *REBUS* l. *PERSONIS*, conc[illegible]us juri
quodammodo (178) subjectis, *Reink. de R. S. & E. lib. 2. cl. 2. cap. 8. n.* 15
O *24. Eveneck. lib. 1. cap. 4. num. 30.* in causis ad illorum potestatem per- 16
tinentibus, *arg. §. 11. I. de I. N. G. & C. 7. C. de natural. lib. Carpz. p. 4.*
const. 9. d. 6. 7. Gail. 2. O. 58. num. 1. 2. nec in injuriam (179) alterius 17
41. de admin. & peric. tut. 2. § 10. & 16. ne quid in loc publ. 4. C. de
E *emancip.* Explicantur ratione concedentis (180) latissime, *3. h.* quo- 18
ad tertium vero strictissime. (181) *2. § 10. 16. ne quid in loc publ. 43.* 19
pr. de vulg & pup. subst. Reink. d. l. n. 37. Carpz. p. 2. d. 113. num. 13.
14. Privilegiatus contra æque privilegiatum non utitur jure (182) 20
suo. *arg. 9. de excus. tut. 11. §. 1. C. qui pot. in pign. 11. §. 6. de minor.*

Carpz.

1 *An tamen commodum hujus Privilegii Perſonalis etiam ad alios extenditur, & ex quo fundamento?*

2 *An commodum Privilegii Perſonalis ad heredes quoque tranſmittitur?* ℞. Affir.

3 *Da Exempla Privilegiorum Perſonalium?* ℞. Talia ſunt Beneficium competentiæ, Dotis, Pupilli, de quo vid. Autor. pag. 405.

4 *An & Privilegium Minorum, Reſtitutionis in integrum, SCti Vellejani, Nobilium, Doctorum & Studioſorum* Perſonale *eſt?* ℞. Affir.

5 *Quid ſunt Privilegia Realia?* ℞. Quæ Rei conceſſa, eidem immediate cohærent, & cum illa ad quosvis poſſeſſores tranſeunt.

6 *Da Exempla Privilegiorum Realium?* ℞. Talia ſunt: Beneficium, quod datur Judicatis, Immunitates prædiis datæ.

7 *Quando Privilegium in dubio cenſetur* Reale, *& quando cenſetur* Perſonale?

8 *Quale eſt Privilegium gratuitum?* ℞. Perſonale.

9 *Quale vero, ſi per modum conventionis acquiritur?* ℞. Reale.

10 *Quis habet alias Privilegiorum Diviſiones?* ℞. Georg. Acat. Enenckel. in Tract. de Privil. Juris Civil. Lib. 2. Cap. 1.

11 *Quinam poſſunt concedere Privilegia?* ℞. Qui Leges ferre poſſunt.

12 *Quomodo conceduntur Privilegia ratione voluntatis?* ℞. Voluntate expreſſa & tacita.

13 *Quomodo conceduntur Privilegia ratione motus?* ℞. Motu proprio, vel ad preces aliorum.

14 *Ob quas cauſas, & quibus conceduntur Privilegia?*

15 *Qualibus Rebus & Perſonis Privilegia conceduntur?*

16 *In quibus Cauſis conceduntur?* ℞. In Cauſis ad illorum, ſcil. concedentium, poteſtatem pertinentibus.

17 *An in injuriam alterius concedi poſſunt Privilegia?* ℞. Neg.

18 *Quomodo explicantur Privilegia ratione concedentis?* ℞. Latiſſime.

19 *Sed quomodo explicantur Privilegia quoad Tertium?* ℞. Strictiſſime.

20 *An privilegiatus contra æque privilegiatum jure ſuo uti poteſt?* ℞. Neg.

Carpz. p. 1. d. 3. n. 17. Richter p. 2. decis. 100. n. 98. vid. Tractat. lib. 1. tit. de rescript. resol. 1.

L. EXTINGUUNTUR [1] revocatione concedentis, scil. si ex me- 1
ra (183) gratia fuerint concessa, *arg. §. 11. de I. N. G. & C. 100 & 101.* 2
§. 1. de R. I. Carpz. 1. decis. 47. num. 16. Reinh. d. l. num. 29. Enenck.
l. 3. c. 4. [2] subjecto (184) eorum sublato, *61. 196. de R. I. Enenck.* 3
d. l. 3. c. 13. [3] finita (185) personarum qualitate, propter quam 4
sunt indulta, *6. §. 14. de excus. tut. 4. §. 1. de mun. & hon. cap. 60. x.*
de appellat. 67. §. 1. de Legat. 2. vid. tamen (186) *L. f. de Decurion. 17.*
C. de quaestion. L. 11. tot. qui C. de excus. mun. Richt. p. 1. decis. 4. n. 17.
[4] renunciatione tacita (187) & expressa, *c. 6. x. de privil. arg. L. p.* 5
C. de pact. 41. de min. Enenck. lib. 3. cap. 17. [5] tempore privilegio 6
(188) adjecto: *arg. 17. §. 1. de pact. 20. de test. milit. Enenck. lib. 3.*
cap. 15. num. 1. *NON ETIAM* morte (189) concedentis. *arg. c. f. x.* 7
de precar. cap. 7. de offic. & potest. judic. deleg. in 6. Enenck. lib. 3. cap.
2. num. 4. Confirmatio successorum tamen utilis (190) videtur. *Bux-* 8
torff. ad A. B. 6. 37. lit. D. Surd. consil. 409. num. 16. vid. Enenck. lib. 3.
c. 5.

LI. HODIE in Imperio *LL. UNIVERSALES* fert Imperator, cum 9
consensu Statuum. *Capitulat. Imperat. §.* Wir sollen und wollen 10
auch sonderlich 2. Reichs-Abschied zu Worms *anno 1495. in pr. & c.*
Carpz. de L. Reg. cap. 3. sect. 1. *PROVINCIALES* & particulares, sin- 11
guli Status in suis territoriis vi superioritatis territorialis, kraft Lan- 12
des-Fürstlicher, oder hoher Landes-Obrigkeit. Quae licet Juri com- 13
muni contrariae & inconsulto Imperatore latae, tamen observantur
in causis ex illo loco provenientibus, etiam in (191) Camera, *Ord.* 14
Cam. p. 1. tit. 13. §. 1. tit. 57. in pr. vid. in. praefat. ordin. crim. Carol.
V. in f. Stamm de servit. pers. lib. 3. cap. 8. Ziegler. Conclus. pract. §.
Landsassen. *num. 125. Knichen. de Jur. territ. cap. 1. num. 135. Mev. ad*
Jus Lub. quaest. praelim. 1. num. 31. Enenck. de privil. lib. 1. cap. 4. num.
10. Limn. de Jure publ. lib. 4. cap. 8. num. 273. nec recte Edictis Prae- 15
torum (192) comparantur. *vid. Reinh. 1. cl. 4. cap. 16. num. 31. Hahn.*
ad Wesenb. de LL. num. 3. v. non recte. *CIVITATES PROVINCIA-* 16
LES (193) indulgentia PP. quibus subsunt, Statuta condunt: qui- 17
dam propter privilegium (194) citra ulteriorem confirmationem,
Mevius ad I. Lub. quaest. praelim. 1. num. 42. & seq. quaedam confirma- 18
tionem (195) petunt. *Carpz. tit. 2. art. 1. num. 199. & p. 3. dec. 298.*
num. 6. Wesenb. de LL. & ibi Hahn. num. 5. *OPIFICUM & MERCA-* 19
TORUM

1 *Quomodo Privilegium 1) extinguitur?* ℞. Revocatione concedentis.

2 *Quando vero extinguitur Privilegium revocatione concedentis?* ℞. Si ex mera gratia fuerit concessum.

3 *Quomodo Privilegium 2) extinguitur?* ℞. Subjecto sublato.

4 *Quomodo Privilegium 3) extinguitur?* ℞. Finita Personarum qualitate, propter quam est indultum.

5 *An etiam 4) renunciatione tacita & expressa Privilegium extinguitur?* ℞. Affir.

6 *An etiam 5) elapso tempore Privilegio adjecto extinguitur?* ℞. Affir.

7 *An etiam morte concedentis Privilegia revocantur?* ℞. Neg.

8 *An tamen confirmatio successoris utilis est?* ℞. Affir.

9 *Quis hodie in Imperio Leges fert universales?* ℞. Imperator.

10 *Quomodo hoc fieri solet?* ℞. Cum consensu statuum. Vid. Lauterb. *Disp. de Jure Aggrat. th. 3. lit. C.*

11 *Quis fert Leges Provinciales & particulares?* ℞. Singuli status in suis Territoriis: quid vero sit Jus Territorii, vid. Dn. de Lyncker. *de Superiorit. territ. pag. 14.*

12 *Cujus vi hæ Leges feruntur, & quomodo Superioritas territorialis* Germanice *vocatur?*

13 *An Leges tales provinciales, licet Juri communi sint contrariæ & inconsulto Imperatore latæ, tamen in causis ex illo loco provenientibus, observantur?* ℞. Affir.

14 *An hæ Leges Provinciales & particulares etiam in Camera observantur?* ℞. Affir.

15 *An hæ Leges Provinciales & particulares recte Edictis Prætorum comparantur?* ℞. Neg.

16 *Quorum indulgentia* Civitates Provinciales *Statuta condere possunt?*

17 *An quædam Civitates Provinciales, citra ulteriorem confirmationem, Statuta condere possunt, & ex quo Jure?*

18 *An quædam Civitates confirmationem petere tenentur?*

19 *Qualia Statuta Opificum & Mercatorum Collegia condere possunt?* ℞. Juri communi non contraria. Unde reprobatur Statutum: Ne, quod unus incepit, alter perficiat, *l. un. C. de Monop.* Cz. p. 2. c. 6. d. 11. Causas injuriarum suæ compositioni esse relinquendas. Vid. Mev. *p. 3. dec. 284.* Lauterb. *Disp. de Crim. præsc. th. 9.*

TORUM COLLEGIA communi juri non contraria Statuta de rebus
suis condere possunt. *L. f. de colleg. L. f. C. de jurisdict.* Hodie (195) 1
a Superiore confirmanda. *Carpz. p. 4. c. 6. def. 9. & lib. 1. Resp. 44.*
num. n. Mev. ad J. L. Lib. 4. tit. 13. art. 3. num. 57. Richt. part. 2. decis. in
desin. ubi late.

DE STATU HOMINUM. L. 5.

D STATUS HOMINUM (197) hic est conditio hominum, qua eos 2
D socios facit alicujus societatis, & ejus juris. (198) Hinc jus PERSO- 3
NARUM, quod est facultas hominibus ex civili sua conditione in societa- 4
te competens, quæ vindicatur actionibus (199) præjudicialibus. *§. 13. I.* 5
† *de act.* Status est vel * *LIBERTATIS*, quæ hominem reddit membrum A 6
D illius societatis, quam natura inter omnes homines constituit, *§. de I. & I.*
illorumque juris Gent. facit participem. *4. h. §. 1. I. de jur. person.* Hæc 7
C contingit hominibus I. ex nativitate, *§. §. 2. 3. h. pr. I. de ingen.* II. ex ho- 8
minis dispositione. *§. h. pr. & 1. 1. I. de libert. tot. tit. ff. qui sine manumiss.*
& tit. C. pro quibus caus. servi pro præm. libert. Omnes libertini jure no- 9
vo similes (200) sunt ingenuis, salvo jure (201) patronatus. *Nov. 78. c.* 10
Ↄ *1. 2.* *EXCLUDUNTUR* ab hac prima societate servi, *32. sop. de R. I. pr.* 11
§. 6. de donat. inter vir. & uxor. 1. ad L. Aquil. N. 22. cap. 9. quorum con- 12
ditio introducta est jure Gent. *§. 2. I. de I. N. G. & C.* fiunt, ut in *§. 4. I.* 13
de Jure pers. Potestas dominica explicatur in *§. 1. I. de his, qui sui vel alien.* 14
I.n. *jur. L. 39. if. acq. vel om. her.* Hodie servitus inter Christianos in desue- 15
tudinem (202) abiit, [nisi in captos (203) infidelibus. *Stramm. 1. tit. 2. cap.* 16
4. num. 1.] *vid. Gudelin. de jure nov. lib. 1. cap. 4. Gravtw. ad tit. I. de Jur.*
person. Stramm lib. 1. tit. 1. cap. 2. non tamen, quod pietati (204) repu- 17
gnet. *1. Cor. VII. 21. Arnisaeus Polit. cap. 4.* Homines proprii revera 18
(205) sunt liberi. *Gail. de pign. lib. 2. cap. 6.* nec a communione (206) 19
• Jur. Civ. excluduntur. *Stramm. 3. cap. 17. num. 2.* a servis tamen ad 20
hos (207) argumentamur. *Schulz. Synops. Inst. tit. de jure person. Bonacoss.*
& Hasen. tr. de serv. & fam.

D vel * *CIVITATIS*, *§. §. I. de libert.* quæ facit, ut ali- a. 21
quis reipubl. alicujus civis sit, & ejus jure utatur. Jura Civitatis Ro- 22
manæ vid. ap. *Bach. ad W. tit. ad municipal. lit. B. & in comment. ad*
L. 17. h. *EXCLUDUNTUR* ab hac communione Peregrini. *in. §. 6. de in* 23
Jur. test. in. de pæn. 1. §. 2. de Legat. 3. L. 1. C. de hered. Inst. I. 10. pr. C. de testam.
I.n. *pr. I. de Nupt.* Hæc peregrinitas hodie vix (208) observatur. *Schulz. ad* 24
tit. I. de Nupt. lit. b. Gravtw. ad 1. C. de hered. instit. ad 10. pr. C. de test.
& aut.

1 *An vero ejusmodi Statuta Opificum & Mercatorum hodie a Superiore sunt confirmanda?* ℞. Affir.

2 *Quid hic est Status hominum?*

3 *Quale Jus inde oritur?* ℞. Jus personarum.

4 *Quid est Jus personarum?*

5 *Qualibus actionibus hoc Jus personarum vindicatur?* ℞. Præjudicialibus.

6 *Quotuplex est Status hominum?* (℞. Status est vel Libertatis, vel Civitatis, vel Familiæ) *& quid est Status Libertatis?*

7 *Cujus Juris hic Status Libertatis hominem facit participem?* ℞. Juris Gentium.

8 *Quotupliciter hæc conditio hominibus contingit?* ℞. Vel ex nativitate, vel ex hominis dispositione.

9 *An omnes libertini hodie similes sunt ingenuis?* ℞. Affir.

10 *An tamen salvo Jure Patronatus?* ℞. Affir.

11 *Quinam excluduntur ab hac liberorum hominum societate?* ℞. Servi.

12 *Quo Jure servorum conditio est introducta?* ℞. Jure Gentium.

13 *Quomodo servi fiunt?* ℞. Ut in §. 4. J. de Jure Personarum.

14 *Ubi potestas Dominica explicatur?* ℞. In §. 1. J. de his, qui sui, vel alieni jur. sunt.

15 *An hodie inter Christianos servitus in desuetudinem abiit?* ℞. Affir.

16 *An etiam in captis infidelibus?* ℞. Neg.

17 *Num vero servitus ideo est abrogata, quod pietati repugnet?* ℞. Neg.

18 *An homines proprii revera sunt liberi?* ℞. Affir

19 *An hi homines proprii a communione Juris Civilis excluduntur?* ℞. Neg.

20 *An tamen a servis ad homines proprios recte argumentamur?* ℞. Affir.

21 *Quid est Status Civitatis?* ℞. Est Conditio, quæ facit, ut aliquis Reipubl. alicujus civis sit, & ejus Jure utatur; Germ. das Bürger-Recht: quod apud Romanos olim adeo sanctum & venerabile fuit, ut extra Romam viventibus raro, & non nisi bene meritis concederetur, & ad quod Apostolus *Paulus* provocat *Actor. 22. v. 24. seq.* Vid. Lauterb. *Disp. de Domicil. th. 4.* & *Disp. ad L. Civitat. 27. ff. de R. C. c. 2. §. 2.* j. Struv. *Ex. 50. th. 46. & 47.*

22 *Quis Jura Civitatis Romanæ descripsit?* ℞. Bachov. *ad Wes.* de hodiernis Civibus Romanis, vid. Lauterb. *Disp. de Domicil. th. 7.*

23 *Quinam ab hac communione excluduntur?* ℞. Peregrini, alias etiam Forenses & extorres dicti. Lauterb. *de sing. fras. Jure. P. 2. §. 2.*

24 *An hæc peregrinitas hodie observatur?* ℞. Vix observatur.

& ad Aut. Omnes peregrini. C. communia de success. Grat 2. de I. B. & F. cap.
6. nisi quoad bannitos (209) & proscriptos (210) ab Imperat. & Came- 1
ra, qui pro hostibus Imperii habentur. *Stamm. 1. tit. 3. cap. 4. num. 5.* 2
In Gallia ratione successionis aliquem habet usum. (211) *vid. Joh. Paque-* 3
tinum, de Jure albinag. (212)

vel * *FAMILIÆ, de qua in tit. seq. 6.* a. 4

† Præterea homines sunt * *MASCULI*, qui [*Fœminis*] perfectiores, B 5
Arist. 1. Polit. 5. & melioris conditionis, *vid. 2. d. R. I. L. f. de tut. L. f. de fid. instr. 9. de his, qui not. infam 30. v. inprimis C. ad L. Jul. de adult. can. est ordo. can. cum caput. can. mulier. c. 33. q. 5.* majoris dignitatis. *1. 4. de senator. 13. C. de dignit. vid. Tabor. de jure hominum. 5. p. 1.*

* *FOEMINÆ*, quæ imbecilliores, *4. C. de* b. 6
sponsal. L. un. §. 15. C. de rei ux. act. deterioris conditionis, *9. h. vid. 2. de R. I. 45. pr. de leg 2. §. 10. I. de adopt §. 3. I. de her. qual. & diff 20. §. mulier, de testam. 6. de popul. act.* interdum ex privilegio melioris (213) con- 7
ditionis. *3. & Aut. seq. C. de custod. reorum, 5 §. 3. ad filias. C. ad L. Jul. Majest. 9. pr. de jur. & fact. ignor.* Ubi singulare non est constitutum, par 8
est utriusque conditio. *4. C. de lib. præterit. vid. Bruckmann. de differentiis utriusque sexus. Beneckendorff ad 2. d. R. I. Carpz. de jure fœm.*

* *HERMAPHRODITUS* sexui prævalenti b. 9
annumeratur. *10. h. 15. §. 1. de testib. 6. §. f. d. lib. & posthum. Carpz. 2. def. 16. num. 10. Baldus ad 10. h. vid. Carpz. d. I. Sanchez. de matrimon. lib. 7. D 106. num. 2.* Si neuter prævalet, & utroque quis potens est, 10
tum ipse (214) electionem habet. *Sanchez. d. l. n 6. Caranza. tr. de partu. c. 17. num. 69.* Semel tamen electum non mutat. *Sanchez.* 11
d. l. Gutierez. de matrim. cap. 117. Zach. 3. quæst. med. leg. tit. 1. q. ult. num. 1. 2.

† Præterea homines sunt * *NATI*, & horum illi, qui ex legitimo ma- C 12
trimonio nati, patrem; (215) qui ex illegitimo, matrem (216) sequuntur. 13
19. 24. h. 1. §. 2. ad municip. junct. 23. h. 5. de in jus voc.

* *NASCITURI*, sc. qui in utero sunt, hi licet a. 14
in rebus humanis esse vix intelligantur, *10. §. 1. de vulg. & pup. Subst. 7. de* 15
ventr. in poss. mitt. & tantum dicitur esse quodammodo, *7. de suis & legit. hered.* attamen pro natis habentur, si de commodo illorum quæritur, 16
9. 26. h. 30. § 1. de A. v. O. H. 231 de V. S. 2. §. 6. de excus. tut. omniaque
jura in tempus nascendi integra retinent, *3. Si pars heredit.* (217) modo 17
res possit (218) differri, *Caranz. de partu. cap. 2. §. 4. num. 5.* ipsique vivi 18
nascan-

1 *An tamen hæc peregrinitas observatur quoad bannitos & proscriptos ab Imperatore & Camera?* ℟. Affir.

2 *Cur quoad hos bannitos & proscriptos peregrinitas observatur?*

3 *An, & in quibus causis, hæc peregrinitas in Gallia aliquem habet usum?* ℟. Ratione successionis.

4 *Quid est Status Familiæ?* ℟. De hoc vid. in Tit. seq. 6.

5 *Quomodo homines dividuntur ratione Sexus?* (℟. In Masculos, Fœminas & Hermaphroditos) & *qualis conditionis sunt Masculi?* Sunt Fœminis perfectiores, & melioris conditionis, nec non majoris dignitatis.

6 *Qualis conditionis sunt Fœminæ?* ℟. Sunt imbecilliores, & deterioris conditionis.

7 *Annon Fœminæ interdum ex Privilegio melioris sunt conditionis?* ℟. Affir.

8 *Cujus conditionis sunt Masculi & Fœminæ, ubi singulare non est constitutum?* ℟. Ubi singulare non est constitutum, tunc par est utriusque conditio.

9 *Cui sexui adnumeratur Hermaphroditus?* ℟. Sexui prævalenti.

10 *Sed quid si neuter sexus prævaleat, & utroque quis potens sit, ad quem sexum hermaphroditus tunc pertinet?* ℟. Tum ipse electionem habet.

11 *An hermaphroditus sexum semel electum mutare, & alterum eligere potest?* ℟. Neg.

12 *Quomodo homines dividuntur ratione Nativitatis?* ℟. In Natos & Nascituros.

13 *Cujus conditionem sequuntur nati ex legitimo matrimonio?* (℟. Patris) & *cujus conditionem sequuntur illi, qui ex illegitimo matrimonio nascuntur?* ℟. Matris.

14 *Quid sunt homines nascituri?* ℟. Qui in utero sunt.

15 *Quid de hisce nascituris in legibus dicitur?* ℟. Quod in rebus humanis esse vix intelligantur, & tantum quodammodo sint.

16 *Quando vero hi homines nascituri pro natis habentur?* ℟. Si de commodo illorum quæritur.

17 *An hi nascituri omnia Jura in tempus nascendi integra retinent?* ℟. Affirm.

18 *An quoque, etsi res differri non possit?* ℟. Neg.

nascantur, *30. §. 1. de A. v. O. H. 29. de N. G. 19. §. 2. de test. tut. 129. de* 1
V. S. & (219) perfecte, *3. C. de posth. her. instit. 141. de V. S. Carpz. 3.* 2
c. 17. def. 17. n. 5. & 6. vel exsecti, *L. 12. pr. de lib. & posthum. Caranz.*
de partu. C. 6. sect. 1. nec tanquam (220) prodigiosi; *3. C. de posth. her.* 3
instit. 14. h. 38. de V. S. licet sint quodammodo (221) imperfecti, 4
12. §. 1. de lib. & posth. Carpz. p. 3. c. 17. d. 18. Colet. dec. 258. Perez.
in C. de lib. & posth. vid. Caranz. de part. cap. 9. num. 38. & illico voce 5
non emissa (222) decedant, *3. C. de posth. her. instit. Carpz. 3. d. const.*
17. d. 19. illisque præter naturam aliquid adsit, *l. desit. 38. de V. S. 14. h.* 6
In dubio vivi præsumuntur (223) nati naturali modo & debito (224) 7. 8
tempore. *Carpz. 3. Const. 17. def. 10. Caranz. de part. cap. 6. num. 11.* A-
liis autem regulariter non prosunt, *7. h. 231. de V. S. arg. 42. de adm.* 9
& peric. tut. nisi ipsi alias damno afficerentur. Sic prosunt matri præ- 10
gnanti, ut supplicium differatur, donec (225) pariat, *18. h. addit 3. de* 11
pœn. arg. 5. §. 2. h. vid. Caranz. d. tr. c. 2. §. 4. num. 21. Carpz. p. 1. q.
119. idem de (226) quæstione, *3. de pœn. vid. Carpz. 1. q. 113. n. 54.* ma- 12
nus amputatione, *Caranz. d. tr. c. 2. §. 4. num. 39.* fustigatione, & re- 13
legatione, si sc. partui sit vicina, & termini relegationis sint longi. *vid.* 14
Caranz. d. tr. c. 2. §. 4. num. 30. Richt. decis. 7. num. 3.

DE HIS, QUI SUI VEL ALIENI
JURIS SUNT. 16.

D TErtius hominum status *vid. tit. praeced. p. 13.* dicitur *FAMILIA, L. f.* 15
de cap. minut. quæ hic est conditio, qua quis est paterfam. l. fili- 16
D usfamil. *arg. d. L. fin. §. 3. l. de cap. minut.* *PATERFAMILIAS* est, 17
qui est sui juris, & jus habet familiæ (227) imperandi. *4. h. 195. §. 2. de*
D *V. S.* *FILIUSFAMILIAS*, qui in patria est potestate. *4. h.* 18

D PATRIA POTESTAS est jus patri competens liberis in familia 19
existentibus, ad communem (228) familiæ utilitatem, imperandi. O-
rigine est ex jure naturæ, *Plin. in Panegyr. Traj. Arist. 8. Eth. 12. & 1.* 20
Polit. 12. Can. Est ordo. c. 33. q. 5. propria (229) juris civil. *§. 2. Inst. de* 21
patr. pot. 3. 8. pr. h.

C * *ACQUIRITUR* jure civ. [1] *PROCREATIONE* ex justis nupt. *pr.* A 22
I. de patr. pot. etiam (230) putativis. *57. §. 1. de R. N. c. 2. 14. x qui* 23
fil. sint legit. Coras. in Arrest. Tholosan. contra Arnold. Tilium annot. 11.
& 55. Censentur autem ex justis nuptiis nati, qui nascuntur in (231) 24
matrimonio, *6. h.* [*vid. 29. §. 1. de probat. 11. §. 9. ad L. Jul. de adult.*
& ibi

1 *An, etsi vivi non nascantur?* ℞. Neg.

2 *An, etsi non perfecte, vel exsecti nascantur?* ℞. Neg.

3 *An, etsi tanquam prodigiosi nascantur?* ℞. Neg.

4 *An tamen, si saltem quodammodo imperfecti nascantur?* ℞. Affirm.

5 *An quoque, etsi illico, voce non emissa, decedant?* ℞. Affirm.

6 *An etiam, si illis aliquid præter naturam, vel adsit vel desit?* ℞. Affirm.

7 *An in dubio vivi præsumuntur nati?* ℞. Affirm.

8 *Sed quomodo tunc nati esse debent?* ℞. Naturali modo, & debito tempore.

9 *An illi, qui adhuc in utero sunt, aliis quoque prosunt?* ℞. Regulariter non, nisi ipsi nascituri alias damno afficerentur.

10 *An ergo prosunt matri prægnanti?* ℞. Affirm.

11 *Ad quid prosunt matri prægnanti?* ℞ Ut supplicium differatur, donec pariat.

12 *An idem dicendum est de quæstione, seu tortura?* ℞. Affirm.

13 *Idemque de manus amputatione?* ℞. Affirm.

14 *An & de fustigatione & relegatione?* (℞. Affirm) *sed quando hoc posterius?* ℞. Si partui sit vicina, & termini Relegationis sint longi.

15 *Quomodo dicitur tertius hominum status?* ℞. Status *Familiæ.*

16 *Quid hic est Familia?* ℞. Est Conditio, qua quis est vel Paterfamilias, vel Filiusfamilias.

17 *Quid est Paterfamilias?*

18 *Quid est Filiusfamilias?*

19 *Quid est Patria Potestas?*

20 *Cujus Juris Patria potestas est quoad originem?* ℞. Juris Naturæ.

21 *Sed propria forma Patriæ potestatis cujus Juris est?* ℞. Juris Civilis.

22 *Quibus modis Patria potestas Jure Civili acquiritur?* ℞. 1) Procreatione.

23 *Quali procreatione acquiritur Patria potestas?* (℞. Ex justis, h.e. solennibus, nuptiis) *& an hæc etiam procreatione ex nuptiis* putativis *acquiritur?* ℞. Affirm.

24 *Quinam censentur ex justis nuptiis nati?* ℞. Qui nascuntur in matrimonio.

& ibi Gothofr. Thelesan. l. 48. c. 10. n. 9. Decian. consil. 657. Gail. 2. O. 97.] *TEMPORE LEGITIMO*, *6. b.* 1

* *A QUO*, scilicet post (232) nuptias VII mens. *11. de stat. hom.* B 2
Covarr. tr. de partu, c. 10. per tot. etiam in ejus (233) principio, *3. §. f.* 3
de suis & legit. Covarr. d. l. Carpz. p. 4. c. 27. d. 13. & lib. 2. def. 114.
nec parentibus deferri potest (234) juramentum purgationis, *arg. c. f.* 4
8. de praesumpt. 31. pro fin. Carpz. d. l. def. 117. Molin. b. & VIII mens. (235) 5
Covarr. d. tr. cap. 11. per tot. Carpz. 4. c. 27. d. 14. & libr. 2. def. 116. IX
& X mens. *Covarr. d. tr. c. 11. Carpz. 2. def. 115.* Non etiam V & VI 6
mens. *arg. 12. de stat. hom. 3. §. f. de suis & legit. Covarr. d. tr. cap. 9.*
n. 3. Carpz. 2. def. 114. n. 3. 4. nisi immaturi (236) nascantur. *Covarr.* 7
La *d. l. cap. 9. n. 38. Carpz. 1. d. 117. num. 11. & l. 1. R. 3. num. 10.* *NOVO*
JURE legitimi sunt etiam, qui I & II mens. post (237) nupt. nati. *11.* 8
C. de natur. lib. Molin. de J. & J. disp. 33. n. 32. & D. 171 n. 2.

* *AD QUOD*, scilicet IX & X mens. post obitum mariti, *3. §. f. de* b. 9
suis & legit. Covarr. d. tr. c. 13. & principio XI mens. (238) *Covarr. d.* 10
tr. c. 14. num. 33. Carpz. 4. c. 27. def. 19. & l. 5. R. 111. n. 11. Richt. decis.
89. n. f. Postea nati regulariter (239) censentur illegitimi. *6. b. Carpz.* 11
def. 19. in f. & l. 5. R. 111. n. 11. Covarr. d. tr. c. 15. Singulis vero
mensibus XXX dies (240) tribuuntur, *Covarr. d. tr. cap. 10. num. 16.* 12
Rauchb. lib. 2. qu. 24. Carpz. 5. R. 111. n. 3. & lib. 2. def. 115. n. 2. etiam in aliis causis. *L. fin. §. 1. 2. & 11. C. de jur. delib. Ord. Cam. p. 2.* 13
tit. 30. §. Und sollen. *Carpz. d. l. l. I. Wehner obs. pract. voce* Monat.

D [7] *LEGITIMATIONE*, (241) quae est a. 14
actus, quo liberi naturales consentientes (242) fiunt legitimi, idque
* [1] *PER SUBSEQUENS* (243) *MATRIMONIUM*, *5. C. de natural. lib.* C 15
c. tanta, 6. x. qui fil. sint legit. cum concubina contractum, *§. 2. l. d.*
hered. quae ab intest. N. 89. cap. 8. n. 11. §. 4. etiam in mortis articulo, *arg. 30. d. R. J. 10. 11. C. de natural. lib. Ripa tr. de ass. in mort. art.* 16
cap. 1. & nuptialibus instrumentis (244) confectis. *§. f. I. de nupt.* Sic 17
legitimati nomine legitimorum in statutis veniunt, Ehelich gebohrne 18
Kinder, *Carpz. 2. def. 136. num. 11. Gail. 2. O. 141. num. 2. Richter decis.*
60. num. 17. vid. (245) *10. in f. C. de natur. lib. N. 74. in praefat. N. 89.*
c. 8. vers. quapropter unum patris consequuntur dignitatem, *§. f. I. de* 19
nupt. Carpz. 2. def. 11. n. 13. 14. Schurpf. cent. 1. consil. 1. num. 17. Stephan. de
Jurisdict. l. 2. p. 1. cap. 7. membr. 1. n. 70. accipiunt Geburts-Brieffe, quod 20
ex legitimo toro, & honestis (246) parentibus nati, *Carpz. 2. Const. 4.*
d. 13. in fin. Richt. p. 1. decis. 60. num. 17. succedunt parentibus cum reliquis 21

1 *Quo tempore hi nati esse debeant?* ℞. Tempore legitimo.

2 *Quotuplex est hoc Tempus Legitimum?* ℞. Duplex: scil. Vel A QUO, vel AD QUOD.

3 *A quo tempore post nuptias nati esse debent, & an quoque in VII Mensis principio?*

4 *An, si infans in principio VII Mensis natus est, ob præsumtum anticipatum concubitum, parentibus deferri potest Juramentum purgationis?*

5 *Num etiam ad tempus legitimum* A QUO *VIII, IX, & X Mensis referri potest?* ℞. Affir.

6 *Num etiam V & VI Mensis?* ℞. Neg.

7 *An tamen in V & VI Mense nati pro legitimis habentur, si immaturi nascantur?* ℞. Affirm.

8 *Quinam* Novo Jure *legitimi sunt?* ℞. Qui I & II Mense post nupt. sunt nati.

9 *Quodnam est Tempus legitimum* AD QUOD? ℞. IX & X Mensis post obitum mariti.

10 *An & principio XI Mensis, post obitum mariti, nati habentur pro legitimis?* ℞. Affir.

11 *Pro qualibus postea, h. e. post XI Menses, nati sunt habendi?*

12 *Quot dies singulis Mensibus tribuuntur?* ℞. XXX dies.

13 *An tot dies etiam in aliis causis Mensi tribuuntur?* ℞. Affirm. Quando enim in Jure Mensium fit mentio, non Lunaris, qui ex XXIIX diebus constat, sed Solaris intelligitur.

14 *Quomodo Jure Civili 2) acquiritur Patria potestas?* (℞. Legitimatione) & *quid est Legitimatio?*

15 *Quomodo* primo *legitimantur liberi naturales?* ℞. Per subsequens matrimonium cum concubina contractum.

16 *An etiam in mortis articulo?* ℞. Affirm.

17 *An & nuptialibus Instrumentis non confectis?* ℞. De Jure Civili, *Neg.*

18 *Qualem effectum habet hæc legitimatio, quæ fit per subsequens matrimonium?* ℞. Sic legitimati nomine legitimorum in Statutis veniunt.

19 *An sic legitimati Patris consequuntur dignitatem?* ℞. Affirm.

20 *Quales literas natalitias, & cum qua formula, sic legitimati accipiunt?* ℞. Accipiunt Geburts-Brieffe, quod ex legitimo toro, & honestis parentibus nati.

21 *An sic legitimati succedunt Parentibus cum reliquis legitime natis, & quomodo?* ℞. Tanquam sui.

quis legitimos natos tanquam sui, *N. 74. in praefat.* & alios cognatis tan- 1
quam legitimi. *N. 89. cap. 8. in pr.* De consuetudine (247) etiam in feu- 2
dis. *Carpz. p. 3. c. 28. def. 17. Schulz. in synops. feudal. c. 8 n. 43. Finckelth.*
disp. feud. 6. q. 13.
* [1] *OBLATIONE* (248) *CURIAE §. fin. I. de nupt. §. 2. I. de her. quae ab* [illegible] 3
intest. L. 3. 4. C. de nat. lib. N. 89. cap. 2. & seq.
* [3] *RESCRIPTO PRINCIPIS*, si pater, qui liberorum naturalium ma- 4
trem ducere non (249) potest, nullosque legitimos liberos habet, a prin-
cipe petit, ut liberi sui naturales, ex concubina progeniti, publico re-
scripto fiant legitimi. Idem est, si pater in testamento liberos natura- 5
les legitimos & suos heredes esse voluerit, (250) ipsique hoc a principe
impetraverint. *N. 89. c. 10. N. 74. c. 2. §. 1.* nam & hi in allodialibus [*de*
feudal. vid. (251) *DD. supra alleg.*] regulariter nihil differunt a legitimis 6
aliis. *N. 89. c. 9. pr. & §. 1.*

I.a HODIE legitimantur etiam ex stupro, [quod & de J. Civ. defendit 7
Mev. p. 2. d. 22.] & simul illegitima conjunctione (252) nati, *Schulz. sy-*
nops. Inst. c. ad § f. de nupt. lit. b. Bach. ad tr. De adopt. p. 272. & 246. & se-
cundum quorundam sententiam (253) adulterini. *vid. Besold. p. 5. Consil.* 8
199. n. 12. & in discurs. de nupt. in fin. In primo (254) modo hodie non
requiruntur instrumenta dotalia. *Wesemb. consil. 44. num. 44. Harpprecht.* 9
ad § fin. I. de nupt. num. 5. Secundus modus in desuetudinem (255) a- 10
biit. *Grom. ad § f. I. de nupt.* Tertium modum exercent etiam Comi- 11
tes palatini, quibus hoc specialiter concessum, *Carpz. 2. const. 6. def. 16.* &
quidem interdum existentibus liberis (256) legitimis, *Gail. 2. O. 141. num.* 12
6. & patre jam mortuo, semper tamen salvo jure quaesito (257) tertii. 13
arg. 1. § 10. & 16. ne quid in loc. publ. Carpz. 2. c. 6. def. 17.

S *PATER § f. I. de patr. pot. vid. 201. de V. S.* NON etiam mater. *§.* 14
10. I. de adopt. § f. I. de patr. pot. 4. h.

E Lege Romuli haec potestas erat infinita, *Malcorm. 2. Antiq. Rom. Vinn.* 15
ad. § 2. I. de patr. pot. postea prohibebatur venditio, *f. C. de patr. pot. vid.* 16
tamen (258) *2. C. de patr. qui fil. distrax. Grot. de J. B. & P. 2. c. 5. n. 5. Lay-*
man. Theol. moral. l. 3. tit. 4. cap. 6. n. 2. post hoc etiam jus vitae. *f. C. de* 17
patr. pot. 11. de lib. & posth. vid. 3. C. de patr. pot. Carpz. p. 2. q. 100. n. 35. De
jure patris circa res *vid.* (259) *§ 1. I. per quas person. cuique 6. 8. C. de bon.* 18
quae lib. Aut. excipitur & seq. C. eodem. N. 117. cap. 1. Pater & filiusfamil. 19
sunt una persona, *f. C. de impub. & aliis subst. § 4. J. de inut. stip.* inter
eos lis non (260) est. *4. de Judic.* nec obligatio (261) civilis. *§. 4. I. de* 20
inut. stip. Pater liberos vindicat. *1. §. 2. de R. V.* Exhiberi postulat. 21
1. § 2.

1 *An sic legitimati etiam cum aliis agnatis atque cognatis succedunt?* (℞. Affir.) & *quomodo?* ℞. Tanquam legitimi.

2 *An sic legitimati de consuetudine etiam in Feudis succedunt?* ℞. Affirm.

3 *Quomodo* secundo *legitimabantur liberi naturales?* ℞. Oblatione curiæ.

4 *Quomodo* tertio *legitimantur liberi naturales?* (℞. Rescripto Principis) & *qua conditione hoc fit?*

5 *An hæc legitimatio per Principis Rescriptum etiam post mortem patris fieri potest, & quomodo hoc fieri solet?* ℞. Si pater in testamento liberos naturales legitimos & suos heredes esse voluerit, ipsique hoc a Principe impetraverint.

6 *An per Rescriptum Principis legitimati, a legitimis aliis differunt?* ℞. Regulariter in allodialibus ab his nihil differunt.

7 *Quinam* hodie, *præter naturales, etiam legitimantur?* ℞. Ex stupro, & simili illegitima conjunctione nati.

8 *An etiam hodie adulterini possunt legitimari?* ℞. Secundum quorundam sententiam possunt.

9 *An hodie in* primo *modo legitimandi,* scil. *per subsequens matrimonium, Instrumenta dotalia, seu nuptialia adhuc requiruntur?* ℞. Neg.

10 *Quid circa* secundum *modum legitimandi, scil. per oblationem Curiæ, hodie obtinet?* ℞. Hic in desuetudinem abiit.

11 *Quinam* tertium *legitimandi modum hodie etiam exercent?* ℞. Comites Palatini, quibus hoc specialiter est concessum.

12 *An liberi naturales interdum, etiam existentibus legitimis, a Principe aut Comite Palatino legitimari possunt?* ℞. Affirm.

13 *An & patre jam mortuo, legitimari possunt liberi naturales?* ℞. Affirm. Semper tamen salvo jure quæsito tertii.

14 *Quis est Subjectum patriæ potestatis?* ℞. Pater, non etiam Mater.

15 *Quanta erat hæc patria potestas Lege Romuli?* ℞. Infinita.

16 *An postea liberorum venditio prohibebatur?* ℞. Affirm.

17 *An post hoc etiam Jus vitæ & necis in liberos est abrogatum?* ℞. Affirm.

18 *Quid de Jure Patris circa* Res *liberorum est dispositum?* ℞. De his vid. §. 1. J. Per quas person. cuique.

19 *An Pater & filius sunt una persona?* ℞. Affirm.

20 *An ergo inter Patrem & filium lis & obligatio civilis esse potest?* ℞. Neg.

21 *An Pater, vi patriæ potestatis, liberos vindicare, & eos exhiberi postulare potest?* ℞. Affir.

1. §. 1. de lib. exhib. Iis pupillariter substituit: In testamento tutores 1
dat. *§. 3. I. de tut.* Liberi autem sunt patris sui heredes. *§. 2. I. de* 2
hered. qual. & diff. Non faciunt testamentum, nec nuptias contra- 3
hunt absque consensu parentum, nec pecuniam mutuam valide acci- 4
piunt, nec in Judicio stant.

O Hodie quibusdam in locis Jus patrium ignotum dicitur: *Vinn. ad §.* 5
2. I de patr. pot. in fin. Groenew. ad §. 2. I. de patr. pot. alibi tamen adhuc 6
(262) observatur. *vid. Jus provinc. Wirtemb. p. 2. t. 28. §. fin. Const. Elect.*
Saxon. 10. p. 2.

* [3] *ADOPTIONE, de qua tit. seq.* a. 7

DE ADOPTIONE ET EMANC.
ET ALIIS MODIS. Q.P.P.S. I. 7.

D ADOPTIO est actus legitimus, (263) quo extranei tanquam liberi 8
in familiam (264) assumuntur: *1. 15. §. 1. 37. 43. 44. ff. f.* C. estque

D vel * *ARROGATIO*, qua principis (265) autoritate paterfamil. adopta- A 9
tur, (266)

D vel * *ADOPTIO* in specie, qua magistratus imperio [*sive autoritate*] fi- a. 10
liusfamil. adoptatur *§. 1. J. h. 1. §. 2. L. 2. pr*

C *FIT* utriusque consensu: *2. 5. 24.* in arrogatione, expresso arro- 11
gandi, *2. pr 5.* & tutorum ac curatorum, si habet. *8. h. f. C. de auct. praest.* 12
In adoptione sufficit patris, in cujus potestate est, consensus, & filii taci- 13
turnitas. *5. ff. f. C.* Agnatorum consensus necessarius non (267) est. *7. h.* 14
vid. 6. 11. 43. 44. ff. §. 7. I. h.

S *ADOPTANT* (268) praesentes, *25. §. 1. ff f* C. etiam Spadones, *2. §. 1.* 15
40. §. 2. h. vid. 39. §. 1. de Jur. dot. uxorem non (269) habentes. *30.* Non 16
etiam (270) impediti, *arg. 10. C. qui test. fac. poss.* nec prohibiti: ut sunt, 17
qui XVIII annis non (271) praecedunt, *§. 4. I. 40. §. 1. h.* castrati, *§. 9. I.* 18
foeminae. (272) *vid. § 10. I. 5. C. h.* Neque aliter, quam *CAUSA* cogni- 19
ta adoptant (273) minor LX ann. *15. §. 2. 17. §. 1.* legitimos (274) liberos
habens, *17 §. 3.* tutor & (275) curator *17. pr. 32. § 1.*

P *ADOPTANTUR* Extranei, h. e. extra familiam, praesentes *24. ff. f. C.* 20
masculi & foem. *21. ff 8. C.* qui nec impediuntur, ut ratione arroga- 21
tionis furiosi, &c. *arg. 5. §. 1. h.* nec prohibentur, ut servi. *vid. §. f.* 22
I. h. & adoptivi a patre adoptivo (276) emancipati. *37. §. 1.* Causae
cognitio requiritur, si plures ab uno adoptentur *15 §. 3.* Et insu- 23
per cautio, (277) si impubes arrogatur, *vid. §. 3. I. 17. & seqq. 32. 33.* 24
ff. 2. C. h.

ARRO-

1 *Quomodo Pater liberis substituit?* ℞. Pupillariter.

2 *An Pater liberis in testamento suo tutores dat, & an liberi sunt Patris sui heredes?* ℞. Affirm.

3 *An liberi testamentum facere, aut nuptias contrahere possunt, absque consensu parentum?*

4 *An liberi mutuam pecuniam valide accipere, & in Judicio stare possunt?* ℞. Neg.

5 *Quid hodie circa Jus patrium obtinet?* ℞. Hodie, quibusdam in locis, Jus patrium ignotum dicitur.

6 *An tamen hoc Jus patrium alibi adhuc observatur?* ℞. Affirm.

7 *Quomodo* tertio *acquiritur Patria Potestas?* ℞. Adoptione.

8 *Quid est Adoptio?*

9 *Quotuplex est Adoptio?* (℞. Est vel Arrogatio, vel Adoptio in specie) *& quid est* Arrogatio?

10 *Quid est Adoptio* in specie?

11 *Quorum consensu fit Adoptio?* ℞. Fit utriusque consensu, tam Patris, quam filii.

12 *Quali consensu opus est in Arrogatione quoad arrogandum, & quando hic Tutorum & Curatorum consensus requiritur?*

13 *Cujus consensus sufficit in Adoptione in specie sic dicta, & quid sufficit in filio adoptando?*

14 *An in hac Adoptione Agnatorum quoque consensus necessarius est?* ℞. Neg.

15 *Quinam adoptant, & an etiam Spadones adoptare possunt?*

16 *Num etiam uxorem non habentes adoptare possunt?* ℞. Affirm.

17 *Quinam adoptare non possunt?* ℞. Impediti & prohibiti.

18 *Quinam adoptare prohibentur?* ℞. Illi, qui adoptandum XVIII annis non praecedunt; item, Castrati & Fœminæ.

19 *Quinam non aliter, quam causa cognita adoptant?* ℞. Minor LX annis, legitimos liberos habens; item, Tutor & Curator.

20 *Quinam adoptantur?* ℞. Extranei, h. e. extra familiam, præsentes masculi & fœminæ.

21 *Quinam impediuntur adoptari ratione arrogationis?* ℞. Furiosi, qui arrogari non possunt.

22 *Quinam prohibentur adoptari?* ℞. Servi & adoptivi a patre adoptivo emancipati.

23 *Quando causæ cognitio requiritur?* ℞. Si plures ab uno adoptentur.

24 *Quando insuper adhuc cautio requiritur?* ℞. Si impubes arrogatur.

E *ARROGATI* & adoptati ab *ASCENDENTE* plene transeunt in 1
patris adoptivi potestatem cum liberis suis, *§. 11. I. 2. §. f. 15 pr. 40.* 2
pr. h. accipiunt jus familiæ (278) & agnationis, *§ 2. I. L. p. pr. & §.* 3
f. C. h. dignitatem. (279) *13. 35. ff. h. 5. 6. 10. de Senator. 4. C. de de-*
curion. *NON ETIAM* Jus cognationis ac (280) sanguinis *23. h.* Susti- 4
net pater onera (281) filii, *L. 9. h.* quem tamen emancipare (282) 5
potest, *vid. 13. 14 ff. 9. C. h.* [*vid. omnino* (283) *§. 3. I. h.*] aut alteri 6
in adoptionem dare. *§. 8. I. h. vid. Fr. exerc. 2. q. 9.* (284) *ADOPTA-* 7
TUS AB EXTRANEO non transit in ejus potestatem, *l. pen. pr. C.* ali- 8
ud etiam jus, præter successionis ab intestato, (285) non assequitur : 9
sed retinet patris naturalis jura (286) integra. *§ 2. I. h. 9. pr. & §. 1*
C. h. vid. Fr. Ex. 2. q. 10. num. 5.

La *HODIE* adoptionis usus est rarus, non tamen (287) nullus. *J. pro-* 10
vinc. Würtemb. p. 4. tit. 22. §. aber auf die, *x. vid. Gudelin. lib. 1. c. 4.*
Vinn. ad pr. I. h. n. 2. Groenew. ad I. h. Diem non recipit (288) a- 11
doptio. *34.*

D UNIO PROLIUM est actus legitimus, (289) quo a parentibus 12
liberi diversi matrimonii, ratione juris (290) filiationis, exæquantur. 13
(291) *vid. Arch. 11 de union. prol. Gail. 2. O. 125. Carpz. 5. R. 6. Weh-*
ner. & Besold. voc Einkindschafft *Muscul. de success. anomala.*

O *SOLVITUR* patria potestas modis * *COMMUNIBUS*, tam patris, B 14
quam filii, [1] *MORTE* naturali, *pr. I. quibus mod. jus patr. pot.* civi- C 15
li, (292) *§. 1. I. d. t.* banno, (293) *Stam. lib. 1. tit. 3. c. 4. num. 7. vid.*
(294) *Carpz. p. 3. q. 130. n. 51.* [plenissime tamen restituti pristinum (295) 16
statum recipiunt. *§ 1. I. d. t. 1. C. de sent. pass.*] *NON* etiam captivita- 17
te, *§ 5. I d. t. vid. p. de suis & legit. 1. §. 1. ad SC. Macedon. L. 6. §. f.*
de curat. nec morte avi, si in patriam potestatem sunt recasuri. *pr. I.* 18
h. 5. de his, qui sui vel alieni juris. vid. 41. h. & N. 81. c. 2. vers. & filii
eorum. [2] *ADOPTIONE.* (296) *§. 8. I. quibus mod. jus patr. pot.* c.
§. 11. I. h. * *PROPRIIS*, ex persona filii, b.
[1] *DIGNITATE* (297) liberante a curia : (298) *N. 81. c. 1. 2.* qualis non D 19
est Doctoralis; *arg. §. C. de decur. Carpz. 2. c. 10. def. 4. Berl. p. 2. concl. 11. n.* 20
53. [*obst.* (299) *6. C. de profess. & med.*] nec Clericalis, (300) *Carpz. d. l.*
nec Monachismus. *Berl. p. 2. concl. 11. n. 54.*
[2] *EMANCIPATIONE*, quæ est actus, quo voluntate (301) parentum d. 21
§. f. I. d. t. 31. h. 4. C. de emanc. vid. tamen (302) *32. 33. h. 5. Si a parent. quis*
manumiss. liberi non dissentientes *5. C. de emanc. N. 89. c. 11. pr.* coram 22
competente (303) judice de patria potestate dimittuntur. *§. 6. I. h. f. C. de* 23
emanc.

1 *Quinam ex adoptatis plene transeunt in patris adoptivi potestatem?* ℞. Arrogati & adoptati ab Ascendente.

2 *An hi etiam cum liberis suis transeunt?* ℞. Affirm.

3 *Quid taliter adoptati accipiunt?* ℞. Jus familiæ & agnationis, nec non dignitatem.

4 *An etiam accipiunt Jus cognationis & sanguinis?* ℞. Neg.

5 *Quid tali patri adoptivo incumbit?* ℞. Sustinet onera filii.

6 *An tamen pater adoptivus filium adoptivum emancipare potest?* ℞. Affirm.

7 *Num quoque pater adoptivus filium adoptivum alteri in adoptionem dare potest?* ℞. Affirm.

8 *An adoptatus ab Extraneo transit in ejus potestatem?* ℞. Neg.

9 *Quid igitur consequitur ejusmodi adoptatus per adoptionem?* ℞. Aliud Jus præter successionem ab intestato non assequitur, sed retinet patris naturalis Jura integra.

10 *Quis est* hodie *Adoptionis usus?* ℞. Est quidem rarus, non tamen nullus.

11 *An dicam recipit Adoptio?* ℞. Neg.

12 *Quid est Unio prolium, & qui uniunt seu exæquant liberos?*

13 *Quos liberos exæquant, & ratione cujus Juris?*

14 *Quotuplicibus modis solvitur patria potestas?* ℞. Communibus & Propriis.

15 *Quotupliciter modis communibus patria potestas solvitur?* ℞. Dupliciter: (1) Morte naturali & civili, ut: Banno; (2) Adoptione.

16 *Quando tamen illi, qui pro civiliter mortuis habentur, pristinum statum recipiunt?* ℞. Si plenissime sunt restituti.

17 *An etiam captivitate patria potestas solvitur?* ℞. Neg.

18 *Num morte Avi solvitur patria potestas, si liberi adoptivi in patriam potestatem sunt recasuri?* ℞. Neg.

19 *Quotupliciter* Propriis modis *ex persona filii solvitur potestas patria?* ℞. (1) Dignitate liberante a Curia, & (2) Emancipatione.

20 *An dignitas Doctoralis, Clericalis, vel Monachismus liberat a patria potestate?* ℞. Neg. quia hæ dignitates olim a Curia non liberabant.

21 *Quid est Emancipatio, & a quo illa fit?*

22 *Quinam liberi emancipantur?* ℞. Non dissentientes.

23 *Coram quo Judice fit emancipatio?* (℞. Coram competente) *& quid ex emancipatione sequitur?* ℞. De patria potestate dimittuntur.

L. 11 *emanc.* quocunque loco. *36.* *HODIE* rarisſ. (304) eſt emancipatio. *vid.* 1
tamen (305) *Boc. cl. 1. D. 13. §. 29. Fr. ad L. Gallus. D. 1. membr. 3.* Sed di-
miſſi cenſentur liberi ſeparatim habitantes [dummodo Wurtenbergen- 2
ſes & Saxones majorennes ſint, *vid.* Würtenb. Land-Recht, *p. 2. tit. 18.* 3
§. Es mögen, *pag. 304. Carpz. p. 2. c. 10. def. 1. Mev. ad Jus Lub. lib. 3. tit. 3.*
n. 24. vid. tamen (306) *Fr. d. l. n. 22.*] & quibuſdam in locis matrimoni- 4
um contrahentes: (307) *Mev. d. l. n. 25. Berl. p. 2. concl. 11. n. 32. vid. Fr. d.*
tr. m. 3. n. 31. Carpz. p. 2. c. 10. def. 1. & 2. quod ſecus eſt de J. Civ. *20. ad L.* 5
Jul. de adult. 15. C. de nupt.

DE DIVISIONE RERUM ET QUALITATE.

I. 8.

D JUS RERUM eſt moralis facultas, jure quæſita, circa res (308) juſte 6
aliquid agendi vel habendi. *vid. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 1.*
† *ESTQUE* (309) [*2. de pollicit. 30. de nox. act. 19. pr. de damn. inf. 71. §. 9.* 7
& f. de leg. 1. 3. pr. de O. & A. Hahn. in differtat. de jure rerum concl. 9. Mo-
lin. d. I. & I. tr. 2. D. 2.]
D * *JUS IN RE* ſive reale, quod in ipſam rem devinctam competit, A 8
& (310) actionem realem producit. *arg. 2. de pollicit. 6. C. de bon. aut. jud.*
poss. 23. pr. de R. V. 17. de pign. 14. §. f. de exc. rei jud. 2. C. si unus ex plur. he-
red. Hoc jus fortius (311) eſt jure perſonali. *1. §. 1. de superfic. 9. C. qui pot.* 9
in pign. 15. C. de R. V. Ejus ſpecies ſunt [1] Dominium, (312) *2. §. 1. si* 10
serv. vind. 13. §. 1. C. de judic. Hahn. d. differt. concl. 18. [2] Jus hereditari-
um, (313) *5. §. 5. de his, qui effud. 9. C. ad exhib. Hahn. d. l. concl. 64.* [3] Pi-
gnus, (314) *30. de nox. act. 19. de damn. infect. 17. de pign.* [4] Servitus, (315)
30. de nox. act. 19. de damn. infect. arg. §. 2. I. de act. 2. §. 1. 8. § 3. si serv. vind.
[5] Poſſeſſio. (316) *arg. 1. §. 1. de superfic. 2. §. f. & L. 2. uti possides. 3. §. 13. de*
A. & A. P. Hahn. d. l. concl. 31. & 60.
D * *JUS AD REM* (317) eſt, quo perſonam ad rem præſtandam habe- 2. 11
mus (318) obligatam. *3. de O. & A. 2. de Pollicit.* Hinc oriuntur actiones 12
perſonales. *25. pr. de O. & A. §. 1. I. de act.*
D *RES* in lata ſignificatione *5. de V. S.* ſunt [I] * *DIVINI JURIS*, quæ B 13
quodammodo in ſolius DEI jure ac poteſtate ſunt, *Vinn. ad §. 7. I. h.* & 14
per excellent. nullius (319) eſſe dicuntur: *d. §. 7. I. h. vid. Vinn. ibid.* qua- 15
† les ſunt * [1] res ſacræ, quæ DEO legitime conſecratæ, & (320) cultui C 16
divino immediate inſerviunt: *6. §. 3. 9. pr. § 1. ff. §. 8. I. h. vid. Schulz. ad*
§. 8. I. h. lit. C. Carpz. 2. def. 334. hinc alienari aut profanari non poſſunt. 17
§. 8. I. h.

1 *An quocunque loco fieri potest emancipatio, & an adhuc hodie usu servatur?*

2 *Quando hodie liberi ex patris potestate dimissi censentur?*

3 *An tamen requiritur, ut liberi majorennes sint?* (℞. Affir.) *& ubi hoc requiritur?* ℞. In Saxonia & Ducatu Würtenberg.

4 *An & pro emancipatis habentur matrimonium contrahentes, & ubi?* ℞. Quibusdam in locis.

5 *An hoc secus est de Jure Civili?* ℞. Affir.

6 *Quid est Jus Rerum?*

7 *Quotuplex est Jus Rerum?* ℞. Est vel Jus in re sive reale, vel Jus ad rem.

8 *Quid est Jus in re sive reale,* das dingliche Recht?

9 *An hoc Jus reale fortius est Jure personali?* ℞. Affir.

10 *Quot sunt species Juris in re?* ℞. Quinque: (1) Dominium, (2) Jus hereditarium, (3) Pignus, (4) Servitus, & (5) Possessio.

11 *Quid est Jus ad rem?*

12 *Quales Actiones ex hoc Jure ad rem oriuntur?* ℞. Personales.

13 *Quotuplices sunt Res in* lata *significatione?*

14 *Quid sunt Res Divini Juris?*

15 *An hæ res in privatorum sunt dominio?* ℞. Neg. Sed per excellentiam nullius esse dicuntur.

16 *Quotuplices sunt Res Divini Juris, & quid sunt Res Sacræ?*

17 *Possuntne hæ res sacræ alienari, aut profanari?* ℞. Non possunt: imo nec propter debitum a Pastore detineri. Mev. *P. 6. dec. 377.*

1 *An*

§. 1. l. 6. §. 3. h. c 31. d. R. I. in 6. vid. tamen (321) *§. 8. I. h. tit. & aut. seq.*
D *C. de SS. Eccl. 4. Regum XII, 18. &c.* Differunt bona Ecclesiastica, quæ 1
sunt in patrimonio Ecclesiæ, (322) & non simpliciter alienari (323) 3
prohibentur. *17. §. 1. C. de SS. Eccl. Nov. 120. c. 6. Fr. ad 111. de contrah. Empt. num. 174. vid. Carpz. 2. def. 298.*
* [2] res Religiosæ, (324) *§. 9. I. h. vid. tit. de relig. &c.* c. 4
D * [3] huc quodammodo referuntur res sanctæ, (325) quæ sc. c. 5
speciali sanctione (326) contra injuriosam hominum violationem 6
sunt munitæ: *1. 8. 9. §. 3. ff. §. 10. I. h.* ut sunt personæ parentum, *9.* 7
de obseq. parent. & patron. Legatorum, *f. de legation.* Vallum, *3. §. 17.* [illegible]
de re milit. Portæ & muri civitatum, *1. h.* etiam municipal. *8. §. f.*
quorum hostilis violatio Jur. Civ. est capital. *§. 10. J. L. f. h. Carpz.* 9
p. 1 q. 40. n. 30. quod tamen quidam hodie ad castra & propugna- 10
cula (327) restringunt. *Berl. 1. dec. 70. Schulz. h. lit. g. Hahn. h. p. 113.*
D *vid. Gronow. ad §. 10. I. h.* * ***RES HUMANI JU-*** b. 11
RIS sunt, circa quas homines Jus habere possunt. Et sunt, *l. 1. h.*
†D *Carpz. d. l.* vel * ***PUBLICÆ***, quæ exemtæ sunt commercio privatorum, D 12
D idque * Jure Gentium: ut ***COMMUNES***, quarum usus Jur. Gent. E 13
omnibus patet, (328) proprietas vero nullius est, ita tamen, ut quæ 14
occupari possunt, acquirantur occupanti, ut aer, aqua profluens, ma- 15
re (329) &c. *§. 1. I. L. 2. §. 1. L. 4. h. vid. Loccen. de Jur. marit. 1. c. 4. Stypman. de jure marit. p. 1. c. 4. 5. Grot. de mari lib. & Selden. de mar. claus.* item lapilli, gemmæ in littore, feræ bestiæ. *§. 12. 18. J.* ***PU-*** 16
D ***BLICÆ*** in specie sunt, quarum usus patet omnibus, proprietas vero 17
aliis est (330) quæsita, *§. 2. & 4. J. L. 5. h.*
* Jure civili, quæ vel in patrimonio reipubl. sunt quoad do- e. 18
minium, & quoad usum, *17. & seq. de V. S. 2. §. 4. ne quid in loc. publ.* vel quarum proprietas pertinet ad rempubl. usus vero omni-
bus ejusdem membris est communis, quæ dicuntur (331) universita-
D tis. *§. 6. J. h.* * ***PRIVATÆ*** sunt, quæ in singulorum sunt (332) domi- d. 19
nio. *§. 11. J. h.*
D * [II] ***RES CORPORALES*** sunt, quæ sua natura F 20
† tangi (333) possunt *1. §. 1. h. § un. J. de reb. corp. & incorp.* Et sunt * ***MOBI-*** G 21
LES, (334) quæ natura & jure de loco in locum salvæ moveri, & com-
mode (335) transferri possunt; ut Pecunia, (335) *N. 22. c. 45. §. 2.* et- 22
iam præsidii causa reposita, *75. § 1. de legat. 3.* fœnori, cambio, præ- 23
diorum emtioni destinata. *arg. 17. §. 10. 11. de A. E. V. 15. §. 7. de Legat. 3. Carpz. part. 3. const. 25. def. 7. num. 5. Finkelth. de feud. D. 25. q. 20. lit. b.*

1 *An a rebus sacris differunt Bona Ecclesiastica?* ℞. Affir.

2 *Quid sunt Bona Ecclesiastica?*

3 *An hæc Bona Ecclesiastica* simpliciter *alienari prohibentur?* ℞. Neg.

4 *Quid sunt Res Religiosæ?*

5 *Quomodo Res Sanctæ ad Species Rerum Divini Juris referuntur?*

6 *Quid sunt Res Sanctæ?*

7 *An tales sunt personæ Parentum & Legatorum?* ℞. Affir.

8 *An tales quoque sunt Vallum, portæ & muri Civitatum, etiam municipalium?*

9 *Quomodo horum hostilis violatio Jure Civili punitur?*

10 *Ad quæ tamen hoc quidam hodie restringunt?* ℞. Ad castra & propugnacula.

11 *Quid sunt Res humani juris?*

12 *Quotuplices sunt Res humani Juris, & quid sunt Res Publicæ?*

13 *Quotupliciter hæ Res Publicæ eximuntur privatorum commercio?*

14 *Quid sunt Res Communes?*

15 *Da exempla harum rerum communium?* ℞. E. g. Aër, aqua profluens, mare &c.

16 *An etiam lapilli, gemmæ in littore, & feræ bestiæ ad res communes pertinent?*

17 *Quid sunt Res* humani juris *Publicæ in specie sic dictæ?*

18 *Quænam res* Jure Civili *privatorum commercio eximuntur?* ℞. Quæ vel in patrimonio Reipublicæ sunt quoad dominium, & quoad usum: *Vel*, quarum proprietas pertinet ad Rempublicam, usus vero omnibus ejusdem membris est communis, quæ dicuntur *Res Universitatis.*

19 *Quid sunt Res Privatæ?*

20 *Quænam est* Secunda Divisio *Rerum in lata significatione, & quid sunt* Res Corporales?

21 *Quotuplices sunt Res Corporales, & quid sunt Res Mobiles?*

22 *An res mobilis est pecunia, etiam præsidii causa reposita,* Noth- und Ehren-Pfennig?

23 *An & pecunia fœnore, cambio,* (Vid. Lauterb. *Diss. de Jure in Cur. Mercat. th. 176.*) *& prædiorum emtioni destinata?*

lit. b. Berl. 3. concl. 30. num. 4. ex prædii venditione (337) redacta, *arg. 48.* 1
§. 5. de furt. Fructus a fundo (338) separati, *l. §. 2. de requir. & absent.* 2
damn. Carpz. p. 3. c. 24. def. 11. num. 1. Annui reditus, quorum dies (339) 3
venit, *Gail. 2. O. 10. n. 3.* Naves, (340) *arg. 1. § 6. 7. de vi & vi armat. 10.* 4
§ 4. quod vi aut clam. Ædificia super terram ad tempus (341) posita.
14. de act. empt. 60. de A. R. D. * *IMMOBI-* g.
D *LES*, quæ de loco in locum citra rei corruptionem moveri nequeunt, id- 5
que vel * *NATURALITER*, ut sunt res soli, e. g. fundus, *1. de condict.* H 6
tritic. lapicidinæ &c. *3. § 6. de reb. eorum, qui sub tut.* Et res solo co- 7.8
hærentes, *1. §. 3. 4. 6. L. 3. §. 17. de vi & vi arm.* sive natura: ut arbores ra- 9
dicatæ, *7. § 5. quod vi aut clam. 40. de act. empt.* fructus (342) pendentes; 10
44. de R. V. sive hominis facto: ut ædificia, *7. § 10. de A. R. D. 10. quod vi* 11
aut clam. molendina pneumatica, *Hering. tr. de molend. cap. 8. num. 49.*
Finckelth. O. 26. n. 18. molendina ædibus (343) juncta, *21. de instruct. &* 12
instrum. leg. Carpz. p. 3. c. 24. def. 8. n. 1. 2. Berl. part. 3. concl. 30. n. 10. 11. quæ
ædibus affixa, *9. §. 2. quod vi aut clam.* tegulæ ædibus impositæ, *7. § 10.* 13
quod vi aut clam. 18. § 1. de A. E. V. sata & implantata, *7. §. 13. de A. R. D.* 14
infossa. *15. pr. de A. E. V.*
D * *JURIS INTELLECTU*: (344) ut mobilia certo in loco perpe- h. 15
tui usus gratia (345) collocata: *13. § 5. 14. 17. §. 7. de A. E. V. 242. §. 5. de V.*
S. Mevius ad J. L. quæst. prælim. 6. num. 20. 21. e. g. Servi adscriptitii, *N. 7.* 16
in præfat. animalia ferrea, (346) lecti & supellex in diversoriis per- 17
petui usus gratia existentes, *Berl. 3. concl. 30. n. 25. Finckelth. O. 26. n. 19. &*
tr. de feud. D. 13. quæst. 10. lit. e. Besold. voc. Liegende und fahrende Haab.
Hering. p. 1. q. 18. molendina navalia. (347) *Hering. d. q. 8. n. 27. Finckelth.* 18
de feud. D. 3. q. 20.
D * *RES INCORPORALES* sunt, quæ sua natura tangi non possunt, f. 19
atque (348) formam & esse suum a jure habent: e. g. hereditas, (349) 20
servitus, &c. *§. 2. I. de rebus corp. 1. §. 1. h.* atque hæ annumerantur vel 21
mobilibus, vel immobilibus, [propriè enim talia non (350) sunt, *15. §. 2.*
de re judicat. 7. § 4. de pecul.] *Mev. ad jus Lubec. quæst. prælim. 6. num. 25.*
Wehner. voc. bewegliche Güter. vel propter naturam objecti, ut nomina 22
& actiones; *Carpz. 3. c. 23. d. 8. n. 8. Gail. 2. O. 11. n. 9.* vel propter natu-
ram subjecti, ut servitutes immobilibus (351) inhærentes; *Gail. 2. O. 11.*
num. 11. Molina de I. & I. tr. 2. D. 61. num. 1. vel propter aliam causam, ut a-
nnuus reditus, (352) qui immobilibus annumerantur. *in Clement. Exivi.*
vers. cumque annui. de V. S. Gail. 2. O. 10. vid. (353) *Carpz. 3. c. 24. def. 2.*
& seqq.

DE

1 *An & pecunia, ex prædii venditione redacta, est res mobilis?*

2 *An & fructus, & quinam, sunt res mobiles?*

3 *An etiam Annui reditus, & quinam, sunt res mobiles?*

4 *An quoque Navis & Ædificia super terram ad tempus posita sunt res mobiles?* ℞. Affir.

5 *Quid sunt Res immobiles?*

6 *Quotuplices sunt Res immobiles, & quæ sunt* naturaliter *tales?*

7 *An Res naturaliter immobiles sunt res soli,* e. g. *Fundus, Lapicidina &c.?*

8 *An item naturaliter immobilis res est Res solo cohærens?*

9 *Quotupliciter hæc cohæret?* ℞. Vel natura, vel hominis facto.

10 *Arbores ergo radicatæ & fructûs pendentes, quales sunt res immobiles?*

11 *Et quales sunt res immobiles ædificia, & molendina pneumatica?*

12 *An tales res immobiles etiam sunt Molendina ædibus juncta?*

13 *An & ea, quæ ædibus sunt affixa, & Tegulæ ædibus impositæ?*

14 *An quoque sata, implantata, & infossa?* ℞. Affir.

15 *Quænam res dicuntur immobiles* Juris intellectu?

16 *An tales sunt Servi adscriptitii, & Animalia ferrea?* ℞. Affir.

17 *An etiam tales sunt Lecti & supellex in diversoriis, perpetui usus gratia existentes?* ℞. Affir.

18 *Quænam Molendina sunt res immobiles Juris intellectu?*

19 *Quid sunt Res incorporales?*

20 *An ergo tales sunt hereditas, servitus &c.?*

21 *Quibus rebus annumerantur res incorporales?* ℞. Vel mobilibus, vel immobilibus: *(propriè enim tales non sunt.)*

22 *Quomodo hoc fit?* ℞. Vel propter naturam *Objecti*, ut: Nomina & Actiones; Vel propter naturam *Subjecti*, ut: Servitutes, immobilibus inhærentes; Vel propter *aliam causam*, ut: Annui Reditus, qui immobilibus annumerantur.

DE JURISDICTIONE. II. 1.

D JUrisdictio hic est publica (354) Juris dicendi potestas. *Barbos. ad tit.* 1
H *h. in pr. n. 2.* Licet enim vox Jurisdictionis plerumque in strictiori 2
significatione accipiatur, atque sic mero imperio opponatur *3. h. 1. §.* 3
4. de suspect. tut. Fr. h. n. 5. tamen in generali & natiua (355) significatione 4
catione etiam merum imperium complectitur (356) *arg. 1. § ult. 13. de*
O. I. 1. pr. de offic. ejus, cui mandat. Jurisd. 7. § 2. de offic. proconsul. Const.
Frideric. II. de pace constantiae §. nos Romanorum. in f. Fr. h. n. 5.

D * CIVILIS est, quae exercetur in caussis (357) civilibus. *Barb. h.* A 5
† *HAEC* dividitur I in * *VOLUNTARIAM*, *L. 2. de offic. proconsul. Carpz.* B 6
D *tit. 2. art. 1. § 3. n. 17.* quae tantum in volentes, & secundum illorum voluntatem
luntatem auctoritatis (358) gratia exercetur, *Fr. h. n. 7.* & quidem interdum 7
dum non nisi cum cognitione *15. § 1. 17. & seqq. de adopt. 8. § 2. de transact.*
all. 1. de reb. eorum, qui sub tut. § 4. J. Quib. ex caus. manum. Vinn. h. c. 6.
X *n. 6. Carpz. d. l. n. 19.* Huc pertinent Actiones (359) Legis, *4. § 1. C. de* 8
adopt. 3. de off. procons. 1. de offic. Jurid. vid. Barb. h. vide formula divisio
Jurisdict. n. 7. ut · Adoptio, emancipatio & manumissio vindicta, *2. de* 9
offic. procons. & insinuationes ultimarum voluntatum & donationum, *infr.* 10
Carpz. d. l. n. 38. Barb. d. l. n. 2. Vinn. h. c. 6. n. 6. agnitio bonorum possessionis 11
sionis edictalis, *2. §. 1. quis ordo in bon. poss. serv.* transactio de alimentis 12
testamento relictis, *8. pr. de transact.* alienatio praediorum minorum. *1. de* 13
S *reb. eorum qui sub tut. Fr. h. num. 9. Vinn. h. c. 6. n. 6.* Hanc jurisdictionem 14
nem exercent, quibus speciali lege (360) ea concessa est, *arg. 2. 3. de off.*
procons. 4. de adopt. 5. C. de emanc. 8. pr. de transact. 1. § 1. de offic. ejus, cui
mand. est jurisdictio, quandoque magistratus (361) municipalis, *4. de adopt.* 15
O *1. C. de emancipat. Barb. d. l.* in caussa ordinaria (362) jure ipsis non subjecta, 16
ctis, arg. 29. C. de testament. 27. in f. C. de donat. Carpz. d. l. n. 31. & p. 3. c. 3.
d. 13. n. 3. 4. etiam (363) propria, *arg. 1. de off. praetor. 2. de offic. praesid. 3. 4.* 17
de adopt. L. un. § 2. de offic. cons. Carpz. 3. c. 3. d. 14. Brel. 2. dec. 127. extra territorium 18
ritorium: (364) *2. de offic. procons. Carpz. d. l. n. 33. Barb. d. l. n. 5.* quod tamen
tamen Vinnius *h. c. n. 6.* restringit, nisi caussae cognitio (365) requiratur. 19
In jur. *HODIE* haec jurisdictio jure Magistratui (366) competit. (367) 20

D * *CONTENTIOSAM*, quae in invitos (368) A 21
exercetur, *arg. 83. § 1. de V. O.* ut in omnibus actionibus, & quae 22
X instar actionum (369) sese habent. *37. de O. & A.* Huc pertinet tutoris 23
datio.

1 *Quid hæc est Jurisdictio?*

2 *In qua significatione vox Jurisdictionis plerumque accipitur?*

3 *Cui in stricta significatione Jurisdictio opponitur?* ℞. Mero imperio.

4 *An tamen in generali & nativa significatione Jurisdictio etiam merum imperium complectitur?* ℞. Affir.

5 *Quotuplex est Jurisdictio, & quid est Jurisdictio Civilis?*

6 *Quomodo Jurisdictio Civilis* primo *dividitur?* (℞. In Voluntariam, [quæ vox in nullo Juris textu, præterquam in *cit. l. 2. π. de Offic. Proc. reperitur.* Lauterb. *Disp. de Jurisd. volunt. th. 1.*] & contentiosam) & *quid est Jurisdictio Voluntaria?*

7 *An hæc voluntaria Jurisdictio interdum non nisi cum causæ cognitione exercetur?* ℞. Affir.

8 *An huc pertinent Actiones Legis?* ℞. Affir.

9 *An ergo Adoptio, emancipatio, &c. ad hanc* voluntariam *Jurisdictionem pertinent?*

10 *An quoque ad hanc Jurisdictionem pertinent insinuationes ultimarum voluntatum, & donationum?* ℞. Affir.

11 *An etiam huc pertinet agnitio bonorum possessionis Edictalis?*

12 *Quænam transactio ad hanc Jurisdictionem voluntariam pertinet?*

13 *Quænam alienatio ad hanc Jurisdictionem pertinet?*

14 *Quinam hanc Jurisdictionem voluntariam exercent?* ℞. Quibus speciali lege ea concessa est.

15 *An & Magistratus Municipalis hanc Jurisdictionem exercet?*

16 *In quibus causis hæc Jurisdictio voluntaria exercetur?*

17 *An hæc Jurisdictio etiam in causis propriis exercetur?* ℞. Affir.

18 *An etiam extra territorium exerceri potest?*

19 *Ad quod tamen hoc* Vinnius *restringit?* ℞. Nisi causæ cognitio requiratur.

20 *Quali Jure hodie Jurisdictio voluntaria competit?* ℞. Jure Magistratus.

21 *Quid est Jurisdictio Contentiosa?* ℞. Quæ in invitos exercetur.

22 *In quibus Actionibus hæc Jurisdictio exercetur?*

23 *An ad hanc Jurisdictionem contentiosam pertinet Tutoris datio?* ℞. Affir.

datio. (370) *Corp. d. l. n. 41. quo facit L. f. §. 14. de mun. & hon. junct. 3. in*
fin. de Jurisd. & pr. I. de excus. tut.
† II. Dividitur in * *EXTRAORDINARIAM* *arg. 7. §. f. de* C 1
off. procons. 6. §. 2. de tutel. Bach. h. rubr. prima divis. Jurisdict. Vinn.
D *h. c. 6. pr.* seu Legalem, *Steph. de Jurisd. l. 1. c. 4. n. 2.* quæ com- 2
petit ex speciali lege (371) concessione. *vid. Vinn. h. c. 5. n. 3. 4.* 3
Huc pertinet datio tutorum, *pr. & §. §. seqq. I. de atil. tut. 6. pr.* 4
de tut. & cur. dat. junct. 1. C. de offic. prætorum. 2. C. de offic. ejus, qui
vic. alic. jud. obtin. & constitutio judicum ratione magistratus pro- 5 6
La vincialis. *12. §. 1. de judic. Vinn. h. c. 6. n. 4. Fr. h. n. 18.* *HODIE* 7
ordinario magistratus officio adhærent, quæ jure civili speciali le-
ge (372) competebant. *Vinn. h. c. 5. n. 4. Stephan. de jurisd. l. 1. c. 4. n. 73.*
D * *ORDINARIAM*, quæ jure magistratus (373) com- c. 8
petit, & Jure ordinario a majoribus recepto officio magistratus in-
est. *Bach. h. rubr. prima divis. Vinn. h. c. 5. n. 3. c. 6. pr.* Hujus
† ordinariæ tres sunt partes: [1] est * *FACTI COGNITIO*. *arg. 52. §. 2.* D 9
ad L. Aquil. Hæc pars plurimum committebatur judicibus (374) 10
pedaneis, *2. & tot. tit. C. de pedan. jud. vid. Fr. h. n. 20. Stephan. Lib.*
1. de jurisd. cap. 2. n. 97. quorum potestas in specie notio (375) dici- 11
D tur: *99. de V. S. 5. pr. de re judic. vid. Vinn. h. c. 5. n. 1.* quæ est po- 12
testas de facti controversi veritate cognoscendi, & secundum for-
mulam (376) a magistratu præscriptam judicandi. *3. C. de pedan. jud.*
La *HODIE* hæc pars ab ipso magistratu exercetur (377) 13
[2] * *JURISDICTIO* in specie sive d. 14
D simplex, est publica jure Magistratus competens potestas de contro-
versiis civilibus secundum jus constitutum cognoscendi & (378) sta-
tuendi: *6. §. 2. de tutel. 3. h.* quod olim fiebat, dum formulæ & acti- 15
X ones dabantur. Huc pertinet judicis datio. *3. in f. h. vid. l. 12. §. 1. ff. de ju-* 16
dic. Fr. h. n. 22. Bach. n. 1. D. 3. l. 4. Interdum solus magistratus absque ju- 17
dice rem (379) perficiebat *13. § 1. 24. § f. de min. 178. §. 9. de V. S. 1. 2. de*
extraord. cogn. vid. Vinn. h. c. 8. n. 13. Bach. h. rubr. de mandat. jurisd. n. 7.
& seq. Hujus jurisdictionis sui sunt gradus: *Barbos. h. rubr. de mixto im-* 18
perio. num. 5. Excellentiores ejus actus [ut: decernere bonorum possess. *2.* 19
§. 1. quis ordo. 3. h. jubere cavere prætoria stipulatione, *5. pr. d. V. O. 4. h.* in
integrum restituere, *5. C. ubi & apud quem cognit. in integr. rest.* in possess.
mittere, *3. pr. ne vis fiat ei.*] competunt tantum majoribus (380) magistra- 20
tibus, *26. ad municip.* & dicuntur esse magis imperii, (381) quam jurisdicti- 21
onis, sc. vulgaris & inferioris. *4.* Et minores magistratus sine imperio & 22
potesta-

1 *Quomodo Jurisdictio Civilis* secundo *dividitur?* ℞. In *Extraordinariam,* (*arg. cit. l. 7. ff. f.* desumto *a contrario sensu*: Si enim Jurisdictio, quæ jure ordinario a majoribus recepto officio Magistratus inest, est *ordinaria* sequitur, quod *extraordinaria* sit, quæ ex speciali Legis concessione competit) & *Ordinariam.*

2 *Quomodo Jurisdictio Civilis Extraordinaria alias vocatur?* ℞. Legalis, alias quoque dicta legitima, adventitia, & adscititia. Vid. Lauterb. *de Jurisd. Vol. th. 14. n. 6.* Wissenb. *ad π. D. 50. th. 2.*

3 *Quid est Jurisdictio Extraordinaria seu Legalis?* ℞. Quæ competit ex *speciali* Legis concessione.

4 *An datio Tutorum ad hanc Jurisdictionem extraordinariam pertinet?* ℞. Affir.

5 *An & datio seu constitutio Judicum huc pertinet?*

6 *Sed ratione cujus Magistratus?* ℞. Ratione Magistratus provincialis.

7 *Quid hodie circa hanc Jurisdictionem extraordinariam seu Legalem obtinet?* ℞. Hodie ordinario Magistratus officio adhærent, quæ Jure Civili *speciali* Lege competebant.

8 *Quid est Jurisdictio Ordinaria?*

9 *Quot sunt hujus Jurisdictionis Ordinariæ partes?* ℞. Tres.

10 *Quibus pars* prima, *facti scil. cognitio, ut plurimum committebatur?* ℞. Judicibus pedaneis.

11 *Quomodo Judicum pedaneorum potestas in specie dicitur?* ℞. Notio.

12 *Quid autem est ista Notio?*

13 *A quonam hæc pars Jurisdictionis* hodie *exercetur?*

14 *Quænam est* secunda *pars Jurisdictionis Ordinariæ, & quid est Jurisdictio* in specie sive simplex?

15 *Quomodo hoc olim fiebat?* ℞. Dum formulæ & actiones dabantur.

16 *An huc quoque pertinet Judicis datio?* ℞. Affir. Magistratus enim certam actionem concedebant, ac Judicem dabant, qui illam præcise sequi tenebatur.

17 *An tamen interdum solus Magistratus absque Judice rem perficiebat?* ℞. Affir. Nempe in causis moram non ferentibus: in his enim Prætor de plano procedebat, & sine solemni Processu.

18 *Num hujus Jurisdictionis diversi sunt* Gradus, *& quinam?* ℞. Excellentiores & inferiores.

19 *Da Exempla aliquum excellentiorum hujus Jurisdictionis?* ℞. E. g. decernere bonorum possessionem, jubere cavere Prætoria stipulatione, in integrum restituere, in possessionem mittere.

20 *Quibus competunt hi Actus excellentiores?* ℞. Magistratibus tantum *Majoribus.*

21 *Quales dicuntur hi actus excellentiores?* ℞. Dicuntur esse magis imperii, quam jurisdictionis, scil. vulgaris & inferioris.

22 *Quinam Magistratus fine imperio & potestate esse dicuntur?*

potestate esse dicuntur, h. e. sine hac imperiosa & excellenti juris- 1
dictione. *32. de injur. 12. ∫. 1. de judic. 8 ∫. de off. proconf. 3. de offic.*
ejus, cui mand. est jurisd. 7. ∫. 14. de pact. 14. de re judic. Inferio- 2
res ejus actus permanent ad vulgarem & inferiorem hanc jurisdictio-
nem, quæ (382) simpliciter jurisdictio vocatur, illique excellentio- 3
ri opponitur. *Bach. h. tabr. de mixt. imper. Vinn. h. c. 7. num. 3. &*
D *seq.* [3] * *MIXTUM IMPERIUM* (383) est d. 4
potestas publica sinata & judicata in causis civilibus modica coër-
citione tuendi & (384) exequendi. *arg. ∫. ∫. 1. de off. ejus, cui mand.*
est jurisd. idque vel manu militari, *68. de R. V. 3. pr. ne vis fiat ei,* 5
qui in poss. vel pignorum captione, mulctæ indictione, (385) corpo-
ris retentione. (386) *9. ∫. ∫. ad L. Jul. peculat. 4. ∫. 2. de damn. inf.*
un. pr. si quis Jus dicenti non obtemp. Hoc jurisdictioni semper (387) 6
cohæret, *1. ∫ ∫ ∫ ∫ 1. de offic. ejus, cui mand. est jurisd.* competit- 7
que omnibus magistratibus, etiam minoribus & municipalibus jure 8
magistratus, *arg. dd. LL. junct. 2. 12. h. 29. ∫. 7. ad L. Aquil.* quam-
vis non omnibus pleno (388) gradu. *arg. L. un. pr. si quis Jus dicenti* 9
non obtemper. 5. C. de defens. civit. Bach. d. l. in f. Vinn. h. c. 7. in f.
Huc non pertinet in integr. restituere &c. *ut supr. p. 23. in fin.* 10
† III. Dividitur in * *PRINCIPALEM* sive *PROPRIAM*, quæ E. 11
D principaliter est alicui concessa, ac suo jure (389) competit; &
* *MINUS PRINCIPALEM* seu *NON PRO-* e. 12
D *PRIAM*, quæ alieno beneficio (390) exercetur *5. 6. h.* Estque vel
† * *MANDATA*, *Bach. h. tabr. quare divis. Vinn. h. c. 8. in pr. n. 1.* F 13
D *in fin. Stephan. de jurisd. lib. 1. c. 14. 15.* quæ est potestas mandantis 14
jurisdictionem ejus vice & nomine exercendi. *1. ∫. 1. L. 3. de offic.*
C *ejus, cui mand. est jurisd. id.* Mandat, qui suo jure jurisdictionem 15
O habet, *5 h. 4. ∫ f. de offic. proconf.* Jurisdictionem simplicem, & 16
quæ jure magistratus competit; *5 h. 1. pr. 4. pr. ∫. 1. de offic. ejus, cui*
mandat. etiam prætorias cognitiones, *Vinn. h. cap. 8. num. 13.* vel in 17
totum, vel pro parte, *16. & 17. h.* in causis ipsi (391) subjectis; *arg. L.* 18-19
un. C. qui pro sua Jurisd. jud. dare poss. non etiam, quæ specialiter a Le- 20
ge (392) dependent; *1. pr. 2. pr. ∫ 1. de offic. ejus, cui mand. 8. pr. de tut. &*
P *Cur. dat. 8. ∫ 18. de transact.* aliis, etiam (393) privatis; *∫. ∫ 1. de offic. ejus,* 21
cui mand. est jurisd. 1. id. c. Statuimus 11. in pr. de rescript. in 6. [Si pluribus 22
sit mandata, omnium præsentia (394) requiritur, nisi addita sit clausula:
Samt und sonders.] (395) *vid. Carpz.* (396) *tit. 2. art. 3. num. 24.* qui judices
esse non impediuntur vel prohibentur. *arg. 12. ∫. 2. de judic. Steph. lib. 1.*
de ju-

1 *Quis hujus dicti sensus est?* ℞. Quod hi minores Magistratus non habeant hanc imperiosam & excellentem Jurisdictionem.

2 *Ad quam Jurisdictionis speciem pertinent* inferiores *ejus actus?*

3 *Quomodo hæc vulgaris & inferior Jurisdictio alias vocatur, & cui Jurisdictioni ergo opponitur?*

4 *Quænam est* Tertia *Pars Jurisdictionis Ordinariæ, & quid est Mixtum Imperium?*

5 *Quotuplici modo hæc coërcitio fit?* ℞. Vel manu militari, vel pignorum captione, vel mulctæ indictione, vel etiam corporis retentione.

6 *An hoc Mixtum Imperium Jurisdictioni semper cohæret?* ℞. Affirm. quia Jurisdictio sine modica coërcitione nulla est.

7 *Quibus Magistratibus hoc Mixtum Imperium competit?*

8 *An etiam minoribus & municipalibus, & quo jure hisce competit?*

9 *An vero hoc Mixtum Imperium* omnibus *Magistratibus competit pleno gradu?*

10 *An huc pertinet in integrum restituere?* ℞. Neg. quia hic, & similes Actus ad excellentiores Jurisdictionis actus pertinent.

11 *Quomodo* tertio *dividitur Jurisdictio* Civilis, *& quid est Jurisdictio* Principalis *sive* Propria?

12 *Quid est Jurisdictio* Minus principalis *sive* Non propria?

13 *Quotuplex est Jurisdictio Minus principalis sive Non propria?* ℞. Est vel *Mandata*, vel *Prorogata*.

14 *Quid est Jurisdictio Mandata?*

15 *Quis mandat Jurisdictionem?* ℞. Qui suo jure Jurisdictionem habet.

16 *Quænam Jurisdictio mandari potest?* ℞. Simplex, & quæ Jure Magistratus competit.

17 *An etiam Prætoriæ cognitiones mandari possunt?*

18 *Quomodo Jurisdictio mandatur?* ℞. Vel *in totum*, vel *pro parte*.

19 *In quibus causis mandari potest Jurisdictio?* ℞. In causis ipsi (*sc. mandanti*) subjectis.

20 *An etiam in illis causis, quæ* specialiter *a Lege dependent, Jurisdictio mandari potest?* ℞. Neg.

21 *Quibus mandatur Jurisdictio?* ℞. Aliis, etiam privatis, qui scil. Judices esse non impediuntur, nec prohibentur.

22 *Si pluribus Jurisdictio sit mandata, an omnium præsentia requiritur?* ℞. Affir. nisi addita sit Clausula: samt und sonders.

E de Jurisd. c. 17. num. 14. Et tum mandatarius mandantis nomine mandatam exercet, 1. ff. 1. L. 3. de offic. ejus, cui mandat. al. 1. ab hoc non ad mandantem, sed (397) ad superiorem provocatur. 1. ff. 1. quis, a quo appell. Mandatarius alteri non (398) mandat, ff. in pr. de off. ejus, cui mandat. 5. h. Judicem tamen (399) dat, 11. ff. 1. d. judic. sententiam suam exequitur. 1. ff. ff. ff. 1. de off. ejus, cui mandat. 1 2 3 4 5
D jurisd. Extinguitur mandata Jurisdictio mandantis revocatione etiam post (400) lit. contestat. arg. ff. 10. l. mandat. arg. 1. ff. 1. de offic proconf. Fr. h. n. 40. Vinn. c. 11. num. 5. morte mandantis (401) & mandatarii, (402) modo illo casu res nondum (403) coepta. 1. plura vide 6 7 8 9
E S apud Vinn. c. 11. num. 3. Huic jurisdictionis mandatario similis (404) est Judex a principe datus, Vinn. h. c. 9. num. 4. qui exequitur & subdelegat: 5 C. de judic. 1. quaerenti. al. 2. de offic. & pot. deleg. Carpz. 2. art. 3. num. 13. Berl. p. 1. concl. 4. n. 11. Barbos. h. rubr. de mand. jurisdict. n. 12. Gail. 1. Observ. 97. num. 9. Non etiam judex pedaneus seu delegatus, ond. 5 C. de judic. 17. pr. de re judic. ff. 11 mod. C. ubi & apud quem cogn. in integr. 44. ff. 1. de judic. 1. pr. L. ff. quis, a quo appell. nec per omnia Legatus proconf. 1. ff. 1. 12. 13. de offic proconf. 1. quis, a quo appell. nec hodierni Commissarii seu delegati, qui subdelegare & sententiam suam regulariter exequi non (405) possunt; Gail. 1. O. 1. num. 51. & O. 97. num. 7. Berl. 1. concl. 4. n. 11. Carpz. tit. 2. art. 3. num. 16. ved. Fr. h. num. 39. Barbos. d. l. n. 19. Vinn. h. c. 9. num. 10. quorum tamen omnium hodie non est eadem conditio. Gail. 1. O. 97. n. 17. Carpz. tit. 2. art. 3. n. 11. ved. Mynf. cent. 4. observ. 33. Tenor itaque commissionis diligenter est inspiciendus; 22. X. de rescript. c. 33. X. de offic & potestate jud. delegat. Gail. 1. O. 97. num. 2. Carpz. 1. c. a. def. 17. num. 1. accessoria tamen & connexa expedire possunt. c. 5. c. prudentiam. 11. ff. sextu nobis. & seq. X. de offic. & pot. jud. deleg. arg. a. Carpz. 1. c. 1. def. 17. Gail. 1. O. 97. n. 6. 10 11 12 13 14 15 16 17

D * PROROGATA jurisdict. est, quae ex voluntate partium extra terminos suos (406) exercetur 1. & 2. de Judic. 1. C. h. Haec extensio fit vel expresso consensu partium [non prohibitarum, (407) ut Cleric. c. 18. c. si diligenti. 12. X. de for. compet.] judicio editione (408) confirmato, 18. h. ved. 5. C. de pact. (409) vel tacito, qui colligitur ex circumstantiis, ut ex litis contestatione coram incompetente judice, omissa fori exceptione a scientibus (410) facta, 4. C. h. 2. pr. 33. de judic. 17. h. ex reconventione instituta coram judice rei. 11. ff. 1. h. 12. 18 19 20 21 22 23 24

1 *Quid ergo mandata Jurisdictione Mandatarius agit?*

2 *Ad quem a Mandatario provocatur?* ℞. Non ad Mandantem, sed ad Superiorem.

3 *An Mandatarius alteri quoque Jurisdictionem mandare potest?*

4 *An tamen Mandatarius Judicem dare potest?* ℞. Affir.

5 *An Mandatarius sententiam suam exequi potest?* ℞. Affir.

6 *An Jurisdictio mandata extinguitur Mandantis revocatione?*

7 *An haec revocatio etiam fieri potest post litem contestatam?*

8 *An quoque extinguitur haec mandata Jurisdictio morte Mandantis & Mandatarii?*

9 *An etiam extinguitur morte Mandantis, licet res jam sit coepta?*

10 *Quis huic Mandatariae Jurisdictionis similis est?*

11 *Quid talis Judex a Principe datus facere potest?* ℞. Exequitur & subdelegat, quia Princeps par, vel major est Judice ordinario.

12 *An etiam Judex pedaneus seu delegatus subdelegare potest?* ℞. Neg. quia non habet Jurisdictionem, ad quam tamen, Judicem dare, pertinet; sed ipse tantum judiciario munere fungitur, i. e. notionem tantum habet, & personae industria est electa.

13 *An Legatus Proconsulis delegare potest?* ℞. Non potest per *omnia* delegare.

14 *An hodierni Commissarii, seu delegati subdelegare, & sententiam suam exequi possunt?* ℞. Regulariter non possunt.

15 *An vero hodie Commissariorum est eadem omnium conditio?*

16 *Unde vero cognosci potest, quousque se extendat potestas Commissarii?* ℞. Ex tenore commissionis seu commissorialis, qui diligenter est inspiciendus.

17 *An tamen Commissarii accessoria & connexa expedire possunt?* ℞. Affir. Ad haec enim semper extenditur commissio, licet in literis Commissionis nihil sit expressum.

18 *Quid est Jurisdictio Prorogata?*

19 *Quotupliciter fit haec extensio?* ℞. Fit vel *expresso*, vel *tacito* consensu partium.

20 *Quaenam partes prohibentur Jurisdictionem prorogare?* ℞. Clerici, ob forum & Judicem, quem habent privilegiatum, quae prorogationem Jurisdictionis non admittunt.

21 *Unde colligitur tacitus iste consensus?* ℞. Ex circumstantiis.

22 *An ergo colligitur ex litis contestatione coram Judice incompetente?*

23 *Sed quomodo, & a quibus facta?* ℞. Omissa fori exceptione a scientibus facta.

24 *An item colligitur ex reconventione instituta coram Judice Rei?*

1. h. 22. de judic. 14. & seq. aut. C. de sam. & interdict. Judi- 1
cis taciturnitas hic sufficit. *2. ff. 1. de judic.*

O Prorogatur Jurisdictio *vid.* (411) *1. de judic. 3. C. h.* etiam man- 2
data, *arg.* (412) *1. de judic.* modo universa (413) sit mandata, *Barbos.* 3
h. rubr. de proreg. Jurisdict. n. 3. Vinn. c. 10. num. 6. in causis ejusdem 4
(414) generis, *vid. 6. ff. 1. de Judic. Vinn. c. 11. num. 1.* de re ad rem, 5
74. ff. 1. de judic. 25. ad municipal. de persona ad personam, alias ipsi
non subjectam; *14.* non vero de loco ad locum, (415) nec de tempo- 6
E re ad (416) tempus. *Barbos. d. l. n. 5. 6. Vinn. c. 10.* Perinde ut or- 7
La dinaria exercetur *1. C. h. Vinn. c. 11. in f.* *HODIE* (417) jurisdictio Sta- 8
tibus in Feudum concessa & patrimonialis est: igitur ordinarius sub- 9
ditos pedalibus mandatis ad se (418) revocat. *Fr. lib. 1. resol. 17. n. 55. Gail. 1. O. 40. n. 4. Stephan. de jurisdict. cap. 17. n. 41. Carpz. de process. tit. 2. art. 1. num. 18. Tauermeist. de jurisd. 1. c. 27. n. 41.*

D Li * CRIMINALIS jurisdictio est publica in causis criminalibus juris a. 10
dicendi, & in reos criminum animadvertendi potestas. *6. pr. de offic. procons. 3. h. Barbos. h. rubr. de mer. imper. n. 1. 2. Vinn. h. c. 2. n. 9.*
Fr. h. n. 53. Olim populo tantum competebat, *2. ff. 16. de O. J.* post- 11
ea quibusdam magistratibus speciali lege concessa; *1. pr. ff. 1. de offic.* 12
ejus, cui mandat. jurisd. Barb. d. l. n. 3. 4. Vinn. h. c. 2. idque vel ple- 13
ne, vel minus (419) plene. *vid. 6. ff. 8. de offic. praesid. 6. ff. 1. de ex- tr. delict. & relig. 1. ff. 3. de Legat. 3. L. 2. ff. 1. de poen.* Hi tamen illam 14
mandare non poterant, *1. pr. & ff. 1. de offic. ejus, cui mand. est jurisd. 6. in pr. de offic. procons.* [illegible] *jurisd. 70. de R. J. Barb. d. l.* nisi ob 15
justam ac necessariam absentiam, *1. pr. de offic. ejus, cui mand. est jurisd.* vel adversam valetudinem, *arg. 1. pr. de offic. ejus, cui mand. Barb. d. l. Vinn. c. 3. n. 2.* quod nec jure canonico, nec hodierno mu- 16
tatum: nam nec hodie jure magistratus (420) competit, nec manda-
ri potest. *vid.* (421) *art. 1. Ord. crim. Carol. V. Barb. h. rubr. de mer. imper. num. 6. & V. 2. D. 3. 8. 6. h. C. Fr. h. n. 56. Vinn. h. c. 3. n. 4. & seq.*

La HODIE dividitur jurisdictio *Stephan. de jurisd. lib. 3. part. 1. cap. 1. n. 2.*
D *Carpz. 3. def. 3. n. 2.* in * *ECCLESIASTICAM*, quae in personas Ecclesiasti- G 17.18
cas, & in causis Ecclesiasticis exercetur, *vid. Reink. de R. S. & E. lib. 3. cl. 1. c. 10. n. 17. Carpz. 3. def. 2.* & quidem in terris August. Confess. ab iis, qui ha- 19
bent jus territoriale, (422) ut plurimum in Consistoriis specialiter 20
ad hoc constitutis, (423) vi transactionis Passaviensis ann. 1552 21
initae, & pacificationis religiosae ann. 1555 secutae, ac Osnabrug. 22
confirmatae. *art. 5. num. 2. & 26. vid. Carpz. 1. def. 11. & tit. 1. art. 1.*

1 *An Judicis taciturnitas hic sufficit?* ℞. Affirm.

2 *Quid igitur prorogatur?* ℞. Jurisdictio.

3 *An etiam mandata?* ℞. Affir. modo universa sit mandata.

4 *In quibus causis Jurisdictio prorogatur?* ℞. Ejusdem generis.

5 *Quot & quibus modis Jurisdictio prorogatur?* ℞. Vel de re ad rem, vel de persona ad personam, alias ipsi, *scil. Judici*, non subjectam.

6 *An quoque de loco ad locum, aut de tempore ad tempus, Jurisdictio prorogari potest?*

7 *Quomodo autem exercetur Jurisdictio prorogata?* ℞. Ut ordinaria.

8 *An idem hodie circa prorogationem Jurisdictionis obtinet?* ℞. Neg. sed hodie Jurisdictio Statibus Imperii in Feudum concessa & patrimonialis est.

9 *Potestne igitur Magistratus ordinarius subditos suos pœnalibus mandatis ad se revocare?* ℞. Affirm. si subditi in totum se eximere velint a [illegible] [illegible] ordinario, et alii judici se submittere

10 *Quid est Jurisdictio Criminalis?*

11 *Cui olim competebat hæc Jurisdictio?* ℞. Tantum Populo.

12 *An hæc Jurisdictio Criminalis quibusdam Magistratibus postea, & quomodo concessa fuit?*

13 *Quotupliciter hisce Magistratibus hæc Jurisdictio concedebatur?* ℞. Vel *plene*, vel *minus plene*.

14 *An vero hi Magistratus eam mandare poterant?* ℞. Neg. quia Speciali lege competebat

15 *An tamen ob justam & necessariam absentiam vel adversam valetudinem mandare poterant?* ℞. Affirm.

16 *Quid hodie circa ea, quæ de Jurisdictione Criminali dicta, obtinet?* ℞. Hoc nec Jure *Canonico*, nec *hodierno* mutatum; nam nec hodie Jure Magistratus competit, nec mandari potest.

17 *Quomodo hodie dividitur Jurisdictio?* ℞. In *Ecclesiasticam & Secularem.*

18 *Quid est Jurisdictio* Ecclesiastica?

19 *A quibus hæc Jurisdictio exercetur in Terris Augustanæ Confessionis?*

20 *In quibus vero Judiciis hæc exerceri solet?*

21 *Vi cujus Transactionis hæc exercetur, & quo anno Transactio Passaviensis est inita?*

22 *Quo anno Pacificatio religiosa est secuta, & ubi hæ duæ Transactiones sunt confirmatæ?*

art 2. Reinh. L. 3. cl. 1. cap. 10. num 17 Stephan d. c 1. Gothofred tr. de Jure
confistor * SECULAREM, quæ est vel SUPERIOR seu cri- §. 1
minalis, vel INFERIOR (424) seu civilis, quæ diversis in locis iterum 2
diversimode distribuuntur, *vid. Reink de R. S. & E. lib 1. cl. 2. c. 17.* 3
num. 43. Carpz. 1 Resp. 49. & p 3 q 109. & tit 2. art 1. Berl p 1. concl.
6. ut in ALLODIALEM, (425) FEUDALEM, (426) FORESTALEM,
(427) Fürstliche Obrigkeit, de quibus & aliis *vid. Pourmerft Stephan.*
Michael. de jurisd. Wehner voc Zehnt. *voc* Forst. *voc.* Vogtey. *Carpz.*
D *1. Resp. 49.* Item in PERSONALEM seu administratoriam, quæ per- 4
sonæ ratione officii conceditur, ac cum persona *vid. l. 2. de offic. legat.*
D *in f.* extinguitur, & REALEM seu (428) patrimonialem, quæ est in 5
alicujus patrimonio, & transit in ejus successores, etiam singulares, 6
(429) per quasi traditionem ex causa venditionis, &c. cum ipsa re, 7
E (430) cui immediate cohæret. His modis regulariter privative seu 8
potius subordinate (431) concessa censetur. *vid. Carpz. 1 Resp. 11 Berl.*
1. conclus. 2. Si castrum simpliciter cum jurisdictione, mit den Gerichten, 9
ten, in Feudum fuerit datum, tum etiam superior data censetur. *uti*
apud Carpz. 2. c. 40. def 6. & tit 2. art 2. n 71. [diss Knichen. (432) de inve-
stiture pall. part 2. c 1. n. 63.] Hæc patrimonialis, ut & similia jura, de- 10
fenditur quoad quasi possessionem, utili Interdicto Uti possid. (433)
arg. 2 § 3 in fin. si serv. vind. c. 9. X. de probat. Gail de pign. obs ult.
in f. Carpz. 2. c 7. def 11. 12. Injuriarum Actione, (434) *arg 13. in f. de* 11
injur. Carpz. 1. c 32. def 27. num 3. utili Interdicto (435) Unde vi, *We-* 12
senb. ad tit unde vi. num. 9. Remedio Can. redintegrandæ, *cauf 3. q. 1.* 13
(436) aut etiam Pœna fractæ (437) pacis. *Carpz. 1. q 35.* Ipsa jurisdictio 14
vindicatur utili (438) confessoria. *arg 9. § 2. de damn. infect 4. arb.* 15
pr. *fort caf. Carpz. 1. Resp. 78 num. 3.* probatur instrumentis & aliis (439) 16
modis. *vid. Wesenb. h. num 11. Carpz. 1. Resp. 78.* amittitur propter 17
(440) abusum, *arg 1. C. de emend. serv. Gail. 1 O. 17 num. 2. Carpz. 1. Resp.*
53. num 11 non etiam propter nudum non (441) usum. *Gail 1 O 62.* 18
num 6. Carpz. p. 2. c 3. d. 23. n. 7. 8. vid. tamen (442) p. 3. q. 111. n. 76. & seq.
in f. Gail. 1. O. 28. n. 1.

Ad remedia, quibus jurisdictio violata vindicatur, pertinet et- 19
D iam Actio de ALBO CORRUPTO, quæ est Actio prætoria,
pœnalis, popularis, competens ad coercendum reum ob dolo- 20
sam corruptionem ejus, quod perpetuæ jurisdictionis gratia est 21
propositum. *7. & seqq. h. f. 11. L. de alb. c. 7. § 2. 4. 5. h.*
De-

1 *Quid est Jurisdictio Secularis?* ℞. Quæ in personas seculares, & in causis secularibus exercetur.

2 *Quotuplex est Jurisdictio Secularis?* ℞. Est vel Superior seu Criminalis, vel Inferior seu Civilis.

3 *Quomodo Jurisdictio Secularis, ejusque Species iterum dividuntur?* ℞. Hæ diversis in locis diversimode distribuuntur, ut: in Allodialem, Feudalem, Forestalem; item in Personalem & Realem.

4 *Quomodo Jurisdictio Secularis* personalis *alias vocatur, & quid ea est?*

5 *Quomodo Jurisdictio Secularis* Realis *alias vocatur, & quid ea est?*

6 *An hæc Jurisdictio* Realis *transit in successores, & an quoque in singulares?*

7 *Quomodo in hos successores singulares transit, & cum quo transit?*

8 *Quomodo his modis regulariter concessa censetur Jurisdictio?* ℞. Privative seu subordinate.

9 *An, si Castrum simpliciter cum Jurisdictione* (mit denen Gerichten) *in Feudum datum, tum etiam Jurisdictio superior data censetur?* ℞. Affirm. Dissentientium tamen opini non est negligenda

10 *Quibus remediis Jurisdictio patrimonialis quoad quasi possessionem defenditur?* ℞. Ut similia Jura, scil. utili Interdicto Uti possid.

11 *An etiam defenditur Actione injuriarum?* ℞. Affirm.

12 *An quoque utili Interdicto Unde vi?* ℞. Affirm.

13 *An & Remedio* Canonis redintegranda, Caus. 3. Qu. 1? ℞. Affirm.

14 *An etiam pœna fractæ pacis?* ℞. Affirm.

15 *Quanam Actione ipsa Jurisdictio vindicatur?* ℞. Actione confessoria utili.

16 *Quomodo probatur Jurisdictio?* ℞. Instrumentis & aliis modis.

17 *Quam ob causam Jurisdictio amittitur?* ℞. Propter abusum.

18 *An etiam propter non usum amittitur?* ℞. Neg.

19 *Quænam Actio ad Remedia, quibus Jurisdictio violata vindicatur, etiam pertinet?* ℞. Actio de Albo corrupto.

20 *Ad quid compellit hæc Actio de Albo corrupto?*

21 *Ob quid coërcetur Reus?* ℞. Ob dolosam corruptionem ejus, quod perpetuæ Jurisdictionis gratia est propositum.

S Datur cuilibet de populo, qui postulare potest, *arg. 7. pr. h. junct. 4. 6. de* 1
P *pop. act. vid. 3. & 4. eodem.* adversus singulos corrumpentes & mandan- 2
tes in solidum, & unius præstatio alteros non (443) liberat, *7. §. f. 2. h.* 3
vid. 11. §. 2. ad L. aquil. 5. §. 9. ne quis eum, qui in jus voc. 1. C. de con-
dict. furt. cujuscunque conditionis vel sexus: *7. §. 1.* non contra (444) 4.5
hered. *L. f. de pop. act. §. 1. I. de perpet. & temp. act. 4. §. f. de alien. jud.*
O *mut. causa.* ad pœnam 500 (445) aureorum *7. pr. h.* actori adjudican- 6
dam. *arg. 12. de V. S. 3. de sepulchr. viol. f. de incend. 5. §. 5. de his, qui effud.*
Bach. de act. D. 1. th. f. in f. Si reus non habet in ære, luat in (446) cor- 7
O pore. *7. §. 3. h. L. f. de in jus voc.* Præscribitur anno. *f. de pop. act. 35. de* 8
SS *O. & A.* Concurrit cum hac Actio (447) ex L. Corn. de falsis. *p. de L.* 9
I.n *corn. de fals.* Hodie utilis tantum albi corrupti Actio ad pœnam arbitra- 10
riam (448) competit. *Harpprecht. tr. de act. h. tit. num. 2. Schulz. ad Instit.*
tit. de act. lit. K.

QUOD QUISQUE JURIS IN ALT. STAT. UT IPSE E. J. U. II. 2.

SI magistratus cujuscunque ordinis Jus novum & iniquum dolo malo 11
(449) & cum effectu (450) statuerit, ipse quoque, sed non ejus sub- 12
diti, (451) adversario postulante (452) eodem jure uti debet. *1. 2. 3. §. 4.*
h. Item: si partes suo nomine vel alieno absque speciali mandato a ma- 13
gistratu Jus iniquum impetraverint, (453) licet eo usi non sint, (454) 14
ipsi tamen ac eorum heredes ac fidejuss. in causis præsentibus & futuris 15.16
alio postulante eodem jure utantur. *3. pr. & seq. h.* Qui vero utitur hu- 17
jus Edicti beneficio, ille in ejus pœnam non (455) incidit. *f. h.* De hodier- 18
no usu *vid.* (456) *Fr. h. in f. Hahn. h. in f.*

SI QUIS JUS DICENTI NON OBTEMPERAV. II. 3.

SI partes extremum jurisdictionis (457) non fecerint, coërcentur pœna- 19
D li judicio, quod est Actio prætoria, pœnalis, popularis, competens 20
adversus illum, qui extremum jurisdictionis majorum magistratuum
contemnit, ad pœnam pecuniariam exigendam. *L. un. h. Fr. h. n. 3. &* 21
Pancirol. lib. 2. var. lect. c. 16. Bach. h. §. 1. num. 3. 4. Tabor. D. 3. ad
S *W. q. 3.* Datur cuilibet de populo; præferuntur tamen illi, quo- 22.23
P rum maxime (458) interest; *2. 3. de pop. act. Fr. h. num. 7. 8.* adversus 24
contumaces, ut in D. sive sint rei, sive actores, *L. un. §. 3. h.* sive principal. 25
sive

1 *Cui datur hac Actio de Albo corrupto?*

2 *Adversus quos hac Actio datur, & in quantum datur?*

3 *An unius præstatio reliquos liberat?* ℞. Neg.

4 *An refert, cujus sint conditionis aut sexus?* ℞. Neg.

5 *An hac Actio de Albo corrupto contra heredes datur?*

6 *Ad quid hac Actio datur?* ℞. Ad pœnam 500 Aureorum, Actori applicandam.

7 *Quid, si Reus nihil in ære habeat?* ℞. Tunc luat in corpore.

8 *Quanto temporis spatio præscribitur hac Actio?* ℞. Anno scil. *utili*, cum sit Actio Prætoria pœnalis. *Vid.* Autor. *p. 615.*

9 *Quænam Actio cum Actione de Albo corrupto concurrit?*

10 *Quænam Actio* hodie *ob ejusmodi corruptionem competit?* ℞. Utilis tantum Albi corrupti Actio, & quidem ad pœnam solum arbitrariam.

11 *Quid si Magistratus, cujuscunque ordinis (h. e. tam* Major, *quam* Minor,) *Jus novum & iniquum dolo malo & cum effectu statuerit?* ℞. Si Magistratus hoc fecerit, ipse quoque adversario postulante eodem Jure uti debet; quia in delictis *qualitas* cessat. Duo ergo hujus *Tit.* sunt partes, prior agit de *Magistratibus* Jus iniquum statuentibus; posterior de *Partibus* Jus iniquum impetrantibus. Franzk. *ad h. t. n. 3.*

12 *An quoque subditi ejus eodem Jure uti debent?* ℞. Neg.

13 *An & partes eodem Jure uti debent?*

14 *An sufficit hac Juris iniqui impetratio, licet partes eo usi non sint?*

15 *An & impetrantium heredes & fidejussores eodem Jure uti debent?*

16 *Sed in quibus causis, & quando hoc Jure uti debent?*

17 *An vero ille, qui hujus Edicti beneficio utitur, in ejus pœnam incidit?*

18 *Quis de hodierno usu hujus Tituli conferri debet?* ℞. Fr. & Hahn. citt. loc.

19 *Si partes extremum Jurisdictionis non fecerint, quo Judicio coërcentur?*

20 *Quid est hoc Judicium pœnale?*

21 *Ad quid hac Actio datur?*

22 *Cui hac Actio datur?* ℞. Cuilibet de populo.

23 *Quinam tamen præferuntur?* ℞. Illi, quorum maxime interest.

24 *Adversus quos hac Actio prætoria pœnalis datur?*

25 *An nihil refert, sive sint Rei, sive Actores, sive sint Principales, sive Tutores, sive Procuratores?*

five tutor, five procurator; *L. un. §. 2. h. 46. §. 5. de procurat.* non 1
O etiam contra (459) hered. *L. un. §. f.* ad pœnam pecuniariam ar-
bitrariam; non pro ratione interesse partis, d. contumaciæ quantita- 2
Ↄ tis (460) æstumandam. *L. un. §. f. h. Tabor D. 3. ad W. q. 2.* Præ- 3
SS scribitur hæc actio anno. *L. un. §. f. h.* De aliis mediis, quibus con- 4
tumacia punitur, *vid. Wesemb. h. in f. Carpz. tit. 4. per tot. Gail. 2. O.*
Ln *59.* Hodie hæc actio locum habet in omnibus (461) magistratibus. 5
Mahn. h. n. 1.

DE IN JUS VOCANDO. II. 4.

JUrisdictio ut valide exerceatur, requiritur, ut observato proces- 6
sus Judiciarii ordine procedatur. *4. C. de sent. & interloc.* Cujus
IV sunt partes: in jus vocatio, Litis contestatio, causæ cognitio & 7
(462) sententiæ publicatio, quas tandem sequitur executio. *1. C. de ex-* 8
D *secut. rei judic.* *IN JUS VOCATIO* est denunciatio adversario facta, 9
ut ipse juris experiundi causa se coram magistratu sistat. *1. h. 2. pr. Si*
Q *quis in jus vocat. l. 4. de interrog. §. f. L. de pen. tem. litig.* Antiqua 10
in jus vocatio erat privata, *arg. 4. §. 1. Bach. in pr. h. n. 1.* atque (463)
dura, *18. 21. h. 5. § 1. qui satisd. cog. 103. de R. J. Fr. h. n. 6. Ritterih.*
in LL. XII Tab. Cl. 3. p. 3. c. 1. Tabor. D. 3. ad W. q. 4. descripta (464) 11
P in *L. 61. & seq. de Judic. Bach. d. l. num. 3.* Igitur prohibentur voca- 12
ri magistratus majores & alii, de quibus *L. 2. 3. 4. pr.* Et non nisi 13
impetrata venia vocantur parentes, *4. § 1. 2. & LL. seqq.* patroni, eo-
rumque parentes, uxores, liberi & heredes. *4. §. 1. L. 6. §. 1. & LL.*
seqq. ff 2. C. h. Vinn. ad *§. penul. I. de act. n. 5. in f.* plures adjungit; 14
(465) sed tutius est, hoc jus speciale & pœnale Edictum non (466)
extendere. *2. C. h. Bach. h. num. 3. Fr. h. n. 14.* De Feudidomino *vid.* 15
(467) *Mynf. 4. O. 92. n. 4. Gail. de pign. C. 17. num. 4. Finckelth. D. II. de*
feud. q. 18.

Qui contra hoc Edictum peccavit, convenitur *POENALI JUDICIO*; 16
D quod est actio prætoria, pœnalis, competens ei, qui contra Edictum in jus 17
vocatus est, non etiam heredi, (468) adversus vocantem ad pœnam 50 18. 19
aureorum exigendam, *12. p. f. h. §. 12. I. de act. § f. I. de pen. tem. litig.* qui
Ↄ non habet in ære, luat in corpore. *11. L. p. f. h. §. f. I. de pen. tem. lit.* Præ- 20
scribitur anno. *p. h.* Eliditur exceptione pœnitentiæ, (469) vocatum non 21. 22
venisse, vel ipsum non invitum, (470) aut tutorio nomine vocatum esse,
Ln *11. 16. h. vid. tamen 10. § f. h.* Hodie citatio fit publica auctoritate, omnis- 23
que (471) magistratus, etiam durante officio, (472) conveniri & citari pt. 24
Wesemb.

1 *An hæc Actio etiam contra heredes datur, & ad quid datur?*

2 *Quomodo hæc pœna arbitraria est æstimanda, an pro ratione Interesse partis, an vero contumaciæ quantitatis?*

3 *Quanto temporis spatio hæc Actio præscribitur?*

4 *Quinam Dd. de aliis modis, quibus contumacia punitur, videri possunt?*

5 *An hodie hæc Actio locum habet in omnibus Magistratibus?* ℞. Affir. quia hodie omnis Magistratus mero imperio gaudet.

6 *Quid requiritur, ut Jurisdictio valide exerceatur?*

7 *Quot sunt* Partes *Processus Judiciarii?* ℞. Quatuor: In Jus vocatio, (Jus autem *h. l.* nihil aliud est, quam locus, in quo Magistratus Jus dicit, *l. 1. pr. ff. si quis in Jus voc.* ad differentiam *Judicii*, in quo Judices Pedanei de quæstionibus *facti* judicant, *l. 15. ff. rem rat. hab.* quæ distinctio usum adhuc habet. *Vid.* Autor *p. 510.*) Litis contestatio, Causæ cognitio & Sententiæ publicatio.

8 *Quid hæc quatuor partes sequitur?* ℞. Executio.

9 *Quid est in Jus Vocatio?*

10 *Qualis erat antiqua in Jus Vocatio?* ℞. Erat privata atque dura.

11 *Ubi est descripta hæc antiqua in Jus Vocatio?* ℞. In l. 68. & seq. de Judic.

12 *Quinam ergo in totum prohibentur in Jus vocari?* ℞. Magistratus majores & alii, de quibus in l. 2. 3. & 4. pr.

13 *Quinam non nisi venia impetrata in Jus vocari possunt?* ℞. Parentes, Patroni, eorumque Parentes, Uxores, Liberi & heredes.

14 *An alii adhuc his adjungi possunt?* ℞. Plures quidem hisce adjungit Vinnius *ad §. pœnal. in J. de Act. n. 5. in fin.* sed tutius est hoc Jus speciale, & pœnale Edictum non extendere.

15 *Quid in Feudi Domino obtinet?* ℞ De hoc vid. Mynf. Gail. & Finckelth. *citt. loc.*

16 *Quomodo adversus eum, qui contra hoc Edictum peccavit, proceditur?*

17 *Quid est hoc* Pœnale Judicium, *& cui competit?*

18 *An etiam heredi hæc Actio datur?* ℞. Neg.

19 *Adversus quem, & ad quid hoc Pœnale Judicium datur?*

20 *Quomodo ille est puniendus, qui nihil in ære habet?* ℞. Luat in corpore.

21 *Quanto temporis spatio hæc Actio præscribitur?* ℞. Anno, quia hæc Actio est prætoria pœnalis. *Vid.* Autor. *pag. 625.*

22 *Qua exceptione hæc Actio eliditur?* (℞ Exceptione pœnitentiæ) An idem: *Vocatum non venisse?* aut: *Vocatum non invitum venisse?* aut: *Vocatum Tutore nomine vocatum esse?* ℞. Affir.

23 *Quomodo* hodie *fit Citatio?* ℞. Publica auctoritate.

24 *An ergo* hodie *omnis Magistratus, (etiam durante officio) conveniri & citari potest?* ℞. Affir.

Wesenb. h. n. 6. Oldend. de act. cl. 2. act. 4. ac veniae impetratio necessa- 1
ria non est, *arg. 17. h. Vant. de process. O. 5. n. 37. Tabor. D. 4. ad W. q. 5.*
Carpz. 1. c. 2. d. 26. & tit. 7. art. 1. num. 39. Faber in C. h. def. 13. Zang. de
except. p. 1. c. 9. n. 9. nisi in aliquo casu vel loco aliud sit receptum, ut in 2
Würtemb. Land-Recht, *p. 1. tit. 11. §. f. p. 64.* 3

L. n. Hodie *IN JUS VOCATIO* seu *CITATIO* *Berl. h. pr. num. 3. Fr. h.* 4
D *num. 20.* est legitima rei ad judicem ipsius jussu & auctoritate facta voca-
tio, & est

† [1] * Vel *REALIS*, (473) quae fit in gravioribus (474) delictis, A 5.6
D post legitima indicia, (475) personae prehensione, *vid. rubr. tit. de custod.*
& exhib. reorum. Carpz. p. 3. q. 110. Rosbach. prax. civ. tit. 26.

D * vel *VERBALIS*, quae fit *vel* * *PUBLICE* per praeconem, (*aut* a.B 7
campanam) vel Edictum publice in trium Dominorum territoriis (476) 8
affixum; & est irregularis, necessaria tamen in casu, quo privata locum 9. 10
non (477) sortitur; *Clement. 1. de judic. Carpz. tit. 7. art. 4. & p. 1. c. 2. d. 29.*
Gail. 1. O. 57. Schurpf. cent. 1. cons. 28. Rosbach. pr. civ. tit. 27.

* *vel PRIVATIM*, in faciem, vel b. 11
ad domum, quando citando absente ipse ab apparitore viva & clara (478) 12
voce, ita ut vicini quoque hoc exaudire possint, vocatur: vel citatio do- 13
mestica insinuatur: aut ad aedium valvas affigitur. (479) *Rosb. in pr. civ.*
tit. 23. & 24.

D [2] Est vel * *MEDIATA* seu subsidialis, (480) quae fit mediante alte- C 14
rius judicis officio & subsidio, (481) in cujus territorio (482) citandus ex-
istit *arg. §. de Jurisd. Berl. 1. dec. 39. num. 9. Carpz. 1. c. 2. d. 27. & 28. & tit. 7.*
art. 3. Gail. 1. O. 56.

D * *IMMEDIATA*, quae fit nullo alterius (483) judicis au- c. 15
xilio interveniente, sc. si citandus in judicis citantis territorio est, licet ali- 16
us ibi habeat aliam jurisdictionis speciem, seu personalem, seu (484) pa- 17
trimonialem *Fr. 1. resol. 18. n. 17. seqq. Carpz. 3. R. 24. & tit. 7. art. 3. & p. 3.*
q. 109. c. i. d. Carpz. 3. def. 19. nisi aliquo in loco contrarium (485) sit rece- 18
ptum. *l. 1. §. f. de ventr. inspic. 30. §. f. de leg. 1. 34. de R. J.*

D [3] * *DILATORIA* seu simplex, (486) qua quis simpliciter ad judi- D 19
cem vocatur, sed ulterior dilatio non (487) denegatur. *Vult. de Judic.* 20
L. 2. c. 3. n. 169.

D * *PEREMTORIA*, quae denegata ulteriori dilatione praecisam d. 21
(488) mandat comparitionem, *70. 71. de judic. e. g.* si additum sit: judicem, 22
citato non comparente, nihilominus cogniturum & pronunciaturum,
quod Jus & Justitia postulat; (489) licet vox peremptoriae in citatione non 23
sit.

1 *Num veniæ impetratio hodie necessaria est?* ℞. Neg. quia hodie Citatio regulariter non Actoris, sed Judicis fit arbitrio, decreta autem a Judice citatione, etiam venia in jus vocandi data censetur. *Vid tamen* Mevius *p. 6. d. 79. n. 1. & f. f. J. de Satisd.*

2 *An tamen, sin aliquo casu vel loco aliud sit receptum?*

3 *Da Exemplum, ubi hæc venia impetratio est necessaria?* ℞. In Ducatu Würtenb. ubi tamen non amplius pœnæ 50 Aureorum locus est, sed solum arbitrariæ. Vid. Lauterb. *ad J. P. Würtenb. tit. 18.*

4 *Quid hodie est in Jus vocatio seu Citatio?*

5 *Quotuplex (1) est Citatio?* (℞. Est vel *Realis*, vel *Verbalis*) *& quid est Citatio* Realis?

6 *In quibus causis, post quæ indicia, & quomodo hæc fit Citatio Realis?*

7 *Quotuplici modo fit Citatio* Verbalis, *& quotupliciter hæc fit* Publice?

8 *Edictum hoc ubi, & in quot territoriis debet affixum esse?*

9 *An hujusmodi Citatio indistincte fieri potest?* ℞. Neg. quia est *irregularis.*

10 *Quo casu tamen* necessaria *est?* ℞. Eo in casu, quo privata citatio finem non sortitur.

11 *Quotupliciter citatio verbalis fit* privatim? ℞. Vel in faciem, vel ad domum.

12 *Quomodo hæc citatio privata fit ad domum?*

13 *An & ad domum facta esse dicitur, si hæc citatio domesticis insinuata, aut ad ædium valvas affixa?*

14 *Quomodo (2) Citatio dividitur, & quid est Citatio* Mediata?

15 *Quid est Citatio* Immediata, *& quomodo fit?*

16 *Quando hæc Citatio immediata locum habet?*

17 *An hæc etiam locum habet, licet alius ibi habeat aliam Jurisdictionis speciem, sive personalem, sive patrimonialem?* ℞. Affir.

18 *An vero hoc casu immediata citatio locum habet, si aliquo in loco contrarium sit receptum?* ℞. Neg.

19 *Quomodo (3) Citatio dividitur, & quid est Citatio Dilatoria?*

20 *An per hanc Citationem Dilatoriam ulterior dilatio denegatur?* ℞. Neg.

21 *Quid est Citatio Peremtoria?* ℞. Quæ denegata ulteriori dilatione præcisam mandat comparitionem.

22 *Quando hæc facta censetur?* ℞. Si additum sit: *Judicem citato non comparente nihilominus cogniturum &c.*

23 *An quoque hæc facta censetur, licet vox* peremptorie, *in citatione non sit?* ℞. Affir.

fit. 70. 73. de judic. vid. 2. C. quomodo & quando jud. sent. prof. deb. Carpz. 1. const. 2. d. 10. & tit. 7. art. 1. n. 25. Hæc citatio fit regulariter Jure Civili, post tertiam dilationem; *69. & seq. de jud.* interdum etiam post unam & alteram; interdum ab initio una pro omnibus ponitur; modo pauciores (490) dies non habeat, quam tres dilatoriæ, *72. de judic. 53. §. 1. de re jud. 8. C. quomodo & quando judex.* Hodie tertia (491) dilatoria vim habet peremtoriæ. *Vult. de Jud. lib. 2. c. 2. num. 175.* 1 2 3 4

D [4] * *GENERALIS*, quæ fit ad totam (492) causam; E 5

D * *SPECIALIS* fit ad certum actum. *Gail. 1. O. 50. n. 10. Barb. v. 1. D. 4. §. 6. lit. a.* 6

C Citationem requirit Jus. (493) *39. de adopt. 47. de re jud. 7. C. quomodo & quando judex. Clem. pastoral. vers. dicts ergo. de re judicata. Carpz. tit. 7. art. 1. num. 1. Bocer. cl. 6. D. 13. §. 4.* Decernit judex, *c. de electio. 6. r. 14. q. 3. Clem. pastoral. vers. nos quoque. de re judic. Gail. 1. O. 48. num. 1. Mynsinger. cent. 6. O. 10. num. 3.* competens, *arg. f. de jurisd. vid. 5. de judic. 2. §. quis in jus vocatus Bocer. cl. 6. D. 13. §. 7. Vult. l. 2. c. 2. num. 25.* etiam delegatus. (494) *Bocer. cl. 6. D. 13. §. 8. 9. Gail. 1. O. 48. n. 17.* Petit pars, (495) *arg. 4. §. 5. de damn. infect. vid. Gail. 1. O. 50. n. 4. Carpz. tit. 7. art. 1. n. 16.* per libellum (496) citationis. *Mynd. de proc. l. 1. c. 15. num. 4. 5.* Exequitur Minister publ. (497) 7 8 9 10 11 12 13

F Citantur omnes non prohibiti, *2. 3. 4. vid. sup. h. t.* (etiam pupilli infante (498) majores, *arg. 1. §. 2. de admi. & peric. tut.* aut illorum (499) tut. *d. L. 1. §. 2. Barb. v. 1. D. 4. §. 7. lit. B.* fœminæ, etiam hodie, (500) *Vult. Lib. 2. c. 2. num. 73. v. Carpz. 2. const. 15. d. 1.*) quorum principaliter interest, omnes & singuli, (501) illorumque heredes, (502) *39. de adopt. 47. pr. de re judicat. 1. 2. C. de consort. ejusd. lit. 6. C. famil. hercisc. vid. Carpz. tit. 7. art. 1. n. 56.* etiam præsentes (503) *Barb. h. rubr. de citat. num. 4. Carpz. t. 7. art. 1. n. 14. Berl. 1. concl. 10. n. 17.* Procurator post lit. contest. (504) *arg. 22. C. de procurat. 1. C. de sent. & interlocut. Mynf. cent. 2. O. 39. Bocer. cl. 6. D. 13. §. 16.* in omnibus processibus, etiam summariis, (505) *Clem. sæpe de V. S.* & in omnibus causis, etiam notoriis, (506) *Tabor. D. 5. ad Wesemb. q. 1. Barb. V. 1. D. 4. § 8. lit. a. Mevius ad I. L. lib. 3. tit. 1. art. 7. n. 3. vid. tamen* (507) *cap. cum olim. 12. X. de sent. & de re jud.* 14. 15 16 17 18 19 20 21 22

G Citatio fieri debet ad judicem rite & legitime: ratione * *CONCEPTIONIS* ita, ut exprimatur [1] nomen judicis citantis; *Gail. 1. O. 44. num. 6. Vult. de Jud. l. 2. cap. 2. num. 21.* in ordinatio sufficit nomen dignitatis & (508) officii, *Barbos. V. 1. D. 4. §. 9. lit. a.* F 23 24 25

1 *Quando hæc Citatio Peremtoria regulariter fieri solet Jure Civili?* ℞. Post tertiam dilationem, interdum etiam post unam & alteram.

2 *An interdum etiam ab initio una dilatio pro omnibus poni potest?*

3 *An tamen ista unica dilatio pauciores dies non habere debet, quam tres dilatoriæ?* ℞. Affir.

4 *Qualem vim hodie habet dilatoria tertia?* ℞. Vim Peremtoriæ.

5 *Quomodo (4) Citatio dividitur, & quid est Citatio* Generalis?

6 *Quid est Citatio* Specialis? ℞. Quæ fit ad certum actum.

7 *Quid est Causa efficiens* Remota *Citationis?* ℞. Jus.

8 *Quid est Causa efficiens Proxima?* ℞. Judex.

9 *Quis Judex est causa efficiens proxima Citationis?* ℞. Competens.

10 *An etiam delegatus?* ℞. Affir.

11 *Quis Citationem petit?* ℞. Pars.

12 *Quomodo Pars eam petit?* ℞. Per Libellum citationis.

13 *Quis exequitur Citationem?* ℞. Minister publicus.

14 *Quinam citantur?* ℞. Omnes non prohibiti.

15 *An & Pupilli citantur, & quinam?* ℞. Infante majores.

16 *Si minores infante sint, quis eorum loco citatur?* ℞. Tutor,

17 *An Fœminæ citari & hodie possunt?* ℞. Affir.

18 *Quinam principaliter citantur?* ℞. Quorum principaliter interest. *An hi omnes & singuli?* ℞. Affir *An quoque illorum heredes?* ℞. Affir.

19 *An etiam præsentes citari debent?* ℞. Affir.

20 *Quando Procurator citari potest?* ℞. Post litem contestatam.

21 *In quibus processibus citatio fieri debet?* ℞. In omnibus, etiam summariis.

22 *In quibus causis citatio fieri debet, & an quoque in causis notoriis?* ℞. Affir. Citatio enim præsupponit defensionem; jam autem in notoriis res dubia, & hinc defensio superesse potest, imo Citatio de substantia & essentia processus est.

23 *Ad quem fieri debet citatio,* (*seu* vocatio,) *& quo modo?*

24 *Quid requiritur, ut rite & legitime fiat citatio ratione Conceptionis?* ℞. Ut exprimatur (1) nomen Judicis citantis, ut scil. citatus scire possit, an Judex competens sit nec ne, an Delegatus, an vero Ordinarius. Carpz. *in Proc. tit. 7. art. 2. n. 5.*

25 *An, si ordinarius Judex aliquem citat, sufficit nomen dignitatis & officii?* ℞. Affir.

1 *Quæ-*

lit. a. Carpz. tit. 7. art 2. n. 2. [2] Nomina & cognomina citandorum 1
singulorum; *Gail. 1. O. 49. Vult. l. 2. cap. 2. num. 29.* in universitate sufficit 2
nomen collectivum: sic citantur Consf. & Senatores. *Gail. 1. O. 48 n. 6.*
Carpz. tit. 7 art 2. num. 16. [3] Nomen & cognomen ejus, qui citationem 3
impetravit: *Gail. 1. O. 50.* in processu inquisitorio vocatur officium Judi- 4
cis. (509) *Vult d. l. n. 50.* [4] Causa (510) citationis. *Ord. Cam. p. 3. tit. 12.* 5
§. Und sollen. *Gail. 1. O 51. Vult 2 c 2. num 74. Carpz. tit 7. d 2. num. 20.*
[5] Locus tutus (511) & honestus · *Clem. pastoral. de re judic Gail. 1. O. 52.* 6
Vult 2. cap. 2. num. 95. In ordinariis judiciis, qui certum tribunal habent, 7
sufficit, si dicatur · für uns zu erscheinen. *59. de judic. Gail. 1. O. 52. num. 10.*
Carpz. d. art. 2 n. 37. [6] Dies legitimus, hoc est, non (512) feriatus, *arg. 2.* 8
in f. si quis in jus voc. Vult 2. cap. 2. num. 106. Gail. 1. O. 53. nec nimis an-
gustus J. civ. in dilatoriis requiruntur X dies; (513) *69. de judic.* vid. tamen 9
(514) *Nov. 53. c 3. N. 82. c. 10. Vult 2. cap. 2 num. 104.* In Camera est arbi- 10
trarius. (515) *Gail. 1. O. 58. Vult 2. cap. 2 num. 104.* In Saxonia VI Septi- 11
man. & III dierum (516) *Carpz. 1. c 2. d. 23. & tit 2. art. 2. n. 46.* Currit 12
hoc tempus a tempore insinuationis. (517) *arg. c. 12. inf. 8. de appell. Carpz.*
1. c. 2. d. 23. 24. Ratione

• INSI- L

NUATIONIS, requiritur, ut fiat debito loco, intra citantis territorium: 13
(518) Justo tempore, sc. die, *arg 2. §. 31. de O. J.* & quidem non feriato;
2. & f. C de fer c f 8. eodem, quod hodie non (519) observatur; *Gail. 1. O.* 14
53. vel in faciem, vel ad domum. Et demum, ut haec omnia, cum suis 15
circumstantiis, a citationis executore referantur judici. (520) *vid. Vult. 2.*
cap 2. n. 136. Gail 1. O. 54. Carpz. tit. 7. art 1. num. 68. Citatio invalida con- 16
valescit comparitione. (521) *Mynf. cent 2. O. 18 Gail. 1. O. 48. n. 4. & O. 58.*
F *num. 2.* Citatio *FIT*, ut citatus deliberet, se praeparet, & compareat *Vult.* 17
E *2. cap. 1. num 120* *OPERATUR* citatio praeventionem, (522) *19. de jurisd.*
L. f. C. h. §. .. ut for. comp. Clem. ult. ut lit. pend. nih. innov. Bor. cl. 6. D. 13.
8. 54. Carpz. 1. dec. 97. n. 9. Gail. 1. O. 11. num. 1. Berl. 1. D. 1. interrumpit (523) 19
praescriptionem; *1. C de ann. exc. 7 & f. C. de 30. & 40. ann. praescr.*
perpetuat (524) mandatarii jurisdictionem; *6. de jurisd. c. 19. c. 20. 8. de* 20
offic. & potest Jud. deleg. Clem. 2. ut lit. pend. Vult. 2. cap. 2.
num. 198 non etiam temporales (525) actiones. *arg.* 21
f. de fidejuss. & num. tut. 4. ut quis eum,
qui in jus vocat.

SI

1 *Quorum & quorum (2) nomina & cognomina in Citatione sunt exprimenda?* R. Singulorum citandorum, Æquivocationis scil. vitandæ causâ: nam citatio foret incerta, si plures ejusdem essent nominis, semperque obscuritas Libelli Actori imputari potest. *arg. l. 39. ff. de Pact.* Sub generali quoque Consortum nomine vocati comparere non tenentur. Vid. Carpz. *in Proc. tit. 7. art. 1. n. 56. seqq.* Si tamen plures litis consortes Procuratorem communem constituerunt, tunc sufficit, ei citationem insinuare. Berlich. *P. 1. Concl. 10. n. 48.*

2 *Quomodo citantur Universitates?* R. Nomine *collectivo*: & hinc citantur tantum Consules & Senatores, aut alii, qui universitatem repræsentant, quia Universitates certam habent Juris determinationem. Formulam vero hujus Citationis vid. apud Ruland. *in Formul. P. 1. l. 5. c. 3.*

3 *Cujus nomen & cognomen in Citatione (3) est exprimendum?* R. Ejus, qui Citationem impetravit: ut scil. citatus cognoscat, Judicem ad instantiam Partium Citationem fecisse. Vid. Autor. *pag. 51.*

4 *Quid in processu inquisitorio hujus vicem obtinet?* R. Verba: *ex officio.*

5 *An (4) in Citatione causa citationis est exprimenda?* R. Affir.

6 *Qualis (5) locus esse debet, ad quem quis citatur?* R. Locus tutus & honestus.

7 *Quid in ordinariis Judicibus, qui certum tribunal habent, loco expressionis loci, Citationi inseri potest?* R. Vor uns zu erscheinen etc. cum hoc casu locus Judicii satis sit notus & certus.

8 *Quid per diem legitimum, Citationi inserendum, intelligitur?* R. Dies non feriatus, nec nimis angustus.

9 *Quot dies Jure Civili, in Citationibus Debitorum requiruntur?* R. Decem.

10 *Quotus dies est in Camera Imperiali?* R. Arbitrarius.

11 *Quantum spatium conceditur in Saxonia?* R. VI Septim. & III Dierum.

12 *A quo tempore currit hoc tempus?* R. A tempore insinuationis.

13 *Quid requiritur, ut Citatio rite & legitime fiat, ratione* Insinuationis? R. Ut fiat debito loco, intra citantis territorium, Justo tempore, scil. die, (non nocte) & quidem die non feriato, vel in faciem, vel ad domum.

14 *An hodie die feriato Citatio insinuari potest?* R. Affir.

15 *Quid post insinuationem requiritur?* R. Ut hæc omnia cum suis circumstantiis a Citationis executore referantur Judici.

16 *Quomodo convalescit Citatio invalida?* R. Comparitione Partis citatæ, sine protestatione.

17 *Quorum in favorem fit Citatio?* R. Ut citatus deliberet, se præparet & compareat.

18 *Quid Citatio operatur?* R. Præventionem.

19 *An Citatio etiam interrumpit præscriptionem?* R. Affir.

20 *An quoque Citatio perpetuat mandatoris jurisdictionem?* R. Affir.

21 *An etiam Citatio Actiones temporales perpetuat?* R. Neg.

SI QUIS IN JUS VOCATUS. II. 5.

CItatus venire debet, etiamsi dubitetur, (526) an competens sit, ad 1
quem vocatus est: *2. pr. h. 5. de judic. Carpz. 1. c. 3. d. 11.* nam alias 2
jus partis lædit, & prætoris auctoritatem contemnit, *5. de judic. j. l. 199.*
de R. J. & inde a magistratu maj. (527) propter contumac. ad mulctam 3
(528) condemnatur. *2. §. 1.* Modo non contra Edictum, *rubr. h. 11. de* 4
in jus voc. aut ad diem feriatum vocatus sit, aut ex rusticitate (529) con- 5
tra hoc Edictum peccaverit: tum enim a pœna liberatur. *2. §. 1.* Si
notoria est incompetentia, citatus impune emanet. *arg. f. de jurisd. 53.* 6
§ f. de re jud. Borcholt. vol. 2. conf. 1. Gail. 1. O. 48. num. 9. 10. Mynf. cent. 6.
O. 7. num. 6. Grœv. 1. concl. 48. consid. 2. Pœnam hodie (530) citatorum 7
non comparentium habet *Gail. 1. O. 60. Carpz. tit. 8. a. 1. Mev. ad I. L. lib.*
3. tit. 1. art. 7. n. 25. & lib. 4. tit. 4. art. 1.

IN JUS VOCATI UT EANT,

A. SAT. V. &c. II. 6.

LIberatur a pœna modo dicta, qui judicio sistendo satisdat idoneis fide- 8
jussoribus. (531) Pro personis necessariis, sc. parentibus, patronis, li- 9
beris, uxore, nuru quilibet (532) fidejussor admittendus sub pœn. 50 au- 10
reorum.

NE QUIS EUM, QUI IN JUS VOC.

VI EXIM. II. 7.

D QUI hanc vim facit, tenetur *POENALI JUDICIO*, quod est actio 11, 12
prætoria, pœnalis, competens iis, qui in jus vocarunt, adversus il-
los, qui vocatos vi injuste exemerunt, ad id, quanti ea res ab actore æsti-
C mata, de qua est controversia. *CAUSA* effic. Prætor. *1. pr. h. §. pœnal. I.* 13
de act. Delictum, *vid. 1. §. 2. L. 2. h.* licet sine (533) dolo malo, *3. §. f. h.* 14
quo, ad magistratum vocatus, *vid. 3. §. 1.* eximitur, hoc est, eripi- 15
tur, retinetur, &c. *4. pr. 5. §. 2.* sive per se, sive per alium. *5. pr.* 16
S *h.* *DATUR* vocanti, & hered. si illorum (534) intersit, *5. § f. h.* 17
P *ADVERSUS* singulos eximentes in solidum, (535) *L. 5. §. 3.* sed 18
O non contra hered. *5. § f.* *AD* pœnam, *f. h.* quanti sc. ab actore 19
æstimatur (536) res, de qua est controversia, *5. §. 1. h. ibi Bachov.* li- 20
cet per (537) calumniam. *4. §. 1. 5. §. 2. h.* Per hanc pœnam non li- 21
O beratur exemtus. *5. §. 3. L. f. h.* Præscribitur anno. *5. §. f. h. 35.*
de O. & A.

QUI

1 *An vocatus venire debet, etiamsi dubitetur, an competens sit, ad quem vocatus est?* ℞. Affirm.

2 *Cur autem sic vocatus venire debet?*

3 *Ad quid inde propter contumaciam a Magistratu majori condemnatur?*

4 *An quoque ad mulctam condemnatur, etiamsi contra Edictum, aut ad diem feriatum vocatus sit?* ℞. Neg.

5 *An etiam vocatus condemnatur, etsi ex rusticitate contra hoc Edictum peccaverit?* ℞. Neg.

6 *Quid si notoria est incompetentia Judicis citantis?* ℞. Tunc citatus impune emanet: Jurisdictionem enim non habenti impune non paretur.

7 *Quænam hodie de citatorum non comparentium pœna agunt?* ℞. Gail. Mev. & Carpz. citt. loc.

8 *Quænam a pœna* arbitraria, *de qua in* præced. Tit. *dictum, liberatur?* ℞. Qui Judicio sistendo satisdat idoneis fidejussoribus.

9 *Pro quibus personis hic quilibet fidejussor est admittendus?* ℞. Pro personis necessariis, scil. in Jus *vocantis*, non vocati. *l. 1. §. 1. ff. h. t.* Hahn. *h. t.*

10 *Sub quanam pœna admittendus est ejusmodi fidejussor?*

11 *Qui hanc vim facit, quo Judicio tenetur?* ℞. Pœnali Judicio.

12 *Quid est hoc Pœnale Judicium?* ℞. Est Actio Prætoria *in factum. l. 5. §. 1. ff. h. t. vid.* Autor. *p. 402.*

13 *Quisnam est Causa Efficiens* Remota *hujus Actionis?* ℞. Prætor, quia hanc Actionem introduxit.

14 *Quænam est Causa Efficiens Proxima?* ℞. Delictum, licet sine dolo malo.

15 *Quid per vocabulum* eximitur *intelligit?* ℞. Eripitur, retinetur &c.

16 *An sive per se, sive per alium hæc vis facta?*

17 *Cui datur hæc Actio?* ℞. Vocanti & heredibus, si illorum intersit.

18 *Adversus quos hæc Actio datur?* (℞. Adversus singulos eximentes) *& an contra heredes?* ℞. Neg. quia hæc Actio est ex delicto pœnalis. *Vid.* Autor *p. 614.*

19 *Ad quid hæc Actio datur?* ℞. Ad pœnam, quanti scil. ab Actore æstimatur res, de qua est controversia.

20 *An ad hanc pœnam agi potest, licet quis per calumniam in Jus sit vocatus?*

21 *An per hanc pœnam liberatur exemtus?* (℞. Negando) *& quanto temporis spatio huic Actioni præscribitur?* ℞. Anno; quia hæc Actio est Prætoria pœnalis. *Vid.* Aut. *p. 615.* Lauterb. *Ex. 6. Concl. 7.*

QUI SATISD. COG. V. JURAT.

PROM. V. S. P. C. (538) II. 8.

D CAUTIO in genere est satisfactio, per quam adversarium securum 1
† reddimus. *Fr. h. n. 3.* Estque vel fidejussoria seu Satisdatio, *1. h.* 2
vel Pignoratitia, [Et hæ dicuntur cautiones idoneæ, *19. ff. mandat.* 3
† *4. ff. 2. de fideicomm. libert.*] vel Juratoria, vel (539) Promissoria, 4
[quæ voce cautionis simpliciter positæ intelliguntur. *3. C. de V. & R. S.*]
Alia ratione dividitur cautio in Conventionalem (540) seu Volunta- 5
riam, & Legalem seu Necessariam. (541) *7. ff. 1. 8. ff. 4. h.* Hæc 6
iterum in Prætoriam (542) & Civilem, (543) Judicialem (544) & Ex-
trajudicialem. (545)

Ad cautionem *JUDICIO SISTI* (546) requiritur, ut uno vel plu- 7
ribus (547) idoneis fidejussoribus caveatur: *1. 5. ff. 1. h. 1. in jus voc. ut eant. Tabor. D. 5. ad W. q. 2.* neque regulariter pignora (548) sufficiunt, *1. h. 7.* 8
de prætor. stip. N. 53. c. 2. 3. N. 112. cap. 2. Fr. h. n. 9. nisi aliud conventum, 9
61. de V. S. aut Lege constitutum, *1. ff. 9. de collat.* aut moribus receptum
sit; uti de nostris testatur *Carpz. 1. Const. 5. def. 7. & p. 3. q. 112 num. 12.* Fi- 10
dejussores idonei censentur arbitrio judicis, *9. h.* ex facultatibus & con- 11
veniendi (549) facilitate: *2. pr. h. Fr. h. n. 23.* Si postea non idonei fiunt, 12
alii in illorum locum substituendi (550) sunt. *10. ff. 1. h. 4. de prætor. stip.*
EXCIPIUNTUR a prædicta regula personæ (551) illustres, *17. pr. C. de* 13
dignit. & Spectabiles, quæ juratoriam præstant, *22. C. de procur. Sam.* 14
Strim. vid. Schilt. ad L. [illegible]. Treutl. V. 2. Disp. 5. §. 2. lit. b. ad
quam etiam admittuntur, qui fidejuss. cavere (552) nequeunt *N. 112.* 15
c. 2. aut generaliter C. de Episc. & Cleric. vid. Carpzov. 1. c. 5. d. 9. & 2. Resp. 61. num. 5. 6. Nudæ promissioni relinquuntur, qui tempo- 16
re hujus cautionis præstandæ *15. ff. & ibi Bach. h.* bona immobilia
(553) possident: *15. pr. Instit. fin. 15. h. ff. 2. L. h.* quales sunt rerum 17
immobilium Domini, etiam nudi Proprietarii, *15. ff. 1.* & qui revo- 18. 19
cabile, *15. ff. 3.* vel utile (554) tantum dominium habent, ut: Emphy- 20
teutæ, Vasalli, Superficiarii, *15. ff. 1. Carpz. 1. c. 5. d. 10.* Tutores 21
& Curatores, qui vel propria, vel pupilli bona immobilia possident
15. ff. 5. vel in civitate, ubi lis peragenda, vel extra (555) illam; *15.* 22
ff. 2. arg. 7. ff. 1. vid. (556) *Carpz. 1. c. 5. d. 2. 3.* Uxor constante matrimo- 23
nio propter fundum (557) dotal. *15. ff. 3.* *NON* etiam (558) usufructuarius, 24
15. ff. 1. vid. (559) *Carpz. 1. c. 5. def. 21.* & qui habet fundum (560) oppignoratum, 25
15. ff. 2. vel actionem personalem (561) ad rem immob. *15. ff. 4.* nec omnis, 26
qui

1 *Quid est Cautio in genere?*
2 *Quotuplex est Cautio, & quomodo Fidejussoria alias in Jure vocatur?*
3 *Quanam Cautiones dicuntur idonea?* ℞. Fidejussoria & Pignoratitia.
4 *Quanam Cautiones voce Cautionis simpliciter posita intelliguntur?* ℞. Cautio Juratoria & promissoria.
5 *Quomodo Cautio alia ratione dividitur?* ℞. In Conventionalem seu Voluntariam, & Legalem seu Necessariam.
6 *Quomodo Cautio Necessaria subdividitur?* ℞. In Prætoriam & Civilem, Judicialem & Extrajudicialem.
7 *Quid ad Cautionem Judicio sisti requiritur?*
8 *Annon pignora quoque ad hanc Cautionem sufficiunt?* ℞. Regulariter non sufficiunt.
9 *Quando tamen pignora admittuntur?* ℞. Si aliud conventum, aut Lege constitutum, aut Moribus receptum.
10 *Cujus arbitrio Fidejussores idonei censentur?* ℞. Arbitrio Judicis.
11 *Unde idonei censentur?* ℞. Ex facultatibus & conveniendi facilitate.
12 *Quid, si postea hi fidejussores non idonei fiant?* ℞. Tunc alii in illorum locum sunt substituendi.
13 *Quinam a prædicta regula excipiuntur?* ℞. Personæ illustres & spectabiles.
14 *Quam ergo Cautionem hæ personæ illustres præstant?* ℞. Juratoriam.
15 *An ad hanc Juratoriam Cautionem alii quoque admittuntur, & quinam?* ℞. Illi, qui fidejussoribus cavere nequeunt.
16 *Quinam nudæ promissioni relinquuntur?* ℞. Qui tempore hujus Cautionis præstandæ bona immobilia possident.
17 *Quinam intelliguntur possidere bona immobilia?*
18 *An etiam tales sunt nudi Proprietarii?*
19 *An quoque illi, qui revocabile & utile tantum Dominium habent?*
20 *An ergo Emphyteuta, Vasalli, Superficiarii tales sunt?*
21 *An etiam Tutores & Curatores, qui vel propria vel pupilli bona immobilia possident?*
22 *Refertne, utrum possideant in Civitate, ubi lis peragitur, an extra illam?*
23 *An pro possessionata habetur uxor, constante matrimonio, propter fundum dotalem?*
24 *An & usufructuarius pro possessore rei immobilis est habendus, atque sic nudæ promissioni relinqui debet?*
25 *Num & is, qui fundum habet oppignoratum?*
26 *Utrum is, qui actionem personalem ad rem immobilem habet, vel quoque omnis, qui habet realem actionem, nudæ promissioni relinquitur?*

qui habet realem (562) actionem, *17. §. 1. 2.* nec qui sperat successionem 1
Ln in (563) immobilibus. *Carpz. 1. c. 5. d. 13. & 2. Resp. 72. n. 14.* Hodie etiam, qui res mobiles pretiosas, (564) quæ facile amoveri nequeunt, possident, suæ promiss. relinquuntur. *Carpz. tit. 9. art. 5. num. 136. & p. 1. const. 5. def. 19. Bocer. cl. 6. D. 17. §. 43.* 2
SS Huic cautioni fere similis est, qua tempore Justiniani cavebat *REUS* (565) de sua persona, quod scil. ad finem usque in judicio permanere velit. *§. 2. I. h.* Ejus differentias *vid.* (566) *ap. Vultej. 2. c. 5. num. 285.* *ACTOR* quoque J. civ. novo cavebat, [1] se intra II mens. a tempore porrecti libelli litem contestaturum, (567) *aut. Libellum. C. de Lit. contest. Nov. 96. cap. 1.* [2] se in lite ad finem (568) permansurum, [3] si convictus fuerit, litem injuste movisse, expensarum nomine (569) decimam partem quantitatis in libello comprehensæ reo soluturum esse. *aut. generaliter. C. de Episc. & Cler.* 3 4 5 6
Ln *HODIE* cavet actor de judicio peragendo, & expensis refundendis, *Vult. 2. cap. 5. num. 295.* & de reconventione, (570) *Carpz. 1. const. 5. d. 1.* [modo adversarius ante lit. contest. hoc petierit (571) *Vult. 2. c. 5. n. 303. & 304. Carpz. 1. 9. art. 5. n. 23.*] eodem modo, quo supr. (572) *Vult. 2. c. 5. n. 311. & 287. Mev. ad J. L. lib. 3. tit. 5. art. 5.* Immobilium possessores plurimus in locis hodie nec nude promittunt. *Vult. d. l.* Quantitas hujus cautionis judicis arbitrio (573) relinquitur. *Carpz. 1. c. 5. def. 8. & tit. 9. art. 5. num. 42. Vult. 2. c. 5. num. 221 vid. omnino § 9. & f. I h. Vult. 2. cap. 5. num. 229. Mev. d. l. n. 1.* In causis criminalibus quomodo caveri debeat, explicat (574) *Vult. 2. cap. 5. n. 230. 240. &c. Carpz. 3. q. 112.* 7 8 9 10 11 12 13

SI EX NOX. CAUS. AG. QUEMADMODUM CAVEATUR. II. 9.

DOminus cavet, se servum in eodem statu (575) exhibiturum, donec judicium accipiatur; neque alienaturum. 14

DE EO, PER QUEM FACTUM ERIT, QUO MINUS IN JUD. QUIS SISTAT. II. 10.

CAutione præstita, si quis impediat dolo malo (576) citatum, datur *IN* 15
D *FACTUM JUDICIUM*, quod est actio prætoria, personalis, competens adversus illum, qui dolo malo impedit aliquem judicio sisti, ad id, 16
C quod actoris interest. A Prætore, *1. pr. 3. pr.* propter Delictum. *1. pr. §. 1. 2.* 17
S *DATUR* Actori vocanti, & reo vocato, a tertio impedito; *1. §. 3. h. 1. §. 5.* 18

1 *An is, qui sperat successionem in immobilibus?*

2 *Quinam hodie ex iis, qui bona immobilia haud possident, suæ promissioni relinquuntur?* ℞. Qui res mobiles pretiosas, quæ facile amoveri nequeunt, possident.

3 *Quænam Cautio huic cautioni, sc. de Judicio sisti, fere similis est?*

4 *Quis tamen harum cautionum differentias tradit?* ℞. Vultej. cit. loc.

5 *Quid Actor Jure Civili nove cavebat (1) ratione litis contestandæ?*

6 *Quid (2) & quid (3) ratione expensarum Actor cavebat?*

7 *Quomodo hodie Actor cavet?*

8 *An & de Reconventione Actor hodie cavere debet?*

9 *Quando vero hoc modo cavet?* ℞. Si adversarius ante litem contestatam hoc petierit.

10 *Quomodo autem Actor cavet?* ℞. Eodem modo, quo supra.

11 *Quinam hodie plurimis in locis nec nude promittunt?*

12 *Quænam est quantitas hujus Cautionis?*

13 *Quomodo in causis criminalibus caveri debet?*

14 *Quomodo, si ex causa noxali contra Dominum agitur, hic Dominus cavere debet?*

15 *Quale remedium datur, si, præstita cautione, quis impediat dolo malo citatum?* ℞. Judicium in Factum.

16 *Quid est hoc Judicium in Factum?*

17 *A quo & ob quid hæc Actio datur?*

18 *Cui datur hæc Actio?* ℞. Actori vocanti, (*hujus enim interesse potest, si Reus interea, quod non comparuerit, liberatus fuit, v.g. Actione injuriarum, redhibitoria &c. aut usucapionem implevit, l. 3. ar. h. t.*) & Reo vocato, (*v.g. si stipulatio Judicio sisti interea commissa, l. 1. §. 3. h. t.*) a tertio (si enim Reus dolo Actoris non venit, cessat hæc Actio in factum, cum sufficiat doli exceptio, *l. 1. §. 3. h. t.*) impedito, & *heredibus*, quia hæc Actio est Rei persecutoria. *Vid.* Autor. *p. 623.*

1 *Ad-*

P *§ f. junct. 3. Si quis caut. in jud.* & hered. *1. §. 6.* *ADVERSUS* impedientes; unius tamen præstatio reliquos (577) liberat; *1. § 4.* *NON* etiam, 1 2 3
O contra hered. nisi exinde aliquid ad eos pervenerit; *1. §. 6. h.* *AD* id, 4
quod actoris interest. *3. pr.* Unde ratione actoris est rei persecut. ratio- 5
O ne rei vero (578) pœnal. *1. pr. §. 4. h.* Anno præscribitur. *1. §. 6. h.* 6

SI QUIS CAUT. IN JUD. SIST. CAUSA FACT. NON OBTEMP. II. 11.

SI hoc non fiat, *11. h.* datur contra reum & ejus fidejussores actio ad ex- 7 8
igendam pœnam (579) promissam: vel, si hæc non fuerit promissa, 9
(580) ad verum actoris interesse, *2. §. f. qui satisd. f. si quis in jus voc. 31. pr. de V. O. Fr. h. n. 6.* ex tempore, quo sisti debuit, æstimandum, *11. §. 1. h.* 10
nisi reus probaverit (581) impedimenta legitima: *vid. Wesenb. h. num. 3.* 11
X *Carpz. tit. 8. art. 2. n. 51.* qualia sunt adversa (582) valetudo, *2. §. 3. h.* fu- 12
ror, *2. §. 5.* publ. incarceratio, (583) *2. §. f. 4. §. 1.* mulieris citatæ (584) 13
graviditas, *2. § 4.* tempestas, *2. §. 6.* absentia reipubl. causa, *6. h.* funus 14
domesticum, *4. §. 2.* munus publ. *2. §. 1.* belli & pestis peric. sonticus 15
conjugis & liberorum morbus, carentia advocati & procuratoris; *Carpz.* 16
tit. 8. art 2. num. 45. &c. quæ judicis arbitrio (585) relinquuntur. *Carpz.* 17
tit. 8. art. 2. n. 43.

DE FERIIS ET DILAT. ET DIVERS. TEMP. II. 12.

D FERIÆ sunt dies ad certum quid peragendum destinati, & a judicia- 18
libus actibus vacui. *9. h.* Computantur de Jure canonico de Ve- 19
spera in Vesperam. *c. 1. de feriis.* Jure civ. dies civilis est a media 20
nocte ad mediam noctem; *8. h.* & sic accipitur vox diei in actibus 21
indifferentibus: *Gentil. tr. de divers. temp. appell. c. 5. in fin. Rypa de temp. noct. l. 1. c. 3. n. 17.* Naturalis a solis ortu ad occasum; hujus- 22
modi dies intelligitur in causis judicialibus, *arg. L. 2. §. 31. de O. J.*
aliisque diurnis. *Gentil. d. l.*

†D Feriæ sunt I. * *SACRÆ*, quæ divino cultui dicatæ: *f. pr. C.* A 23
vid. Carpz. 1. def. 170. vid. Ord. Cam. 2. tit. 33. Becer. cl. 6. D. 16. Valt.
de jud. 2. cap. 1. num. 311. Et hæc festa dicuntur: quæ iterum sunt 24
mobilia, (586) vel immobilia, prout eundem mensis diem servant, 25
vel non.

* *HUMANÆ*, quæ hominis gratia introductæ; 2. 26
D & quidem * *NECESSARIÆ*, quæ ad utilitatem vel necessita- B 27
tem

1 *Adversus quos?* ℞. Adversus impedientes.
2 *An tamen unius præstatio reliquos liberat?*
3 *An etiam contra heredes?* ℞. Neg. quia oritur ex delicto; nisi exinde aliquid ad eos pervenit; quia impia lucra etiam heredibus sunt extorquenda. *l. 5. ff. de Calumniat.* In quo convenit cum aliis actionibus pœnalibus. *Vid.* Autor. *p. 74. & 613.*
4 *Ad quid datur?* ℞. Ad id, quod Actoris interest: si tamen impediens non sit solvendo, & *Reus* tempore liberatus est, tunc contra Reum restituitur Actio: *l. f. ff. 1. h. t.* quæ exinde dicitur *Restitutoria*, de qua Autor *p. 87.*
5 *Qualis est hæc Actio ratione Actoris, & qualis ratione Rei?*
6 *Quanto temporis spatio hæc Actio præscribitur?* ℞. Anno, quia est Actio Prætoria pœnalis. *Vid.* Autor. *p. 615.*
7 *Si quis Cautioni huic non obtemperet*, (h. e. si Reus ante L. C. sponte vel per contumaciam se non sistat,) *an datur Actio, & contra quem?*
8 *Ad quid hæc Actio datur?* ℞. Ad exigendam pœnam promissam.
9 *Si autem pœna non fuerit promissa, ad quid tum datur?*
10 *Ex quo tempore hoc Interesse est æstimandum?*
11 *Quando verò Reus excusatur?* ℞. Si probaverit *legitima* impedimenta.
12 *Quænam impedimenta sunt talia?* ℞. Adversa valetudo &c.
13 *An & publica incarceratio, mulieris citatæ graviditas?*
14 *An etiam tempestas, absentia Reip. causa, funus domesticum?*
15 *An & munus publicum, Belli & Pestis periculum?*
16 *An sonticus conjugis & liberorum morbus, it. carentia Advocati?*
17 *Quis de his arbitratur?* ℞. Judex, cujus arbitrio relinquuntur.
18 *Quid sunt Feriæ?*
19 *Quomodo Feriæ computantur de* Jure Canonico?
20 *Quomodo* Jure Civili *dies civilis computatur?* ℞. A media nocte, ad mediam noctem. *Vid.* Lauterb. *Disp. de Feriis. §. 13.* Usum vero hujus computationis diversæ exemplo illustrat Dn. de Berger in *Resol. ad Schitz. in Pref. q. 3.*
21 *In quibus actibus vox Dies pro civili accipitur?*
22 *Quomodo dies Naturalis computatur, & in quibus causis hujusmodi dies intelligitur?* ℞. In causis judicialibus, aliisque diurnis.
23 *Quotuplices sunt Feriæ, & quid sunt Feriæ Sacræ?*
24 *Quomodo hæ Feriæ sacræ alias dicuntur?* ℞. Festa.
25 *Quotuplicia sunt hæc Festa?* ℞. Duplicia: Mobilia & Immobilia.
26 *Quid sunt Feriæ Humanæ?*
27 *Quotuplices sunt, & quid sunt Necessariæ?*

† tem introductæ: *c. ſ. in f. ff. h.* & ſunt vel * ***URBANÆ***; ut nun- C 1
dinarum; *L. un. C. de Nundin. vid.* (587) *Carpz. 1. c. 30. def. 23.*
vel * ***RUSTICÆ***; *Vult. de* c.
judic. 2. cap. 7. num. 311. ut meſſium & vindemiarum; *1. pr.* quæ omni- 2
bus (588) proſunt. *1. pr. Carpz. 1. conſt. 3. d. 22. & tit. 10. art. 1. num.*
10. Bach. ad d. L. 1. h. num. 1. A magiſtratu cujusque loci (589) de- 3
terminantur. *4. h. Vult. libr. 2. c. 7. num. 313.* In Cameræ meſſium 4
feriæ ſunt ab VIII Jul. ad XIV Aug. *Ord. Cam. p. 2. tit. 33. Vult. d. l.*
n. 315. * ***HONORARIÆ***, quæ ob ſingularem memoriam (590) ce- h. 5
lebrantur. *c. ſ. ff. h. 26. §. 7. ex quibus cauſis maj.*

† [II] Sunt vel * ***ORDINARIÆ*** ſeu ſolennes, quæ certo jure ſunt D 6
D conſtitutæ, & quotannis ſtatis temporibus recurrunt; *arg. 26. §. 7.*
ex quibus cauſis maj. Vult. d. l. num. 284. Fr. h. n. 7.
D * ***EXTRAORDINARIÆ***, repentinæ, (591) quæ pro d. 7
re nata indicuntur. *d. L. 26. §. 7. L. 3. C. de dilat.*
† ***HODIE*** feriæ ſunt vel integræ, vel ſemiferiæ, quales alicubi ſunt 8
feſta Apoſtolorum, Bet-Tage, &c. (592) quibus poſt operam ſacris dica- 9
tam litib. & aliis negotiis vacamus. *Fr. h. n. 19.*
C *Ferias* ***CONSTITUIT*** Princeps. *4. C. h. Reink. lib. 3. d. 1. c. 2. num. 4.* 10
Hodie ſtatus (593) imperii. *Vult. l. 2. cap. 7. num. 317.* ***NON*** etiam magi- 11. 12
ſtratus, licet majores. *4. C. Vult. d. l. num. 318.*
E Diebus ***SACRIS*** quieſcat animus & corpus a negotiis profanis, 13
Zepper. d. LL. Moſ. l. 4. c. 9. p. 339. Carpz. 1. def. 250. vid. L. f. C. h. ju-
dicia, *f. §. 1. C. h.* & arbitri (594) compromiſſ. *7. in f. C. h.* [*obſt.* 14
(595) *36. de recept. qui arbitr.*] in cauſis publ. & privatis; *7. in f. 8. C.* 15
h. [*obſt. 5.* (596) *C. h.*] etiam criminalibus: (597) *6. C. h. c. 1. ff. h. vid.* 16
Clar. lib. 5. recept. ſent. §. f. q. 50. n. 3. Barboſ. ad L. 6. C. h. Vult. d.
l. n. 302. 332. niſi quibus pax publ. læditur. *10. C. h. vid. tamen Clar.* 17
d. §. f. q. 64. n. 34. & q. 97. n. 6. Captura tamen etiam in leviori- 18
bus (598) fieri poteſt. *Scacc. de judic. l. 2. c. 5. n. 28. Farinac. lib. 1.*
quæſt. crim. n. 109. Fr. h. num. 25. Ceſſent etiam artium officia, *3. C.* 19
h. juramenta, *c. 1. ff. h.* commercia, *c. 1. ff. h.* nuptiæ, *Carpz. 2. def.*
191. &c. venationes, choreæ, ſaltationes, ludi alias liciti. *vid. omnino Zep-* 20
perum de LL. Moſaic. l. 4. cap. 9. p. 339. & ſeqq. & omnia alia, quæ, ut die fe- 21
ſto fiant, Chriſtiana Charitas, aut publica Neceſſitas non (599) exigit.
L. f. junct. 10. C. c. 1. in fin. c. f. ff. h. Anſ. de Conſt. l. 4. c. ult. Tabor. D.
6. ad W. q. 4. Et licet permittantur actus voluntariæ Juriſdictionis, 22
qui

1 *Quotuplices sunt hae Necessariae?* R. Sunt vel Urbanae: ut *Nundinarum*; vel Rusticae: ut *Messium*, non etiam *Sementum* [illegible], quarum ad veteres [illegible] Feriarum introductio est *Principis*, non JCtorum. *Vid.* Lauterb. *de Feriis. th. 7. & Ex. 7.* [illegible] Dn. de Lyncker in *Anal. l. 1. tit. 34.*

2 *An hae Feriae Messium & Vindemiarum omnibus prosunt?* R. Affir.

3 *A quo hae Feriae determinantur?*

4 *Quando incipiunt & desinunt Feriae Messium in Camera Imperii?*

5 *Quid sunt Feriae Honorariae?*

6 *Quotuplices Feriae (2) dividuntur, & quid sunt Feriae Ordinariae seu solennes?*

7 *Quid sunt Feriae Extraordinariae, seu repentinae?*

8 *Quotuplices hodie sunt Feriae Divinae, & quaenam sunt Semiferiae?*

9 *An hisce Semiferiis, post operam sacris datam, luctibus & aliis negotiis vacare licet?* R. Affir.

10 *Quis Ferias constituit?* R. Princeps.

11 *Quaenam hodie eas constituunt?* R. Status Imperii.

12 *An etiam Magistratus Ferias constituere potest?* R. Neg. licet sit major, quia exercitium Juris Majestatis ipsi non competit. Unde [illegible] & alii, JCtorum etiam Superiorem exercentium, excluduntur; [illegible] Wesenb. in *Parat. h. t. n. 4.*

13 *A quibus negotiis animus & corpus diebus feriis quiescere debet?* R. A negotiis profanis. Unde nec Debitor Creditori eo tempore recte offert pecuniam. Lauterb. *Diss. de oblat. pec. th. 9.* An vero Studiosis diebus Dominicis liceat studere, declarat Schulz. *h. t. §. 5.* Lauterb. *Disp. de Varia. temp. c. 2. §. 3.* [illegible] ad exemplum Justinian. Studiosis commendat vigiliam. Certe, quae studiis nihil fere de continuo, longe consultum est, sacris sacra studere, quam diebus corporis gaudiis, per luxum atque ignaviam [illegible] corrumpere. *Vid.* Walter *de Privileg. Diss. c. 16. §. 115.*

14 *An etiam Judices & Arbitri Compromissarii quiescere debent?*

15 *In quibus causis quiescere debet animus & corpus diebus feriis?*

16 *An etiam tunc in Causis Criminalibus animus & corpus quiescere debet?*

17 *An tamen non, quibus pax publica laeditur?* R. Affir. quia in hoc summi Numinis [illegible], per quod malorum salus procuratur. Huc spectat investigatio latronum, veneficorum, adulterorum, & similium personarum; atque propter securitatem publicam, quae se ad certum tempus adstringi non patitur, quod adeo verum est, ut [illegible] possint. *Vid.* Jul. [illegible] *Vid. tamen* Clar. *cit. L.* [illegible], extra casum necessitatis Judicem animi recte facere, si torturam exequatur die cultui divino dedicato; quod etiam probat Carpz. *Pr. Crim. q. 119. n. 4.*

18 *An quoque diebus feriis captura in [illegible] delictis fieri potest?*

19 *Quaenam praeterea diebus feriis quiescere debent?* R. Artium officia, Juramenta, Commercia, Nuptiae. Quibusdam tamen in locis Nundinae solennes, etiam die Sabbatho habentur, Carpz. *lib. 2. Jur. Consist. def. 277.* [illegible] *seqq.* [illegible]; quod tamen merito displicet Brunnem. *ad L. 7. C. h. t. n. 3.*

20 *An etiam Venationes, Choreae, Saltationes, & Ludi alios licet?* R. Affirm.

21 *Quaenam quantumvis quiescere debent diebus feriis?* R. Omnes alia, quae, ut die festo fiant, Christiana Charitas & publica necessitas non exigit. Unde diebus feriatis recte pauperibus alimenta decernuntur, & miserabilium personarum causae tractantur. Lauterb. *Diss. de Feriis. th. 19. 20. & seq.*

22 *Quales vero actus prosunt diebus feriis permittuntur?* R. Actus voluntariae Jurisdictionis, qui causae cognitionem non requirunt.

qui causæ cognitionem non (600) requirunt, *l. juncl. f. §. 1. C. h.*
agrorum & vinearum culturæ: *7 C. h.* vide tamen. (601) *c. 3. X. h.* 1
Vult. l. 2. c. 7. n. 195. Tabor. Amef. dd. F. Barbos. ad L. 1. 3. C. h. Fr. h. n.
25. Nov. Leon. 54. Si hisce diebus actus prohibitus fiat, non solum 2
est ipso jure (602) nullus, *c. f. X. h. Fr. h. n. 24.* sed & extra ordinem
(603) puniendus. *Carpz. 2. d. 252. add. Zepper. de LL. Mos. lib. 1. c. 7.*
n. 46. Feriis etiam *HUMAN:* regulariter (604) nemo in judicium 3
venire debet, *1. pr. & §. 1. h. 2. §. 1. in f. Si quis in jus vocat. non ierit.*
Carpz. tit. 10. art. 1. n. 4. Bach. ad L. 1. h. n. 3. In dubio (605) cita- 4
tus veniat, & diem feriatum (606) probet. *arg. 5. de judic 7. pr. C. h.*
Vult. 2. c. 7. n. 341. Si judex, invita una parte, procedat, sententia 5
& totus processus vitiatur, *1. §. 1. h.* etiamsi dies ratione unius (607) 6
tantum sit feriatus. Si *RENUNCIENT* partes, consentiente judice, 7
Feriis necessariis, etiam (608) tacite, *1. §. 1. L. 6. h. c. f. X. h. Vult. 2.* 8
c. 7. n. 343. Gail. 1. O. 53. n. 16. valet id, quod agitur. *1. §. 1. L. 6. h.*
Carpz. tit. 10. art. 1. n. 5. Partium renunciatio, testibus evocandis, 9
præsertim rebus rusticis occupatis, non (609) nocet. *Tessaur. dec. 39. n. 1.*
3. Honorariis & repentinis renunciari non (610) potest. *arg. 31. de* 10
pact. 16. §. 7. ex quibus causis maj. Gail. 1. O. 53. Vult. d. l. n. 344. Tessaur.
dec. 39. n. 7. Etiam citra renunciationem in feriis profanis jus dici- 11
tur in causis publ. & fiscal. *5. C.* liberalibus, (611) tempore & morte 12
perituris, alimentorum, & aliis, ut in *1. §. f. L. 2. 3. h. & Bach. in dd.* 13
LL. Vult. 2. c. 7. n. 324. Hodie etiam in criminalibus proceditur
tempore messium & vindemiarum. *Jul. Clar. lib. 5. recept. sent. §. f.* 14
q. 97. n. 6.

D DILATIO est rei agendæ in aliud tempus rejectio. *Bach. h.* Cujus 15
D *PROROGATIO* (612) est termini nondum elapsi in alium productio. *DI-* 16
†D *VIDITUR* [1] in peremtoriam, (613) quæ lapsu perimit disceptationem; 17
†D (614) & non peremtoriam, quæ eam tantum differt, *Fr. h. n. 35.* [2] ratio- 18 19
ne caus. effic. in (615) legalem [e. g. decendium, intra quod appelland.] [illegible] 20
conventionalem, (616) & judicialem. Hæc iterum ratione finis est vel ci- 21
tatoria, (617) vel deliberatoria, (618) vel probatoria: (619) quarum ulti- 22
ma est illustrissima & (620) peremtoria. *Fr. h. n. 36. Vult. lib. 2. c. 7. n. 360.*
Besold. ad J. Wirtemb. D. 1. [illegible] 16.

C *JUDICIALEM*, de qua hic agitur, concedit judex causa cognita 23 24
4. C. Bach. ad 7. h. num. 1. Carpz. de process. tit. 13. art. 1. num. 159. vel
ad alterius (621) petitionem, vel ex (622) officio. *Carpz. 3. Resp. 34.* 25
S *num. 15. Vult. 2. cap. 7. num. [illegible].* Partibus ita, ut uni concessa, etiam alteri 26 27
prosit:

1 *An etiam diebus sacris permittuntur agrorum & vinearum cultura?* ℞. Affir. scil. in casu summæ necessitatis, vel, si res moram non patiatur. *Vid. eit. Cap. 3. & h. t.*

2 *Sed quid, si hisce diebus sacris actus prohibitus fiat?* ℞. Tunc hic actus non solum est ipso jure nullus, sed & extra ordinem puniendus.

3 *An Feriis etiam* Humanis (*ut Messium & Vindemiarum*) *quis in Judicium venire debet?* ℞. Regulariter non debet, nisi res urgeat, vel periculum in mora sit.

4 *Quid, si dubium, an dies feriatus sit?* ℞. In dubio citatus venire & diem feriatum probare debet, quia diem feriatum esse, in facto consistit, nec præsumitur, *arg. cit. l. 7. pr. C. h.* quia in dubio omnis dies est juridicus. Lauterb. *Diss. de Variis. temp. c. 1. §. 3. n. 4.* Adde *arg. cit. l. 7. de Judic.* quod desumtum a pari ratione, quæ est inter incompetentiam & Ferias humanas. *Vid. Autor. pag. 33.*

5 *Sed quid, si Judex, die feriato, invita una parte procedat?*

6 *An, etiamsi dies ratione unius tantum sit feriatus?*

7 *Quando tamen valet id, quod Feriis Humanis agitur?* ℞. Si renuncient &c.

8 *Quomodo autem Feriis Necessariis renunciatur?* ℞. Expresse & tacite.

9 *Num partium renunciatio testibus evocandis, præsertim rebus rusticis occupatis nocet?* ℞. Neg. quia renunciatio tertio præjudicio esse nequit.

10 *An Feriis* Honorariis & Repentinis *renunciari potest?* ℞. Neg. licet Judex consentiat. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 15. in fin.*

11 *In quibus causis, etiam citra renunciationem, in feriis profanis Jus dicitur?*

12 *An & in causis liberalibus, ut tempore & morte perituris?* ℞. Affir. Sic examen testium, forte senum & valetudinariorum, etiam die feriato fieri potest, ne scil. veritas occultetur. *Vid.* Bardili. *Ex. 1. Concl. ult.*

13 *An quoque in causis alimentariorum & aliis, ut in l. 2. §. f. h. 1. 3. h.?*

14 *An hodie tempore Messium & Vindemiarum, etiam in criminalibus proceditur?* ℞. Affirm. præsertim vero in processu inquisitorio, & si Reus in carcere detineatur; ut scil. eo citius a squalore carceris liberetur.

15 *Quid est Dilatio?*

16 *Quid est ejus Prærogativa?*

17 *Quomodo Dilatio* (1) *dividitur, & quid est Dilatio Peremtoria?*

18 *Quid est Dilatio Non-peremtoria?*

19 *Quomodo* (2) *dividitur Dilatio ratione Causæ efficientis?* ℞. In Legalem, Conventionalem & Judicialem; quæ ultima a Judice conceditur, alias *Arbitraria dicta*; & hæc proprie huc pertinet.

20 *Decendium, intra quod est appellandum, qualis est Dilatio?* ℞. Legalis.

21 *Quotuplex est Dilatio Judicialis ratione Finis?*

22 *Quænam est illustrissima & peremtoria?* ℞. Dilatio Probatoria.

23 *De quanam Dilatione hic agitur, & quis eam concedit?*

24 *Quomodo hanc dilationem Judicialem Judex concedit?* ℞. Causa cognita: quia Dilatio sæpe frivole petitur, & odiosa est dilationum materia, adeoque omnibus modis amputanda, cum nihil humanæ societati perniciosius sit, quam lites differri. *l. ex. in f. ur. de R. C. l. 13. C. de Judic.* Facilior tamen debet esse Judex in concedenda dilatione, si agitur de causa ejus, qui facile impetrare potest restitutionem. Carpz. *in Proc. tit. 13. art. 5. n. 59.*

25 *An Judex hanc Dilationem concedat tam ad petitionem partis, quam ex officio?*

26 *Quibusnam hanc Dilationem Judex concedat?* ℞. Partibus.

27 *An Dilatio hæc Judicialis uni parti concessa etiam alteri prodest?* ℞. Affir.

profit: *l. C. de temp. in integr. rest. Bach. ad L. 7. h. num. 4. Wesenb. h. num. 9.* nisi impetrans re integra (623) renunciaverit dilationi. *Bach.* 1
Q *v. 1. D. 5. §. 10. h. t. c.* In causis civilibus regulariter unam; *f. h. vide* 2
(624) *tamen 7. h. Fr. h. num. 39. Bach. ad L. 7. h.* in capitalibus vero 3
[excepto adulterio (625) *l. 41. ad L. Jul. de adult. vid. Bach. v. 1. D. 5.*
L.n *§. f.*] reo tres, (626) actori duas. *f. h.* Hodie materia dilationum tota dependet ex arbitrio judicis, ita tamen, ut plus reo, (627) quam 4.5 6
actori indulgeatur, *Vult. 2. c. 7. n. 360. Fr. h.* nec in probatoriis ultra 7
quartam (628) procedatur. *vid. omnino Vult. 2. cap. 7. n. 360. & seqq. Gail. 1. O. 91.*

DE EDENDO. II. 13.

D EDERE hic est designare. (629) Et actionis *EDITIO* est simplex 8
actionis designatio. (630) *vid. 1. pr. & §. 1. h. 3. C. h. Vult. de jud.* 9
I.n *2. cap. 1. num. 19. Tabor. ad W. 6. q. 6. Fr. h. num. 2.* Hodie fit in 10
supplicatione pro impetrand. process. cum qua *ACTIONIS LIBELLUS* judici offerri, ac postea una cum Citatione, parti transmitti 11
D debet. *R. I. de anno 1654. §.* Diesem nechst nun, *28.* Qui est scriptura, qua coram judice actio proponitur & contra adversarium intenditur: quod hodie etiam fit interdum sine (631) scriptura. *Carpz. 1. const. 2. d. 1.* 12 13
† [1] Est vel Articulatus, quo actio per articulos (632) 14
proponitur; talis in Sax. & Cam. non (633) admittitur: *Carpz. 1. c. 2. def. 1. R. I. de anno 1654. §.* Diesem nechst nun, *28. & §.* zu Beförderung *58.* 15
vel Simplex, quo actoris intentio continua (634) oratione proponitur. *Ord. Cam. p. 3. tit. 12. §.* Zum andern. *Vult. c. 4. n. 57.* 16
† [2] est vel Ordinarius seu solennis, qui solenni forma constat, ac 17
in processu ordinario necessarius; vel Summarius, sive minus solennis, 18
(635) qui offertur in causis summariis, *Clem. saepe. de V. S. Clemens 1. de judic.*
† quas recenset (636) *Schuh. obs. 3.* [3] est vel Conventionalis, (637) 19.20
† † vel Reconventionalis; (638) [4] Civilis, vel Criminalis; [5] Primae, vel 21.22
Secundae (639) instantiae. *Vult. l. 2. c. 4. num. 61.* Actor J. civil. offerebat 23
reo. *aut. offeratur. C. de Lit. contest.* hodie judici (640)

PARTES libelli sunt * *NECESSARIAE*, quae abesse nequeunt, A 24
[1] Exordium, *L. 1. de O. J.* quod continet nomen Judi- 25
cis [non proprium, (*obs.* (641) *eo. de judic.*) sed officii,] Acto- 26
ris & Rei; *Umm. D. ad process. 6. §. 11. num. 49. Vult. l. 2. cap.* 27
4. num. 93. [2] Propositio, quae plerumque fit per Syllogismum: 28
(642) scilicet praemittendo loco majoris (643) causam generalem 29
ex

1 An hæc Dilatio alteri parti prodest, si impetrans, re adhuc integra, illi renunciaverit? ℞. Neg.
2 Quot Dilationes conceduntur in causis civilibus? ℞. Regulariter una.
3 Quot Dilationes conceduntur in capitalibus Reo? ℞. Tres, excepto adulterio.
4 Quot conceduntur in capitalibus Actori? ℞. Duæ.
5 Unde hodie Dilationum materia tota dependet? ℞. Ab Arbitrio Judicis.
6 Cur tamen Judex plus indulgere debet?
7 In Dilationibus Probatoriis ultra quotam non licet progredi? ℞. Ultra quartam Dilationem.
8 Quid hoc est Edere? ℞. Edere hic est designare.
9 Quid est Actionis editio? ℞. Est simplex actionis designatio.
10 Quomodo Actionis editio hodie fit? ℞. Supplicatione, vel Libello Supplici.
11 Quid cum hac Supplicatione Judici offerri, ac postea una cum Citatione Parti transmitti debet? ℞. Actionis Libellus. Vid. Brunnem. Proc. Civ. c. 5. n. 13.
12 Quid est Libellus Actionis?
13 An Actio hodie semper in scriptis proponitur? ℞. Neg. sed interdum sic sine Scriptura. Adeoque hodie Scriptura non est de Essentia Libelli.
14 Quotuplex (1) est Libellus Actionis? (℞. Vel Articulatus, vel simplex) & quid est Libellus Articulatus?
15 Ubi hic Libellus articulatus non admittitur? ℞. In Saxonia & Camera Imperii.
16 Quid est Libellus Simplex?
17 Quotuplex (2) est Libellus Actionis, & quid est Ordinarius seu Solennis?
18 Quid est Libellus Summarius sive minus Solennis?
19 Quis recenset causas summarias? ℞. Schulz. cit. l.
20 Quotuplex (3) est Libellus Actionis?
21 Quotuplex (4) est Libellus Actionis? ℞. Civilis, qui comprehendit Causam Civilem, & privatum Actoris interesse, vid. Autor. pag. 65. & Criminalis, qui & Libellus accusationis & inscriptionis dicitur. Vid. Autor p. 657. & Carpzov. Proc. Crim. q. 106. n. 5. seqq.
22 Quotuplex (5) est Actionis Libellus?
23 A quo & cui offertur Libellus Actionis? ℞. Actor Jure Civili hunc Libellum offerebat Reo, (sive ipse, sive per Procuratorem: nam quod quis per alium facit &c. Vid. Reinard. in Pratob. c. 4.) Hodie vero Actor offert Judici, cujus hujus officium implorat.
24 Quotuplices sunt Partes Libelli? ℞. Sunt vel Necessariæ, vel Voluntariæ.
25 Quænam sunt Partes Necessariæ, & quænam continet (1) Exordium?
26 An hoc Exordium Judicis nomen proprium, an officii, continere debet? ℞. Non proprium, sed officii; quia expressio officii Judicem certiorem facit, quam expressio nominis vel cognominis; nec proceditur coram eo ut privato, sed persona publica Jurisdictionem exercente. Vid. Obrecht. Diss. de compos. & form. Libell. c. 3. n. 155.
27 An quoque hoc Exordium nomen Actoris & Rei continere debet? ℞. Affir. ut scil. constet Reo, cum quo ipsi sit litigandum; ratione Rei vero requiritur quoque ejus cognomen, v. g. wider Johannem Sempronium; imo, ut omnis cesset incertitudo & ambiguitas, etiam officium & artificium, ut Krämern und Buchdruckern in N. N. & si contra plures agitur, singulorum nomina sunt exprimenda, nisi sit nomen collectivum, v. g. universitas. Vid. Autor. pag. 32.
28 Quænam est (2) pars necessaria Libelli, & quomodo Propositio plerumque fit?
29 Quid ergo hoc Majoris premittitur? ℞. Causa generalis ex Jure desumta.

1 Quid

ex Jure desumtam; loco minoris Narrationem Facti brevem, (644) 1
claram & certam; quæ continet actionis requisita (645) cum circum- 2
stantiis. *Vult. 2. c. 4. num. 104. R. I. de anno 1654. §. Dieweil nechst*
num. 28. In actionibus realibus causam (646) proximam, [utile interdum 3.4
dum etiam est remotam (647) adjicere; *arg. 14. §. 2. junct. 11. §. 2.*
de exc. rei jud. vid. Vult. 2. c. 4. n. 72.] in personalibus, causam (648) 5
remotam. *c. f. 2. de libell. oblat. d. l. 14. §. 2.* Nomen actionis expri- 6
mi necessarium non (649) est. *c. dilecti. 6. X. de judic. arg. 6. de rebus*
cred. Carpz. 1. c. 2. d. 13. Bach. v. 2. D. 4. §. 10. lit. c. in f. Tandem
subjecta conclusionis loco petitione. *d. R. J. §. 28. vid. Carpz. 1. c. 2. d.* 7
11. num. 2. & tit. 4. art. 2. num. 9. Gail. 1. O. 61. n. 13. Vult. 2. c. 4. num.
125. Aliquando, generali allegatione (650) omissa, narrationi statim 8
(651) subjicitur petitio. *Bach. ad Tr. V. 1. D. 4. §. 10. lit. D. Vult. d. c.*
4. num. 89. In criminalibus [*v. 3. de accus.*] specialis petitio non (652) 9
requiritur. *arg. 1. §. 4. ad SC. Turpil. 15. ad municip. v. Carpz. 3. q. 106.*
num. 14. Vult. 2. c. 4. num. 87.

* *VOLUNTARIÆ*, ad juvandum a- a. 10
ctorem inventæ, *ADJICIUNTUR* vel * *EXORDIO*, per modum pro- B 11
testationis, [1] quod libellus offeratur non in forma libelli solennis, 12
sed qualiscunque petitionis: [2] de se non adstringendo ad super- 13
fluam probationem: [3] de reservando quocunque jure actori com- 14
petente: [4] quod nihil injuriandi animo, sed omnia juris sui obti- 15
nendi causa dicturus sit: [5] in possessoriis judiciis, quod Jura sua al- 16
legans eo ipso in petitorium sese intromittere (653) nolit. *Vult. 2. c.*
4. num. 158. Quatuor priorum nullus effectus; *Vult. 2. c. 4. num.* 17
146. Umm. D. ad process. 6. §. 12. num. 55. Carpz. 1. const. 2. d. 18. Po-
sterioris usus per se (654) manifestus est. *vid. Carpz. 1. c. 26. d. 7. num. 9.*

Vel * *FACTI NARRATIONI*, [1] quod b. 18
actor reum sæpius de solutione interpellaverit, sed nihil obtinuerit:
Umm. D. ad process. 6. §. 12. num. 49. 56. Vult. 2. c. 4. num. 159. [2] sal-
vo errore calculi. Utraque parum (655) aut nihil utilitatis habet. 19
Umm. Vult. dd. ll.

Vel * *CONCLUSIONI* seu petitioni: b. 20
[1] de reo legitimis remediis ad satisfactionem compellendo: [2] de 21
damno & interesse refundendo: [3] de restituendis expensis litis: [4] pe- 22
tens omni meliori modo, quo id de jure, statuto, vel consuetudine fieri 23
potest, vel debet: [5] super omnibus & singulis justitiam sibi administra- 24
ri: [6] officium judicis nobile implorans: [7] salvo jure addendi, 25
minu-

1 *Quid loco Minoris?* Rsp. Narratio Facti brevis, clara & certa.
2 *Quænam continere debet hæc Narratio Facti?* Rsp. Actionis requisita cum circumstantiis.
3 *Quam causam in Actionibus Realibus continere debet?* Rsp. Proximam.
4 *An interdum est utile, etiam Remotam adjicere?* Rsp. Affir.
5 *Quam causam in Actionibus Personalibus continere debet?* Rsp. Remotam.
6 *An nomen Actionis necessario exprimendum est?* Rsp. Neg.
7 *Quid (3) loco Conclusionis subjicitur?* Rsp. Petitio, quæ in Civilibus nunquam omittenda, cum vis Libelli in petitione consistat, & inde actionis species eruenda cognoscenda. Cr. in Proc. tit. 6. art. 1 n. 3 seq. & tit 20. art. 2. n. 33 add. Lauterb. Ex. 7. Concl. 11.
8 *Num Libellus semper ita est concipiendus, ut primo generalis allegatio præmittatur, post narratio Facti subjiciatur, & denique petitio sequatur?* Rsp. Neg. sed aliquando, generali allegatione omissa, narrationi petitio statim subjicitur.
9 *An in Criminalibus specialis petitio requiritur?* Rsp. Neg.
10 *Cur partes Libelli voluntariæ sunt inventæ?* Rsp. Ad juvandum Actorem.
11 *Quibus Partibus hæ voluntariæ adjiciuntur, & quomodo Exordio?*
12 *Quænam igitur sunt illæ, quæ Exordio per modum protestationis adjiciuntur, & quæ (1) ratione Libelli?* Rsp. Quod Libellus offeratur non in forma Libelli, sed qualiscunque petitionis: Germ. Nicht in form eines zierlichen Libells, sondern in schlechter Erzehlung der Sache an sich selbst. Quæ Formula in causis summariis recte adhibetur. Klock. Vol. 4. Cons. 69. n. 4. seq. adjecta tamen ex causa ordinaria non facit summariam. Mevius in Proc. tit 5. §. 4. n. 70.
13 *Quænam adjici solet (2) ratione Probationis?* Rsp. De se non adstringendo ad superfluam probationem. quæ tamen Clausula nullius est effectus ob l. 21. C. de Probat. Nam ad superfluam probationem Actor ipso jure non est adstrictus, nec, si ea uti velit, sublevatur. Vid. Umm. ad Proc. Disp. 6. th. 57. Mevius d. l. n. 67.
14 *Quænam adjici solet (3) ratione reservandi Juris?* Rsp. De reservando quocunque jure aliud competente: quæ tamen nullius quoque est utilitatis, quia nemo in persequendo suam causam deteriorem, sed meliorem facit. l. 87. ff. de R. J. vid. Aut. p. 106. vid. tamen Mevius d. l. n. 61.
15 *Quænam adjici solet (4) ratione Animi, & quomodo?* Rsp. Quod nihil injuriandi animo &c. Sed quia hoc satis procuretur Juramento calumniæ, hinc, ubi calumnia est aperta, hæc protestatio facto est contraria. Vid. Obrecht. Disp. de concip. & form. Libell. c. 16. n. 9. Exempla habet Autor pag. 439. & 665.
16 *Quomodo adjici solet (5) in possessoriis Judiciis?*
17 *Quis est effectus harum Clausularum?* Rsp. Quoniam priorum nullus est effectus; (quantvis ab Advocatis hoc parum curetur, qui dicunt. Superflua non nocent) posterioris vero usus per se manifestus est.
18 *Quænam sunt illæ Clausulæ, quæ Facti Narrationi adjiciuntur, & quæ Clausula huic Facti Narrationi adjicitur ratione interpellationis?*
19 *Quæ Clausula Facti Narrationi adjicitur ratione Calculi, & quis harum Clausularum effectus est?*
20 *Quæ Clausulæ Conclusioni, seu Petitioni adjiciuntur, & quæ Clausula huic Conclusioni adjicitur (1) ratione satisfactionis?* Rsp. De Reo Legitimis remediis &c.
21 *Quæ adjicitur (2) ratione damni & interesse, & quæ (3) ratione expensarum?*
22 *Quæ Clausula Conclus. adjicitur (4) ratione petitionis?*
23 *Quæ adjicitur Clausula (5) ratione Justitiæ?*
24 *Quæ adjicitur Clausula (6) ratione officii Judicis?*
25 *Quæ adjicitur Clausula (7) ratione mutandi Libelli?*

minuendi, corrigendi & mutandi, salvisque quibuscunque aliis juris
beneficiis. Harum [1] est superflua: *Umm. d. D. 6. th. 12. n. 57. Vult.* 1
d. l. n. 163. [2] & [3] est utilis, quandoque (656) necessaria: *Vult. d.* 2
l. n. 165. Bach. V. 1. D. 12. th. 16. lit. d. in f. Carpz. 1. c. 31. d. 20. 21. Gail.
1. O. 151. num. 21. [4] [5] [6] sunt salutares, vitia libelli sanant, mul- 3.4
tumque in favorem actoris (657) operantur: *Gail 1. O. 61. num. 11.*
Carpz. 1. const. 2. d. 15. & c. 26. d. 7. & lib. 1. Resp. 70. n. 14. Umm. d. l.
num. 57. Barschamp. in tract. de clausul. c. 22. §. 1. num. 34. [7] est sine 5
effectu, *Vult. d. cap. 4. n. 182. Umm. d. l. n. 57.* potestas enim mutan- 6
di pendet a Legis vel Judicis (658) arbitrio. *3. C. §. 34. I. de act. Vult.*
Lu *d. c. 4. n. 223. Carpz. 1. c. 11. d. 4.* Hodie ante litem contest. mutari 7
potest libellus, modo indemnis servetur reus, postea non. Nam tum
actor mutaturus libellum ab actione recedere, ac refusis expensis pri-
oris instantiæ, novum processum impetrare (659) debet. *Carpzov. p. 1.*
c. 11. def. 1. 2. 3. 9. Gail. 1. O. 51. num. 9. Vult. d. l. n. 199.

O *INEPTUM* (660) reddunt libellum [1] * *OBSCURITAS.* (661) *arg.* C 8
aut. offeratur C. de lit. contest. Gail. 1. O. 62. num. 2. 13. Vult. lib. 2. c. 4.
num. 133.

[2] * *INCERTITUDO. arg. 1. C. th. arg. §. 32. I. de act. junct. 18. com. divid.* Unde *REJICITUR* libel- 9
lus * *GENERALIS*, *NISI* actio etiam sit generalis vel universalis, ut: D 10
hereditatis (662) petitio, *1. pr. de R. V.* repetitio (663) dotis, *1. §. 4. de* 11
dot. praleg. arg. 6. 31. §. f. sol. matr. Bach. V. 1. D. 4. th. 11. lit. a. actio 12
pro socio, tutelæ, negot. gestorum: *38. pro soc. Vult d. l. n. 141. Gail. 1.*
O. 69. aut justa sit actoris ignorantia; *76. §. 1. d. R. V. Vult cap. 4.* 13
n. 141. aut reus nihil (664) excipiat. *Carpz. 2. Resp. 56. n. 3. Gail. 1. O.*
62. num. 11.

* *ALTERNATIVUS*, (665) si reus contra eum excipiat: *arg. 7. §. 4.* d. 14
de injur. 75. §. 4. d. V. O. Gail. 1. O. 62. n. 1. Carpz. 1. c. 2. d. 7. * *NISI CERTA* E 15
determinatio non sit in potestate libellantis: *1. §. 4. quod legat. vid.* (666)
Gail. 1. O. 62. n. 4. Carpz. 1. c. 2. d. 7. n. 4. & 6. def. 9. n. 2 puta in obligatione 16
(667) alternativa, *§. 33. I. de act.* ut in casu *l. 2. C. de resc. vend.* (668) *Carpz.*
1. c. 2. d. 9. 10. Bach. V. 1. D. 4. th. 11. lit. b. Gail. 1. O. 62. n. 10. * *IN CAUSIS* e. 17
mercatorum (669) & criminalibus. (670) *Carpz. 1. c. 2. d. 9. 10.* *NON* etiam 18
in causa hypothecaria. (671) *vid. 16. §. 3. de pign. arg. 17. de pign. Bach. v. 1.*
D. 4. th. 11. lit. b. Berl. p. 1. c. 12. num. 24.

[3] * *OMISSIO* causæ agendi C. 19
legitimæ. (672) *Vult. 2. cap. 4. n. 129. Carpz. 1. c. 2. d. 11. num. 4. & def. 14. in f.*

1 *Quis harum Clausularum est effectus, & quid de (1) sentis?*

2 *Quid de (2) & (3) judicas?* ℞. Est utilis, & quandoque etiam necessaria.

3 *Quid de Clausula (4) (5) & (6) decernendum?* ℞. Sunt salutares.

4 *Cur hæ Clausulæ salutares sunt?* ℞. Quia vitia Libelli sanant, multumque in favorem Actoris operantur.

5 *Quid judicas de Clausula (7)?* ℞. Hæc est sine effectu.

6 *Cur hæc Clausula septima sine effectu est?* ℞. Quia potestas Libellum mutandi pendet à Lege vel Judicis arbitrio.

7 *Quando hodie Libellus mutari potest?* ℞. Ante litem contestatam, (*modo indemnem servet Reum*) postea vero non: nam tum Actor mutaturus Libellum, ab Actione recedere, ac, refusis expensis prioris instantiæ, novum Processum incipere debet.

8 *Quænam reddunt Libellum ineptum?* ℞. (1) Obscuritas, (2) Incertitudo, (3) Omissio causæ legitimæ, (4) Contrarietas, & (5) Cumulatio inepta plurium Actionum.

9 *Qualis Libellus rejicitur?* ℞. Generalis, (à petito *generali* ita dictus, de quo & ipsum Judicium denominatur *Generale, vid. Aut. p. 95 & 114.*) & Alternativus.

10 *Quando tamen admittitur Libellus Generalis?* ℞. Si Actio etiam est generalis vel universalis.

11 *Ergo non rejicitur Libellus Generalis in hereditatis petitione & repetitione dotis?* ℞. Non.

12 *Nec rejicitur hic Libellus in Actione pro Socio, Tutelæ & Negotiorum gestorum?*

13 *An nec rejicitur hic Libellus Generalis, si justa sit Actoris ignorantia, (qualem habet Legatarius, cui bona legata est, quotam sibi partem vindicare debeat, ob incertam detractionem L. Falcidiæ Vid. Autor. p. 113 Mevium in Proc. Sax. tit. 3. §. 1. n. 40. Tolerabilis enim est incertitudo in obligationibus faciendi, & consequenter* [illegible]*, atque ex natura hujus Actionis, quam libellantium dispositio immutare nequit. Vid.* Jul. [illegible] *h. t.) aut, si Reus nihil excipiat? Resp. Non rejicitur.*

14 *Quando rejicitur Libellus* Alternativus? ℞. Si Reus contra eum excipiat.

15 *An tamen admittitur hic Libellus Alternativus, si certa determinatio non sit in potestate Libellantis, ut, si Actor dubitet de Remedio sibi competente, & incertus sit de aliquo facto, v. g. an heres hereditatem adierit. vid. l. 1. §. 4. quod legat.* Schwendend. ad Eckolt. *h. t. § 9* Carpzov. *Vol. 3 ℞. 23 n. 16 & Vol. 4. ℞. 26. n. 166. Plura exempla habet* Autor *p. 74. 114. 376. in fin. seqq.?* ℞. Affirm.

16 *In quanam autem obligatione in Libellantis potestate non est hæc certa determinatio?* ℞. In obligatione alternativa, v. g. in Casu cit. l. 2. C. de Resc. vend.

17 *An quoque Libellus Alternativus admittitur in Causis Mercatorum & Criminalibus?* ℞. Affirm.

18 *An etiam hic Libellus admittitur in causa hypothecaria?* ℞. Neg. quia Actio hypothecaria eo id datur, ut Reus rem pignori subjectam tandem tradat Actori, neque dum ipsi de debito sit satisfactum.

19 *Cujus Causæ agendi omissio vitiat Libellum?* ℞. Causæ legitimæ: nulla enim vel inepta agendi causa expressa, ipse Libellus ineptus est. *Zanger. de Except. p. 2. c. 14. n. 1. seqq. Carpz. in Proc. tit. 6. art. 2. n. 58.*

in f. & 2. Resp. 53. num. 5. Gail. 1. O. 66. n. 14. In actionibus tempo- 1
ralibus ponendus est annus & mensis fundatæ actionis. *Carpz. 2. Resp.
56. & 2. q. 35. n. 35.*

[4] * *CONTRARIETAS*: (673) c. 2
& hoc vitium non sanatur clausula salutari, *Carpz. 1. const. 2. def. 15. & c.* 3
26. d. 7. num. 3 & lib. 1. Resp. 70. n. 14. sed rejicitur talis libellus, parte non 4
petente, ex officio; *Carpz. 1. c. 2. d. 15.* utut libellus, quantum fieri 5
potest, commoda interpretatione salvari soleat. *Vult 2. c. 4. n. 130. 137.
L. 66. de judic. Gail. 1. O. 66. num. 6. Carpz. 1. c. 2. d. 11. 12. & Resp.
57. num. 18.*

[5] * *CUMULATIO* inepta e. 6
plurium actionum, *Carpz. 2. Resp. 53. num. 10.* scil. quæ elective tantum 7
concurrunt, *76. ff. p. de leg. 2.* & quarum una alteram tollit, vel quæ 8
contrariæ, (674) aut præjudiciales sunt. *16. de except. Carpz. 2. Resp. 53. &
seq. Vult. 2. c. 4. n. 332. Bocer. cl. 6. D. 11 §. 42. Obrecht. de form. libell.* Nam 9
In alias hodie uno libello etiam plures (675) actiones conjunguntur. *Gail. 1.
O. 63. Mynf c. 1. O. 25 Bocer. cl. 6. D. 11. §. 2. lit. b. Berl p. 1. concl. 12. num. 6.
Carpz. 1 c. 2. d 4. & 2. Resp. 53.*

O Exhiberi etiam debent *INSTRUMENTA* seu scripturæ rei proban- 10
dæ gratia confectæ, & rationes sive chartæ continentes dati & accepti 11
consignationem, *6. ff. 3.* vel ad instruendum adversarium, *1. ff 3. 10. ff.* 12
C *2. h.* vel ad alterius intentionem (676) fundandam. *6. C. h.* Hæc editio 13
mandatur a magistratu, *1. C. h. 8. ff. 1. h.* modo (677) petatur, *2. 6. ff. 8.* 14
h. Carpz. tit. 14. art. 4. num. 2. 4. ab eo, cujus interest, (678) absque 15
calumniandi (679) animo, *v. 6. ff. 2 9. ff. p. h. Gail. 1. O. 106. n. 2. 3.
Berl. 1. concl. 45 num. 4.* ordinaria aliqua (680) actione, *v. g. pr. h. 48.* 16
52. pr. de A. E. V. vel officii judicis (681) imploratione. *6. ff 2 8. L. 4.* 17
S *ff. 1. ff. f. C. h. Bach. ad l. 9. pr. h.* * *ACTOR* reo, ante litem conte- F 18
statam, ad illum instruendum edere debet, [1] Instrumenta, vel illo- 19. 20
rum exempla sine die & (682) consule, *1. ff. 2. L. 11. h.* quibus ipse in ju-
dicio usurus est: *1. ff. 3. v. Carpz. 3. Resp. 78. n. 2.* postea vero [2] ad 21
fundandam ejus exceptionem, reliqua ad causam (683) pertinentia: *5. 6.
f. C. h. Bach. h. pr n. 6. Carpz. l. 3. Resp. 78. n. 3 & p. 1. c. 17 d. 26. n 3. Berl. p. 1.
concl. 45. n. 11.* quem tamen (684) vid. *n. 15. &c.* [3] Omnes rationes *5. 6. f.* 22
C. h. illuc (685) pertinentes, *10. ff. 2. h.* & quidem cum die & consule. *1. ff. 2.* 23
4. pr. 6. ff. 6. h. * *REUS* regulariter, nec instrumen- f. 24
ta, nec rationes edere compellitur; *1. f C. h. 10. ff. 4. de quæst. 7. C. de testib.
Carpz. tit. 14. art. 4. num. 27. Berl. 1. c. 45. num. 23.* nisi justa causa aliud suadeat: 25
1. C. h.

1 *In quibus Actionibus in Libello Annus & Mensis fundatæ Actionis est ponendus?* ℞. In Actionibus *temporalibus*, ut nempe Judici constet, an Actioni jam præscriptum sit. Exemplum est in Actione injuriarum æstimatoria, de qua Autor *p. 666.* idque sive *civiliter*, sive *criminaliter* agatur. *Vid.* Autor. *pag. 683.* Brunnem. *Proc. Civ. c. 5. n. 6.* & Martini *in Proc. tit. 5. §. 4. n. 89. seq.*

2 *Quod est (4) Libelli vitium?* ℞. Contrarietas.

3 *An hæc Contrarietas in Libello sanatur Clausula salutari?*

4 *Potestne ergo Judex talem Libellum ex officio, etiam parte non petente, rejicere?* ℞. Affir. Imo talis Libellus dentibus est dilacerandus, uti Practici loquuntur, cum faciat, ut *Judex* propter ejus ineptitudinem scire non possit, quid pronunciandum sit. Carpz. *in Proc. tit. 6. art. 2. n. 6.*

5 *Soletne vero alias Libellus, quantum fieri potest, commoda interpretatione salvari?* ℞. Affir. in dubio enim illa Actio videtur instituta esse, quæ Actori est utilissima, & Libellus, tanquam largissimi Juris, latissime interpretandus est. Carpz. *in Proc. tit. 6. art. 2. n. 12. & 13.* Eckolt. *ad ω. h. t. §. 8.*

6 *Quod est (5) Libelli vitium?* ℞. Cumulatio inepta plurium Actionum.

7 *Quanam Actiones cumulari nequeunt?* ℞. Quæ *electivè tantum* concurrunt.

8 *Quæ Actiones porro cumulari nequeunt?* ℞. Quarum una alteram tollit; vel, quæ contrariæ, aut præjudiciales sunt. *Vid.* Textor *in Prax. jud. p. 1. c. 3. n. 50.* & Eckolt. *ad ω. tit. de O. & A. §. ult.* quia præjudicialis quæstio facit quiescere causam principalem.

9 *An vero alias hodie uno Libello plures Actiones conjungi possunt?* ℞. Affir. modo hæ Actiones *ejusdem* sint *qualitatis*, ita, ut commode uno Processu tractari possint.

10 *Quid præterea exhiberi quoque debet?* ℞. Instrumenta, quod Practici appellant *Beneficium editionis.* Carpz. *in Proc. tit. 14. art. 4. n. 1.*

11 *An & Rationes sive chartæ exhiberi debent, & quid ea sunt?*

12 *In quem finem talia Instrumenta sunt exhibenda?* ℞. Vel ad instruendum adversarium, vel ad alterius intentionem fundandam.

13 *A quo mandatur hæc Editio?* ℞. A Magistratu.

14 *An tamen hæc Editio petita esse debet?* ℞. Affir.

15 *A quo petita esse debet, & quo animo?*

16 *Qua Actione hæc Editio peti debet?* ℞. Ordinaria aliqua Actione.

17 *An & officii Judicis imploratione peti potest?* ℞. Affir.

18 *Quanam Instrumenta Actor Reo edere debet?*

19 *Quando & ad quid hæc Instrum. Actor Reo edere debet?*

20 *Quid igitur (1) Actor Reo edere debet?* ℞. Instrumenta, vel illorum Exempla, (*sufficiunt tamen Instrumentorum Exempla sine die & consule,*) quibus ipse in Judicio usurus est: illa enim Instrumenta, quibus Actor in Judicio non est usurus, nec Reo edere tenetur. Lauterb. *Ex. 7. Concl. 16. & Concl. jurid. 15. Vol. 4. D. 30.* Vid. tamen *Dissent.* Carpz. *p. 1. c. 17. d. 26. n. 3.* & Brunnem. *ad l. 1. ω. h. t. n. 9.*

21 *Quanam Instrumenta (2) Actor Reo edere debet post litem contestatam, & ad quid hæc edere debet?*

22 *Quot & quas Rationes (3) edere debet Actor Reo?* ℞. Omnes illuc pertinentes.

23 *An etiam edere has Rationes debet cum die & consule?* ℞. Affir. quia rationes constabant duabus paginis, una scil. *accepti*, & altera *expensi*, adeoque editio fuisset inutilis, si calculus non potuisset conferri. *Vid.* Aut. *p. 458.* & Jul. Pressellus *in not. h. t.*

24 *An Reus quoque Instrumenta aut Rationes edere compellitur?* ℞. Regulariter non compellitur.

25 *An tamen Reus compellitur, Instrumenta aut Rationes edere, si justa causa id suadeat?* ℞. Omnino compellitur.

1. C. h. Carpz. 3. Reſp. 78. num. 14. & art. 4. tit. 14. n. 31. ut ſi inſtru- 1
menta ſint talia, quæ etiam tertius edere jubetur; (686) vel cauſa
ſit fiſcalis, (687) ſed non capitalis; (688) *3. h. 2. ſ. 1. 2. de jur. fiſc.* 2
Gail.1. O. 106. n. 11. aut agatur de replicatione actoris probanda. (689)
Bach. V. 2. D. 5. §. 4. lit. a. verb. ne tunc quidem in f. Carpz. 3. Reſp. 78.
n. 14. & ſeq. Perez. in C. h. n. 11. vid. omnino (690) *Berl. 1. c. 45. n. 31. & mult.*
ſeqq. * *TERTIUS* (691) regulariter ni- £ 3
hil edit; *arg. 2. pr. C. quando & quibus quarta pars deb. Bocer. cl. 6. D.*
14. §. 72. niſi ſint petentis propria, vel ipſi communia, *5. fam. erciſc. 7.* 4
C. h. Carpz. tit. 14. art. 4. n. 35. Berl. 1. c. 45. n. 66. & 69. aut acta (692) pu- 5
blica, *2. C. h. Perez. in C. h. n. 12.* etiam inquiſitionis, (693) *Oldekop. obſerv.* 6
crim. t. 4. o. 2. vel ejus gratia confecta, (694) qui editionem poſtulat. *4.* 7
§. 1. h. Hinc argentarii, (695) quamvis argentariam facere deſierint, *4.* 8
§. 4. eorumque ſucceſſores univerſales, *6. §. 1. h.* & interdum etiam ſin- 9
gulares, *9. §. 1.* rationes ſuas illis, quorum gratia factæ ſunt, *4. §. 1. 6.*
§. 5. h. debito loco, *4. §. 5. & LL. ſeqq.* ſumtibus petentis, *4. §. ſ. h. ſ. C.* 10
de fid. Inſtr. edere jubentur. (696) *4. pr. 10. pr. & §§ ſeqq. h.* Idem eſt 11
in Notariis & (697) ſimilibus. *Gail. 1. O. 106. n. 6. Boc. cl. 6. D. 14. §. 77.*

E Edere juſſus jurat (698) ſe nec poſſidere, nec dolo deſiiſſe poſſidere: 12
f. C. de fid. inſtrument. Carpz. tit. 14. art. 4. n. 65. Berl. p. 1. c. 45. n. 92. nam 13
alias ratione rei (699) inſtrumenta habentur pro editis & recognitis. (700)
In *Carpz. tit. 14. art. 4. n. 52. Berl. d. l. n. 91.* Contra tertios (701) hodie 14
compulſorialis ſine clauſula (702) decernuntur. *Berl. d. l. n. 86. Carpz.*
tit. 14. art. 4. n. 56.

Argentarii, ſi dolo vel lata culpa non edant, *1. h.* Edicto præ- 15
toris coërcentur actione in factum, (703) data illis, quorum intereſt, 16
6. §. 5. h. & heredibus, *f. h.* contra Argentarios, non etiam contra 17
(704) heredes, *f. h.* niſi ex proprio (705) facto, *f. 6. §. 1. 9. §. 1.* ad 18
Ͻ id, quod interfuit. *1. §. 4. 8. §. 1. 10. §. 3.* Hæc actio anno (706) 19
præſcribitur. *f. h. 35. de O. & A.*

DE PACTIS. II. 14.

D PACTUM ſive conventio in genere, eſt actus, quo plures de aliquo 20
præſtando conſentiunt. *1. §. 2. h. 3. de pollicit.* Dividitur
† [1] ratione cauſæ efficientis remotæ in pactum * *J. GEN-* A 21
TIUM & * *J. CIVI-* a.
LIS, (707) *5. 7. pr. h. 5. de J. & J. §. 1. I. de J. N. G. & C.*
† [2] ratione cauſæ efficientis proximæ in * *EXPRESSUM*, quod fit B 22
con-

1 *An ergo compellitur Reus, si Instrumenta sint falsa, quæ etiam Tertius edere jubetur, vel causa sit Fiscalis?* ℞. Utique compellitur.

2 *An idem dicendum, si causa sit capitalis, aut agatur de replicatione Actoris probanda?* ℞. Neg.

3 *Num Tertius ad edenda Instrumenta tenetur?* ℞. Tertius regulariter nihil edit.

4 *An tamen Tertius ad editionem compellitur, si sint partis propria, vel ipsi communia?* ℞. Omnino compellitur. *Vid.* Martini *in Proc. Sax. tit. 26. §. 1. num. 26.*

5 *An quoque Tertius edere tenetur, si Acta sint publica?* ℞. Affir.

6 *An etiam edere tenetur Tertius, si sint Acta Inquisitionis?*

7 *An quoque Tertius ad editionem Instrumentorum compellitur, si ejus gratia sint confecta, qui editionem postulat?*

8 *An ergo Argentarii Rationes suas illis, quorum gratia facta sunt, edere tenentur, quamvis argentariam facere desierint?*

9 *An illorum quoque successores hasce Rationes edere tenentur?* ℞. Affir. & quidem non tantum successores *universales*, (quamvis ejusdem professionis non sint, *vid.* Brunnem. *ad l. 9. ff. h. t. n. 3. & 4.*) sed interdum etiam *singulares*.

10 *Quonam autem loco, & cujus sumtibus hæc editio fieri debet?* ℞. Debito loco, & sumtibus petentis: si vero *Judex* editionem fieri jubet, sumtibus utriusque, vel ejus partis, cujus maxime interest. Mev. *p. 5. d. 403.*

11 *An idem est in Notariis & similibus personis?* ℞. Affir. quia & hi aliorum gratia Instrumenta conficiunt.

12 *Edere jussus quomodo editionem declinat?* ℞. Si jurat, se nec possidere, nec dolo desiisse possidere, & quidem *præcise*: nec enim aliis probationibus suam conscientiam purgare potest, Carpz. *in Proc. tit. 12. art. 5. n. 20.* nec potest juramentum referre, quia respicit solam notitiam ejus, cui defertur; *vid.* Autor. *pag. 184.* Brunnem. *in Proc. Civ. c. 19. n. 24.* modo deferens juret antea de calumnia. *Vid.* Aut. *p. 177.* Carpz. *in Proc. tit. 14. art. 4. n. 11.* Rationem affert Carpz. *p. 1. c. 17. d. 19. n. 7.*

13 *Sed quid, si, nec edere, nec jurare velit, edere jussus?* ℞. Tum, ratione Rei, Instrumenta habentur pro editis & recognitis.

14 *Quomodo hodie contra Tertios, editionem recusantes proceditur?* ℞. Contra hos compulsorialia *sine clausula* decernuntur. *Vid.* Schwendend. *ad Fibig. Proc. p. 693.*

15 *Quomodo Argentarii, si dolo vel lata culpa non edant, coercentur?* ℞. Actione in factum.

16 *Quibus datur hæc Actio?* ℞. Illis, quorum interest, & heredibus.

17 *Contra quos hæc Actio datur?* ℞. Contra Argentarios, non etiam contra heredes, nisi ex proprio facto.

18 *Ad quid datur hæc Actio?* ℞. Ad id, quod interfuit, scil. editionem debito modo ac tempore factam non fuisse. Brunnem. *in Proc. Civ. c. 19. n. 27.*

19 *Quanto temporis spatio hæc Actio præscribitur?* ℞. Anno, quia est Actio Prætoria, & ex parte Rei mere pœnalis. *Vid.* Aut. *p. 415.*

20 *Quid est Pactum, sive Conventio in genere?* ℞. Est actus, quo plures (*neque enim solus sibi ipsi pacisci potest, cum nemo sibi obligetur l. 2. ff. de Stipul. serv. unde & differt Pactum a Pollicitatione quæ est unius promissio Reipublicæ facta, de qua Autor. p. 743.* Strauch. *Diss. 12. Aph. 3.* & Dn. de Lyncker. *in Analect. h. t. p. 58.*) de aliquo præstando (*h. e. dando vel faciendo: hinc non omnis consensus inter duos pluresve recte dicitur pactum;* Harmenopul. *l. 1. c. 4. §. 9. in princip.*) consentiunt.

21 *Quomodo Pactum (1) dividitur ratione causæ efficientis remotæ?* ℞. In Pactum Juris Gentium & Juris Civilis.

22 *Quomodo Pactum (2) dividitur ratione causæ efficientis proximæ?* ℞. In Expressum & Tacitum. *Et quid est Pactum* Expressum?

Quid

D consensu expresso, voce vel literis declarato; & * *TACITUM*, (708) quod b. 1
fieri censetur consensu a Lege ex facto, vel alia causa, præsumpto, 2
vel ficto: *2. 4. h. v. Corp.* (709) *2. C. 33. d. 14. num. 7. Bach. h. rubr.*
secund. divis. num. 4. & 6. & V. 1. D. 26 §. 8. lit. b. ut, si creditor de- 3
bitori Chirographum reddiderit, inter ipsos, ne debitum petatur,
conventum (710) videtur, *2. §. 1. h. 3. §. 1. de lib. leg. 59. de leg. 3. L.*
44. §. 5. 84. §. 7. de leg. 1. v. Corp. (711) *2. consil. 29. d. 12.* etiamsi 4
plures tabulæ ejusdem debiti fuerint scriptæ, nec omnes (712) reddi-
tæ; *arg. 2. §. 1. h. junct. 8. de Publ. in rem. & 39. h.* alias nihil (713)
fuisset actum. *Bach. V. 1. D. 6. §. 3. lit. b. h. rubr. secund. divis. num. 7.*
Quoad alios vero in eodem Chirographo obligatos nihil (714) ope- 5
ratur ejusmodi restitutio. *arg. 2. §. 1. 17. §. 4. h. 31. § 17. de V. O. Bach.*
V. 1. D. 6. §. 3. lit. b. Pignore reddito, pignus (715) censetur remis- 6
sum, non (716) debitum. *arg. 1. § 1. de liber. leg. 3. h. Bach. d. l. Pe-*
rez. in C. h. n. 2. Plura exempla taciti pacti sunt in (717) *4. pr. & §§.* 7
seq. h. 8. quemadmodum serv. amitt. 3. C. in quibus caus. pign. tac. 7. ff.
eodem. 13. pr. 17. §. 1. de usur. 5. C. eodem.

[3] Ratione subjecti in * *PERSONALE 7. §. 8.* quod ad perso- C 8
D nas (718) paciscentium restringitur, nec ad heredes pertinet. *17. §. 3.* 9
D *21. pr. 25. §. 1.* Et * *REALE*, sive generale, quod non re- c. 10
stringitur ad personas paciscentium, sed ad illorum quoque heredes,
(719) *40. pr. & § 5. h.* & successores singulares, *16. 17. §. 5. h.* omnes- 11
que pertinet, quibus ut utile sit, paciscentium interest, *21. § 5. h.* e. g. 12
fidejussori. *21. §. 5. vid. 5. h.* In dubio respicitur ad mentem, *7. §. 8.* 13
& potius reale censetur: nam persona tantum demonstrationis gra- 14
tia adjicitur. *7. §. 8. h. arg. 9. de probat. 40. pr. h. 38. pr. de V. O.* Mix- 15
tum videtur in (720) *L. 57. §. 1. h. v. tamen Bach.* (721) *V. 1. D. 6. §. 4.*
lit. b. & ad τὰ πρῶτα, pag. 598. Corp. 2. C. 41. D. 14. in fin.

[4] Ratione finis est vel * *OBLIGATORIUM*, quo scil. obligatio con- D 16
D stituitur, estque * *NUDUM*, *15. de P. V. 10. C. 7. §. 4. 45. h. 1. C. de pact.* E 17
convent. quod non est munitum vi efficaciter obligandi, nec de J civ. 18
actionem (722) producit, *7. § 4. 5. 27. §. 2. 41. 45. h. 10. 13. 21. 28. C. h. 1. C.* 19
de pact. convent. 15. de P. V. 3. C. de rerum permut. vid. tamen (723) *6. C. de*
transact. sed in nudi pacti finibus consistit. *27. C. locat.* Hoc natura- 20
liter obligat. *5. §. 2. de solut.*

D * *NON NUDUM* dicitur, quod vim & potestatem ha- e. 21
bet efficaciter obligandi, & actionem producit civilem. *15 de P. V.* Est-
D que vel * *CONTRACTUS*, qui est modus obligandi ex conventione, per F 22
se &

1 *Quid est Pactum Tacitum?* R. Quod fieri censetur consensu a Lege ex *facto*, (*Exemplum in conductione prædii urbani habet Autor p. 906.*) vel alia causa, *præsumto* vel *ficto*. Unde ex mente Autoris duplex Pactum *tacitum* est constituendum, scil. *Præsumtum* & *Fictum*. Præsumtum dicitur, quod colligitur ex conjecturis, vel a Lege, vel ab Homine, adeoque præsumto constat consensu, ut patet ex subjectis ab Autore exemplis. *Vid.* Lauterb. *Diss. de Tacit. pact. conv. th. 4.* Fictum vero pactum dicitur, quod fingitur a Lege. Ita fingit Lex, *stipulationem de dote restituenda intervenisse*, licet non intervenerit. *L. un. C. de R. U. A. add. Aut. p. 454.* Quo pertinent etiam Quasi-Contractus, de quibus Autor *p. 49.* & Lauterb. *Diss. de Volunt. th. 4.*

2 *Quotuplex est consensus tacitus?* R. A Lege ex facto, vel alia causa *Præsumtus*, vel *Fictus*.

3 *Da exemplum Pacti Taciti?* R. E. g. si creditor debitori Chirographum reddiderit, tunc inter ipsos, ne debitum petatur, conventum videtur.

4 *Sed, si plures tabulæ ejusdem debiti fuerint scriptæ, nec tamen omnes redditæ, an etiam tunc inter creditorem & debitorem tacite conventum videtur, ne debitum petatur?* R. Affir. quia alias nihil esset actum.

5 *An vero ejusmodi restitutio Chirographi etiam quoad alios, in eodem Chirographo obligatos, quicquam operatur?* R. Neg. nisi hoc *expressis* verbis dicatur, aut ex *conjecturis* appareat.

6 *Num pignore reddito, etiam debitum remissum censetur?* R. Pignus quidem tunc censetur remissum, non vero debitum.

7 *Ubi plura exempla taciti pacti in Jure reperiuntur?* R. In l. 4. pr. & 55. seqq. h. t. &c.

8 *Quomodo Pactum* (3) *dividitur ratione* Subjecti, *& quid est pactum* Personale?

9 *An hoc pactum personale ad heredes pertinet?* R. Neg.

10 *Quid est Pactum* Reale, *sive* Generale? R. Quod non restringitur ad personas paciscentium, sed ad illorum quoque heredes & successores *singulares*, v. g. Donatarios. Exemplum habet Lauterb. *Diss. de tacit. pact. conv. th. 60. & 66.*

11 *Ad quos generatim hoc pactum reale pertinet?*

12 *An ergo hoc pactum reale etiam fidejussori prodest?* R. Affir. quia hæc exceptio est realis. *Vid.* Autor. *p. 609.*

13 *Pro quali in dubio Pactum habetur?* R. In dubio respicitur ad mentem, & potius *reale* censetur; *arg. cit. l. 9. de probat. desumto a voluntate contrahentium, quæ est,* quod etiam suis heredibus contrahentes prospicere velint. *Vid. omnino Mev. p. 5. d. 348.* & Lauterb. *Diss. de præjud. pact. maj. part. cred. th. 31.*

14 *Cur autem potius reale censetur?* R. Quia persona tantum demonstr. gratia adjicitur.

15 *An etiam datur Pactum* Mixtum *ratione Subjecti?* R. Videtur dari, & tale habetur in l. 57. §. 1. h. t.

16 *Quomodo Pactum* (4) *dividitur ratione* Finis? R. In Obligatorium & Liberatorium.

17 *Quotuplex est pactum obligatorium?* R. Est vel *Nudum*, vel *Non-nudum*.

18 *Quid est Pactum obligatorium Nudum?*

19 *An hoc Nudum pactum de Jure* Civili *Actionem producit?* R. Neg. *sed in nudi pacti finibus consistit.*

20 *Quomodo hoc pactum Nudum obligat?* Naturaliter, cui obligationi *naturali* Romani *aliquos* tribuerunt effectus, de quibus vid. Autor. *p. 49. & seq.*

21 *Quid est Pactum Obligatorium Non-nudum, alias vestitum, vel* munitum *dictum?*

22 *Quotuplex est hoc Pactum Non-nudum, & quid est Contractus,* Germ. eine verbindliche Handlung? Sumitur autem vocabulum *Contractus* in Jure nostro varie, de quo Strauch. *Diss. 11. th. 16.* & Lauterb. *Diss. de Contract. in genere. th. 2.* Hoc vero loco accipitur *stricte*, quatenus scil. opponitur Quasi-Contractibus. *Vid.* Marq. Freher. *in Parerg. lib. 1. c. 17.* add. *l. 19. ff. de V. S.*

† ſe & ſua natura producens obligationem efficacem. *7. ʃ. 1. 2.* [1] Di- 1
D ſtinguitur tanquam genus analogicum, in * *VERUM*, qui vero con- G 2
ſenſu perficitur, verbis, literis, vel facto declarato; *4. pro ſoc. 48. de* 3
D *O. & A. 6. ʃ. 2. 18. mand.* & eſt * *NOMINATUS*, *7. ʃ. 1. 2.* qui certum H 4
habet contrahendi (724) modum, nomen, & nominatam actionem (725)
D producit: *7. ʃ. 1. b. arg. 1. 3. de P. V.* * *REALIS*, qui rei traditionem ad I 5
ſui perfectionem requirit, e. g. mutuum, commodatum, depoſitum, 6
pignus; *1. 1. I. quib. mod. re contr. obl.* non etiam dotis & arrhæ datio. 7
(726) *vid. Diſp. de arrha. th. 10.*
D * *VERBALIS*, qui verbis (727) fit, L. 8
D ut: ſtipulatio. *pr. I. de V. O. 1. ff. eod.* * *LITERALIS*, fit literis, (728) ut: i. 9
D lit. obl. *ʃ. un. I. de lit. obl.* * *CONSENSUALIS*, qui fit ſolo i. 10
conſenſu quoquo modo declarato, ut: emtio, locatio, ſocietas, man- 11
datum. *ʃ. un. I. de oblig. ex conſenſ. 2. pr. & ʃʃ ſeq. de O. & A. Tabor. part.*
D *Elem. p. 189.* * *INNOMINATUS*, qui abſque proprio h. 12
nomine (729) ac forma actionem ſpeciali nomine carentem producit.
7. ʃ. 2. h. 1. ʃ. 2. 3. de P. V. Omnis contractus innominatus eſt realis. *4. ʃ.* 13
2. de rerum permut. 5 pr. & ʃʃ ſeqq. de P. V. Requiritur itaque, ut con- 14
ventio ex altera parte ſit impleta; (730) *dd. LL.* & cauſa hic ſignificat 15
dationem vel factum ſub lege mutuæ præſtationis. *7. ʃ. 2.*
D & * *QUASI CONTRACTUM*, g. 16
qui fit conventione a L. Præſumpta vel (731) ficta, *13. ʃ. f. commod. Vult. ad pr. I. de Oblig. quæ quaſi ex contr.* ſine vero conſenſu, *27. ʃ. ult. fam. er-* 17
ciſc. 46. de O. & A. ut: negotiorum geſtio, tutelæ adminiſtratio, rerum 18
& hereditatis communio, (732) hereditatis aditio, indebiti ſolutio, &c.
† *1. tit. J. de oblig. quæ quaſi ex contract.* [2] In
D * *BONÆ FIDEI*, in quibus non verbis adhæremus, ſed æqua & benigna K 19
interpretatione tantum agit officium judicis, quantum in aliis nomina-
tim ejus rei (733) conventio: *7. de N. G. 24. depoſit. ʃ. un. I. de oblig. ex*
conſenſ. ʃ 30. I. de act. 2. ʃ f. de O. & A. vid. Fr. exerc. 13. q. 6. n. 11. ut ſunt 20
ex veris, nominatis, conſenſuales omnes; *2. ʃ. f. de O. & A.* [Actio ex ſti- 21
pulatu, qua uxor dotem repetit, eſt bonæ f. *ʃ. 29. J. de act.*] ex realibus 22
nominatis, commodatum, depoſitum, pignus; ex innominatis æſtima- 23
torius & permutatio; *arg. ʃ. 28. I. de act.* ex quaſi contract. Negotior. 24
geſt. tutelæ adminiſtratio, rerum & hereditatis communio. *arg. ʃ. 28. I. de act.*
D &* *STRICTI JURIS*, (734) in quibus judicis poteſtas ad verba & k. 25
naturam conventionum eſt adſtricta, *arg. 99. de V. O.* ut: mu-

tuum

1 *Quomodo (1) dividuntur Contractus?* R. In *Veros* & *Quasi-Contractus*.

2 *Quid est Contractus Verus?* R. Qui vero (*h. e. expresso*) consensu perficitur, ad differentiam consensus *praesumti* & *ficti*, qui fingitur in Quasi-Contractibus. Analogiam habet in Divisione Juris *scripti* & *non-scripti*.

3 *Quomodo hic verus consensus declaratur?* R. Verbis, literis, vel *facto*: Facta enim saepius plus operari, quam *Verba*, palam est ex *l. 48. §. 3. ff. de Ædil. edict.* Exempla habet Autor *p. 185. p. 65. 291. & 498.*

4 *Quotuplex est verus contractus, & quid est Contractus* Nominatus?

5 *Quotuplex est Contractus Nominatus?* (R. Quadruplex: *Realis, Verbalis, Literalis* & *Consensualis*. *Vid.* Lauterb. *Diss. de Contract. in genere*, ubi declarat, unde haec Divisio petita) & *quid est Contractus* Realis? R. Qui rei *traditionem* ad sui perfectionem requirit: Traditio vero haec tendit vel ad *abusum*, & dicitur Mutuum; vel ad *usum*, hinc Commodatum; vel *ad custodiam*, hinc Depositum; vel ad *securitatem*, hinc Pignus.

6 *Quot Contractus Realis dantur Species?* R. Quatuor: Mutuum, Commodatum, Depositum & Pignus.

7 *An etiam Datio & Arrha data est Contractus Realis?* R. Neg.

8 *Quid est Contractus* Verbalis? R. Qui fit verbis, ut Stipulatio.

9 *Quid est Contractus* Literalis? R. Qui fit literis, ut Literarum Obligatio.

10 *Quid est Contractus* Consensualis? R. Qui fit solo consensu.

11 *Quot Contractus consensualis dantur* Species? R. Quinque. Emtio, Locatio, Societas, Mandatum & Emphyteusis.

12 *Quid est Contractus Innominatus?*

13 *Estne omnis Contractus innominatus Realis?* R. Affir.

14 *Quid ergo in hoc Contractu* Innominato *requiritur?* R. Ut conventio ex altera parte sit completa.

15 *Quid* Causa *hic significat?* R. Dationem vel Factum sub Lege mutuae praestationis. Tum enim *causa conventioni* subesse dicitur, cum praevio consensu quod datum vel factum est ea lege, ut alter *vicissim* quid det vel faciat. *Vid.* Aut. *p. 391.* Laut. *Diss. de Arrha. th. 21.* Struv. *Ex. 15. th. 20. seq.*

16 *Quid est Quasi-Contractus, & quomodo fit?*

17 *An hic Quasi-Contractus fit sine vero (i. e. expresso) consensu?* R. Affir.

18 *Da Exempla hujus Quasi-Contractus?* R. E. g. Negotiorum gestio, Tutelae administratio, Rerum & hereditatis communio, (*vel potius ejusdem* solitaria *administratio*,) Hereditatis aditio, Indebiti solutio, &c. *Vid.* Lauterb. *Diss. de Contr. in gen. th. 13.*

19 *Quomodo (2) dividuntur Contractus?* (R. In *Bonae Fidei* & *Stricti Juris*) & *quid sunt Contractus Bonae Fidei?*

20 *Quinam Contractus ex Veris Nominatis sunt Bonae Fidei?* R. Consensuales omnes.

21 *An & Actio ex stipulatu, qua uxor dotem repetit, est b. f.?* R. Affir.

22 *Quinam sunt b. f. ex nominatis Realibus?* R. Commodatum, Depositum & Pignus.

9 Num tamen infames fiunt, qui in Actione Venditi, Locati, Commodati, Pignoris, Legis Aquiliae, Conditionibus & Interdictis propter dolum condemnantur? Rsp. Infames inde non fiunt, arg. tot. t. ff. ad L. Aquil. deficiente a Subjecto passivo, quia jam dictae actiones dantur contra quemvis contrahentem; vid. Aut. p. 144. seq. contra autem famosa actione conveniri non potest. Exemplum in Actione furti habes Aut. p. 655 in P. Dissent. Colleg. Jurid. Argent. h. t. th. 15. add. arg. tot. t. ff. de O. & A. & tot. t. 13. de vi & vi armat. deficiente a natura Conditionum, (vid. Aut. p. 591) & Interdictorum, (vid. Aut. p. 591) quae infamiam non irrogant. Lauterb. Ex. 10. Concl. 6. Sed Qu. si quis promiserit quod sub infamia, er wolle kein ehrlicher Kerl seyn, promissis vero non steterit, an propterea sit infamis? Negat hoc Stryck. in Tr. de Cautel. Contr. Sect. 2 c. 6. n. 17. apud graves tamen & honestos viros existimationem suam eo quasi laedit. Hering. de Fidejuss. c. 19. n. 158. Lauterb. Diss. de poena convent. th. 22. Petr. Muller. Diss. de obligat. sub infamia, bey Ehrlichen Schelten.

10 Quotupliciter Lex infamia notat? Rsp. Dupliciter vel immediate, vel mediate, h. e. non, nisi Judex Reos condemnaverit.

11 An ergo (1) Lex immediate notat in scenam prodeuntes lucri gratia? Rsp. Affir.

12 An (2) Lenocinium facientes? Rsp. Affir.

13 An (3) Mulierem liberam, corpore quaestum facientem? Rsp. Affir.

14 An (4) Viduam, quae, marito mortuo, antequam partum ediderit, aut intra annum luctus, sine Principis concessione, secundas nuptias contraxit? Rsp. Affir.

15 An & hunc Lex immediate notat, qui talem viduam sciverit & proprio motu duxit? Rsp. Affir. Dum autem proprio motu ... nam Filius, qui jussu Patris viduam intra annum luctus uxorem duxit, infamis non fit. L. 11. ff. h. t. Strauch. Diss. 19. Aph. 19.

16 An etiam Parentes eorum, qui ob metum hoc passi sunt? Rsp. Affir.

17 An quoque infamia Juris notabatur Mulier, quae, marito mortuo, intra annum, sine Principis concessione, secundas nuptias contraxit, etiamsi Maritus non fuerit lugendus? Rsp. Affir.

18 An igitur festinatae nuptiae hodie plane extra poenam sunt? Rsp. Neg. sed arbitraria puniuntur.

19 An (5) Lex immediate notat Bina sponsalia, etiam de futuro, eodem tempore contrahentem? Rsp. Affir.

20 An (6) immediate notat in adulterio deprehensam? Rsp. Affir.

21 An (7) Improbum foenus manifeste exercentes? Rsp. Affir.

22 An (8) Tutores & Curatores Lex immediate notat, qui pupillam vel adultam suam, ante rationes redditas, & tempore in integrum restitutionis nondum elapso, sine speciali concessione, sibi, vel filio suo in matrimonium collocant? Rsp. Affir.

suam ante rationes redditas & tempore restitutionis nondum elapso, sine speciali concessione, sibi vel filio suo in matrimonium collocant; —
7 C. de interdict. matr. inter pup. & tut. quod tamen hodie non (992) 1
observatur. *Carpzov. 4. c. 20. d. 5 Gron. ad L. 7 d. 1. n. 2.* [9] Juratam 2
transactionem (993) rescindentes. *41. C. de transact.* [10] Milites aliena prædia (994) conducentes. *5 C. de locat. ibi Gron.* [11] Notarios illicita instrumenta conficientes. *2. F. 52. § 1. in fin.* 3 4

*Non nisi JUDEX reos CONDEMNAVERIT: quod fit in reis reliquorum delictorum publicorum, etiam (995) stupri. *7. de publ. jud. junct. § 4. I. eod. vid.* (996) *Carpzov. 2 d. 191. n. 6.* Prævaricatoribus in judicio publico, *1. 4. § 4. h.* ignominiæ causa a militia missis, *2. § 1. h. 13 § 3 de re milit.* aut actione (997) furti, rapinæ, injuriarum, (998) doli subsidiaria, item actione pro socio, tutelæ, mandati, deposito (999) directa, interdum etiam (1000) contraria, *6 § 6. h.* expresse (1001) ob dolum, *1. 6. § 5 h. 4. § 1 2. de susp. tut. Tabor. D. ad W. n. 9. 7 8.* Judicis [*v. 13. § 5 h.*] sententia (1002) appellatione &c. non suspensa, *vid. 6. § 1. h. Richt. 2. decis. 20. num. 21.* proprio nomine (1003) condemnatis. *6. § 2.* Item, qui de delicto famosis privatis sine jussu prætoris transegit, *4. § 5 h. 6. § 3.* etiam ante litem contestatam. *6. § 3. Fr. ad tit. de transact. n. 15.* In dictis contractibus tamen quis salva (1004) æstimatione transigit. *7. h. Tabor. D. ad W. 10. q. 10.* c. 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

8 Personis immediate cohæret, nec ad heredes (1005) transmittitur. *11. de pæn. 9. de Senat. 2. § 2. 7. de decur. ion. Carpz. 1. d. 191. vid. tamen* (1006) 15
E *5. § 1. C. ad L. Jul. majestat.* Hac infamia notati non fiunt (1007) Doctores, *7. C. de profess. & med. 2. C. de dignit. un. C. de infam.* neque Notarii, (1008) *R. I. de anno 1512. tit.* von Notarien / erstlich. *vid. Tabor. D. ad W. 10. q. 12.* Removentur a nobilitate & honoribus, *5. C. de decur. Thoming. tom. 1. cons. 12. n. 30. Frib. tr. de existimat. lib. 3 c. 24. n. 5. in f. &c. 6. n. 14. &c.* a collegio Senatorum & opificum. *Carpz. 1. d. 17. Richt. p. 1. d. 80. num. 37. Carpz. 6. Resp. 100.* Eorum testimonia non sunt plenæ fidei, *1. § 1. 3 pr. de test.* & de J. Can. nullius omnino momenti. *c. infames 17. c. 6. q. 1. c. 54. X de testib. Mev. ad I. L. lib. 4. t. 7 art. 4. n. 4-5* Hæc ignominia etiam interdum facit locum querelæ inoffic. testamenti, *27 C. de inoff. test.* interdum eam excludit; *11. 19. C. eodem.* non etiam immunitatem a tutela (1009) & aliis muneribus publicis (1010) præstat. *L. un. C. h. t. § 6 in f. de pæstul.* 16 17 18 19 20

D * *ABOLETUR* hæc juris infamia [1] * per *RESTITUTIONEM* DE (1011) in integrum. *1. § 9. in. de postul. 1. C. de sent. pass. Fr. ad tit.* 21

1 *An hoc hodie observatur?* ℞. Neg. sed male.
2 *An (9) Lex immediate notat juratam transactionem rescindentes?* ℞. Affir.
3 *An (10) Milites aliena prædia conducentes notat?* ℞. Affir.
4 *An (11) Lex immediate notat Notarios illicita Instrumenta conficientes?* ℞. Affir.
5 *Quando vero Lex mediate, h. e. non, nisi Judex Reum condemnaverit, infamia notat?* ℞. Hoc fit in Reis criminum delictorum publicorum, v. g. homicidio &c. Vid. Aut. p. 481.
6 *An etiam condemnatus de stupro hac infamia mediata Juris notatur?* ℞. Affir.
7 *An quoque Prævaricatores in Judiciis publicis hac infamia notantur?* ℞. Affir. Idem de Advocatis & Procuratoribus statuit Autor p. 675 add. Lauterb. Ex. 10. Concl. 20. Jus Saxonicum tamen a pœna infamiæ hoc recessit, & mulctam tantum prævaricatoribus imponit. Vid. Schilter Ex. 10. th. 74.
8 *An etiam notantur, qui ignominiæ causa a militia sunt missi?* ℞. Affir.
9 *An & condemnati Actione furti, rapinæ, injuriarum, & doli subsidiaria notantur?* ℞. Affir.
10 *An quoque in Actione pro socio, tutelæ, mandati, & depositi, tam Directa, quam Contraria, Lex, a Judice condemnatum, infamia notat?*
11 *Ob quid tamen & quomodo, & quo nomine debent Rei in hisce Actionibus prænotatorum delictorum, & Contractuum condemnati esse, ut infames fiant?* ℞. Expresse ob dolum.
12 *An quoque ad hunc effectum requiritur, ut Judicis sententia Appellatione non sit suspensa, & proprio nomine sint condemnati?* ℞. Affir.
13 *An etiam ii, qui de delictis famosis præventi, sine jussu Prætoris, (h. e. privata autoritate) transegere, hac infamia Juris mediata notantur?* ℞. Affir.
14 *Num tamen in Contractu societatis, mandati & depositi, quis salva existimatione transigere potest?* ℞. Affir.
15 *Quomodo infamia personam inhæret?* ℞. Immediate, nec ad heredes transmittitur; quia pœnæ, tanquam umbræ, ad personas, quæ nihil peccarunt, extendi non debent.
16 *An Infamia Juris notati fieri possint Doctores vel Doctorandi?* ℞. Neg. quia in hujusmodi personis singulares præ cæteris mores & sinceritas, ac fides requiruntur.
17 *Num Infamia Juris notati etiam a nobilitate & honoribus, ut & a Collegio Senatorum & Opificum removentur?* ℞. Affir. ne scil. aliorum ejusdem dignitatis vel honoris existimationem apud alios diminuant, nec Collegas, vel totum Collegium, suo infamiæ contagio maculent.
18 *Qualia sunt eorum, qui Infamia Juris notati, testimonia?* ℞. Eorum testimonia non sunt plenæ fidei, & de Jure Canonico, nullius omnino momenti, h. e. de Jur. Can. infamia Juris notati sunt testes inhabiles, quod & hodie observatur. vid. Lauterb. Ex. 10. Concl. 14. add. Autor p. 451.
19 *An hæc ignominia locum facit querelæ inofficiosi testamenti?* ℞. Interdum locum eidem facit, interdum etiam eam excludit, scil. priori casu, si frater, postposito fratre, personam infamem heredem instituit (absurdum enim est ignominia & turpitudine notatos præferri fratribus honeste viventibus. vid. Aut. p. 107 fere in fin. & Schilter Ex. 38. th. 11.) posteriori vero, si frater prætermissus ipse quoque sit infamis: mores enim quos quis in se probat, in aliis improbare non debet. l. 47. ut solet matrem. Exemplum in Carnifice habet Lauterb. Disp. de singul. frat. jure succed. 2. de Jure Rerum. th. 24. & in pari causa turpi potior conditio est possidentis. l. 8. ff. de condict. ob turp. caus. vid. tamen Struv. Ex. 10. th. 18.
20 *An etiam hæc ignominia immunitatem a tutela, & aliis muneribus publicis, præstat?* ℞. Neg.
21 *Quibus modis hæc Juris infamia abolitur?* ℞. (1) Per *Restitutionem in integrum,* (scil. *gratiæ,* vid. Aut. p. 74. utramque plenam, de qua Aut. p. 319.) & (2) Certi *Temporis* lapsu.

tit. de postul. n. 13. vid. tamen (1012) *7. C. de sent. pass. L. f. C. de general. abo-*
lit. Helg. 2. q. 22. n. 33. &c. [2] * certi *TEMPORIS* lapsu, scil. c. 1
si a magistratu pœna temporalis famosa ex causa arbitraria (1013) impo-
natur, *3. C. h. 1. C. de his, qui in exil. dat. vel ab Ord. mot. 13. §. 1. ad L.*
Corn. de fals. 3. §. 1. de decur. 8. de postul. quod secus est, si pœna constituta 2
sit ex causa sua (1014) natura famosa; *5. de decur. 4. §. 4. de re milit. 6. C.*
h. 43. §. 4. de R. N. 63. de furt. nisi ipsa pœna ordinaria sit gravior (1015) & 3
ad publicam spectet (1016) vindictam *13. §. 7. h. 4. C. h. 15. pr. ad municip.*
Perez. in Cod. tit. de his, qui in exil. dat. n. 5. & seq. Bach. Vol. 1. D. 8. §. 2. lit.
E. vers. item est, si &c. Fr. ad titul. de postul. n. 16. &c.

• *EVITATUR* infamia, judicis sententia infligenda, si reus in con- d. 4
tractibus (1017) ante sententiam debitum offerat. *73. de procurat. arg. 7.*
h. Praxis hoc etiam in delictis (1018) observat, *Gail. 2. O. 103. n. 2. Berer.* 5
Cl. 6. D. 8. §. 5. Wesenb. h. n. 9. & ibi Taber. Hahn. vid. tamen (1019) *Bach.*
Vol. 1. D. 8. §. 7. lit. d. & h. c. 2. p. 770. & in causis civilibus, si quis per pro- 6
curatorem (1020) se defendat. *2. de obs. parent. & patr. præst. arg. 1. C. de*
sent. & interlocut. Taber. D. ad W. 10. q. 13. Harpr. ad §. 10. I. de injur. n. 130.
Wesenb. h. n. 9. Protestatio, se non conscientia delicti, sed ad redimen- 7
dam vexam transigere, in delictis privatis famam de jure non (1021) re-
servat: Liquida tamen innocentiæ probatio etiam post sententiam con- 8
demnatoriam hoc operatur, (1022) ut quis pro infami non habeatur. *arg.*
43. §. 5. in fin. de R. N. Bach. h. pag. 777. Macula ex stupro contracta pur- 9
gatur per subsequens matrimonium stupratoris cum (1023) vitiata. *Carpz.*
6. Resp. 99. Berl. p. 2. dec. 299. Richt. p. 2. dec. 90. n. 18.

D •FACTI (1024) INFAMIA est macula ex turpi facto sine juris aucto- a. 10
ritate contracta, quæ existimationem apud alios lædit *2. de obs. parent. 13.*
C. h. Hæc etiam turpitudo dicitur, *2. C. de dignit. 27. C. de inoff. test.* di- 11
X versosque habet (1025) gradus. *Wesenb. h. num. 2. & ibi Bach.* Exempla 12.13
(1026) vide *in L. 25. C. ad L. Jul. de adult. 13. C. h. 19. 27. C. de inoff. test. 2. de*
obseq. parent. 56. pro soc. junct. f. de serv. corrupt. 2. verum autem. *NON* sunt 14
tales spurii & alii illegitimi, *vid.* (1027) *c. 5. dist. 56. 7. C. de nat. lib. 6. de de-*
curion. 26. de pœn. Thoming. decis. 48. Palaott. tr. de noth. & spur. c. 35. qui 15
bonis (1028) cedunt, *vid. 11. C. h. Perez. in C. h. n. 15.* qui ab alio vitiatam 16
(1029) vel lictoris viduam ducunt *vid. Carpz. 2. c. 6. d. 14. & p. 1. dec. 18.*
Berl. p. 2. dec. 299. Lictores, excoriatores, carnifices, quique cum illis 17
E comedunt. *Carpz. 2. d. 14. Richt. p. 2. dec. 90. num. 20.* Hac infamia notati
dicun-

1 *Quomodo certi temporis lapsu hæc infamia Juris abolitur?* Rp. Si a Magistratu pœna temporalis (infamis?), ex causa arbitraria, (quæ scil. sua natura non erat famosa, Carpz. Pr. Crim. q. 135. n. 57. seqq.) imponatur.

2 *An ergo secus est, si pœna constituta sit ex causa, sua natura famosa?* Rp. Affir. quia sic ob factum turpe quis ipso jure notatur infamia, cujus effectus perpetuus est.

3 *An tamen & tunc temporis lapsu abolitur infamia, si ipsa pœna imposita ordinaria sit gravior, & ad publicam spectet vindictam?* Rp. Affir.

4 *Quomodo vitetur infamia, Judicis sententia infligenda, in Delictis ex Contractibus?* Rp. Si Reus ante sententiam debitum offerat, arg. cit. L. 7. h. t. deducto a minori ad majus. Si enim pactus in contractibus (vid. Aut. p. 61) evitat infamiam, sequitur, quod multo magis evitet, si offerat debitum. Vid. Stryck. de Caut. Contr. Sect. 3. c. 7. §. 11. seq.

5 *An Praxis hoc etiam in Delictis observat?* Rsp. Affir.

6 *In quibus causis, si quis per Procuratorem se defendat, evitatur infamia?* Rsp. In Causis Civilibus; arg. cit. l. 1 C. de sent. & interl. deducto a negato antecedente ad negatum consequens. Si enim sententia non potest ferri in principalem, sed necessario in Procuratorem ferenda, (vid. Aut. p. 578) sequitur, quod nec infamia per eam imponi possit principali.

7 *An protestatio, se, non conscientia delicti, sed ad redimendam vexam transigere in delictis privatis, famam de Jure reservat?* Rsp. Neg.

8 *Num tamen liquida innocentia probatio, etiam post sententiam condemnatoriam, hoc operatur, ut quis pro infami non habeatur?* Rsp. Affir. quia, ubi nullum delictum, seu factum turpe, ibi etiam nulla infamia adesse potest.

9 *An macula, ex stupro contracta, purgatur per subsequens matrimonium stupratoris cum violata?* Rsp. Affir. quia, contractum postea nuptiis, omnis macula cessat, & matrimonium fictione Juris retrotrahitur, ita, ac si ab initio contractum fuisset. Vid. Aut. p. 15.

10 *Quid est infamia Facti?*

11 *Quomodo alias hæc infamia Facti vocatur?* Rsp. Turpitudo.

12 *An hæc infamia Facti diversos habet Gradus?* Rsp. Affir.

13 *Ubi inveniuntur hujus Maculæ exempla?*

14 *An hac infamia Facti laborant spurii, & alii illegitimi?* Rsp. Neg. quia hi nihil commiserunt; ad hanc infamiam autem turpe factum requiritur.

15 *An etc, qui bonis cedunt, hac infamia laborant?* Rsp. Neg.

16 *An tamen illi, qui ob alio (?) veritatem, vel lictoris viduam ducunt, hac infamia sese maculant?* Rsp. Neg. Idem est dicendum de lictoris filia, Carpz. p. 1 d. 15. & multo magis de Opilionis filia. Carpz. lib. 6. n. 99.

17 *An lictores, excoriatores, carnifices, quoque cum iis conversantes, sunt infames?* Rsp. Neg. quia hæ personæ, officium commissum exercentes, non peccant, nec factum aliquod infame committunt, ob quod infamia notandi, imo ipsorum opera in Republica maxime necessaria sunt: vid. Aut. p. 715. Pagenstecher. Sect 55 p. 166. & Lauterb. Diss. de Assess. th. 7. quod multo magis verum erit in illis, qui lictoribus in capiendis & ducendis facinorosis auxilium præstant, Lauterb. in Dedicat. ex l. 48. v. th. 13. unde nec illorum liberi porta dignitatum claudi possunt. Carpz. p 1. d.11. Brunnem. ad Rubric. u. h. t. n. 4. seqq. (De eo, qui alterum laqueo se perimere volentem liberavit, der ihn abgeschnitten, vid. Struv. ad Decret. l. 5 t. 1. Obs. 17) similiter nec ille inter infames recensendus est, qui torturam sustinuit, nihilque in ea confessus est tortura enim non infamat, sed tolerata perhibet testimonium innocentiæ, quam sequitur sententia absolutoria definitiva, (vid. Autor. p. 728) quod præjudicio firmat Richter p. 2. dec. 50. n. 30. quamvis a levi nota maculæ talem non absolvat Brunnem. ad l. 14. C. ex quib. caus. inf. irrog. n. 5. vid. Dn. de Lyncker in Anal. h. t. p. 69.

2 *Quo-*

dicuntur turpes (1030) personæ, nec ad dignitates (1031) admittuntur, *2. C. de dign. c. 87 de R. I. in 6. Bocer. cl. 6. D. 8. 8. 20. lit. a. Carpz. p. 1. dec. 17. n. 10.* a collegiis opificum repelluntur, *Carpz. 1. d. 17. & 6. R. 100. Richt. p. 2. d. 80.* heredes instituti repelluntur a fratribus, *27. C. de inoff. test.* non sunt testes omni exceptione majores. *3. pr. de test.* 1 2 3 4

SS Cum infamia aliquam affinitatem habet *LEVIS NOTÆ MACULA,* 5
27. C. de inoff. test. quæ ob sordidum vitæ genus vel aliam ob causam (1032) 6
imputatur, ita, ut quis inter personas viles numeretur, ut: spurii (1033) 7
& alii illegitimi, *vid. Deut. 23. v. 2. c. 13. X. qui fil. sint. legit. 3. §. 2. de Decur. c. 14. X. d. purg. can. Palaeot. tr. de noth. & spur. c. 55. Herg. p. 1. q. 21. n. 58. Carpz. p. 3. c. 10. def. 16.* carnifices, excoriatores, & quibusdam in locis 8
lictores; *Carpz. 1. d. 18. n. 12. Richt. p. 2. d. 80. n. 19.* Speidel *voce* Hencker.
NON etiam liberi molitorum, textorum, chirurgorum, pastorum o- 9
vium, balneatorum, &c. (1034) *R. I. de anno 1548. tit.* Von Handwercks-Söhnen. *& de anno 1577. tit. 78. §.* setzen, ordnen. *Richt. p. 2. d. 80. n. 11.*
De effectu (1035) hujus maculæ *vid. 27. C. de inoff. test. 3. §. 2. de Decur.* 10
Richt. p. 2. d. 80. n. 19. Palaeot. d. tr. c. 36. & seqq.

DE PROCURATORIBUS ET DEFENSORIBUS.

III. 3.

D PROCURATOR hic (1036) est, qui aliena negotia mandato Domini ad- 11
† ministrat: *1 pr. h.* estque [1] vel *PRINCIPALIS* vel *SUBSTITUTUS,* 12
† (1037) Affter-Anwalt. [2] *VERUS,* qui vero & *QUASI* procurator, qui 13
† præsumto Domini mandato admittitur. *35. pr. 40. §. f. h.* [3] Procurator 14
NEGOTIORUM sive Extrajudicialis, & *LITIUM* sive Judicialis. *33. pr. §. 1. 43. pr. h.*
† [4] *SINGULARIS* sive specialis, cui certa aliqua causa com- 15
† mittitur, & *UNIVERSALIS*, *1. §. 1.* qui iterum est vel *SIMPLICITER* 16
talis, scil. ad omnia constituentis bona & negotia datus; *1. §. 1. L. 17. §. f. de jurejur. L. 12. de pact.* vel *CERTO RESPECTU*, ut: si omnes
lites præsentes & futuræ ei mandatæ fuerint. *3. 40. pr. h. C. p. X.* [5] Se- 17
† cundum DD. distinctionem vel *CUM LIBERA* (1038) constitutus,
vel *SINE* ea. Hanc distinctionem probat etiam Jus Can. ita, ut ille 18
majorem paciscendi, transigendi, juramentum deferendi, ac alienandi potestatem (1039) habeat; hic vero ea expedire nequeat: *c. 4. de procurat. in 6.* non vero Jus civile; cui hic procurator cum libera 19
incognitus,

1 *Quomodo hac infamia notati dicuntur,* (Resp. Turpes personae) *& an hi notati ad dignitates admittuntur?* Resp. Neg. Rationem vid. *supr. Pag. 61. ad Quaest. 16.*

2 *Num hi quoque a Collegiis opificum repelluntur?* Resp. Affir. Rat. vid. *supr. pag. 62. ad Qu. 17.*

3 *An hac infamia notati heredes instituti, a testatoris fratribus repelli possunt?* Resp. Affir. videtur enim contra amorem esse, fratribus turpes personas praeferre.

4 *Num hac infamia notati sunt testes omni exceptione majores?* Resp. Neg. propter infamiam enim testimonio fides detrahitur.

5 *Quid cum hac infamia aliquam affinitatem habet?* Resp. Levis notae macula, de cujus existentia dubitare non licet *ex l. 27. C. de inoffic. test.* quam propterea male alii habent pro infamia *facti*, quos sequitur Ludwell. *ad §. 2. J. de inoffic. test.*

6 *Quid igitur est Levis notae macula?*

7 *Da exempla hac levis notae macula notatorum?* Resp. Tales sunt Spurii, & alii illegitimi; unde non ad dignitatem Doctoralem in Academia Tubingensi eos admitti refert Lauterb. *Diss. de legitim. per subseq. matrim. th. 34. & Ex. 10. Concl. fin.*

8 *An & tales sunt carnifices, excoriatores, & quibusdam in locis lictores?* Resp. Affir.

9 *An quoque tales sunt liberi molitorum, textorum, chirurgorum, pastorum ovium, balneatorum &c.* Resp. Neg. quia ne quidem horum parentes infamia, vel levis notae macula laborant.

10 *Qualem effectum habet levis notae macula?* Resp. De effectu hujus maculae vid. citt. LL. & DD.

11 *Quid hic est Procurator?* Resp. Qui aliena negotia mandato Domini administrat. Sub hisce negotiis autem intelliguntur tam *extrajudicialia*, de quibus *ad tit. Mandati p. 254.* quam *judicialia*, de quibus potissimum h. tit. agitur, *Germ.* Ein Anwalt, hicque ab Universitate constitutus dicitur *Syndicus*, de quo in *seq. tit. 4.* a Tutoribus vel Curatoribus *Actor*, de quo Autor *p. 67 & 468.* ab aliis vero proprie *Procurator* appellatur.

12 *Quotuplex hic Procurator est (1) ratione Constitutionis?* Resp. Est vel Principalis, (qui ab ipso Domino *immediate constituitur*,) vel Substitutus, qui a Procuratore constitutus est post litem contestationem, de quo vid. Lauterb. *de Procuratore substituto, Vol. 1. D. 29. & R. J. de An. 1654. §. 100.* In Foro tamen *Saxonico* Procurator alium substituere nequit, nisi Dominus hoc permiserit; *Carpz. in Proc. tit. 5. art. 3. n. 6.* nec *Substitutus* procurator alium substituere regulariter potest. *Carpz. d. l. n. 9. seqq.*

13 *Quotuplex hic Procurator est (2) ratione Mandati?* Resp. Est vel *Verus* procurator, qui vero Domini mandato constituitur, vel *Quasi* procurator, qui praesumto Domini mandato admittitur: utrique autem opponitur *falsus* procurator, de quo Autor *p. 66.*

14 *Quotuplex est (3) Procurator?* Resp. Est vel Procurator *Negotiorum* sive Extrajudicialis, vel *Litium* sive Judicialis.

15 *Quotuplex est (4) Procurator?* Resp. Est vel *Singularis* sive specialis, vel *Universalis.*

16 *Quotuplex est Procurator universalis?* Resp. Hic iterum est vel *Simpliciter* talis, vel *certo respectu*, ut: si omnes lites praesentes & futurae ei mandatae fuerint.

17 *Quotuplex est (5) Procurator?* Resp. Secundum *Doctorum* distinctionem est vel *cum libera* (potestate) constitutus, vel *sine libera.*

18 *An haec Doctorum distinctio in Jure Canonico quoque fundata est?* Resp. Jus Canonicum eam probat, ut Procurator *cum libera* majorem paciscendi, transigendi, &c. potestatem habeat; Procurator *sine libera* vero ea expedire nequeat.

19 *An quoque haec Doctorum distinctio in Jure Civili fundata?* Resp. Neg. sed haec Juri Romano *cum libera* incognita est.

Incognitus, (1040) & omnia hæc potest is, cui simpliciter omnium bo- 1
norum (1041) administratio mandata, *12. de pact. 17. § f. de Jurejur. 11. de*
pign. act. 20. f. 1. de novat. 87. de solut. Fr. ad 111. mandat. n. 63. Vinn. ad §.
42. I. de R. D. & lib. 1. Sel. quæst. 9. & illa (1042) particula, *CUM LIBERA,* 2
non distinguit, sed declarat. *§. 42. I. de R. D. L. 9. §. 4. de A. R. D.*
† *58. h.* [6] Judiciales dantur ad *AGENDUM* vel *DEFENDENDUM:* 3
Actoris procurator, Rei defensor (1043) dicitur. *§. pr. h. L. un. C. de*
† *satisd.* [7] In *REM* sive utilitatem *ALIENAM,* & *REM SUAM.* (1044) 4
Constituti vel ab * *ACTORE* per actionum cessionem (1045) ex titulo A 5
ad transferendum dominium (1046) habili; *4. 9. C. h. 33. §. f. 34. h.*
8. §. f. mandat. L. f. C. quando fisc. vel privat. debit. sui deb. L. 2. §. f.
famil. ercisc. Hi sunt Domini loco; *13. §. 1. de pact. 9. C. h. 15. h.* 6
vel a * *REO,* quando sc. eum, contra quem litis nomine B. 7
habet regressum, (1047) procuratorem substituit, ut a periculo suo
experiatur *vid. 42. §. 2. de procurat. 66. §. 2. de Evict. L. f. §. 2. de con-*
dict. indeb. Barb. h. c. 7. n. 8.

C Constituuntur mandato, (1048) *1. pr. 42. §. 2.* Ratihabitione. *66. h.* 8
60. de R. J. f. C. ad SC. Mac. Inviti non (1049) coguntur, *17. C. h. 8. §. 1. h.* 9
nisi hodie ordinarii (1050) judiciorum procuratores. *Ord. Cam. p. 1. tit.* 10
19. §. auf daß auch. *Mynf. cent. 4. O. 32. Gron. ad 17. h. Tabor. D. ad W. 11.*
9. 7. Personæ illustres litigaturæ procuratorem constituere (1051) te- 11
nentur. *25. & seq. Aut. hoc Jus. C. h. vid. Wurmf. lib. 1. tit. 5. O. 16. 17. Mynf.*
Cent. 4. O. 58. Borcr. cl. 6. D. 6. §. 18. 19. In *VERO* Procuratore requiritur 12
verum mandatum, utcunque declaratum, *1. §. 1. & f. h.* etiam (1052)
nutu. *arg. 43. pr. h. 52. § f. de O. & A.* Et sufficit taciturnitas, si quis, li- 13
teris procuratoriis acceptis & lectis, illas (1053) retinuerit. *Clemens. 1. de*
procurat. arg. 6. § 2. 18. mandat. Hodie constituitur ut plurimum apud 14
(1054) acta, mit Angelobung an den Gerichts-Stab; *vid. Valt. lib. 2. c.*
7. n. 315 & seqq. extrajudicialis, mandato, probationis (1055) gratia in 15
scripturam redacto; quod dicitur procuratorium, (1056) Gewalt, Voll- 16
macht. Et continere debet nomen constituentis, (1057) procuratoris,
(1058) adversarii & Judicis, causam & actus, in quibus, & ad quos consti-
tuitur procurator, *65. h. vid. Valt. lib. 2. c. 7. n. 379. Mynf. cent. 4. O. 59.*
Borcr. cl. 6. D. 6. §. 55. 56. annum & diem constitutionis. *arg. 1. f. 2. h. Wi-*
senb. h. n. 7. Clausula de rato, & sigillum publicum, vel constituentis 17
J. Civ. non est necessaria, *6. pr. de condict. indeb. 87. de solut. Barb. V. 1. D.*
9. §. 8. lit. a. Fr. h. n. 24. Berl. p. 1. d. 20. n. 9. vid. Carpz. 1. d. 27. In quibusdam 18
tamen locis (1059) requiritur. *Carpz. 1. c. 1. d. 27.*

Obser-

1 *Qualis igitur Procurator, Jure Civili, constitui illo potest, quam, secundum Jus Canonicum, Procuratorem cum libera?* ℞. Is, cui simpliciter omnium bonorum administratio mandata est.

2 *Quomodo ergo est intelligenda particula* Cum Libera *in l. 9. §. 4. ff. de A. R. D.?* ℞. Tantum explicationis, non definitionis gratia adjecta est.

3 *Quotuplices (8) sunt Procuratores Judiciales?* ℞. Duplices: dantur enim vel ad agendum, vel ad defendendum; hinc *Actoris* Procurator dicitur *Procurator*, *Rei* vero Procurator *Defensor* vocatur.

4 *Quotuplex (7) Procuratores dividuntur?* ℞. Vel in *Rem* sive *utilitatem alienam*, vel in *Rem suam*.

5 *A quibus constituitur Procurator in rem suam,* (℞. Vel ab *Actore*, vel a *Reo*) & *quomodo ab Actore constituitur?* ℞. Per actionum cessionem, ex causa (v. g. emtionis, donationis, dotis &c. vid. *Aut. p. 448.* num. 10, qui [illegible], sic procurator in rem suam) ad transferendum dominium habili.

6 *An talis Procurator in Rem suam ab Actore constitutus, est loco Domini?* ℞. Affir.

7 *Quomodo Procurator in Rem suam a Reo constituitur?* ℞. Quando Reus eum, contra quem ille actionem habet regressum, Procuratorem substituit, ut is *periculo suo* experiatur.

8 *Quomodo in genere Procuratores constituuntur?* ℞. Mandato (absque hoc enim si Procurator agere pergeret, vix ei difficultatem cum parte, cum qui Procuratori tenentur, de quibus Carpzov. *Proc. tit. 4. art. 1. n. 55.* & haec legitimatio non solum in Processu *ordinario*, sed & *summario* requiritur. vid. Lauterb. *Diss. de Remedio L. si contendat ff. de fidejuss. th. 74.*) vel Ratihabitione: haec enim in plerisque comparatur Mandato, quoniamque eatenus est, ut retrotrahatur. Exempla habet Autor *p. 264. 271 & 419.*

9 *Num etiam tutela requiritur Procuratores esse?* ℞. Neg.

10 *An tamen hodie ordinario Judiciorum Procuratores esse possint?* ℞. Affir.

11 *Num quoque Personae illustres litigantes Procuratorem constituere tenentur?* ℞. Affir. Et quidem partim, ut splendorem retineant, quando in Judicio comparent, videlicet, partim vero, ne adversariis, aut Judicibus, sua praesentia metum incutiant.

12 *Quid in Vero Procuratore requiritur?* ℞. Verum mandatum, utcunque declaratum, etiam tacitum.

13 *An etiam sufficit taciturnitas, si quis, litteris procuratoriis acceptis & lectis, illas retineret?* ℞. Affirm. quia Mandatum etiam *tacito consensu* contrahitur, & taciturnitas in negotio permissivo instar consensus habetur.

14 *Quomodo hodie constituitur Procurator?* ℞. Ut plurimum apud *Acta*, mit Angelobung an den Gerichts-Stab.

15 *Quomodo vero Procurator Extrajudicialis constituitur?* ℞. Mandato, probationis gratia, in scripturam redacto.

16 *Quomodo dicitur hoc Mandatum in scripturam redactum,* (℞. Procuratorium, Gewalt oder Vollmacht) & *quae continere debet ejusmodi Mandatum,* oder Vollmacht? ℞. Continere debet Nomen Constituentis, Procuratoris, Adversarii & Judicis, ut Causam & Actus, in quibus & ad quos constituitur Procurator, ut Annum & Diem (quorum enim horum expressionem non semper adeo rigide observari debere Carpz. *in Proc. tit. 5 art. 1. n. 109.* haec tamen sententia [illegible], & sine dubio Judiciorum [illegible], quae legem antecedentem habet, contraria est. vid. *Nicolai in Proc. p. 1 c. 5.*) Constituentium, & denique subscriptionem.

17 *Annon etiam Clausula de rato, & sigillum publicum, vel Constituentis requiritur?* ℞. Haec de Jure *Civili* non sunt necessaria.

18 *An tamen haec quoque in quibusdam locis hodie requiruntur?* ℞. Affir.

Obſervetur ſtilus Curiæ illius, ubi procurator datur. *6. de Evict.* 1
34. de R. J. Si aliquod requiſitum deficiat, procurator admittitur 2
cum cautione de rato, (1060) vel ſufficienti mandato ad proximum
exhibendo, *1. C. h. 40. §. 3. h. Berl. p. 1. concl. 14. num. 57.* etiam in illis, 3
quæ alias ſpeciale (1061) mandatum requirunt. *26. pr. de min. Bac. ad.*
6. D. 4. th. 46. lit b vid. tamen 66. §. 1. ad SC. Trebell. Hinc non 4
ſufficit charta blanca (1062) *vid. Carpz. 1. c. 1. d. 28.* In *QUASI* (1063) 5
procuratoribus ſufficit præſumtum mandatum, *35. pr. 40. § f. h.* modo cautione (1064) de rato confirmetur, *12. 20. C. 40. §. f. h. vid. Carpz.* 6
1. c. 1. d. 29. n. 7. nec contraria (1065) præſumtione elidatur, *40. §. f.*
h. vid. 20. C. h. nec cauſa requirat ſpeciale mandatum. *27. de min. Fr.*
h. n. 29. Hoc mandatum *PRÆSUMITUR* [1] in parentibus & liberis, 7
35. pr. h. 12. C. h. vid. tamen (1066) *8. §. 3. C. de bon. quæ lib. Beſold.*
ad Jus Provinc. D. 1. th. 37. Carpz. de arb. conſang. D. 3. th. 7. [2] in 8
cognatis collateral. Jure Civ. ad ſecundum (1067) gradum, *35 pr. h.*
Jure Saxon. ad (1068) tertium, *vid. Carpz. 1. c. 1. d. 29.* [3] inter affines aſcendentes & deſcendentes & collaterales ad ſecundum (1069) 9
gradum, *35 Carpz. d. l.* [4] in marito ratione bonorum (1070) receptitiorum *21. C. vid.* [illegible] *9. C. de R. V. f. C. de poſt. convent. Beſold. ad Jus provinc. D. 1. th. 38.* [5] liberto, *35. pr.* [6] inter 10 11
conſortes (1071) Litis, poſt litem conteſtatam, *f. C. de conſort. ejusd. lit.*
[7] ſi quis Inſtrumenta ad cauſam pertinentia producat, & ſit procurator 12
ordinarius, vel alias vir integræ famæ. *vid. Ord. Cam. p. 1. tit. 21 §.* **weiter**
ſehen, *Bezz. d. Claſſ 6. D. 4. th. 47. Menoch. lib. 2. præſumt. 54.* Et hoc præſumtum mandatum admittitur, modo Dominus expreſſe (1072) man- 13
dare poſſit *Beſold. ad Jus provinc. Würtemb. D 1 § 36. 37.* Qui non ha- 14
bet mandatum, *FALSUS* procurator dicitur, nec cum cautione de rato 15
admittitur; *arg. 1. C. h. 40 §. 4. h. Schulz. obſ. forenſ 12. n. 1.* omnia ab eo 16
geſta, ſunt ipſo jure (1073) nulla; *24. C. h. 27. pr. h.* a quocunque judicii 17
parte repellitur, etiam ex officio, *Carpz. 1 c. 1 d. 36. Berl. 1 concl. 44. num.*
20. ac punitur (1074) arbitrarie. *Viſitations* **Abſchied.** *anno 1560 § 3. Tabor.*
D. ad W. 11 q. 2. Ratihabitio Domini ante ſententiam ſuperveniens illi- 18
us geſta retro confirmat *56. de judic. L. f. C. ad SC. Marcel. 60.*
de R. I. poſt ſententiam autem ratihabere poteſt in ſuum præju- 19
dicium, *3. § 1. rat. rem hab.* non vero (1075) adverſarii. *arg. 11.*
de R. I 9. C. de negot. geſt. Fr. h. num. 18 Myſ. cent. 1 O. 44. In 20
Cameræ etiam poſt ſententiam indiſtincte (1076) ratihabetur. *Gail.*
1. O. 47. num. 4. Quomodo conſtituatur procurator in rem ſuam, 21
vid.

1 *Cujus fori Curia in Procuratore constituendo est observandus?* Rsp. Illius, ubi Procurator datur.

2 *Quid si vero in Mandato,* in het Volmacht, *aliquod requisitum deficiat?* Rsp. Tunc Procurator admittitur cum cautione de rato, vel sufficienti Mandato ad praestitum exhibendo.

3 *An etiam Procurator sub hac cautione de rato admittatur in illis, quae alias speciale Mandatum requirunt?* Rsp. Affir.

4 *An quoque charta blanca sufficit?* Rsp. Neg. ob suspicionem falsi.

5 *Quale Mandatum sufficit in Quasi-Procuratoribus?* Rsp. Mandatum praesumtum.

6 *Quando vero in Quasi Procuratore praesumtum Mandatum sufficit?* Rsp. Si hoc Mandatum praesumtum cautione de rato confirmetur, nec contraria praesumtione eludatur, nec causa requirat speciale Mandatum.

7 *Hoc Mandatum in quibus personis (1) praesumitur?* Rsp. In Parentibus & Liberis.

8 *In quibus personis (2) praesumitur?* Rsp. In cognatis collateralibus, & quidem *Jure Civili ad secundum* Gradum, Jure Saxonico vero ad septimum.

9 *Inter quos (3) praesumitur?*

10 *In quo (4) praesumitur?* Rsp. In marito, ratione bonorum receptitiorum.

11 *An & (5) in liberto,* (Rsp. Affir. ob inaestimabile beneficium, quod a Patrono accepit; quod tamen fallit in liberto Universitatis, de quo Lauterb. *Diss. de Synd. th. 50.*) *& (6) inter consortes litis, post litem contestatam Mandatum praesumitur?* Rsp. Affir.

12 *Quando (7) praesumitur hoc Mandatum?* Rsp. Si quis Instrumenta, ad causam pertinentia, producat, (vid. tamen *Mev. p. 5. d. 15.*) similique sit Procurator ordinarius, vel alias Vir integrae famae.

13 *Hoc vero praesumtum Mandatum ut admittatur, quod* [illegible] *Domini requiritur?* Rsp. Ut [illegible] se mandare posse.

14 *Quomodo dicitur is, qui non habet Mandatum?* Rsp. Procurator *falsus.*

15 *An tamen talis Procurator* falsus *cum cautione de rato admittitur?* Rsp. Neg.

16 *An igitur omnia, a Procuratore falso gesta, sunt ipso jure nulla?* Rsp. Affir.

17 *An quoque talis Procurator falsus a quacunque parte Judicio, etiam ex officio, repelli & arbitrarie puniri potest?* Rsp. Affir. ne scil. cum damno adversae partis Judicium fiat elusorium. *Vid.* Lauterb. *Diss. de Syndic. th. 72*

18 *Quando autem Ratihabitio Domini falsi Procuratoris gesta vero confirmat?* Rsp. Si haec ratihabitio Domini ante sententiam superveniat: ratihabitio enim haec retrotrahitur, & idem operatur, quod praecedens expressum mandatum, *l. f. C. ad SCtum Maced.* quod tamen non procedit in Nuncio falso ob rationem diversitatem, quam dedit [illegible] Lauterb. *Diss. de Nuncio. th. 7.*

19 *An vero post sententiam falsi Procuratoris gesta Dominus ratihabere non potest?* Rsp. Potest quidem *in suum praejudicium, non vero adversarii:* arg. (1) *ait. l. 11. de R. J.* desumto *a jure quaesito*, quod scil. est inter dominium, (hoc enim semel acquisitum, sine facto Domini in alium transferri nequit) & inter *querelam nullitatis*, quam adversarius acquisivit: (2) arg. *ex l. p. C. de N. G.* desumto *a similis*, scil. a negotiorum gestione ad falsum procuratorem: negotium enim perfecte gestum non potest ratihaberi (*vid. Ant. p. 286.*) tanquam mandatum; ergo nec falsa procuratio post sententiam. *Vid.* Lauterb. *Diss. de Syndic. th. 85.* & Dn. de Lyncker in *Anal. h. t. th. 27.*

20 *Quid in Camera Imperii hoc in passu Juris est?* Rsp. In hac, etiam *post* sententiam, ratihabetur *indefinite*, h. e. etiam in *suum commodum*: quam sententiam receptiorem dicit Brunnem. in *Proc. Civ. c. 5. n. 50.* & ad *l. 12. u. rem rat. hab.* imponit enim sibi adversarium, quod mandatum non exegerit. *Vid.* Jul. Pers. *h. t. in not.*

21 *Quomodo constituitur Procurator in Rem suam?* Rsp. De hoc vid. supr. Disp. (7) p. 65. Qu. 5 & 7.

 Quo-

vid. supr. in [7] divis. *junct.* 14. *C. de legat.* 2. *C. de donat.* 5. *C. de her.* & *act. vend.*

O *CONSTITUUNT* procuratores [1] *DOMINI* (1077) Negotiorum *a.* 1
pr. licet minus pleni, ut: pater ratione peculii adventitii ordinarii; *e. C.* 2
de bon. matern. ibi Bartol. & Salicet. modo si liberi praesentes sint, & quid
agatur, intelligant, illorum quoque consensus accedat; *arg.* 8 *f.* 3. *C. de*
bon. quae lib. Vasallus; *arg. c. un.* 2. *F.* 8 & 43. Episcopi & similes Praelati: 3
c. 9. *x. h. Tabor. D. ad W.* 11. *q.* 5. *NON* etiam Tutores & (1078) Curatores 4
ante litem contestatam, 11. *C. h.* qui actorem tantum (1079) constituunt,
11. *C. h. L. un. C. de act. a tut. vel cur. dand.* 24. *pr. de adm. & peric. tut. f. f. l.*
de curat. Mynf. cent. 1. *O.* 38. ad cujus personam legitimandam & manda- 5
tum, quod dicitur *actorium* & tutorium (1080) sive curatorium exhiberi
debet; *Gail.* 2. *O.* 107. *num.* 1. *Besold. ad Jus prov. Wirtemb. D.* 1. §. 28. nisi
coram magistratu litigent, qui tutores vel curatores (1081) fecit; *arg. c.*
in f. de act. emt. Gail. 2. *O.* 107. *n.* 5. *Besold. d. l.* Syndici, (1082) 74. *h.* Pro- 6
curatores, (1083) *arg.* 11. 13. *C. h.* Banno Imperii proscripti, *Ord. Cam. p.* 2. 7
tit. 9. *f.* 1. *Carpz.* 3. *q.* 140. *n.* 27. *Gail.* 1. *de pac. publ. c.* 12. qui tamen per pro-
curatorem se defendunt. [illegible] *f.* 2. *de procurat. vid. Bachov. V.* 1. *D.* 9. §. 2.
lit. c. Servi, 33. *pr. h.* [illegible] [2] qui *NON IMPEDIUNTUR,* 43. 8.9
pr. h. ut: furiosi, mente capti, infantes, *arg.* 5. 40. *de R. J. f.* 9. *I. de inut.*
stipul. muti & surdi natura. *arg.* 10. *C. qui test. fac. poss. Bocer. cl.* 6. *D.* 6. §. 6.
lit. c. Faber. ration. ad L. 43. *pr. h. Tabor. D. ad W.* 11. *q.* 11. *vid. Sichard. in C.*
ad d. L. 10. *n.* 3. [3] nec jure *PROHIBENTUR* 43. *f.* 10
1. *h.* [1] Excommunicati (1084) scil. ad agendum, *c. f.* 8. *h.* non autem 11
ad defendendum, *c.* 7. *x. de judic.* [2] Prodigi, *arg.* 6. *de V. O.* 40. *de R.* 12
J. [3] Pupilli infantia majores absque tut. auct. & minores sine cura- 13.14
torum suorum consensu. 11. *C. h. arg.* 3. *C. de in integr. restit. Gail.* 2.
O. 108. *vid.* 18. *de pact.* Minor curatorem non habens solus procura- 15
torem ad litem (1085) non constituit. *arg. f.* 2. *I. de Curat.* 2. *C. qui*
person. legit. stand. 11. *C. h. Carpz.* 1. *c.* 1. *d.* 32. *n.* 5. *W. h. n.* 4. Hodie ta- 16
men si de facto procuratorem dederit, (1086) sententia pro ipso lata sub-
sistit. (1087) 14. *C. h.* [4] Foemina sine curatorum consensu, ne meri- 17
to quidem, hodie actiones suas mandare (1088) potest. *Carpzov.* 1. *c.* 1.
d. 32.

P *CONSTITUI* possunt omnes, non impediti, aut prohibiti, 18
43. *f.* 1. *h.* Professores & Medici, *arg.* 43. *f.* 1. *h.* Nobiles, (1089)
Bocer. cl. 6. *D.* 6. §. 29. Milites, nisi ante litem contestatam con- 19
tra eos incipiatur, 7. 13. 17. *C. h.* 8. *f.* 2. *h. L.* 54. *pr.* cujus

eco-

1 *Quinam (1) constituunt Procuratores?* ℞. Domini negotiorum, etiam minus pleni.

2 *An igitur Pater, ratione peculii adventitii ordinarii, procuratorem constituere potest?* ℞. Affir. quia Pater in hoc peculio non solum est usufructuarius, sed & legitimus administrator: Modo, si liberi praesentes sint, & quid agatur, intelligant, illorum quoque *consensus* accedat. vid. *Aut. p. 158.* & Lauterb. *Diss. de usufr. patern. th. 35.* Autor autem ex *tit. l. 8. §. 5. C. de bon. quae lib.* argumentatur *a pari ratione*, quae est inter *actionem* instituendam, & Procuratorem constituendum: in illa enim requiritur consensus filii, ergo & hic.

3 *An & Vasalli, Episcopi & similes Praelati Procuratores constituere possint?* ℞. Affir. quia hi sunt Domini, licet tantum minus pleni.

4 *An quoque Tutores & Curatores Procuratorem constituere possint?* ℞. Ante litem contestatam non possunt, sed *Actorem* tantum constituunt: quia Tutores ante litem contestatam non sunt domini litis, vid. *Aut. p. 69.* Lauterb. *Diss. de procurat. in rem suam th. 17.* quod secus est in constitutione Nuntii, de quo Lauterb. *Diss. de Nunciis th. 14. n. 5.* pupilli ergo consensu Tutorem ante L. C. Procuratorem constituere debere. *Vid. Autor pag. 467. in O. n. 1.*

5 *Quid ad agnoscendi Actoris personam legitimandam exhiberi debet?* ℞. Actorium & Tutorium, sive Curatorium; nisi coram Magistratu constet, quis Tutores vel Curatores sint.

6 *An etiam Syndici & Procuratores constituere possint Procuratorem?* ℞. Neg.

7 *An Banno Imperii proscripti Procuratores constituere possint?* ℞. Neg. quia ipsi agere in Judicio non possunt; qui autem ipsi personam standi in Judicio non habent, illi etiam alium Procuratorem dare non possunt: imo hi proscripti Juris Civilis communionem non habent, sed omnium obligationum & actionum sunt incapaces, Carpzov. *Pr. Crim. q. 140. n. 29. seqq.* cum quibus propterea nec loqui permissum est: vid. Lauterb. *Diss. de Epistola. th. 13.* *Hi proscripti tamen per Procuratorem se defendunt:* defensio enim est Juris naturalis, cujus excommunicati & proscripti adhuc participes sunt. Autor autem ex *c. f. d. de procurat.* argumentatur *a simili*, scil. ab excommunicato ad bannitum.

8 *An tamen servi constituere possint Procuratores?* ℞. Neg. quod tamen limitat Ulpian. *in l. 33. pr. & 1.* in negotiis peculii *contra-poderatiabus*.

9 *Quinam (2) Procuratorem constituere possint?* ℞. Qui non impediuntur. Impediuntur autem Furiosi, Mente capti, Infantes, Muti & Surdi natura.

10 *Quinam (3) Procuratorem constituere possint?* ℞. Qui Jure non prohibentur.

11 *An ergo Excommunicati constituere Procuratorem non possint?* ℞. Non possunt, scil. ad agendum (& accusandum, vid. *Aut. p. 842.*) bene tamen ad defendendum.

12 *An & Prodigi prohibentur?* ℞. Affir.

13 *Quonam pupilli prohibentur?* ℞. Infantia majores, absque Tutorum auctoritate.

14 *Quatenus minores Procuratorem constituere prohibentur?* ℞. Si hi sine Curatorum suorum consensu.

15 *An Minor, Curatorem non habens, solus Procuratorem ad litem constituere potest?* ℞. Neg.

16 *An tamen hodie, si talis Minor de facto Procuratorem dederit, sententia pro ipso lata, subsistit?* ℞. Affir.

17 *An quoque Foemina sine Curatoris consensu, hodie Advocato suas mandare potest?* ℞. Non potest, & quidem nec Marito.

18 *Quinam possint constitui Procuratores?* ℞. Omnes non impediti, nec prohibiti, ut: Professores & Medici, Nobiles & Milites.

19 *Quando Milites, Procuratores constituti, non admittuntur?* ℞. Si ante litem contestatam contra eos excipiatur: aliqua exceptione vid. *in l. 8. §. 2. & l. 7. C. h. t. &c.*

1 *An*

exceptiones vid. (1090) *in 2. §. 2. ff. 9. C. h. 3. §. 1. de liber. caus.* Plures 1
etiam a pluribus, *31. §. 1. h.* non vero ab uno, (1091) ut simul agant: *arg.* 2
24. in f. de adm. & peric. tut. 38. h. 29. §. 1 de pecul. 5. §. 7. Judicat solv. quod 3
de Jure Can. tamen permittitur. *c. 6. de procurat. in 6.* vid. tamen *L. 32. h.*
c. 6. de procurat. in 6. Si diversis temporibus dati sint, posterior tantum 4
(1092) admittitur. *31. §. f. h. vid. Ord. Cam. p. 1. tit. 19. Carpzov. 1. d. 26.*
IMPEDIUNTUR autem furiosi, infantes, & ad litem muti ac surdi. *43. pr. h.* 5.6
PROHIBENTUR [1] Decuriones, *30. C. de locat. vid. 34. C. de decur. Bacov.* 7
d. L. §. 28. Gronew. ad d. L. 30. [2] Banniti, [3] Fœminæ ad litem. *18.* 8
21. C. h. exceptionem vide (1093) in *L. 4. C. h. 41. h. 3. §. 2. de liberal. caus.*
Gail. 1. O. 133. num. 8. [4] Minores XXV ann. jure Can. *c. 5. de procur.* 9
in 6. non etiam de jure Civ. (1094) *arg. 43. §. 1. h. § 5. I. qui & ex quibus*
caus. manum. Fr. Exerc. 2. q. 1. Tabor. D. ad W. 13. q. 1. Masters. de Leg.
Rom. lib. 1. Dubiet 56. [5] Potentiores, (1095) *tot. tit. C. ne liceat potent.* 10
[6] Rei criminum anteq. innocentiam probaverint. *6. C. h.* [7] Infa- 11
mes Jure Can. & (1096) Camerali, *c. infamis. 3. q. 7. vid. §. f. I. de except.*

AD aliena negotia, etiam unicum, *1. h.* etiam ad causas famosas; 12
(1097) *1. an per al. causa appell. redd. poss. 2. de obseq. parent. præst. 6. §. 2.*
de his, qui not. infam. 42. § 1. h. 11. §. 2. de injur. *NON* etiam ad causas 13
criminales, quarum pœna ad relegationem extendi (1098) potest; *9. §.*
1. de publ. judic. 1. an per al. causa appell. nisi reus per litis contestationem 14
in numerum reorum sit redactus, *13. C. ad L. Jul. de adult. 3. C. de ac-*
cus. 33. §. 2. h. 10. d. publ. judic. aut alias absentiæ causas allegare possit. 15
9. §. 1. de publ. judic. Carpz. 3. q. 105. Actor etiam in criminalibus non 16
potest (1099) procuratorem dare: *1. an per alium causa appell. redd. poss.*
9. §. 1. de publ. jud. quod hodie non (1100) observatur *Ord. Crim. art.* 17
72. Carpz. 3. q. 105. In causa injuriarum, si criminaliter agatur, tan- 18
tum personis illustribus procuratores dantur. *f. C. de injur.* Hodie ta- 19
men promiscue actori & reo tum, si pœna ad corporis afflictivam
extendi non possit. *Carpzov. p. 2. q. 95. num. 50. & 3. q. 105. num. 9.* In 20
popularibus (1101) actor ante (1102) litis contest. non dat procura-
torem, *42. pr.* nisi causa principaliter ad eum (1103) spectet. *42. pr. 45.* 21
§. 1. In causis matrimonialibus jure Saxon. procurator non (1104) ad- 22
mittitur. *Carpz. 3. d. 31.*

SPECIALE mandatum requiritur in causis maximi (1105) 23
momenti, *arg. 15. §. 5. de A. vel O. H. Thesaurus decis. 172. Carpzov.*
1. c. 27.

1 *An possint constitui plures Procuratores a pluribus?* ℞. Affir.

2 *Num vero ab uno plures Procuratores dari possunt, ut simul agant?* ℞. Neg. ne scil. in plures distringatur adversarius, qui cum uno contraxit.

3 *An tamen hoc de* Jure Canonico *permittitur?* ℞. Affir. potest tamen adversarius urgere, ut hi plures Procuratores *in solidum* constituantur. *Vid.* tamen *cit. l. 32. h. t.* & *c. 6. de procurat. in 6.* ubi habetur, quod, si plures Procuratores *in solidum* sint constituti, occupantis conditio melior fit, h. e. ejus, qui litem contestatus est, quippe qui & ex eo tempore potestate substituendi gaudet. *Vid.* Lauterb. *Diss. de Procurat. subst. c. 3. §. 13.* De Syndicis vid Autor. *p. 71.*

4 *Sed quid, si plures Procuratores diversis temporibus sint dati?* ℞. Tunc posterior tantum admittitur.

5 *Quinam Procuratores constitui impediuntur?* ℞. Furiosi & Infantes.

6 *Quatenus impediuntur constitui Muti & Surdi?* ℞. Ad litem.

7 *Quinam Procuratores constitui prohibentur?* ℞. Decuriones.

8 *An etiam Banniti prohibentur constitui,* (℞. Affir.) *& quatenus Fœminæ?* ℞. Ad litem. [quia non patitur honestas, fœminas virilibus officiis implicari. *l. 2. π. de R. J.* & Lauterb. *Diss. de Consil. th. 3.*] Exceptionem tamen vid. in *cit. l. 4. C. h. t. &c.*

9 *An quoque prohibentur Procuratores constitui Minores XXV annis?* ℞. Prohibentur hi de Jure Canonico, non etiam de Jure Civili.

10 *An & Potentiores,* (℞. Affir.) *& quamdiu prohibentur Rei criminum?* ℞. Donec innocentiam probaverint.

11 *Quo Jure prohibentur Procuratores constitui Infames?* ℞. Jure Canonico & Camerali.

12 *Ad quid Procurator constituitur?* ℞. Ad negotia *aliena*, etiam ad *unicum* negotium, etiam ad causas *famosas*, si scil. *civiliter* agatur.

13 *Num quoque Procurator constitui potest ad causas* Criminales, *quarum pœna ad Relegationem extendi potest?* ℞. Neg.

14 *An tamen constitui potest, si Reus (scil. absens) per litis contestationem in numerum Reorum sit redactus?* Affir.

15 *An item, si alius absentiæ Rei causas allegare possit?* ℞. Affir.

16 *An Actor in* Criminalibus *Procuratorem dare potest?* ℞. Neg. ob pœnam Talionis & inscriptionis necessitatem, ad quam Accusator obligatur.

17 *An hoc* hodie *observatur?* ℞. Neg.

18 *In causis injuriarum, si* criminaliter *agatur, quibus personis* tantum *Procuratores dantur?* ℞. Personis illustribus.

19 *An tamen* hodie *promiscue, & Actori & Reo, Procuratores dantur, si pœna ad corporis afflictivam extendi non possit?* ℞. Affir.

20 *An in Actionibus* popularibus *Actor, ante litis contestationem, dat Procuratorem?* ℞. Neg.

21 *An tamen hic Actor Procuratorem dare potest, si causa* principaliter *ad eum spectet?* ℞. Affir.

22 *Num in causis* matrimonialibus *Procurator admittitur?* ℞. Jure *Saxonico* in his causis non admittitur, adeo, ut nec mulierum ac virginum Curatores, imo nec parentes soli sint admittendi: vid. Autor. *p. 95.* Carpzov. *l. 3. def. Eccles. 37. 65.* & *in Proc. tit. 1. art. 2. n. 40. seq.* Lauterb. *Diss. de Confess. th. 13.* & *Ex. 11. Concl. 1.* quod & in causis metallicis, in denen Berg-Sachen, in amicabilis compositionis termino, in *Foro Saxon.* constitutum est. *Vid.* Martini *in Proc. tit. 1. §. 2. n. 145.*

23 *In quibus causis requiritur Mandatum* speciale? ℞. In causis maximi momenti: *arg. cit. l. 25. §. 5. de A. vel O. H.*

1. c. 17. d. 34. & de process. tit. 5. art. 1. e. g. Restitutione in integr. 1
25. §. 1 26. de minor. Liberorum exhibitione, *40. pr.* Juramenti dela-
tione & relatione, Litis reassumtione & renunciatione, Instrumentorum
recognitione, &c. *Carpz. tit. 5. art. 2. & lib. 3. R. 11.*

Procurator loco domini negotia gerit, *1. 35. §. 3. pr. §. 1.* per li- 2
tis contestationem fit (1106) dominus, *22. 23. C.* totus processus in 3
eum (1107) dirigitur. *1 C. de sent. & interlocut.* Dominus tamen ei
(1108) potest assistere *69. h.* Procurator in rem alienam domino 4
utiles (1109) actiones sine cessione acquirit, *27. 28. pr. 61. h. 13. §. 25.*
de A. E. V. 86. de solut. custodiat terminos mandati, *5. pr. mandat.* 5
extra eos gestum ipso jure est nullum: *10. C.* modo non implicite 6
mandatum. *vid 56. 62. h. c. 21. X. de offic. & potest. jud. del.* Ad agen- 7
dum datus defendat: *33. §. 3. h.* Quod etiam procedit in volunta- 8
rio procuratore in rem suam, (1110) qui ex causa lucrativa vel non
bona fide datus est. *70. 34. h.* In rem alienam datus mandata dili- 9
genter [nam negligentia ratione adversarii nocet (1111) domino, *10.* 10
C. h. Carpz. 1. c. 1. d. 22. qui nec regulariter (1112) in integrum resti- 11
tuitur, *arg. 13. § f. C. de Judic Bach. V. 1. D. 9. th. 12. Carpz. 1. c. 1.*
d. 23. Gail 1. O. 45. n. 6. & 1. O. 139. n. 9. cum procurator teneatur
domino actione mandati (1113) directa, *11. 13. 21. C. mandat.*] ad finem 12
perficiat; nisi justa causa aut re integra impediatur: *8. § f. & LL.*
seqq. h. § 11. I. mand. vid. Bach. h. c. 5. num. 4. sic a sententia appel- 13
lare, & de J. civ. causam in secunda instantia peragere tenetur; *17.*
C. h. 31. §. 2. de N. G. 8. §. 8. mandat. 1 an per al. causæ appell. Bach.
V. 1. D. 9. §. 3. lit. c. & h. c. 5. n. 11. modo causa domini non sit no- 14
torie injusta. *arg. 9. §. 6. in f. de adm. & peric tut. Becm. cl. 6. D. 6.*
§. 66. h. vid. Bach. dd. LL. Jure Canonico & hodie sufficit, appella- 15
tionem interposuisse, vel impeditum Domino denunciasse sententiam
esse latam; *c. p. X. de procurat. Fr. h. num 35.* modo sententia non sit in- 16
terlocut. (1114) aut procurator non sit ad omnes lites (1115) datus. *Gail. 1.*
O. 139. n. 11. Wurms lib. 1. tit. 5 O. 9.

FINITUR procuratoris potestas *DISSENSU* mutuo; *§ f. I. quibus* 17
mod. obl. toll. [modo lite contestata, aut cautione judicatum solvi præsti- 18
ta, adversarius non (1116) contradicat, aut causæ cognitio interveniat;
c. 15. X. h. l. 25 h. arg. 3. § 11. de peculi. Myns. cent 5 O. 44. num. 5. Bach. V. 1.
D. 9. §. 10. lit. c.] *NON* etiam unius, (1117) nisi res adhuc sit (1118) inte- 19
gra, *§. 9. u. I. mandati. 22. §. f. ff. eod. 16.* aut justæ (1119) causæ cognitio in-
terveniat;

1 *An ergo Mandatum speciale requiratur ad Restitutionem in integrum,* (vid. Autor. p. 77.) *Liberorum exhibitionem, Juramenti delationem & relationem, Litis transactionem, & ejus remissionem,* item, in *Instrumentorum recognitione?* Rsp. Affir.

2 *An Procurator loco Domini negotia gerit?* Rsp. Affir.

3 *Quomodo Procurator fit Dominus litis,* (Rp. Per litis contestationem) *& an totus Processus in Procuratorem dirigatur?* Rsp. Affir. Dominum tamen Procuratori assistere posse.

4 *Quid Procurator in rem alienam Domino acquirit?* Rsp. Actiones utiles, & quidem etiam sine cessione; quod non solum in judicialibus, sed etiam in extrajudicialibus procedit.

5 *An Procurator terminos mandati custodire debet?* Rsp. Affir.

6 *An extra hos terminos gestum valet?* Rsp. Neg. sed est ipso jure nullum; nec Domino prejudicat; *l.* 10. *C. h. t.* vid. Autor. p. 188 157 & 144. Lauterb. *d. l. th.* 87. quoniam Procurator ultimus progrediendi nullum habet mandatum, modo tamen non implicite mandatum fuerit, (v. g. si mandatur rei mobilis vindicatio, simul mandata censetur *implicite actio ad exhibendum,* *arg. l.* 56. vid. Autor. p. 153. 25 & 257. & ad petitorium datus videtur etiam constitutus ad possessorium.) vel ratihabitio Domini, *saltem tacite,* accesserit.
Mev. *p.* 1. *d.* 190. & *p.* 5. *d.* 169.

7 *Num Procurator ad agendum datus, etiam defendere tenetur?* Rsp. Affir. scil. in reconventione, idque ex juris necessitate, quam JCtus non solum imponit Procuratori simplici, *l.* 33. § 3. *ff. h. t.* sed & Universitatis Actori in *l.* 6. § 3. *ff. quod cujusque Univers. nom.* vid. Lauterb. *Diss. de Syndic. th.* 96.

8 *An hoc etiam procedit in voluntario Procuratore in rem suam, qui ex causa lucrativa, vel non bona fide datus est?* Rsp. Affir. Causa autem lucrativa est, si v. g. nomen titulo donationis, legati &c. acceperit; aliud ergo, si nomen acquisiverit titulo oneroso. *Vid.* Lauterb. *Conclus. jurid.* 34. *Vol.* 4. *D.* 30. & Strue. *Ex.* 7. *th.* 37.

9 *An Procurator in rem alienam datus, diligenter rem ad finem perficere debet?* Rsp. Affir.

10 *An igitur Procuratore in rem alienam dato negligentius, vincente adversario, Domino nocet?* Rsp. Affir.

11 *Annon ergo Dominus in integrum restituitur?* Rsp. Regulariter non restituitur, quia Procurator Domini tenetur *Actione Mandati*; Restitutio autem est remedium *extraordinarium,* arg. cit. *l.* 13. § *f. C. de judic.* deficiente a singulari defensione juris succurritur contra sibi *minoribus tantum;* ergo majores excluduntur.

12 *An quoque Procurator, in rem alienam datus, rem ad finem perficere debet, etiamsi justa causa, aut re integra impediatur?* Rsp. Neg.

13 *An & Procurator, in rem alienam datus, a sententia appellare, &, de* Jure Civili, *causam in secunda instantia peragere tenetur?* Rsp. Affir.

14 *Num etiam Procurator appellare tenetur, etsi causa Domini evidenter est injusta?* Rsp. Neg.

15 *Quid* Jure Canonico, *& hodie hoc in casu sufficit?* Rsp. Sufficit, appellationem interposuisse, vel impedimentum Domino denunciasse, sententiam esse latam.

16 *Sed quid, si sententia lata tantum sit interlocutoria, aut Procurator ad omnes lites datus?* Rp. Tum non sufficit, Procuratorem appellationem interposuisse.

17 *Quomodo (1) Procuratoris potestas finitur?* Rsp. Dissensu mutuo.

18 *Quando vero Dissensu mutuo potestas Procuratoris finitur?* Rsp. Si, lite contestata, aut Consilium Judicantem solus praeter, Adversarius non contradicat, aut causa cognita intervenerit.

19 *An etiam Procuratoris potestas dissolvitur unius dissensu?* Rsp. Neg.

terveniat; *1. §. f. & seq. L. 17. & sqq. h. 23. & sqq. mandat. 22. C. h. vid. Gail. 2.*
Obs 46. n. 3. & Obs. 74. n. 10. *MORTE** Domini, re adhuc integra: *§ 10.* B 1
Inst. mandat. 26. pr. ff 15 C. mand. f. de solut nam lite contestata, citra (1120) 2
mandatum heredis procurator litem peragit; *15. pr. ff 23. C. h. Myns. 2 O.*
84. quod etiam hodie, sublata (1121) reassumtione observatur; *R. I. de* 3
Anno 1654. §. damit auch zum vierdten.

* Procuratoris, re integra, *27. §.* b. 4
3. mandat. vid. 57. mandati. & hodie in judicialibus, etiam re non ampli- 5
us integra. *R. I de anno 1654. §.* als auch weiter zum fünfften. (1122)

D *DEFENSOR* in strictissima significatione est, qui sine mandato re- 6
um in judicio defendit. *L. un. C. de satisd. 46. §. 2. 76. h.* Nemo est alie- 7
næ litis idoneus defensor, sine satisdatione judicatum solvi; *46. §. 2. h.*
per hanc autem fit litis dominus. *76. h. §. 5. I. de satisd.* Hæc etiam re- 8.9
quiritur in defensore mandatum habente; (1123) nisi Dominus eam pro
ipso præstiterit *L. un. C. de satisd §. 4 5. I. d. t.* Defensor absentis in 10
reali actione, actore ante litem contestatam petente, non solum judi-
catum solvi, sed de rato quoque cavere debet, *40. §. 2. 3. h.* non etiam in
(1124) personali. *45. §. f.*

QUOD CUJUSCUNQUE UNIVERSITAT. NOMINE VEL CONT. E. A. III. 4.

UNIVERSITATES (1125) *vid. 1. §. 1.* sunt personæ mysticæ. (1126) *22.* 11
de fidejuss. vid. Carpz. 1. c 13. d. 5.

D *SYNDICUS* (1127) proprie est, qui potestatem habet omnes (1128) 12
universitatis lites in judicio agendi & administrandi. *1. §. 1. 6. §. 1.*

C *CONSTITUITUR* legis (1129) dispositione, vel universitatis electi- 13
one. *3. h.* Idque vel convocatis omnibus, *arg. c 28. X de elect. 2 C.* 14
de Decurion. & præsentibus ad minimum duabus partibus, *3. h. 3. de*
decret. ab ord. vid. 4. h. per majora; *19. ad municipal. 46. C. de Decur.*
c. 57. X. de elect. vel per eos, qui universitates (1130) repræsentant,
3. h. vid. Ziegler. ad communes conclus Calvoli. §. civitas. Concl. 1. num.
71. Carpz. 2. c. 6. d. 13. & part. 1. c. 13. d. 7 Coler. part. 3. de processf.
execut. cap. 3. num. 350. secundum cujusque loci consuetud. *6. §. 1.*
h. [Regulariter votum patris, (1131) filii, fratris, sed non pro- 15.16
prium (1132) prodest eligendo. *5. 6. h. arg. l. 4. de tut dat 5. de off.*
præsid.] non tantum per ipsos, sed & per eorum Commissarios. *6. §.* 17
1. h. Electus invitus ad Syndicatum (1133) cogitur; *arg. 1. §. 2. 18. § 13.* 18
de mun.

1 *Quomodo (1) Procuratoris potestas finitur?* Rsp. Morte Domini, re adhuc integra.
2 *An ergo, hoc contingente, citra mandatum heredis, Procurator litem peragit?* Rsp. Affir.
3 *An hoc etiam locum habet, [illegible], [illegible]?* Rsp. Affir.
4 *Quando Morte Procuratoris Mandatum finitur?* Rsp. Itidem re adhuc integra.
5 *Sed an hodie, morte Procuratoris, Mandatum finitur etiam re non amplius integra?* Rsp. Affir. [illegible] in judicio [illegible].
6 *Quid est Defensor in [illegible] significatione?* Rsp. Qui sine mandato reum in judicio defendit: in lata enim & stricta significatione defensor etiam denotat *Alterum Procuratorem*, l. 15. §. 15. ff. de minor. & [illegible] [illegible] l. 31. §. 1. ff. de Procurat. [illegible]
7 *An quoque necesse est [illegible] Defensor hac [illegible] [illegible]?* Rsp. Neg.
8 *Quid vero Defensor per jam dictam [illegible] fit?* Rsp. Fit Dominus litis, unde sequitur, quod & Procuratorem ex eo tempore [illegible] Defensor, [illegible] mandatum [illegible]. Lauterb. *Diss. de Syndic. th.* 40. & *Diss. de Procurat.* [illegible]
9 *Num hac [illegible] etiam requiritur in Defensore, Mandatum habente?* Rsp. Affir. nisi Dominus [illegible] [illegible].
10 *Quomodo Defensor [illegible] cavere debet?* Rsp. Si hic nullum habet mandatum, tunc in *Reali Actione*, Actore, [illegible], praestare, non tantum *Judicatum solvi*, sed de rato quoque cavere debet, ne [illegible] Dominus eandem rem postea adhuc [illegible], & sic prius judicium [illegible]. Brunnem. ad l. 40. §. 2. [illegible] [illegible] Autor [illegible]) in Actione vero *Personali*, sive Defensor habeat mandatum, sive non, nullam cautionem de rato praestare debet.
11 *Quid est Universitas?*
12 *Quid proprie est Syndicus?* Rsp. Qui [illegible] habet, omnes Universitatis [illegible] in judicio agendi & [illegible]. Unde a Syndico ([illegible] Lauterb. *Diss. de Syndic. th.* 10.) differunt (1) *Actores*, qui [illegible] Universitatis [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] quoque [illegible] ad [illegible], [illegible] valet quoad *praesentes*. Lauterb. d. l. th. 63. (2) *Curatores*, qui alia negotia Universitatis [illegible] administrant. Lauterb. d. l. th. 64. Cur vero Collegia & Universitates non nisi per Syndicos causas suas in judicio tractare possint, rationem reddit Lauterb. d. l. th. 3. & 16. add. Carpz. in Proc. tit. 5. art. [illegible]
13 *Quotuplici modo Syndicus constituitur?* Vel lege dispositione vel universitatis electione.
14 *Quotuplici modo Universitatis electione Syndicus constituitur?* Rsp. Duplici: vel convocatis omnibus, (sed jus suffragandi habentibus Lauterb. *Diss. de Syndic.* th. [illegible] arg. [illegible] de *Elect.* [illegible], ab electione [illegible] Clerici [illegible], quorum interest, convenire debent ad eligendum, ad electionem *Syndici.*) & praesentibus ad minimum duabus partibus, (duae enim partes in urbibus dicuntur major Universitatis pars, & tunc ab omnibus Universitas, ubi duae vel plures partes [illegible]. Lauterb. d. l. th. [illegible] [illegible] ubi dicitur, quod inter duas partes ipse quoque, qui Syndicus eligitur, [illegible], Struv. *Ex.* 7. th. 45. Martini in Proc. [illegible] non obstante l. 4. ff. de [illegible] & [illegible] [illegible]) per majora, vel per eos, qui Universitatem repraesentant, & quidem secundum cujusque loci consuetudinem.
15 *Num regulariter unum Patrem, Filio vel Fratres prodest eligendo?* Rsp. Affir.
16 *An etiam [illegible] proprium prodest eligendo?* Rsp. Neg.
17 *An quoque Syndicus constitui potest non tantum per eos, qui Universitatem repraesentant, sed etiam per eorum Commissarios?* Rsp. Affir.
18 *An & [illegible] ad Syndicatum cogi potest?* Rsp. Affir.

de mun. & hon. nisi sit extraneus, non membrum civitatis. Principis 2
consensus hic necessarius (1134) non est. *arg. 1. §. 1. 3. 6. §. 1. h. junct. L. un. C. de thesaur.*

S *HABENT* Syndicos omnia licita collegia. *1. § 1. vid. Losaeus de jur. universitat. p. 1. c. 2. Brunneg. de divers. universitat. specieb.* [*vid. 9. C. de H. l. 20. de Reb. dub.*] 3

P *CONSTITUUNTUR*, qui procuratores esse possunt, nec specialiter 4
prohibentur. *arg. 43. §. 1. de procurat. junct. 6. § f. h. vid. 9. de mun. & hon.*
Unius civitatis plures Syndici in dubio censentur in solidum (1135) con- 5
stituti, *Carpzov. 1. decis. 26.* prohibentur (1136) minores. *9. de munier. & honor.* 6

O *OBJECTUM* eorum sunt omnes universitatis lites, *1. §. 1. 6. §. 1.* prae- 7
sentes & futurae, *6. §. 1.* ad quas omnes in dubio constituti videntur, *Berl.* 8
p. 1. Concl. 14. num. 99. [*obst.* (1137) *18. §. 13. de mun. & hon.*] & admittuntur, 9
si se legitime constitutos probent instrumento Syndicatus, (1138) quod 10
subsistit solo universitatis public (1139) sigillo. *Vid. Disp. D.* Scheinemann
d. Syndic. §. 76. Carpz. 1. dec. 28. Quod si aliquo vitio laboret, jure 11
Civ. admittuntur cum cautione (1140) de rato. *6. §. 3. h. vid. Berl. 1. concl. 14. num. 61.*

E Syndici funguntur partibus procuratorum: *6. §. 3. h.* per litis con- 12.13
testationem fiunt domini litis, *13. C. de procurat.* totus processus in eos 14
dirigitur, *arg. 1. C. de sent. & interlocut.* Ipsorum culpa & contumacia 15
universitati ratione adversarii nocet. *arg. 10. C. de procurat.* Syndici ta- 16
men omne damnum etiam culpa (1141) datum resarcire debent: *arg. 13.*
C. mand. qui si non sint solvendo, respublica restituitur in integrum. *3. C.* 17
de jur. reipubl. junct. 13. in f. C. de judic. add. 4. C. quib. ex caus. maj. Habent 18
eandem potestatem, quam procurator cum (1142) libera: *Losaeus d. l. c. 3.*
n. 102 post Bartol. Zabn. in Ichnograph. municip. c. 94. Bach. h. in f. unde 19
transigunt, (1143) *arg. 4. de procurat. in 6. Gail. 2. O. 72. n. 11.* Juramenta 20
deferunt, (1144) *arg. c. 4. de procurat. in 6. Habn. h. in f. vid. Scheinem. h. §.*
90. non etiam (1145) praestant. *vid. Ord. Cam. p. 2. tit. 10. Carpz. 1. c. 13. d. 1.* 21
Actiones judicati utiles per Syndicos universitati acquiruntur. *6. §. 3. L.* 22
C *ult. h.* Officium Syndici iisdem fere (1146) modis finitur, quibus procu- 23
ratoris, *6. § f.* de quibus, ut & de Salario eorum & aliis huc pertinentibus 24
vid. Disp. D. Scheinemann *de Syndicis.*

DE NEGOTIIS GESTIS III. 5.

D NEGOTIORUM GESTIO est quasi contractus, quo quis aliena ne- 25
gotia sine mandato Domini, sponte & utiliter ratione (1147) in-
tentionis,

1 *An quoque electus invitus cogi potest, si sit extraneus, nec membrum Civitatis?* Rsp. Neg. nemo enim invitus suscipere munus illius civitatis, cujus non est membrum.

2 *An & Principis consensus hic necessarius est?* Rsp. Neg.

3 *Quaenam Collegia habent Syndicos?* Rsp. Omnia Collegia *licita*: Collegia enim tantum Syndicos habent, non aliae personae; Collegia vero *illicita*, seu *reprobata*, pro Collegiis non reputantur, sed privatorum loco habentur. Regulariter autem omnia Collegia sunt illicita, quae Principis auctoritate non sunt permissa. *l. 1. pr. & l. 3. pr. §. 1. ff. de Colleg. & Corp. vid. Autor. p. 679.* Struv. *Ex. 7. th. 42.* vid. Lauterb. *Ex. 11. Concl. 14.*

4 *Quinam Syndici constituuntur?* Rsp. Qui Procuratores esse possunt, nec *specialiter* prohibentur. *arg. cit. l. 43. § 1. de procurat.* desumto *a contrario sensu*: qui enim non prohibetur, censetur admissus, cum hoc Edictum *prohibitorium* sit. Hodie tamen, qui ab Universitatibus majoribus eliguntur, sunt literati & rerum periti. Lauterb. *Diss. de Syndic. th. 51.*

5 *Quomodo plures unius Civitatis Syndici in dubio constituti censentur?* Rsp. In solidum.

6 *An quoque Minores constitui possunt Syndici?* Rsp. Neg.

7 *Quodnam est Syndicorum Objectum?* Rsp. Omnes Universitatis lites, praesentes & futurae; etiam lites *criminales*. Lauterb. *Diss. de Syndic. th. 55.* ubi th. 60. docet, Universitatem vere delinquere posse.

8 *An vero ad has lites omnes Syndici in dubio constituti censentur?* Rsp. Affir.

9 *Quando Syndici in Judicium admittuntur?* Rsp. Si, se legitime constitutos, Instrumento Syndicatus probent. Mandatum enim est *facti*, quod non praesumitur, nisi probetur. Lauterb. *d. l. th. 73.*

10 *An vero hoc Instrumentum Syndicatus solo Universitatis publico sigillo subsistit?* Rsp. Affir. quia subscriptio nullibi pro forma requiritur.

11 *Quid, si hoc Instrumentum Syndicatus vitio aliquo laboret?* Rsp. Tunc, *Jure Civili*, admittuntur Syndici cum cautione *de rato*; quia haec Cautio omnes Mandati defectus supplet, Adversariumque indemnem servat.

12 *Quorum partibus Syndici funguntur?* Rsp. Procuratorum.

13 *Per quid Syndici fiunt Domini litis?* Rsp. Per litis contestationem, exemplo Procuratorum; cum Syndici Universitatum Procuratores sint. Lauterb. *dict. Diss. th. 70 & 92.* & *Diss. de Procurat. subsit. c. 3. §. 3.*

14 *Num totus processus in Syndicos dirigitur?* Rsp. Affir.

15 *An Syndicorum culpa & contumacia Universitati, ratione* Adversarii, *nocet?* Rsp. Affir.

16 *An tamen Syndici omne damnum, etiam culpa datum, resarcire debent?* Rsp. Affir. quia Syndici, ut alii Mandatarii, vel Procuratores ex culpa *levissima* tenentur.

17 *Sed quid, si Syndici non sint solvendo?* Rsp. Tunc Respublica restituitur in integrum; quia Respublica sive Universitas Juribus *Minorum* gaudet. *Vid. Autor. p. 84.*

18 *Quam potestatem habent Syndici?* Rsp. Eandem potestatem, quam Procurator cum *libera* habet.

19 *An ergo Syndici transigere possunt?* Rsp. Affir.

20 *An quoque juramenta deferre possunt Syndici?* Rsp. Affir.

21 *An & juramenta praestare possunt?* Rsp. Neg.

22 *Quaenam Actiones per Syndicos Universitati acquiruntur?* Rsp. Actiones Judicati utiles; quia alteri per alterum Obligatio vel Actio, *sine Cessione*, non acquiritur.

23 *Quibus modis finitur Officium Syndici?* Rsp. Iisdem fere modis, quibus Procuratoris.

24 *Quis de his finiendi Modis, ut & de Salario Syndici, aliisque huc pertinentibus scripsit?* Rsp. D. [illegible] *in Diss. de Syndicis &c.*

25 *Quid est Negotiorum Gestio?*

1 *Quom*

tentionis, *1. 10. h. Fr. n. 9.* gerendo, ſe alteri ad rationes reddendas, & al-
terum ſibi ad indemnitatem præſtandam adſtringit. *§. 1 I de obl. quæ*
C.i *quaſi ex contractu* Quod introductum eſt, utilitatis (1148) gratia *d. §. 1.* 1
S *GERUNT*, qui non impediuntur, nec prohibentur, *vid. ſupr tit.* 2
de pact. Maſculi & (1149) fœminæ; *L. 3. §. 1. h.* modo hoc faciant ani- 3
mo inducendæ (1150) obligationis. *vid. 4. 27. §. 1. 34. 44. ff. 1. 11. 12. 13. 14.*
15 C. h.

P *GERUNTUR* omnium etiam fictarum (1151) perſonarum, *L. 3. §. 6.* 4
20. §. 1. furioſorum, *3. § 5* pupillorum, *L. 46. de O. & A.* [modo lo- 5
cupletiores (1152) exinde facti, *L. 6. pr. 37. pr ff. 2. C. h. vid. L. 3. §. 7. de* 6
contr. tut.] præſentium & abſentium, *41. pr.* ſcientium & ignorantium; 7.8
arg. 41. 19. §. 2 Fr. in Comm. h. num. 12. [modo ſcientia (1153) mandatum 9
non inducat. *6. §. 2. L. 18. mandat.*] *NON* etiam prohibentium (1154) 10
negotia ſua geri. *40. mandat. 8. §. ſ. ff. ſ. C. h. vid. tamen* (1155) *14. §. 13. de*
religioſ.

O *NEGOTIA* aliena, *§. 1. I. de obl. quæ quaſi ex contr. vid. L. 6. §. 4. h.* 11
communia (1156) *40. h. L. 6. § 2. & 7. ff Comm. divid.* Si quis aliena ne- 12
gotia gerit, tanquam ſua, ſtricto jure nulla (1157) competit actio: *L. 14.* 13
§. 1. Comm. divid. ſi tamen b. f. fecit, hæc utilis datur, *L. ſ. h.* ſin mala 14.15
fide, in quantum Dominus locupletior factus: (1158) Domino autem 16
contra geſtorem in ſolidum. *6. §. 3.*

fr. *FORMA* (1159) eſt in *L. 20. C.* Mandatum vitiat (1160) hunc quaſi 17
contractum, *L. 1. de procurat. l. 20. C. h.* ut & ratihabitio, (1161) negotio 18
nondum perfecto, *L. ult. C. ad SCt. Macedon. L. 60. de R. J. vid. L. 9. ff. &*
L. 9. C. h. Fr. h. n. 13. & neceſſitas (1162) gerendi. *L. 20. C. h.* 19

E Inde naſcitur mutua obligatio & actio, *d. §. 1.* *GESTORIS*, principa- 20
liter ad id, ut debita diligentia gerat, atque mortuo (1163) Domino ad fi- 21
nem perducat. *21. §. 2. 3. §. 6.* Regulariter ſufficit exacta (1164) diligen- 22
tia. *11. ff. L. 20. C. h. Fr. Exerc. 11. q. 11. & h. t. n. 16. & ſeqq.* Si alius diligen- 23
tior actu concurrat, & hujus contemplatione abſtineat, requiritur exactiſ-
ſima diligentia. *d. § 1.* Si utilitas Domini non intenditur, aut ratio geſti- 24
onem diſſuadeat, (1165) etiam caſus fortuitus præſtandus eſt. *6. §. 3. L. 11.*
h. Si amicus gerat negotia alias peritura, (1166) ſufficit dolum (1167) præ- 25
ſtare, *3. § 9.* Qui aliqua ſuſcepit, alia gerere neceſſario non (1168) 26
tenetur; *15 16. ff. 20. C. h.* niſi ſint connexa, (1169) vel alios omnis
geſturus hujus intuitu abſtineat, *6. § ſ.* Debita a ſe ipſo exigere, *6.* 27
§. ſ. 8. §. 1. l. 35. h. & rationes debet, *2.* & gratuito reddere omnia; 28
8. §. 1. L. 23. 38. etiam uſuras, (1170) quas ex hac geſtione acce- 29
pit,

1 *Quem in finem hoc introductum est?* Rsp. Utilitatis gratia.
2 *Quinam gerunt aliena negotia?* Rsp. Qui non impediuntur, nec prohibentur, Masculi & Foeminae.
3 *An tamen requiritur, ut hoc faciant animo inducendae obligationis?* Rsp. Affir.
4 *Quorum negotia geruntur?* Rsp. Omnium, etiam fictarum personarum.
5 *An & furiosorum, & pupillorum negotia geruntur?* Rsp. Affir.
6 *An tamen requiritur, ut hi posteriores inde locupletiores sint facti?* Rsp. Affir.
7 *An quoque praesentium & absentium negotia geruntur?* Rsp. Affir.
8 *An & scientium & ignorantium negotia?* Rsp. Affir.
9 *Quando vero praesentium & scientium negotia geruntur?* Rsp. Si scientia Mandatum non inducat.
10 *An illi gerere possunt negotia aliena, qui prohibentur gerere?* Rsp. Non possunt.
11 *Quaenam negotia geruntur?* Rsp. Negotia *aliena.*
12 *An & negotia communia geruntur?* Rsp. Affir.
13 *Quid, si quis negotia aliena tanquam sua gerit?* Rsp. Tunc, *stricto jure,* nulla competit actio.
14 *Si tamen bona fide fecit, quae actio datur?* Rsp. Haec *utilis.*
15 *Sin vero mala fide fecit, in quantum haec actio datur?* Rsp. In quantum Dominus locupletior factus.
16 *An tamen Domino contra gestorem competit actio?* Rsp. Affir. & *quidem in solidum.*
17 *Ubi habetur* Forma *hujus Negotiorum Gestionis, & an Mandatum hunc quasi-contractum vitiat?*
18 *Quando* Ratihabitio *hunc quasi-contractum vitiat?* Rsp. Si haec ratihabitio, negotio *nondum perfecto,* accedit, quia & hoc casu ex *Mandato* obligatio nascitur. E contrario, si negotio *jam perfecto* & *absoluto* ratihabitio superveniat, tunc manet actio N. G. tanquam semel nata, quae per supervenientem ratihabitionem, quae hic nihil operari potest, (*vid.* Autor. *p. 256.*) immutari non potest. Lauterb. *Coll. posit. 59. Vol. 4. D. 16.*
19 *An & necessitas gerendi hunc quasi-contractum vitiat?* Rsp. Affir. Exemplum in Tutela & Cura habet Autor *p. 474.*
20 *Quid ex hoc quasi-contractu nascitur?* Rsp. Obligatio & Actio.
21 *Ad quid igitur Negotiorum Gestor principaliter obligatur?* Rsp. Ad id, ut debita diligentia gerat, (hinc & negotiorum gestor alienam litem defendens & condemnatus, appellare tenetur. *l. 31. §. 2. h. t.* vid. Autor. *p. 700.*) & suscepta negotia, mortuo etiam Domino, ad finem perducat.
22 *Qualis diligentia in gestore sufficit?* Rsp. Regulariter *exacta.*
23 *Sed quid, si alius diligentior alio concurrat, & hujus contemplatione abstineat?* Rsp. Tunc requiritur *exactissima* diligentia; quia sic gerens, cum alium praeverterit, omnem diligentiam recipere videtur.
24 *Quando a Gestore etiam casus fortuitus est praestandus?* Rsp. Si utilitas Domini non intendatur, aut ratio gestionem dissuadeat.
25 *Sed quid, si amicus gerat negotia alias peritura?* Rsp. Hoc casu sufficit *dolum praestare,* quia sufficit, si cui vel in paucis amici labore consulatur. *l. 20. C. h. t.*
26 *An, qui aliqua suscepit, alia quoque gerere necessario tenetur?* Rsp. Neg. nisi sint connexa, vel alius, omnia gesturus, hujus intuitu abstineat.
27 *Num Gestor debita a se ipso exigere debet?* Rsp. Affir. Ratio est in *l. 9. §. 6. ff. de administr. & peric. tut.* Ab aliis vero debitoribus Domini Gestor debita exigere non potest, nec oblata accipere, cum ad hoc requiratur mandatum *speciale*; nisi forte Creditor solutionem ratihabuerit. *Vid.* Aut. *p. 640.* Lauterb. *Diss. de Solut. th. 16.*
28 *An Gestor etiam ad rationes tenetur, & num gratuito omnia reddere debet?* Rsp. Affir.
29 *An quoque Gestor ad usuras tenetur, quas ex hac gestione accepit?* Rsp. Affir.

pit, vel percipere potuit. *19. §. 4. L. 31. §. 3. vid.* (1171) *tamen L. 13. §. 1. de* 1
usur. Si ipse pecunia Domini usus est, maximas (1172) debet *38.* *DO-* 2
MINUS negotii minus principaliter ex hoc obligatur ad indemnitatem 3
gestoris, *2. ff. junct. L. 22. C. h.* ad impensas utiles & necessarias, *45. 27. in f.*
pr. h. cum usuris; *19. §. 4. ff. L. 18. C. h.* etiamsi negotium diversum 4
(1173) habuerit exitum: *12. §. 2.* modo gestor cum ratione susceperit,
10. §. 1. h. nec plus, quam oportuit, impenderit, *25.* negotiorum ge- 5
stori debet cedere actionem contra furem competentem. *L. 53. §. 3. L.*
85. de furt.

D *ACTIO* negotiorum gestorum (1174) est civilis, personalis, *L. 3. §.* 6
7. h. bonæ (1175) fidei, *7. h. §. 28. I. de act.* qua agitur inter negotiorum
gestorem & eorum Dominum, ad ea, quæ sibi invicem ex hoc quasi con-
tractu præstare debent.

† * *DIRECTA* datur Domino & heredibus, *3. §. 7.* licet gestor ea ad A 7.8
alium pertinere (1176) crediderit, *5. §. 1. L. 6. §. 8. L. 45. §. f. h.* adversus 9
gestorem & ejus (1177) heredes, *3. §. 7.* ad omne illud, quod ex hoc
quasi contractu præstare debet *L. 2. h. §. 1. I. de Obl. quæ quasi ex contr.*

* *CONTRARIA* datur gestori & heredibus, contra dominum & he- a. 10.11
redes, *2. 3. §. 7.* ad omne illud, ad quod ex hoc quasi contractu sunt obli-
gati. Utraque est perpetua, *4. C.* utraque est directa, (1178) quæ datur 12. 13
omnibus concurrentibus requisitis, vel utilis, quæ datur ex (1179) æqui- 14
tate, uno vel altero requisito deficiente, & in subsidium applicatur. *L. 7.*
C. arbitr. tut. L. 17. C. h. Quoad effectum nihil (1180) interest inter 15
hanc & illam. *L. 47. §. 1. ff. h.*

DE CALUMNIATORIBUS. III. 6.

D *CALUMNIATORES* hic (1181) dicuntur, qui pecuniam acceperunt, ut 16
calumniæ causa alicui litem moveant, vel non moveant. *1. pr. vid. L.*
D *19. ad exhib. L. 233. pr. de V. S. L. 1. §. 1 ad SCt. Turpil.* Inde datur *ACTIO* 17
in factum prætoria, pœnalis, illi, cujus causa pecunia data, promissa 18
vel remissa est, ut ipsi calumniosum negotium in judicio fiat vel non
(1182) fiat, adversus accipientem intra annum in quadruplum; post an- 19
num vero in (1183) simplum. *1. pr. h. §. 25. I. de act.*

C Oritur ex delicto, sc. pecunia, (1184) *1. § f.* obligatione, (1185) libe- 20.21
ratione (1186) vel alio quocunque lucro a quovis, *1. 3. pr. §. 2. 5.* ante vel
post litem contestatam, *1. §. 2.* per se, vel per alium, *2. h.* eum in finem 22
accepto, ut supra *1. pr. & §. 1.* Etiamsi effectus non fuerit (1187) se- 23
quutus. *3. §. 1.*

DA-

1 *An etiam Gestor ad illas usuras tenetur, quas percipere potuit?* Rsp. Affir.

2 *Ad quas usuras Gestor tenetur, si ipse pecunia Domini usus est?* Rsp. Ad maximas seu centesimas, idque in poenam *doli*, de quo Autor *p. 418* quod & de *Tutore tradit pag. 475. 3. pag. 467.* vid. *tamen* Brunnem. *ad l. 10. Mandati. n. 8.*

3 *Ad quid Dominus negotii vicissim principaliter ex hoc negotio obligatur?* Rsp. Ad indemnitatem Gestoris, (in Pupillo tamen *supra* hoc speciale esse diximus, quod non teneatur; nisi in quantum locupletior factus fuit.) ad impensas utiles & necessarias, (voluptuarias enim impensas, de quibus Autor *p. 117* & *455 seq.* Gestor repetere nequit. *l. 37. pr. h. t.* vid. Autor. *p. 163.* & Lauterb. *Diss. ad L. Civitas. 17. ff. de R. C. c. 1. §. 8.*) & quidem cum usuris.

4 *An hic Dominus ad has obligatur, etiamsi negotium diversum habuerit exitum?* Rsp. Affir.

5 *An Dominus Negotiorum Gestori debet cedere Actionem, contra furem competentem?* Rsp. Affir.

6 *Quid & qualis est actio Negotiorum Gestorum?* Rsp. Est *Civilis* &c. quia est ex quasi contractu. Nec obstat *l. 3. pr. ff. h. t.* ibi: *Prator.* nam distingvendum est inter Edictum Praetoris *simplex* & *commonitorium*. Simile exemplum habet Autor *p. 221.* aliud est in *l. 1. §. 1 ff. Depos.*

7 *Quotuplex est hac Actio,* (sc. Directa & Contraria) *& cui datur Actio Directa?*

8 *An hac Actio Directa* Domino *& heredibus datur, licet Gestor negotia suscepta ad alium pertinere crediderit?* Rsp. Affir.

9 *Adversus quem, & ad quid datur hac Actio Directa?*

10 *Cui datur Actio Negotiorum gestorum* Contraria?

11 *Contra quos, & ad quid hac Actio Contraria competit?* Rsp. Contra Dominum & heredes, ad omne illud, quod ex hoc quasi contractu praestari debet; quia negotiorum gestori officium non debet esse damnosum, maxime, ubi amico prodesse, ejusdemque necessitatibus succurrere voluit. An vero N. gestor pro tempore gestionis *salarium* petere possit, docet Bardili *apud Lauterb.* Disp. *de Salariis. th. 25.*

12 *An utraque Actio,* Directa *scil. &* Contraria, *est perpetua?* Rsp. Affir. quia sunt actiones civiles. vid. Autor. *p. 614.*

13 *Quotuplex utraque est,* (sc. Directa & Utilis) *& quae est* Directa? Rsp. Quae datur omnibus concurrentibus requisitis; de qua vid. Autor. *p. 621.*

14 *Quaenam est* Utilis, *& quando hac datur?*

15 *An quoad effectum inter hanc Actionem* Directam & Utilem *aliquid interest?* Rsp. Nihil interest.

16 *Quinam hic dicuntur Calumniatores?* Rsp. Qui *pecuniam* acceperint, ut calumniae causa alicui litem moveant, vel non moveant. Vocabulum autem *pecunia* h. l. accipitur *latissime*, h. e. non tantum pro pecunia *numerata*, sed & pro *omni emolumento* & lucro. *l. 1. §. f. l. 2 & 3. ff. h. t.* vid. omnino Autor. *p. 561.* Oldend. *Cl. 1. Act. 10. in Pract. n. 2.* & Lauterb. *Diss. ad L. Civitas. 17. ff. de R. C. c. 2. §. 9.*

17 *Quaenam Actio inde datur?* Rsp. Actio in factum de Calumniatoribus.

18 *Cui hac Actio in factum datur?*

19 *Adversus quem, & ad quid hac Actio competit?* Rsp. Adversus accipientem intra annum in quadruplum; (quia est species rapinae & furti. *l. 5. §. 1. ff. h. t. & §. 25. J. de action.*) post annum vero in simplum.

20 *Unde hac Actio in factum oritur?* Rsp. Ex delicto; quia sine dubio delinquit is, qui pecuniam accepit, ut alteri calumniosum negotium faciat, vel non faciat.

21 *An perinde est, sive quis pecuniam, sive obligationem, sive liberationem acceperit?* Rsp. Affir.

22 *Sed in quem finem accepisse debet?* Rsp. Ut calumniae causa alicui litem moveat, vel non moveat.

23 *Sed quid, si effectus non sit secutus?* Rsp. Nihilominus tamen hac Actio datur.

S *DATUR*, ut supr. *3. §. 3. L. 7. pr. & §. 1. h.* non (1188) datur heredibus, *4.* nec tertio, qui misericordia ductus pecuniam dedit, ne mihi negotium fiat calumnia; huic tamen datur condictio ob turpem causam; *7. pr. §. 1.* sed qui dedit, ut alteri negotium fiat, ille non (1189) habet repetitionem. *3. §. f.* 1 2 3 4

P *CONTRA* illos, ut supr. *1. pr.* non contra heredes; nisi aliquid ad eos (1190) pervenerit. *5.* 5

O *AD* exigendum intra annum (1191) utilem, *vid. 6.* quadruplum ejus, quod reus accepit, *1. h.* cui regulariter etiam res accepta inest; *5. §. 1.* nisi tertius dederit, ne mihi injuria fiat: tum enim illi datur condictio, (1192) mihi quoque actio in quadruplum; *7. pr. & §. 1. h.* 6 7 8

post annum datur in simplum. *d. L. 1 pr. h.* 9

Ln *HODIE* hac actione hanc calumniam civiliter non vindicari (1193) tradit *Groenew. h. t. Gudelin. l. 3. c. 13. p. 136.* 10

SS *CONCURRUNT* cum ea Criminalia (1194) remedia, *l. 1. §. 1. l. pen. h. Wesenb. h. Schneidewin. ad d. §. 25. I. de act.* Condictio ob turpem causam, secundum tamen supradictam (1195) limitationem. Et hæc non tollit illam in totum, (1196) illa vero hanc. (1197) *5. §. 1. arg. L. 7. §. 1. commodat. L. 34. §. 2. L. 41. §. 1. de O. & A.* 11 12

DE IN INTEGRUM RESTITUTIONE. IV. 1.

D RESTITUTIO in integrum in genere est reductio in pristinum (1198) statum. 13

† Estque vel *GRATIÆ*, (1199) quæ fit indulgentia Principis; *L. 1. §. 10. de postul. L. 1. L. 4. f. C. de sent. pass.* vel *JUSTITIÆ*, quæ fit a magistratu, officio jurisdictionis. *4. L. 1. §. 10. de postul. Carpz. p. 1. decis. 76. num. 9 & 10.* 14 15

† Hæc iterum est *CIVILIS*, (1200) de qua in *L. 2. C. de resc. vend.* (1201) *L. 31. de Jurejur.* (1202) *L. 33. de re judicat.* (1203) vel *PRÆTORIA*, de qua hic: quæ est auxilium prætoris extraordinarium, quo magistratus ex justa causa imploratus, sine culpa sua læsos, in pristinum statum reducit. *L. 16. pr. de minor.* Cum ordinariis regulariter non concurrit; *d. l. 16.* nisi sit (1204) pinguius, *arg. L. 3. §. 1. Naut. Caup. stabul. Bach. ad Tr. V. 2. D. 11. th. 1. lit. a. Fr. h. num. 8.* vel ordinarium minori contra tertium (1205) competat, *L. 3. C. si tut. l. curat. Carpz. p. 2. c. 11. d. 34.* vel incertum sit, utrum competat; (1206) tum enim subalternative peti potest. *c. 8. §. h. Schurpf. cent. 3. cons. 64.* 16 17 18 19 20 21

D (at line "de Jurejur.")

C *INTRODUCTUM* a Prætore, *1. h.* *CONCEDITUR* a ma- 22

1 *Quibus datur hæc Actio in solidum, & an etiam heredibus competat?*

2 *An hæc Actio detur Tertio, qui misericordia ductus, pecuniam dedit, ne mihi negotium fiat calumniæ?* Rsp. Neg.

3 *Quæ tamen huic datur Actio?* Rsp. Condictio ob turpem causam; quia hic solius accipientis versatur turpitudo, quo casu danti datur hæc condictio. *Vid. Autor. p. 198.*

4 *An & is, qui pecuniam vel aliud quid dedit, ut alteri negotium fiat, habet repetitionem?* Rsp. Neg. quia in pari causa turpi potior est possessor. Exempla habet Autor p. 198. ubi tamen cum aliis *Fisco* hoc lucrum relinquit.

5 *Contra quos datur hæc Actio de Calumniatoribus, & an etiam contra heredes?*

6 *Ad quid datur hæc Actio?*

7 *An quadruplo etiam res accepta insit?* ℞. Regulariter inest; si scil. ipse dederim, ne mihi negotium fiat: & sic hæc actio ex re & pœna mixta est, exemplo actionis vi bonorum raptorum, de qua Autor. *pag. 661. in fin.* Harpràt. *de Action. p. 1. ast. 19. n. 8.* Oldend. *Cl. 1. ast. 10. n. 5.*

8 *Sed quid, si* Tertius *dederit, ne mihi injuria fiat?* ℞. Tunc quadruplo res accepta non inest; cum illi Tertio detur Condictio, mihi vero Actio in quadruplum.

9 *Ad quid vero datur post annum?* ℞. In simplum, quia hæc Actio est *Prætoria pœnalis*; omnes autem actiones Prætoriæ pœnales post annum *regulariter* exspirant. *Vid. Autor. p. 615.* ubi subjicit etiam exceptiones.

10 *An hodie hæc calumnia hac actione civiliter vindicari possit?* ℞. Negativam defendit Groenew. & Gudelin. cit. loc.

11 *Quænam Remedia & Actiones cum hac Actione concurrunt?* ℞. Remedia criminalia & Condictio ob turpem causam, secundum tamen supra dictam limitationem.

12 *An hæc*, scil. Condictio ob turpem causam, *tollit illam*, scil. Actionem de Calumniatoribus, *in totum? Et num illa, nempe* Actio de Calumn. hanc, *scil.* Condictionem, *tollit?*

13 *Quid* in genere *est Restitutio in integrum?*

14 *Quotuplex est*, (℞. Vel *Gratiæ*, vel *Justitiæ*) *& quid est Restitutio* Gratiæ?

15 *Quid est Restitutio* Justitiæ? ℞. Quæ fit a Magistratu, officio Jurisdictionis, scilic. excellentioris, de qua Autor in *Tit. de Jurisdict. pag. 27.*

16 *Quotuplex est Restit. Justitiæ*, (℞. Civilis & Prætoria) *& ubi agitur de Civili?* ℞. In l. 2. C. de resc. vend. l. 31. de Jurejur. &c.

17 *De quanam Restitutione* hic *agitur*, (℞. De Prætoria) *& quid est Restitutio in integrum Prætoria?* Rsp. Est auxilium Prætoris *extraordinarium*; quo hæc restitutio Prætoria negotium Jure Civili perfectum rescindit.

18 *An hæc Restitutio Prætoria cum* ordinariis Remediis *concurrit?* ℞. Regulariter non.

19 *Quibus casibus itaque hæc Restitutio cum illis concurrit?* ℞. Si sit pinguius.

20 *An quoque concurrit, si ordinarium Remedium* Minori *contra tertium competat?* ℞. Affir.

21 *An etiam hæc Restitutio concurrit, si incertum sit*, utrum *competat?* ℞. Affir. tum etiam *subalternative* peti potest, v. g. ut contractus *aut* declaretur nullus, *aut* concedatur restitutio in integrum. vid. Carpz. *in Proc. tit. 6. art. 1. n. 53. seqq.* adde Aut. *p. 365.*

22 *A quo hoc auxilium est introductum?* ℞. A Prætore.

a magiſtratu majori, (1207) & mandatarius ejus; *L. ult. C. ubi & apud quem* 1
cogn. in integr. reſt. ſed non a municipali, *L. 26. §. 1. ad municip.* vel judi- 2
cibus pedaneis, (1208) aut arbitris compromiſſarus. *d. L. f. C. Bach. ad Tr.* 3
V. 1. D. 11. th. 1. lit. c. Hodie omnes reſtituunt, qui habent juriſdictio- 4
nem civilem, *Gipb. ad d. L. f.* etiam contra propriam (1209) & antece- 5
ſſorum ſententiam; *L. 42. l. 16. § f. de minor.* ſed non contra ſuperioris 6
(1210) decretum; *L. 18. eodem 1. C. ubi & apud quem.* modo cauſa illo- 7
rum juriſdictioni ſit ſubjecta, idque vel (1211) ratione domicilii rei, *arg.*
L. 2. C. ubi & apud quem cog. vel in reſciſſoria & metus cauſa actione, ra-
tione rei ſitæ; *arg. L. f. C. ubi in rem act. Fr. h. n. 32.* ſed non ratione con- 8
tractus. (1212) *vid. Bach. in comm. h. p. 963.*

C.i *OB CAUSAM* metus, doli, ætatis, abſentiæ aliusve juſti im- 9
pedimenti, ſtatus mutationis, alienationis judicii mutandi cauſa, &
interdum (1213) erroris. *1. 2. Hahn. h. n. 1. pag. 202. f. 2.* Absque 10
cauſæ cognitione (1214) nunquam conceditur. *3. 7 pr. §. 1. h. Carpz. p. 1.*
c. 26. def. 23.

PETITUR officio judicis vel per modum actionis, (1215) *L. 24. §. f.* 11
de minor. vel per modum exceptionis, (1216) *L. 9. §. 4. de Jurej.* etiam 12
per procuratorem, *L. un. C. etiam per procurat.* cum ſpeciali (1217) man-
dato, *L. 25. §. 1. de minoribus,* vel cum generali cum libera, *c. 4. de procur.*
in 6. vel ſi incidenter (1218) petatur. *c. ſuſcitata. 6. X. h. Perez. in C. etiam* 13
per procurat. &c. Carpz. l. 2. Rt. 99. num. 11. Mynſ. cent 2. obſ. 26.

S *DATUR* læſis, (1219) *1. h.* & Succeſſoribus, (1220) *6. h. L. 18. §. f. de* 14
minor etiam ſingularibus; (1221) *L. 24. pr. eodem L. 20. §. 1. de tut & rat.* 15
diſtr. niſi defunctus eo uti noluerit. (1222) *arg. L. un. C. Si advers. dot.* 16
Carpz. 2. Rt. 95. n. 19. & ſeq.

P Adverſus Lædentes, & interdum (1223) quosvis rerum poſſeſſores, 17
non etiam contra patronos & (1224) parentes; *L. 1. C. qui & advers. quos.* 18
niſi in caſu (1225) *Nov. 155. vid. Perez. d. tit. n. 3. Bach. ad Tr. V. 1. D. 11. th.* 19
13. lit. a.

O Ad reſcindenda negotia valida, (1226) quibus quis contra æquitatem 20
læſus eſt: *L. 16. pr. de minor. L. 2. L. 4. C. in quibus cauſ. in integr. reſt. L. 2.*
C. de præd. min. Carpz. p. 2. c. 11. d. 20. n. 3. Dummodo læſio ſit alicujus 21
(1227) momenti. *4. h. vid.* (1228) *Carpz. p. 1. c. 1. d. 4. Bach. in Comm. h.*
p. 964.

E * *POSTULATA* reſtitutione omnia in ſuo ſtatu manere debent. A 22
L. un. C. in integr. reſt. poſtul. l pen. C. de auth. tutor. &c. Berlich. p. 1.
deciſ. 179. num. 1. nec executio fieri poteſt, *arg. d. l. un. L. 32. C. de* 23
transact.

1 *A quo conceditur hoc auxilium?* R. A Magistratu majori & mandatariis ejus, quibus mandata jurisdictione omnia transferunt, quæ jure magistratui competunt. *Vid. Aut. p. 24. in O. Bocer. Cl. 6. Disp. 1. th. 34.* Marant. in *Proc. tit. 38. §. 1. n. 75.*

2 *An etiam a Magistratu municipali conceditur?* R. Neg.

3 *An & a Judicibus pedaneis, aut arbitris compromissariis?* R. Neg.

4 *Quinam Magistratus hodie in integr. restituunt?* R. Omnes, qui habent Jurisdictionem civilem.

5 *An etiam contra propriam & Antecessorum sentent. restituunt?* R. Affir. non obstante *l. 55. ff. de re judic. vid. l. 17. de minor.*

6 *An quoque restituunt contra Superioris decretum?* R. Neg.

7 *Quando vero hodie Magistratus, Civilem Jurisdictionem habentes, in integrum restituunt?* R. Si causa illorum Jurisdictioni sit subjecta, idque vel ratione domicilii Rei, vel in rescissoria & mera causæ actione, ratione Rei sitæ.

8 *Sed an etiam ratione Contractus?* R. Neg.

9 *Ob quam causam conceditur restitutio in integrum?* R. Ob causam (quæ non solum allegandæ, sed & probandæ. *Carpz. in Proc. tit. 19. art. 1. n. 34.*) metum, dolum, ætatem, absentiam, aliove justo impedimento, status mutationem, alienationem Judicii mutandi causa, & interdum errorem: & hæc (*errorem scil.*) restitutionis species obtinet in *tribus* casibus, (1) si quis *falso timore* minore cum pupillo contrahens læsus sit, *vid. Autor. p. 477.* (2) in Interdicto, quod vi aut clam, *vid. Autor. p. 603.* (3) in plus petitione ex errore. *§. 33. J. de act.* quos tres casus compendiose, additis rationibus, adducit *Autor. p. 86.* add. *Bocer. Class. 6. Disp. 10. §. 17. seq.*

10 *An absque causæ cognitione restitutio in integr. conceditur?* R. Nunquam.

11 *Quomodo Restitutio in integr. petitur?* R. Officio Judicis, vel per modum Actionis, vel per modum Exceptionis.

12 *An hæc Restitutio etiam per Procuratorem peti potest?* R. Affir.

13 *Quo casu per Procuratorem generalem, sine speciali Mandato, peti potest hæc Restitutio in integrum?* R. Si incidenter petatur: generali enim mandato continetur id, quod consequens est. *Mev. p. 5. d. 96.* Cs. *in Proc. tit. 19. art. 1. n. 32.* Schwendend. *ad Fibig. p. 908.*

14 *Quibus datur hoc Auxilium?* R. Læsis & successoribus.

15 *An etiam successoribus singularibus datur?* R. Affir. e. g. cessionario, *vid. Aut. p. 327.* & quandoque fidejussori, de quo *vid. Aut. p. 81.* & Hahn. *ad Wesenb. h. t. n. 2.*

16 *An quoque datur, si defunctus in vita maluit?* R. Neg. quia non ex propria, sed defuncti persona restitutio petitur. *arg. l. unic. C. si adv. dot.* ex quo Autor argumentatur *a pari ratione*, quod obtinet in præscriptione temporis determinati restitutionis & renunciatione. Opus tamen est, ut Restitutionis renunciatoriæ defunctus expresse. *Vid.* Marant. *in Proc. Sax. Tit. 15. n. 81.*

17 *Adversus quos hoc Auxilium datur?* R. Adversus lædentes, & interdum adversus quemvis tertium possess. nimirum in restitutione *quod metus causa*, *vid. Aut. p. 77. in F.* & quibusdam aliis casibus, quos adducit *Autor p. 85. in F.*

18 *An etiam contra Patronos & Parentes datur?* R. Neg. in hos enim non cadit præsumtio læsionis.

19 *In quo tamen casu contra hos datur?* R. In casu Nov. 155.

20 *Ad quid datur hoc Remedium restitutionis?* R. Ad rescindenda negotia valida, quibus quis contra æquitatem læsus est. ob solam ergo molestiam, si nullum aliud damnum datum sit, non datur restitutio. *Mev. p. 7. dec. 18. n. 4.*

21 *An tamen læsio debet esse alicujus momenti?* R. Affir.

22 *Qualem effectum habet postulata Restitutio?* R. Tunc omnia in suo statu manere debent: Vis enim restitutionis petitæ est, ut negotium suspendat.

23 *An hæc postulata restitutio etiam executionem suspendat?* R. Affir.

24 An

transact. L. 42. de minor. Finckelth. obs. 106. num. 1. Mynf. Cent. 6. O. 40. Berlich.
p. 2. dec. 219. & p. 1. concl. 84. n. 40. etiamsi inchoatus sit executionis pro- 1
cessus; *vid.* (1229) *Berl. part. 2. d. 219. Carpz. 1. R. 93.* nisi juste præsuma- 2
tur, illam malitiose esse petitam: tum enim sententia executioni manda-
tur, (1230) præstita a victore cautione, de omnibus restituendis, si adver-
sarius in integrum restitutionem (1231) impetraverit. *c. suscitata. 6. X. h.*
arg. L. 38. ff. de R. V. Finckelth. d. O. num. 6, de qua præsumtione cogno- 3
scit (1232) judex. *Finckelth. d. O. n. 9.*

IMPETRATA restitutione restituitur amissum, *L. 2. C. in quibus caus.* a. 4
in integr. rest. nec. L. 24. §. 4. de minor. L. 26. §. 8. ex quibus caus. maj. omnia-
que in pristinum statum reducuntur ex utraque (1233) parte. *L. un. C. de*
reput. quæ fiunt in judic. in integr. restit. L. 22. §. 1. L. 29. ex quibus caus. maj.
L. 39. §. 1. de minor. vid. tamen (1234) *L. 29. §. 1. de minor. L. 9. C. de his, quæ*
vi metusque causa.

QUOD METUS CAUSA GESTUM ERIT. IV. 2.

EX hac causa restituitur, qui vi metuque compulsus aliquid gessit, unde 5
B læsus est *1. h.* Requiritur itaque, ut * [1] restituendus aliquid (1235) A 6
gesserit; *1. vid. 9. §. 3.* quo ipso excluditur (1236) vis ablativa, expulsiva, 7
turbativa, offensiva, &c. *3. pr. 14. §. 11.* delictum, (1237) quod geri non di- 8
citur; *Gudd. ad L. 19. n. 14 & 15. ff. de V. S.* quo facit *l. 7. §. 1. de in integr. re-*
stit. vid. *tamen* (1238) *Carpz. part. 1. q. 18. n. 50. Bach. in comm. h. p. 978.* ex- 9
cluduntur etiam ultimæ (1239) voluntates. *Per ea, quæ tradit Gudd. d. l.*
num. 16. * [2] Vi metuque (1240) com- B. 10
pulsus. *1. 3. pr. vid. l. 9. §. 1. in f. ff. h.* Quid sit vis, (1241) quid metus, habe- 11
tur *in 1. 1.* Utrumque hic requiritur: & quidem ex parte *AGENTIS* vis 12
injusta, (1242) *3. §. 1. l. 9. §. 1. l. 21. pr.* facto atrox. *3. §. 1. L. 9. C. h.* Minæ 13
verbales regulariter non sufficiunt, nisi sint capitales. (1243) *arg. d. L. 9. 7.*
C. h. Nec metus vanus sufficit, *9. pr. 21. pr.* Ex parte *PATIENTIS* 14
metus requiritur, *L. 1. L. 4. C. h.* præsens, *9.* justus; (1244) *6. h. 3. ex quibus*
caus. maj. qualis est mortis, *3. §. 1. h. 3. ex quib. caus. maj.* etiam civilis, (1245) 15
8. §. 1. vinculorum seu carceris, *22. f. §. 1. h.* stupri, (1246) *8. §. 2.* amissio- 16
nis omnium vel plurium bonorum. *c. 2. extr. h. Mynf. cent. 3. Obs. 17.* Non 17
autem sufficit timor (1247) vexationis, vel infamiæ, (1248) *7. pr.* nec me- 18
tus potentiæ vel (1249) reverentiæ, *6. C. h. 22. de R. N.* adeo, ut propter 19
hunc metum gesta nec officio (1250) judicis rescindantur; *arg. d. L. 7. pr.*
L. 6. C. h. Andr. Schefer. lib. 2. quæst. 2. num. 74. nisi minæ concurrant, &

magna

1 *An etiam hac postulata restitutione executionem suspendat, etiamsi inchoatus sit executionis processus?* ℞. Affir.

2 *An tamen executio fieri potest, si justè præsumatur, Restitutionem malitiose esse petitam?* ℞. Affir. Tum enim sententiæ executioni mandatur, præstita tamen a *Victore cautione*, de omnibus restituendis, si adversarius in integrum restitutionem impetraverit.

3 *Quis vero de hac justa præsumtione cognoscet?* ℞. Judex.

4 *Qualem effectum habet Restitutio impetrata?* ℞. Impetrata Restitutione, restituendum est omnium, & omnia in pristinum statum reducuntur *ex utraque parte*: quia restitutio in integr. est *reciproca ita*, ut restitutus nec lucrum nec damnum sentiat, *ex l. 24. §. 4. de minor.* Sed rem, vel dolo adversarii, vel sua imprudentia, absentia, vel alio modo amissam, recuperet. Mattan. *in Processu tit. 35. §. 1. n. 106.*

5 *Quis ex hac causa restituitur?* ℞. Qui vi metuque compulsus aliquid gessit, unde læsus est.

6 *Quænam itaque ad hanc Restitutionem requiruntur?* ℞. Ut (1) restituendus aliquid gesserit.

7 *Quænam vis ergo in hoc Titulo excluditur?* ℞. Vis ablativa, (qua res *mobilis* possidenti per violentiam aufertur; unde Actio *vi bonorum raptor.* de qua Autor *p. 66.* & Lauterb. *Consil. jurid. 41. Vol. 4. D. 90.*) expulsiva, (qua possessor vi a possessione immobilium expellitur; unde oritur Interdictum *Unde vi*, de quo Aut. *p. 596.*) turbativa, (qua plures, ejusdem rei possessionem prætendentes, se invicem in illius possessione turbant, unde Interdictum *Uti possidetis*, de quo Aut. *p. 597.* vel Interdictum *Utrubi*, de quo Aut. *p. 607.*) offensiva seu inquietativa, qua is, qui nec possessor est, nec possessionem prætendit, possessorem per vim in possessione inquietat, vexandi animo; unde *Actio injuriarum.* Exempla habet Aut. *p. 17. in f. & p. 863. in fr.*

8 *An etiam delictum hic excluditur?* ℞. Affir. quia delictum geri non dicitur.

9 *An & ultimæ voluntates excluduntur?* ℞. Affir.

10 *Quid (2) ad hanc Restitutionem requiritur?* ℞. Ut quis vi metuque compulsus sit.

11 *Quid est vis, quid metus, & an utrumque hic requiritur?*

12 *Quid vero ex parte Agentis requiritur?* ℞. Vis injusta & *facto atrox.*

13 *Annon etiam minæ verbales sufficiunt?* ℞. Regulariter non sufficiunt; nisi sint *capitales.*

14 *An metus vanus sufficit,* (℞. Neg. cum metus, quem ipse sibi quis infert, pro tali non habeatur) *& qualis metus ex parte Patientis requiritur?* ℞. *Metus præsens*, (ut scil. nisi hoc vel aliud fiat, malum e vestigio præsens sit. vid. Gonzal. *d. l.*) & *justus*, qualis est Metus mortis.

15 *An etiam metus mortis civilis, & metus stupri est metus justus?* ℞. Affir. quamvis enim metus infamiæ alias non sufficiat, cum infamiam inferre privatus non possit; vid. Pac. *Cent. 1. q. 48.* metus tamen *infamiæ falsi* criminis justus est. vid. Lauterb. *Ex. 12. Consil. 3.* Gonzal. *d. l.*

16 *An & metus amissionis omnium vel plurimum bonorum est justus?* ℞. Affir.

17 *An sufficit timor vexationis vel infamiæ?* ℞. Neg.

18 *An metus potentiæ vel reverentiæ sufficit?* ℞. Neg. nam metus reverentialis est obsequium reverentiale erga Patrem &c. a quo omnis abest atrocitas, Struvii. *Def. 1. Aph. 23.* Harprecht. *p. 1. obs. 20. n. 5.* neque cum solum sit vana formido, *l. 6. C. de his, quæ vi met. caus.* alias ad rescindendum negotium non sufficit. *Vid.* Aut. *p. 438.*

19 *Num propter hunc metum potentiæ & reverentiæ gesta,* officio Judicis, *rescindi possunt?* ℞. Neg. (Autor autem ex *not. l. 7. pr. h. t. argumentatur à pari ratione*, quæ est inter timorem infamiæ, vexationis, & metum reverentialem) nisi minæ concurrant, & magna subsit læsio.

magna subsit læsio. *11. 12. C. h. Gail. lib. 1. O. 93. Mev. p. 9. d. 495.* Judicis ar- 1
bitrium hic observetur. *3 ex quib. caus. major. vid. Gail. d. l.* Illud nihil 2
interest, in se quis veritus sit, an in (1251) liberis. *8. §. f.* Nec refert, an 3
metum patiens antea rei illicitæ (1252) dederit operam. *7. §. 1. 8. vid. infr. de condict. ob turp. caus. vid. c. 15 X. de spons.* * [3] Ut exinde damnum sen- a. 4
serit: *12. inf.* nam quæ metu fiunt, regulariter (1253) subsistunt; *§ 1. I de Except. L. f. C. h.* illorum enim principium non est simpliciter (1254) extra agentem. *vid. L. 21. §. 5. h. L. 85 de A. vel O. H. Arist. lib. 3. Eth. c. 1.* Et
hoc verum est etiam in B. F. contractibus, (1255) licet metus illis causam 5
(1256) dederit. *7. f. C. c. 2. X h. Perez in C. h. n. 4.* Ipso tamen jure nulla 6
sunt metu contracta (1257) matrimonia, *c. 15. inf. X. de sponsal. vid. Carpz. l. 2. def. 27. & L. 3 def. 55 Gerb. Amst. Dunc.* manumissio, (1258) *L. 9. pr. L. 17. qui & a quibus manumiss.* dotis promissio; (1259) *21. §. 3.* sed non ju- 7
ramentum. (1260) *vid. infr. de Jurejur. per ea, quæ tradit Bach. ad Tr. V. 1. d. 11. §. 4. lit. b.*

Q Petitur ob hanc causam restitutio vel per *EXCEPTIONEM*, (1261) *9. §. 3.* quæ est in rem scripta, (1262) *9. §. f. h. 4. §. 33. de dol. mal. except.* & datur etiam fidejussori, (1263) *L. 7. §. 1. de except. 14. §. 6.* vel per *ACTIONEM*, eamque vel veterem, (1264) quæ negotio rescisso a prætore iterum 8
datur, sed utilis tantum, quæ tamen cum directa est ejusdem naturæ, *9. §. 4. 21. § f. ff h. 3. C.* vel novam, scilicet actionem *QUOD METUS CAUSA*, (1265) quæ est prætoria, *1. h.* personalis, *1. §. 31. I. de act.* in rem scripta, (1266) *9. § 8.* arbitraria, (1267) *d. § pr.* competens propter justum metum læso, ejusque heredibus, adversus metum inferentem, & quemcunque rei metu amissæ possessorem, ad illam recuperandam, vel intra annum utilem ad ejus quadruplum exigendum, si res ad arbitrium judicis non restituatur. 9 10

† Practici dividunt hoc remedium in rescindens (1268) & rescissorium; *Fr. in comm. de rest. in integr. n. 13.* quæ divisio de Jure civili incognita est. (1269) *Barb. de act. D. 3. §. 16.* 11 12

CS *ORITUR* ex delicto, scilicet ex vi compulsiva: datur vim passis & 13
F (1270) heredibus, *16. §. 2. 14. §. 2.* adversus inferentes, licet tertius (1271) 14
rem possideat, *14. §. 5.* vel ipsa (1272) perierit, *1. C. h. 18. §. 1. de dol. mal.* 15
arg. L. 8. § 1. de condict. furt. vid. 14. §. 1. h. & quidem contra singulos in 16
solidum: unius tamen præstatio cæteros liberat: *14. §. f. & seqq.* [nam hæc actio sua natura est rei persecutoria, (1273) & propter contumaciam non restituentis demum fit mixta pœnalis. *14. §. 1. 2 & 3. L. 16. §. 2. h.*] Adversus heredes illorum datur quatenus aliquid ad illos 17

ex eo

1 *An, quis metus justus vel injustus sit, arbitrio Judicis committendum?* Rsp. Affir.

2 *Num interest, an se ipsa verum sit, an in liberis?* Rsp. Nihil interest.

3 *An tamen refert, si metum patiens antea rei illicitæ operam dederit?* Rsp. Nihil refert. *Vid. Ant. p. 195. in R.* & Dn. de Lyncker in *Anal. h. t.* in verb. *etiam ille.*

4 *Quid (3) ad hanc Restitutionem requiritur?* Rsp. Ut restituendus eaudem damnum senserit (hinc non locum habet restitutio, si debitor a Creditore vi coactus solverit debitum, *l. 12. ff. h. t.* quanquam hoc casu creditor incidat in Edictum D. Marci in *l. 13. ff. h. t.* Struv. *Ex. 8. th. 24.* Harsolt. *d. l. n. 21. in fin.* de cujus usu testatur Autor *p. 540.* ejusque formulam exhibet Schoch. *Coll. pr. h. t.* vid. omnino Schilter. *Ex. 11. th. 10. seqq.*) nam quæ metu fiunt, regulariter subsistunt; illorum enim principium non est *simpliciter* extra agentem.

5 *An hoc etiam verum est in bonæ fidei contractibus?* Rsp. Affir. licet metus illis *causam* dederit, vel juramentum accesserit; quia textus loquuntur generaliter. vid. Ant. *p. 312.* Lauterb. *Consil. jurid. 41. Vol. 4. D. 30.* Struv. *Ex. 8. th. 11. ibique Brulan.* Dn. de Lyncker in *Anal. h. t.* Schwendend. *ad Eckolt. h. t. §. 1.* Vid. tamen Hahnon. *Diss. 22. Controv. 8.* ubi dissentit.

6 *Quænam vero negotia propter metum fiunt ipso jure nulla?* Rsp. Metu contracta matrimonia, Manumissio, & Dotis promissio; quibus addi possunt Tutoris auctoritas, Testamenta & Instrumenta belli tempore, vi metuque ab hoste extorta, quia in hisce *sua* negotiis plenaria & absoluta libertas consensus adesse debet.

7 *An etiam juramentum, vi metuque extortum, est ipso jure nullum?* Rsp. Neg. sed relaxatione hic opus esse docent Frantzk. *lib. 1. Res. 3.* & Struv. *Ex. 8. th. 11.* Vid. tamen Dn. de Lyncker in *Anal. h. t. pag. 80.*

8 *Quotuplici modo ob causam metus Restitutio petitur?* Rsp. Duplici: vel per *Exceptionem*, vel per *Actionem*; & hæc Exceptio est in rem scripta, & datur etiam fidejussori.

9 *Per quotuplicem Actionem hæc Restitutio petitur?* Rsp. Per duplicem, scil. vel *Veterem*, quæ, negotio rescisso, a Prætore iterum datur; sed utilis tantum, quæ tamen cum directa est ejusdem naturæ; vel *Novam*, scil. Actionem *Quod metus causa.*

10 *Quid ergo est Actio Quod metus causa?* Rsp. Actio *Quod metus causa* est Actio Prætoria, personalis, in rem scripta, arbitraria, competens propter justum metum læso, ejusque heredibus, adversus metum inferentem, & quemcunque Rei metu amissæ possessorem, ad illam Rem recuperandam, vel intra annum *utilem*, ad ejus Rei quadruplum exigendum, si Res ad arbitrium Judicis non restituatur.

11 *Quomodo Practici hoc Remedium dividunt?*

12 *An hæc divisio de Jure Civili est cognita?* Rsp. Neg.

13 *Unde oritur Actio Quod metus causa, & quibus hæc Actio datur?*

14 *Adversus quos datur?* Rsp. Adversus metum inferentem, licet Tertius Rem possideat.

15 *An etiam adversus inferentem datur, licet Res ipsa perierit?* [illegible] Affir. argumentum enim, ex cit. *l. 8. §. 1. de condict. furt.* A FURE, (qui semper moram facit) AD INFERENTEM METUM hic locum habet: vid. cit. *l. 14. §. 1. ff. h. t.* Satis enim clementer Prætor cum reo agit, dando ei restituendi facultatem, si velit pœnam evitare.

16 *Sed quid, si plures vim intulerint?* Rsp. Tum quidem contra singulos datur in solidum; Unius tamen præstatio cæteros liberat: nam hæc Actio *sua natura* est rei persecutoria, & propter contumaciam non restituentis demum fit mixta, pœnalis.

17 *Quatenus hæc Actio adversus metum inferentis heredes datur?* Rsp. Quatenus aliquid ad illos ex eo pervenit.

ex eo pervenit; *16. §. f.* licet illico (1274) consumtum sit. *17. 19.* 1
Datur etiam contra b. f. possessorem, *14. §. 3 & 5.* qui tamen libera- 2
tur, si res ante (1275) litem contestatam perierit; *14. §. 5.* nisi inde
locupletior factus. *18.*

O *REPETITUR* res cum fructibus, a delinquente & m. f. possessore 3
etiam percipiendis, *12. 14. §. 7.* quæ si ad arbitrium judicis non resti- 4
tuantur, intra annum utilem, [qui non est mutatus (1276) in qua-
driennium: *arg. L. 32. in f. C. de appell. vid. L. ult. C. de temp. in in-
tegr. restit*] reus, etiam b. f. (1277) possessor, *arg. 14. §. 3. l. 152. §.
2. de R. J. L. 1. §. 14. in fin. de vi & vi arm.* in quadruplum, cui et- 5
iam res inest, condemnatur. *14. §. 1. 3 & 7. &c.* Post annum vero,
causa cognita, (1278) actio datur in simplum, quæ est perpetua. *14.* 6
§. 1. L. 17. 19. ff. 4. C. h. Actor etiam restituere debet, quæ pro re 7
metu gesta accepit; *3. 4. C.* nisi officialis a subdito violenter (1279) 8
emerit. *L. 9. C. h.* Pretium, quo tertius possessor illam rem compa- 9
ravit, restituere non (1280) tenetur. *2. C. de furt.*

NB. Probatio, hæc ita esse, incumbit affirmanti. *14. §. 3.* 10

DE DOLO MALO. IV. 3.

AD restitutionem ex hac secunda causa requiritur dolus malus, quo 11
Jus alterius læditur, quique alio juris remedio non vindicatur.

R Requiritur ergo

[1] * *DOLUS* malus. *1. & tit. ff. & C. h.* Dolus bonus (1281) huc A 12
non pertinet. *1. §. 2 & 3. h. vid. 77. §. 31. de Leg. 2. L. 19. §. 3. de ne-
got. gest. Bargal. de dol. lib. 1. c. 3.* Vocabulo doli simpliciter posito, 13
malus intelligitur. *L. 1. §. 3. h. L. 23. de R. J. L. 5. §. 2. Commod.*
† *vid. Barg. d. l. 1. c. 9.* Est vel * *PRÆSUMTUS*, quando Lex latam B 14
culpam interpretatur pro dolo: quod regulariter fit in causis (1282) 15
pecuniariis. *L. 32. depos. 8. §. 3. d. precar. L. 1. §. 2. si is, qui test. lib.
L. 1. §. 1. si mens. fals. mod. Fr. h. n. 11. Bach. h. n. 4. in f.*

* *VERUS*, qui hic requiritur, *6. C. 7.* b. 16

D *§. f.* est in * *GENERE* machinatio alium scienter & maligno animo C 17
lædendi, *L. 71. §. 8. de A. vel O. H. 1. pr. §. 12. Si quis omiss. causa test. L. 12.
§. 1. de incend.* sive clam fiat, sive palam, & vi aperta. *L. 7. 10. ad L. Corn.* 18
de sicar. L. 2. pr. & §. 9. vi bon. rapt. L. 14. §. 13. quod metus causa.

D * In *SPECIE* vero est fraudulosa machinatio, qua ali- c. 19
ud agitur, aliud simulatur, alterius decipiendi gratia. *1. §. 2. L.
7. §. 9. de pact. 43. §. 2. de C. E. V.* Præterea distinguitur do- 20
lus

1 *An quoque contra hæredes datur, licet dolo non sit factum?* ℞. Affir.

2 *An hæc Actio etiam contra B. F. possessorem datur?* ℞. Affir. quia hæc Actio q. m. causa est in rem scripta. vid. Autor p. 6.. liberatur tamen hic B. F. possessor, si rem ante litem contestatam perdiderit, nisi inde locupletior factus: nemo enim cum alterius damno locupletari debet.

3 *Quomodo Res restituitur?* ℞. Cum fructibus (a delinquente & M. F. possessore) etiam percipiendis ob perpetuam causam, in qua cum delinquente est M. F. possessor; mora vero inducit obligationem [illegible] & fructuum. *Vid.* Autor *p.* [illegible] *junct. p.* [illegible] *in O. & p.* [illegible]

4 *Quid si vero Res ad arbitrium Judicis non restituatur?* ℞. Tum intra annum utilem (qui non est numerus in quadruplum) Reus, etiam B. F. possessor, in quadruplum condemnatur, post annum vero, causa cognita, Actio datur in simplum.

5 *An quadruplo in hac Actione etiam Res ipsa inest?* ℞. Affir. quia hæc Actio est pœnalis mixta.

6 *Num, quatenus in simplum datur, hæc Actio est perpetua?* ℞. Affir.

7 *An Actor quoque restituere debet quæ pro Re, metu gesta, accepit?* ℞. Affir.

8 *Sed quid, si Officiales a subditis violenter extorserint?* ℞. Tunc tale remedium pretium non restituit, quod accepit ab eo, qui exspoliationem fecit, & tamen rem violenter extortam recuperat, de qua exceptione vid. Autor. p. [illegible] in fin. [illegible]

9 *An quoque Actor pretium, quo Tertius possessor Rem comparavit, restituere tenetur?* ℞. Neg.

10 *Cui incumbit horum omnium probatio?* ℞. Affirmanti. Quomodo autem hæc probanda [illegible], vid. *Mascard. de Prob. Concl.* [illegible] *seq.* Bocer Cl. [illegible]

11 *Quid ad restitutionem ex hac secunda causa requiritur?* ℞. Dolus malus, quo Jus alterius læditur, quoque alio Juris Remedio non vindicatur.

12 *Quid atque (1) requiritur ad hanc restitutionem?* ℞. Dolus malus: cum Dolum bonum hic non [illegible], quia per hunc promovemus commodum proprium sine alterius læsione.

13 *Qualis dolus, [illegible] dolo simplicem [illegible]?* ℞. Dolus malus. Exempla habet Aut. p. [illegible] & p. [illegible]

14 *Quotuplex est Dolus malus,* (℞. Est vel *Præsumtus,* vel *Verus*) *& quid est Dolus præsumtus?*

15 *In quibus causis Lata culpa regulariter interpretatur pro Dolo?* ℞. In causis pecuniariis [illegible] *Vid.* Aut. p. [illegible] Exempla habet Autor p. [illegible] in C. p. [illegible] in C. p. [illegible] in O. p. [illegible] in D. unde & ob latam culpam [illegible] *Vid.* Autor p. [illegible] in C. Lata tamen culpa non habetur pro dolo in *infamia irroganda,* vid. Autor p. [illegible] Exemplum habet Autor p. [illegible] in C.

16 *Qualis dolus hic requiritur præsumtus, an verus?* ℞. Verus.

17 *Quotuplex committitur dolus verus,* (℞. Duplex: vel in Genere, vel in Specie) *& quid est dolus verus in Genere?* ℞. Est machinatio alium decipiendi & malignus animus lædendi. Hicque dolus generalis inest omnibus [illegible] vid. Aut. p. [illegible] in C. (Exempla habet Aut. p. [illegible] in C. p. [illegible] in C. p. [illegible] in D. p. [illegible] in D. p. [illegible] in C. p. [illegible] in C. p. [illegible] in C.) [illegible] Vid. Aut. p. [illegible] junct. p. [illegible]

18 *An perinde est, verus dolus sive clam fiat, sive palam, sive in aperto?* ℞. Affir.

19 *Quid vero Dolus verus in Specie est?* ℞. Est fraudulenta machinatio, qua aliud agitur, aliud simulatur, alterum decipiendi gratia. De qua Definitione vid. *Franck.* [illegible] *Gentil. ad* [illegible] *de Commod.* [illegible] *& Bocer Cl.* [illegible] *Disp.* [illegible] *seq.*

20 *Quomodo porro Dolus distinguitur?* ℞. In Dolum ex *Proposito,* & ex *Re.*

† lus in dolum ex * *PROPOSITO*, qui initio & eo tempore, quo negoti- D 1
um fit, adhibetur; *36. de V. O.* & dolum
* *EX RE*, (1283) qui ex postfacto (1284) supervenit. d. 2
36. de V. O. 2. §. 3. 4. 5 & 7. de dol. mal. & metus exc. 1. §. 9. mandat. Bach. comm. h. t. 1. n. 5.

† Dolus in specie dividitur in eum, * qui *CAUSAM* (1285) *DEDIT* E 3
contractui, quo alioquin non contracturus ad contrahendum inducitur,
Borg. lib. 2. Div. 5. atque contractum b. f. ipso jure (1286) reddit nul- 4
lum. *7 pr. h. L. 16. § 1. de minor. Vinn. l. 1. sel. quaest. 12. Borg. d. div. 5. n. 11. propter L. 5. C. de resc. vend.* Idem est in realibus (1287) contractibus 5
b. f. *Riemer de contractibus, lib. 1 c. 6. § 30. n. 10. arg. 7. pr. h.* Deceptus 6
tamen habet electionem, an contractum nullum dicere, an vero contra
adversarium agere (1288) velit. *Riemer. d. §. 30. n. 15. Borg. d. div. 5. num. 51. Carpz. p. 2. c. 34. def. 4. n. 4.* Res quoque ex tali causa a Domino tra- 7
ditae dominium transfertur in (1289) accipientem. *arg. 7. pr. h. junct. 3. C. si advers. lib. L. 10. C. de resc. vend. 3. § 8 de condict. causa dat. arg. 1. 1. ff. & C. de condict. indeb. Bach. h. t. 1. Vinn. d. quaest. 12.*

Contractum stricti juris ipso jure non vitiat, *36. de V. O. Riemer. d. §. 30. n. 19. Borg. d. div. 5 n. 12.* nec actione ex contractu purgatur. (1290) 8
7. §. 3. in f. Vinn. d. quaest. 12. sed re adhuc integra (1291) datur doli exce- 9
ptio: *36. de V. O. 5. C. de inut. stip.* Contractu vero impleto, & deficien-
tibus aliis remediis actio de dolo. (1292) *Vinn. d. quaest. 12. Donell. & Zas. in L. 36. de V. O. Richter dec. 27 n. 13.* & dolum * *INCIDENTEM*, quo sponte e. 10
contrahens in re vel modo contrahendi decipitur. *Borg. d. div. 5. n. 2.*
Hic in stricti juris contractibus purgatur vel exceptione, (1293) vel actio- 11
ne (1294) doli; *36. de V. O. 7 §. 3.* in b. f. contractibus non purgatur que- 12
rela nullitatis, (1295) sed vel actione ex ipso contractu, (1296) *7 pr. & §. 3. l. 9. pr. h. 13. §. 4 & 5. de A. E. V. 2. C. eod.* vel exceptione doli, (1297) quae
b. f. judiciis inest. *21. sol. matr. 84. § 5 de Leg. 1. Vinn. d. quaest. 12. Borg. d. l. n. 3 & 4.*

[2] * Requiritur, ut Jus (1298) dolo decepti laesum sit, *7.* & quidem a. 13
ad duos (1299) aureos: *9. in f. 10.* unde actor exprimere debet, in quo 14. 15
laesus sit. *16.*

[3] * Ut nullum aliud subsit juris remedium: *1. §. 1 & 4. L. 7.* a. 16
§. 1. 2 & 4. h. nam excluditur, etiamsi illud tempore vel actio- 17
ris (1300) culpa finitum (1301) sit, *1. § 6 & 7* aut contra terti-
um (1302) competat; *1. §. 5 & LL. seqq.* dummodo is non sit 18
(1303) inops. *6.* Multo magis excluditur, si remedium juris certum 19
adsit,

1 Quid est Dolus ex Proposito?

2 Quid est Dolus ex Re? Rsp. Qui in ipsa re latitat, h. e. si in ipso negotio, praeter intentionem, [illegible] evidens habet. Exempla [illegible] in var. legibus. Vid. Aut. p. 607. Franck. h. t. n. 3. Struv. Ex. 8. th. 15.

3 Quomodo Dolus in Species dividitur? (Rsp. In eum, qui Causam dedit contractui, & Incidentem) & quid est Dolus, qui Causam dedit contractui?

4 An hic Dolus, qui Causam contractui dedit, contractum bonae fidei reddit ipso jure nullum? Rsp. Affirm. quia dolo ad consentiendum inductus errat in causa consensus, atque sic videtur consensisse sub conditione, si res ita se habeat, quo deficiente, [illegible] contractum B. F. vitiat.

5 An idem quoque est in reliquis contractibus bonae fidei? Rsp. Affir.

6 Quare tamen et hic deceptus electionem habet? Rsp. Habet electionem, utrum contractum nullum ducere, an vero contra adversarium agere velit, & quia ex parte decipientis plenus adest consensus, hunc ad contractum servandum, & damnum resarciendum teneri obligatur.

7 An vero Res, ex tali causa a Domino tradita, dominium transferat in decipientem? Rsp. Affir.

8 An dolus, qui Causam dedit contractui, contractum stricti juris ipso jure vitiat, (Rsp. Neg. quia contractus stricti juris, propter hunc dolum non ipso jure nulli sunt, sed ope exceptionis rescindi [illegible] in §. 1. J. de except. l. 36. ff. de V. O. l. 5. C. de [illegible] Dn. de Lyncker in de mal. h. t. th. 24.) & an hic dolus actione ex contractu purgatur? Rsp. Neg. quia talis actio stricti juris est, quae non comprehendit, nisi de iis, quae in contractu expressa sunt l. 99. ff. de V. O. Struv. Ex. 8. th. 31. vid. tamen Lauterb. Cl. 4. Diss. 6. th. 51. Quod secus est in actionibus B. F. quae dantur ad omne id, quod contrahentes ex aequo & bono sibi invicem praestare tenentur. Vid. Aut. p. 359. [illegible] p. 361.

9 Quaenam ergo Remedia dolo decepto dantur? Rsp. Re adhuc integra, datur doli exceptio; Consummata vero impleto, & deficientibus aliis Remediis, actio de dolo.

10 Quid est Dolus Incidens? Rsp. Quando sponte contrahens in re vel modo contrahendi decipitur: v. g. si ex utriusque voluntate res dividatur, & alter alterum in divisione decepit, vel, si quis deceptus in pretio, qui rem tamen distrahere potuisset.

11 Quomodo hic dolus in contractibus stricti juris purgatur? Rsp. Vel Exceptione, vel Actione doli.

12 Quomodo hic dolus incidens in contractibus B. F. purgatur? Rsp. Is hic non purgatur [illegible]; sed vel actione ex ipso contractu, (veluti actione commodati, si in commodato; actione empti venditi, si in emptione & venditione; actione mandati, si in mandato aliquis ab altero sit circumventus. Lauterb. d. l. n. 3 & 14. Rationem habet Autor p. 359. in verb. cum assumpt. &c. sed & huc pertinere videtur Remedium l. 3. C. commun. utr. jud.) vel Exceptione doli, quae B. F. Judiciis inest.

13 Quid (1) requiritur ad hanc Restitutionem? Rsp. Ut sine dolo deceptus laesus sit.

14 Quanta autem laesio esse debet? Rsp. Ad duos aureos.

15 An & Alter experiundi debet, in quo [illegible] laesus? Rsp. Affir.

16 Quid (3) requiritur ad hanc Restitutionem? Rsp. Ut nullum aliud subsit Juris remedium: quia non solum [illegible] Praetores hanc [illegible], sed & quia haec actio famosa est, quae non temere debuit a Praetore decerni.

17 An itaque cessat Restitutio, si aliud aliud Juris Remedium competat? Rsp. Affir. etiamsi illud aliud Remedium tempore, vel actoris culpa, sublatum sit, aut contra tertium competat.

18 Sed quid, si Tertius [illegible]? Rsp. Tunc datur decepto haec restitutio.

19 An itaque multomagis cessat haec actio de Dolo, si Remedium Juris certum adsit? Rsp. Affir.

1 De

adsit, v. g. interdictum, (1304) restitutio in integrum, (1305) *1. §. 6.* vel 1
exceptio, *1. §. 4.* etiam doli. (1306) *f. Bach. ad Tr. V. 1. D. 11. §. 6. lit. d.*
Cæterum, si probabiliter dubitetur, an aliud competat, datur actio de do- 2
lo. *7. §. 3.* Item si actio concurrens æque sit famosa, (1307) *arg. 1. §. 4.* 3
ff. 1. C. h. 59. §. 1. mandat. Bach. d. §. 6. lit. e. aut criminalis. (1308) *9. §. 2.* 4
vid. Bach. comm. h. c. 4.

* Hæc tria copulative, & causæ cognitio requiritur. *1. §. 1.* a. 5

D *ACTIO* de dolo est prætoria, *1. pr.* personalis, [ex delicto] *14. h. §. 31.* 6
I. de act. arbitraria, *§. 31. I. de act. 18. pr. h.* rei persecutoria, *1. pr. 17. pr. 18.*
pr. famosa, *1. §. 4. h. L. 1. de his, qui not. infam.* & subsidiaria, *1. §. 1 & 4.* quæ
datur dolo deceptis, *1. pr.* & heredibus, *13. pr.* adversus decipientes, ad
damni illati restitutionem.

P Datur contra decipientes, etiam pubertati proximos, *13. §. 1.* Tuto- 7
res & procuratores; *15. §. 2.* unde in libello designari debet, cujus dolo
factum sit: *15. §. f.* Plures in solidum tenentur singuli; unius tamen 8
præstatio liberat reliquos. *17. pr.* Contra heredes datur sub qualitate a- 9
ctionis in factum, (1309) quatenus ad illos aliquid pervenit. *13. pr. 17. §. 1.*
26. 27. 28. 29. Eodem modo datur adversus illos, quorum negotia gessit, 10
qui dolum fecit. *15. pr. vid. Bach. h. c. 3. n. 1. p. 1030.* Ob administratoris 11
dolum eodem modo datur etiam contra dominum. *15. §. 1.* municipes.
(1310) *15. §. 1. Bach. d. l.* *NON* datur hæc actio liberis & libertis contra pa- 12
rentes & patronos; neque personis vilibus contra excellentes; sed datur 13
(1311) in factum actio, detracta mentione doli. *11. §. 1. 12. Bach. in comm.* 14
h. c. 4. n. 1. p. 1035. L. 4. §. 16. de dol. mal. exc.

O Petitur res cum omni causa, *22. 35. de V. S.* vel si ad arbitrium judicis 15
non præstetur, actor interesse (1312) juramento in litem æstimat. *18. pr.* 16
Si res casu perierit, statim reus ad interesse condemnatur; *18. §. 1. Fr. h.* 17
num. 8. quod etiam observatur in (1313) casu *L. 18. §. 4.* 18

P Ne aliis actionibus deficientibus dolosis malitia sit lucrosa, deceptis 19
vero simplicitas damnosa. *1. pr. vid. Bach. h. t. c. 1. num. 1.*

O Hæc actio etiam in judicium deducta (1314) Jure civ. continuo bien- 20
nio præscribitur: *L. f. C. vid. Mynf. cent. 1. obs. 51.* actio vero in factum 21
contra reum, & ejus heredes, quatenus locupletiores, est perpetua *1.*
28. 29. quod etiam de doli exceptione dicitur *in L. 5. in f. de dol. mal. & met. exc.* (1315)

DE

1 *Da Exempla horum Remediorum Juris ordinarii?* ℞. E. g. si adsit Interdictum, Restitutio in integrum, vel Exceptio, etiam *Doli exceptio*.

2 *Sed quid, si probabiliter dubitetur, an aliud Remedium competat?* ℞. Tunc datur Actio de dolo.

3 *An idem quoque obtinet, si actio concurrens aeque sit famosa?* ℞. Affir.

4 *An item, si concurrens actio sit criminalis?* ℞. Affir. quia haec criminalis gravior est ipsa actione doli civili.

5 *Num haec tria copulative requiruntur,* (℞. Affir. quia, si *plura* requisita ad essentiam alicujus Remedii exiguntur, & unum eorum deficit, ipsum Remedium deficit) *& an causae cognitio insuper requiritur?* ℞. Affir. Actio enim doli, cum sit famosa, non, nisi cum causae cognitione danda est. Struvch. *Diss. 17. Aph. 16.* Harsolt. *de Action. P. 1. Act. 21. n. 5.*

6 *Quid est Actio de Dolo?* ℞. Est Praetoria, personalis &c.

7 *Contra quos haec Actio de dolo datur?* ℞. Contra decipientes, etiam pubertati proximos, Tutores & Procuratores. Unde in Libello designari debet, cujus dolo factum sit.

8 *Quid, si plures dolum admiserint?* ℞. Si plures dolum admiserint, singuli tenentur in solidum: unius tamen praestatio liberat reliquos.

9 *Sub qua qualitate haec Actio datur contra heredes?* ℞. Sub qualitate actionis in *factum*, quatenus ad illos aliquid pervenit.

10 *Num etiam haec Actio sub qualitate actionis* in factum *datur adversus illos, quorum negotia gessit, qui dolum fecit?* ℞. Affir. quia enim hi, ut & heredes in *Quaest. praec.* dolum non admiserunt, sed tantum, ob alterius factum, ex quo illi locupletiores facti, conveniuntur: hinc quoque Actio doli famosa contra eos locum habere non potest, sed in ejus locum Actio in *factum* substituitur.

11 *An quoque, ob Administratoris dolum, haec Actio sub qualitate Actionis* in factum *datur contra Dominum & Municipes?* ℞. Affir. quatenus scil. ad eos quid pervenit ex dolo eorum, qui res eorum administrant: nam iniquum esset, alterius quocunque ex alieno delicto obligari. Struv. *Ex. 8. th. 59.* Harsolt. *d. l. n. 12.*

12 *An datur haec Actio* (doli) *liberis & libertis, contra parentes & patronos?* ℞. Neg. ne reverentia his personis debita laedatur: id quod etiam de *Exceptione doli traditur Ant. p. 617. in f. add.* Pac. *Cent. 1. q. 81.*

13 *An nec personis vilibus contra excellentes haec Actio doli datur?* ℞. Non datur, ne scil. existimationis diminutio cujusvis infimae sortis hominis arbitrio exponatur. Hinc prodigus contra alios probatae fidei; plebejus contra viros in dignitate constitutos haec Actio doli non datur. Brunnem. *ad l. 11. ff. h. t.*

14 *Quaenam ergo Actio his personis datur?* ℞. Actio in factum, detracta mentione doli.

15 *Quomodo lis hac Actione* (doli) *petitur?* ℞. Cum omni causa: quia Reus in mala fide est constitutus.

16 *Sed quid, si ad arbitrium Judicis non praestetur?* ℞. Tunc Actor interesse Juramento in litem aestimat: quia Actio doli est arbitraria personalis.

17 *Quid vero, si res casu perierit?* ℞. Tum Reus saltem ad interesse condemnatur: quia hoc casu res, ad jussum Judicis, restitui non potest.

18 *An hoc etiam observatur in casu L. 18. §. 4. h. t.?* ℞. Affir.

19 *Cur haec Actio doli est inventa?*

20 *Quo temporis spatio Actio doli praescribitur?* ℞. *Biennio continuo*; scil. a die admissi doli computando. neque enim, ut quidam volunt, *L. f. C. h. t. per l. ult. C. de temp. in integr. restit.* est mutata. Lauterb. *Diss. de Variat. temp. cap. 3. art. 7. de Anno §. 1.*

21 *Quamdiu vero Actio in factum durat?* ℞. Est perpetua.

DE MINORIBUS XXV ANN. IV. 4.

TErtia causa restitutionis est, si aliquid gestum, quo vel propter facilitatem minoris, vel propter adversarii malitiam (1316) Jus minoris 1
R læsum est. Requiritur igitur

*[1] ut aliquid gestum, *1. §. 1. 7. §. 1.* vel non (1317) gestum. *p. C. arg. A* 2
§. ult. L. de V. O.

*[2] Ut læsus sit minor, *1. §. 1.* h. e. qui annum XXV nondum excessit, *3. §. 1* [tempore naturaliter (1318) computato, *3. §. 3. vid. Fr. h. n. 4.*] sive sit (1319) impubes, *p. h. 2. 3 § C. si Tut. vel Curat. interven.* sive in utero (1320) exsistat, *45.* masculus & fœmina; *pr. J. de Curat.* modo veniam ætatis non (1321) impetraverit, *1. C. de his, qui ven. ætat. vid. Limn. de J. publ. libr. 3 c. 9. n. 199.* quæ Jure civili masculis XX annis, fœminis XVIII annis majoribus conceditur, (1322) *2 pr. & §. 1. C. d. t. vid. Limn. d. l. Gronew. ad d. l. 2* ita, ut bona sua, excepta (1323) immobilium alienatione, *2. § 1. L. 3. C. d. tit.* valide administrare possint, nec eorum nomine (1324) restituantur: *d. l. 1. Mandosi de ætat. minor. c. 5 n. 26.* nam hi hactenus habentur pro majoribus, adeoque non (1325) restituuntur; *3. §. 4. vers. prætor* regulariter autem majorum appellatione non continentur. *L. 5 C. de his, qui ven. ætat. vid. 38 pr. L. 5 C. si adv. vend. pign. Barb. h. c. 3. num. 5.* Nec locum habet hæc restitutio, licet cum minore negotium cœptum, citra dolum adversarii cum majore finitum (1326) sit. *3. §. 1. h. 1. C. si advers. rem judic.* Pro minoribus etiam non habentur Electores, completo (1327) XVIII ætatis anno, *c. 7. Aur. Bull. Arumæus ad A. B. discs. 4. quæst. 14 & 15. Mev. in ad Jus Lubec. p. 1. tit. 7. art. 6. num. 6.* & omnes, quorum minor ætas hoc anno terminatur secundum statuta, *vid. Stat. Hamb. lib. 1. tit. 9. art. 1. Mev. d. art. 6. num. 5.* Jus Saxon. perfectam ætatem post XXI annum (1328) constituit. *Carpz. p. 2. c. 11. def. 9.* Igitur neque hi (1329) restituuntur. *Mev. d. art. 6. num. 15.* Si minor quidem gessit, sed major (1330) exinde læsus, idem non restituitur; *15.* quod tamen secus est, si minor negotia (1331) gessit. *24.* Illud nihil refert, ipsi minores, an illorum nomine tutores, vel procuratores aliquid gesserint, ex quo minores lædantur. *47 pr. 3 § C. si tut. vel curat. interv. 4. C. Si advers. rem judic. vid. tamen (1332) L. 13. § ult. C. de judic.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

*[3] Requiritur læsio, *5 C. h. t. vid. 16. pr. 11 h. 3 C. de in integr. restit. 2. C. de præd. min. 4. C. in quib. caus. in integr. rest. necess. non est.* v. g. rei amissio, &c. *44. h. t. 7. §. 6.* Quantitatem judex cognoscit. *arg. L. 1. §. 1. de jure delib.* Enormis non (1333) requiritur. *arg. 1. vid. Barb. h. c. 2. n. 1.* 17. 18. 19.

*[4] Quæ

1 *Quæ est tertia causa restitutionis?*

2 *Quid igitur (1) requiritur?* Rsp. Ut aliquid gestum sit, vel non gestum: vocabulo autem *gesti* intelliguntur Actus inter vivos, qui ad patrimonium augendum, conservandum & minuendum respiciunt, tam *Judiciales*, quam *Extrajudiciales*. Exempla habet Bocer. *Cl. 6. Disp. 10. th. 45 seqq.* Non gestum autem idem est ac neglectum, v. g. hereditas vel appellatio omissa. Plura exempla habet Bocer. *Cl. 6. Disp. 10. th. 46. seqq.* & Struvch. *Disp. 17. Aph. 19.* Autor autem ex tit. §. ult. J. de V. O. *argumentatur a pari ratione*: vel etiam in supplemento per *factum* intelligitur quoque non *factum*, sive ne aliquid fiat; ut probabile est, etiam hic intelligi non *gestum*, seu neglectum. Frantzk. *h. t. n. 5.*

3 *Quid (2) requiritur?* Rsp. Ut læsus sit Minor.

4 *Quis pro Minore hic habetur?* Rsp. Qui annum XXV nondum excessit, *(tempore naturaliter computato,)* sive sit impubes, sive in utero existat, masculus & fœmina, modo veniam ætatis non impetraverit.

5 *Quibus Minoribus venia ætatis conceditur?* Rsp. Jure *Civili* masculis XX annis, fœminis vero XIIX annis majoribus, quæ ætas in Jure Civili *plena pubertas* appellatur, §. 4. J. *de Adopt.*

6 *Quid postea possunt illi, quibus venia ætatis concessa est?* Rsp. Possunt bona sua valide administrare, excepta *immobilium* alienatione; sub qua etiam comprehenditur hypothecæ constitutio. Lauterb. *Disp. de benef. rest. th. 17.* Bocer. *d. l. th. 75.*

7 *An nomine horum in integrum restituuntur?* Rsp. Neg. nam hactenus habentur pro Majoribus, adeoque non restituuntur.

8 *Annon vero illi, quibus venia ætatis concessa, regulariter Majorum appellatione continentur?* Rsp. Neg.

9 *An tamen locum habet hæc restitutio, si cum Minore negotium captum, citra dolum adversarii, cum Major factus sit?* Rsp. Neg.

10 *Quo anno Electores non habentur pro Minoribus?* Rsp. Anno XVIII ætatis completo.

11 *An etiam alii, quorum minor ætas hoc anno terminatur, secundum Statuta, pro Majoribus sunt habendi?* Rsp. Affir. quia hoc ex arbitrio Legislatoris dependet, qui circa Civilia pro lubitu disponere potest: hinc Statuta Hamburgensia, & Mediolanensia anno XIIX minorennitatem terminant. Lauterb. *Disp. ad Jus Statut. Hamburg. th. 9.*

12 *Post quemnam ætatis annum* Jus Saxonicum *perfectam ætatem constituit?* Rsp. Post annum XXI.

13 *An igitur nec hi in integrum restituuntur?* Rsp. Non restituuntur.

14 *An, si Minor (ex mandato scil. tanquam Procurator) quædam negotia gessit, sed exinde Major læsus, Minor illi restituitur?* Rsp. Neg. quia major sibi imputet, quod minori sua negotia mandaverit.

15 *Sed quid, si Minor negotia Majoris absque mandato gessit?* Rsp. Tunc Minor restituitur.

16 *An tamen, ratione restitutionis Minorum, refert, ipsi Minores, an illorum nomine, Tutores vel Procuratores aliquid gesserint, ex quo Minores lædantur?* Rsp. Nihil refert: sufficit enim minorem læsum esse, atque eo omne damnum redundare; Struv. *Ex. 5. th. 46.* læsi tamen, adhuc tutore, electionem habent, an contra tutorem agere, an restitutionem petere velint. *Vid. Aut. p. 469.*

17 *Quid (3) requiritur ad restitutionem Minorum?* Rsp. Læsio, (v. g. Rei omissio) & quidem læsio *facti*: in facto enim, si solum læsus sit Minor, restitutione non indiget, cum suam rem vindicare possit. tit. *l. 16. pr.* Proinde, si Minor, sine tutoris auctoritate, rem suam alienaverit, tunc hæc alienatio *ipso jure* nulla est. tit. *l. 3. C. de in integr. rest. min.*

18 *Quis vero de quantitate læsionis cognoscit?* Rsp. Judex.

19 *An tamen læsio enormis requiritur?* Rsp. Neg.

* [4] Quæ contigit ætatis facilitate, vel (1334) adversarii malitia: *1. 2.* 1
pr. 11. §. 4. L. 17. 24. §. 1. L. 44. in f. π & L. 5 C. nam alioquin su- 2
perveniens læsio (1335) non parit restitutionem, *11. §. 4 & 5* Hinc
minor non restituitur; nisi præsente (1336) adversario, *13. pr. in f.* 3
pr. *19. §. 2.* & diligenter causa cognoscatur *11. §. 3. L. 44.* Restitutio- 4
nem (1337) petens probat ætatem, *9. C. de prob. 4. C. 39. pr. Mandos.*
d. tr. quæst. 1. vid. Mascard. de prob. V. 3. concl. 1063. Carpzov. p. 1. const.
16. def. 49. n. 2 & 3. Barbos. V. 1. D. n § 8 lit. F, & læsionem (1338)
5 C. h. 9. §. 4. de Jurejur. 19. de probat. Carpzov. p. 1. Const. 26. d. 23.
Q Petitur hæc restitutio tantum extraordinaria (1339) persecutione. *24.* 5
§. 5. vid. 13. §. 5.
C Concedit Prætor ob causas supra explicatas 6
S Minoribus ex dictis causis, *3. § 4.* [Effectus hujus privilegii tamen 7. 8
etiam ad majores (1340) heredes transmittitur, *18. §. 5. L. 19. h. un. C. si*
advers. dat. Carpz. lib. 2. Rt. 29. n. 13.] Patribusfamil. & filiisfamilias; *3. §.*
4. modo horum (1341) intersit *3. §. 4 & 10.* Patri ex negotio filii con- 9
vento non (1342) datur hæc restitutio; *3. §. 4 vers. si igitur, &c.* nisi tan- 10
quam successor filii, *3. §. 9.* vel tanquam defensor ejus conveniatur, &
filii nomine (1343) restitutionem petat. *27. pr.* Datur, etiamsi sit juris 11
Doctor; (1344) *arg. 1. in f. h. 1. C. qui & adv. quos.* nisi ignorantia juris 12
lapsus *arg. 2. §. 43. de O. J. arg. L. 30. C. de transact. Vinn. lib. 1. Select.*
quæst. 13. Quintil. Mandos. tr. de minor. ætat. quæst. 6. num. 2. Bocer. cl. 6. D.
10. § 40. Stracha de mercat. p. 3. num. 16. & seqq. Etiam fidejussor habet 13
hoc remedium, si dolo adversarii fuerit læsus minor: *2. C. de fide-*
juss. min. 7. §. 1. de except. sin vero minor facilitate lapsus, fidejussori re- 14
gulariter non (1345) succurritur; sed minor etiam contra fidejussorem
(1346) restituitur in integrum; *13. pr. h. 1 & 2. C. de fidejuss. min.* nisi credi-
tori, qui cum minore contraxit, salva sit actio contra tertium, *51. de pro-* 15
curat. 2. §. 1. de adm. & peric. tut. Struv. h. t. 60. aut minor per restitutio- 16
nem exuat illam qualitatem, cujus ratione fuerat obligatus, cujus-
que intuitu fidejussorem (1347) dedit, *51. de procurat. d. l. 2 §. 1. L.*
89. de A. vel O. H. Vinn. lib. 1. select. quæst. 11. in f. aut fidejussor ipsi 17
minori succedat: quamvis hoc in casu potius ut heres minoris utatur
hoc remedio. *93. §. 2. 95. §. 3. de solut.* Socio minoris non prodest; 18
L. un. C. si in communi, &c. nisi causa sit connexa & (1348) individua. *10. π.* 19
quemadmod. serv. amitt. Carpz. lib. 2. Rt. 98. num. 2. & seqq. & part. 1. const.
26. def. 17. h. 2. Berlich. p. 2. decis. 180.

Re-

1 *Quid (a) ad hanc restitutionem Minorum requiritur?* Rsp. Læsio, quæ contingit minoris facilitate, vel adversarii malitia: quæ duo tamen non copulative, sed disjunctive requiruntur; quia lex in læsione minoris non semper requirit dolum adversarii. [illegible] l. 5 C.

2 *An ergo superveniens læsio non parit restitutionem?* Rsp. Non parit, e. g. si equus a minore emptus moriatur: nam hic minor neque errore suo lapsus, neque venditoris dolo læsus est.

3 *Quando igitur Minor restituitur?* Rsp. Aliter non restituitur, nisi præsente adversario, & causa diligenter cognoscatur: quia non facile, altera parte non audita, in præjudicium ipsius, quid in Judicio fieri debet.

4 *Quid restitutionem petens probare debet?* Rsp. Ætatem & Læsionem: quamvis utraque in facto consistat, ea vero, quæ in facto consistunt, ab allegante sunt probanda.

5 *Quomodo hæc restitutio petitur?* Rsp. Tantum extraordinaria persecutione, h. e. imploratione officii Judicis, vid. Ant. pag. 71 [illegible] pag. 311 in O. cum quæ tamen alia quoque Remedia concurrunt. Vid. l. 1 [illegible] & fin. C. si tut. vel curat. interv. add. [illegible] hic communiter excipitur in casu, si quis rem a minore emptam primo emerit, eamque iterum tertio vendiderit: tum enim, si pretium emtor solvendo non sit, vel tertius mala fide emerit, minori conceditur actio vindicatio. *Vid. Ant. p.* [illegible] *in P.*

6 *Quis concedit hanc restitutionem, (ut Prætor) & quas ob causas eam Prætor concedit?* Rsp. Ob causas supra explicatas, nempe, si aliquid gestum, quo vel propter facilitatem Minoris, vel propter adversarii malitiam, Jus Minoris læsum.

7 *Quibus conceditur hæc restitutio?* Rsp. Minoribus, *ex dicta causa*, Patribusfamilias & Filiisfamilias, modo horum intersit.

8 *An effectus hujus privilegii etiam ad Minoris heredes transmittitur?* Rsp. Affir.

9 *An Patri, ex negotio filii contracto, hæc restitutio datur?* Rsp. Neg.

10 *Sed annon tamen casu aliquando Patri restitutio conceditur?* Rsp. Affir. si nempe contractum [illegible] filii, vel [illegible], & Pater filio nomine restitutionem petere.

11 *An hæc restitutio Minori datur, etiamsi sit Juris Doctor?* Rsp. Affir.

12 *Sed quid, si Minor, Juris Doctor, [illegible] Juris lapsus sit?* Rsp. Tunc non restituitur. Jura enim ignorare turpe est Doctori. Struv. Ex. 9 th. 17 Brunnem. ad l. [illegible] Idem est dicendum de Minore mercatore, qui in album mercatorum publice receptus. Lauterb. *Diss. de Jure* [illegible] th. 46.

13 *An etiam fidejussor hoc Remedium restitutionis habet, si dolo adversarii læsus fuerit Minor?* Rsp. Affir.

14 *Quid vero, si Minor facilitate lapsus, an tunc fidejussori succurritur?* Rsp. Regulariter ipsi non succurritur, sed minor etiam contra fidejussorem in integrum restituitur.

15 *Sed quid, si creditor, qui cum Minore contraxit, salva sit actio contra [illegible]?* Rsp. Tunc [illegible] fidejussori succurrendum: quia, sicut æquum est, Creditorem in damno non hærere, ita eadem æquitas vult, ut fidejussori succurratur, si Creditoris [illegible]. Casus autem in Minore, [illegible] continetur in [illegible] l. 51. [illegible] de Procurat.

16 *An quoque fidejussori succurritur, si Minor per restitutionem [illegible], cujus nomine fuerat obligatus, [illegible]?* Rsp. Sublato principali, cujus nomine fidejussor se obligavit, ipsa fidejussio perit.

17 *Num etiam fidejussori succurritur, si ipse Minor [illegible]?* Rsp. Affir. quoniam hoc in casu fidejussor potius ut heres Minoris utitur hoc Remedio.

18 *An restitutio Minoris etiam fisco prodest?* Rsp. Neg. quia restitutio minorum est privilegium personale, quod Majoribus non datur. Carpz. *in Proc. tit.* 19. *art.* 2. *n.* 16. *seqq.*

19 *An tamen fisco prodest, si causa sit connexa & individua?* Rsp. Affir.

P Regulariter datur adversus illos, cum quibus negotium gestum est, 1
13. §. 1. & heredes; *L. 7. C. 14.* sed non contra tertium (1349) possessorem; 2
13. §. 1. L. 14. nisi mala f. (1350) possideat, *13. §. 5. arg. 14.* aut, si b. f. possideat, 3
minor alio modo tutus (1351) esse non possit, *13. §. 1. L. 14.* aut alias interfit rem potius, (1352) quam pretium habere. *9. pr. vid. 35.* Concedititur 4
his casibus vel cognitio prætoria, vel rescissa alienatione, in rem (1353)
judicium. *13. §. 1.* Contra patrum gesta liberis non (1354) datur, *L. 5. C.* 5
qui & adv. quos ibi Perez. n. 3 & 7. 1. Nov. 155. cap. 1. nec contra minorem; 6
11. §. 6. nisi ipse certet de damno vitando, alter de lucro (1355) captando.
34. pr. Contra SCtum Macedonianum restituitur (1356) minor, 7
11. §. 5. sed non contra Vellejanum, (1357) si principalis debitor solvendo 8
sit; sin minus, restituitur *12.*

O Objectum (1358) sunt Minorum negotia (1359) valida, *16. pr.* quibus 9
illorum Jus læsum, *1. §. 1. 7. pr.* Judicialia, *7. §. 4. §. 9. & 5. L. 16. §. 5. L.*
31. h. 4. & 1. tit. C. si advers. rem judicat. Barb. h. c. 6. n. 1 & 2. & Extrajudicialia, licet tutoris auctoritas & judicis decretum (1360) intervenerit, 10
11. C. de præd. min. aut pignora ex causa debiti fuerint (1361) distracta, *9. pr.*
9. h. L. 1. C. si advers. vend. pign. & plus licitanti addicta. *7. §. 8.* his tamen
casibus parcius indulgetur: *dd. LL. Barb. h. c. 9. n. 2.* Transactio, Divisio,
1. 1. C. si advers. transact. Donatio, Dos, (1362) *L. un. C. si advers. dot. 1. C.* 11
si advers. donat. Mutuum. *1. C. si advers. Credit.* Solutio, (1363) *7. §. 2. h. t.* 12
C. si adv. solut. vid. 2. C. eodem. Barb. ad Tit. V. 1. D. n. 6. n. L. 1. A. Hereditatis (1364) aditio, *7. §. 5. h. L. 1 & 2. C. si min. ab hered.* & Repudiatio, (1365)
1. 2. C. si ut omiss. hered. vel. bon. poss. vid. 24. §. 2. h. 5. C. de repud. hered. adeo,
ut contra repudiatam restitutus, iterum (1366) audiatur adversus aditionem. 13
7. §. 9. Barb. h. c. 4. in f. NON autem datur contra venditionem bonorum 14
sub hasta, propter debita (1367) fiscalia, *5. C. de fid. & Jur. hast.*
Berlich. p. 1. dec. 113. Bocer. cl. 6. D. 10. § 63. contra solutionem minori ex 15
Decreto (1368) judicis factam, *25. C. de adm. tut. § 5. I. quib. alien. lic. 7.*
§. 2. Carpz. p. 2. c. 11. d. 46. Barb. d. § n. hic D. Libertatem, (1369) *L. 31. h.* 16
t. tit. C. si advers. libert. Venditionem sui (1370) ipsius, *9. § 4.* Matrimonium, 17.18
(1371) Omissum injuriarum (1372) judicium, *37. pr.* Delictum dolosum 19
9. §. 1 & 5. L. 37. § 1. h. l. 1. C. si advers. delict. arg. 48. §. 1. de R. N.
Unde nec contra veram (1373) contumaciam; *Barb. h. c. 14.* quod secus est 20
in quasi (1374) contumacia, *8.* & in delictis (1375) culposis. *2. C. si advers.*
delict. 9. § 5. h. 1. C. in quib. caus. in integr. rest. necess. non. In veris delictis 21
contra confessionem minoris temerariam admittitur restitutio, *arg. 6.*
§. 5. de Confess. Barb. d. cap. 14. Perez. in C. si advers. delict.
& inter-

1 *Adversus quos datur hæc restitutio?* Rsp. Regulariter adversus illos, cum quibus negotium gestum est, & contra heredes: quia hæc restitutio est Remedium rei persecutorium, qualia Remedia ad heredes tam Actoris, quam Rei transeunt.

2 *An etiam regulariter datur contra tertium possessorem?* Rsp. Neg. hæc enim non est *Actio in rem scripta*, sicuti Actio *Quod metus causa*.

3 *Quot vero casibus adversus tertium hæc restitutio datur?* Rsp. Tribus: (1) si Tertius mala fide possideat, (2) si bona fide quidem possideat, Minor tamen alio modo tutus esse non possit, & (3) illius intersit, rem potius, quam pretium habere.

4 *Quænam Remedia hisce tribus casibus conceduntur?* Rsp. Vel cognitio Prætoria, vel rescissa alienatione, Judicium in Rem.

5 *An contra Patrum gesta liberis datur restitutio?* Rsp. Neg.

6 *An tamen contra ipsos Minorem datur?* Rsp. Neg. nisi ipse certet de damno vitando, alter vero, de lucro captando. *Pac. Cent. 1. q. 57. & Aut. p. 148.*

7 *An contra SCtum Macedon. Minor restituitur?* Rsp. Affir.

8 *Num etiam contra SCtum Vellejanum?* Rsp. Neg. si principalis debitor solvendo sit; sin minus omnino restituitur minor.

9 *Quodnam est Objectum restitutionis in integrum, ob causam ætatis?* Rsp. Minorum negotia valida, quibus illorum Jus læsum, & quidem negotia *Judicialia & Extrajudicialia*, ut: Transactio, Divisio, Donatio, Dos, Mutuum, Solutio, Hereditatis aditio & repudiatio.

10 *An datur hæc restitutio, licet tutoris auctoritas & Judicis decretum intervenerit, aut pignora, ex causa debiti, (scil. privati) fuerint distracta, & plus licitanti addicta?* Rsp. Affir. Hisce tamen casibus parcius indulgetur hæc restitutio, & non, nisi exactissime causa cognita. *Struv. Ex. 8. th. 46.* nam non temere est rescindendum, quod autore Judice gestum.

11 *An quoque Fœmina minor restituitur contra Dotem?* Rsp. Affir.

12 *An & Minor contra Mutuum restituitur?* Rsp. Affir. v. g. si mutua accepta pecunia minor ostendat, se citra necessitatem rei familiaris eam accepisse, nihilque ea comparasse. *Struv. Ex. 8. th. 48.*

13 *Num Minor, contra repudiatam hereditatem restitutus, iterum auditur adversus aditionem?* Rsp. Affir.

14 *An tamen hæc restitutio datur Minori contra venditionem bonorum sub hasta, propter debita fiscalia?* Rsp. Neg.

15 *Num hæc restitutio datur contra solutionem Minori ex Decreto Judicis factam?* Rsp. Neg.

16 *An quoque hæc restitutio contra libertatem conceditur?* Rsp. Neg. quia libertas rei maxime favorabilis est, & hinc semel data, non retractanda. *l. 6. ff. qui & ex qu. caus. l. 9. §. 5. ff. de donat.* & *l. 48. §. 1. h. t.* Gratial. *ad c. 5. h. de in integ. rest. n. 10.* nisi minor ex magna causa hoc a Principe impetraverit. *l. 10. ff. h. t.*

17 *An & restitutio datur contra venditionem sui ipsius?* Rsp. Neg.

18 *An contra Matrimonium & omissum injuriarum Judicium?* Rsp. Neg.

19 *Num Minori contra delictum dolosum restitutio datur?* Rsp. Neg. sive verum sit delictum, sive in contractum incidens, *cit. l. 9. §. 2.* sive committendo, sive omittendo: *d. l. 9. §. 5.* quia Jura damnum passis, non delinquentibus subveniunt, & frustra legem invocat, qui contra eam delinquit.

20 *An Minor contra contumaciam restituitur?* Rsp. Contra veram contumaciam restitutio non datur, bene tamen contra *quasi* contumaciam, & contra delicta *culposa*. quia in vera contumacia dolus adest; in quasi contumacia vero & delictis culposis deficit dolus.

21 *An in variis delictis contra confessionem Minoris temerariam admittitur restitutio?* Rsp. Affir.

1. *Num*

& interdum propter minorem ætatem pœna quoque (1376) mitigatur. 1
37. §. 1. vid. Carpz. Pr. Crim. p. 3. quæst. 143.

E Impetrata restitutione minor omnia recipit, *27. §. 1.* & quatenus 2
locupletior factus, restituit. *7. §. 5. 24. §. 4. 40. §. 1. 47. §. 1. h. L. un. C. de
repet. quæ fiunt in judic. in integr. rest. vid. omnino Bach. h. c. 13.*

O Contraria sunt huic restitutioni [1] Dolus minoris, *9. §. 2. 37. §. 1.* 3
e. g. Si se majorem dolo dicat; *2. 3. C. si. min. se maj. dix.* secus est, si per 4
errorem hoc dicat, *1. 3. C. d. tit.* nisi per juramentum (1377) hoc affir- 5
met; tum enim instrumentis (1378) contrarium probandum est, ut re-
stituatur; plane, si corporale (1379) fuit juramentum, omnino non 6
(1380) restituitur. *3. C. d. tit.* Dolus adversarii concurrens hunc tollit 7
& (1381) compensat. *arg. 36. de dol. 3. vers. quod si. C. si. minor se major. Fr. h.
n. 1. Gail lib. 2. O. 65* [2] Decretum magistratus, quo minor major
fuit declaratus. *31. Bach. h. c. 14.* [3] Ratihabitio a majore, *1. 2. C. si maj.
fact. ratih.* facta verbis vel factis, *3. §. 1.* quæ necessario (1382) inferant
approbationem. *3. §. 2.* [4] Juramentum minoris corporale a pubere
(1383) præstitum, *Aut. Sacramenta. C. si advers. vend. vid. Bach. h. c. 14. fere
in fin. Vinn. lib. 1. quæst. 19. Groenew. ad d. tit. si advers. vend.* [5] Aliud
æque commodum (1384) remedium. *16. pr. vid. 3. C. si tut. vel Curat. inter-
ven. 13. §. f. C. de judic.* [6] Præscriptio quadriennii (1385) currentis a 8
tempore, quo quis major factus, vel ordinario jure, vel etiam ex (1386)
dispensatione: *L. f. C. de temp. in integr. rest.* ita tamen, ut posteriori in
casu ante 25 ann. non (1387) finiatur. *L. 5. C. de temp. in integr. rest.*
[7] Semel denegata ex eadem causa non (1388) conceditur. *1. & 2. C.
si sæp. in integr. rest. pet.*

SS Exemplo minorum (1389) restituuntur Ecclesiæ, & alia pia loca, 9
c. 1. 2. 3. & 7. X. de restit. in integr. Tiraquell. de privil. piar. Caus. priv. 183.
Respublicæ, *4. C. quibus ex caus. maj. 3. C. de Jur. Reipubl. 9. de appellat.
Bach. ad Tr. V. 1. D. 11. Th. 2. lit. H.* & reliquæ universitates. *¶¶. Berlich. p.
1. decis. 306.* His quadriennium currit ex tempore (1390) læsionis, nec 10
postea audiuntur, nisi ob probabilem (1391) causam. *c. 1. & 2. de rest. in* 11. 12
*integr. in 6. Clement. t. eodem. vid. Carpz. lib. 2. R. 96. Berlich. p. 1. decis. 218.
Richter. p. 2. decis. 71. num. 13.*

DE CAPITE MINUTIS. IV. 5.

D QUarta causa restitutionis est capitis deminutio, quæ in ge- 13
nere est prioris status mutatio; cujus tria sunt genera: 14
Ma-

1 *Num interdum, propter minorem aetatem, poena quoque mitigatur?* ℞. Affir.

2 *In quonam consistit Effectus hujus restitutionis impetratae?* ℞. Impetrata restitutione Minor omnia recipit, & quatenus locupletior factus, restituit. Sic minor restitutus adversus emtionem, recipit pretium cum usuris, & fundum restituit cum fructibus. Boc. *Cl. 6. Diss. 10. th. 94. sq.* ubi plura exempla. Restitutione enim concessa, omnia in pristinum statum sunt reducenda.

3 *Quaenam huic restitutioni sunt contraria?* ℞. (1) Dolus minoris; (2) Decretum Magistratus, quo minor major fuit declaratus: nemo enim decipi debet, qui fidem habuit privilegio; (3) Ratihabitio a majore facta verbis vel factis, quae necessario inferunt approbationem; (4) Juramentum minoris *corporale* a pubere praestitum; (5) Aliud aeque commodum Remedium; (6) Praescriptio quadriennii, currentis a tempore, quo quis major factus, vel ordinario Jure, vel etiam ex dispensatione; (7) Semel denegata restitutio ex eadem causa non conceditur.

4 *An ergo denegatur restitutio ex causa aetatis, si Minor se majorem dixerit?* ℞. Affir. *si dolo malo*, ad decipiendum Adversarium, se Majorem dixerit; secus si per *errorem*: quia judicii imbecillitas, non calliditas minoris, auxilium meretur. Boecl. *Cl. 6. Diss. 10. th. 54. seq.*

5 *Sed quid, si Minor per juramentum (scil. ipsi Instrumento, seu Obligationi insertum) hoc affirmet?* ℞. Tunc a Minore *Instrumentis*, non testibus contrarium probandum est, ut restituatur: quia in testibus subest metus subornationis. Brunnem. *ad l. 3. C. si min. se maj.*

6 *Sed quid, si juramentum* corporale *intervenerit?* ℞. Tunc Minor *plane* non restituitur.

7 *Sed quid, si dolus adversarii concurrat?* ℞. Hoc casu restituitur Minor. Dolus enim concurrens Adversarii hunc, *nempe dolum Minoris*, tollit & compensat Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 31. arg. tit. l. 36. ff. de dol. deficiente a generalitate textus*, in quo minor non excipitur, vid. Aut. *p. 174.* Sicque hoc casu adhuc recte restitutionem petit, ne scil. adversario proprius dolus prosit.

8 *Quando praescriptio quadriennii, intra quod Minor, major factus, petere potest restitutionem, est computanda, si ex dispensatione major factus?* ℞. Ita, ut ante XXV aetatis annum non finiatur.

9 *Quinam*, exemplo Minorum, *in integrum restituuntur?* ℞. Ecclesiae, & alia pia loca; item Respublicae & reliquae *Universitates*; quae hae non minus, ac Respubl. Romana, per suos administratores laedi possunt. Lauterb. *Diss. de Syndic. th. 59.* & *Diss. ad L. Civitas. 27. ff. de Reb. cred. c. 3. §. 18.* add. Gonzal. *ad c. 1. x. de in integr. rest. n. 11.* ubi ad contraria respondet.

10 *Ex quo tempore his quadriennium currit?* ℞. Ex tempore laesionis: *Verius* tamen est, quod nec Universitatibus spatium quadriennii currat, nisi a tempore *scientiae* & *laesionis cognitae*: sicuti enim antea Minor negligens dici non potest, ita nec Universitas, quod *Jure Canonico* clare dispositum in *cit. c. 1 & 2. de restit. in integr. in 6.* & in Praxi hoc obtinere, testantur Dd. ab Autore citati. add. Engel *Coll. Jur. Can. P. 3. lib. 1. t. 40. n. 14.*

11 *An ergo post hoc quadriennium non audiuntur?* ℞. Non audiuntur.

12 *An tamen post hoc quadriennium audiuntur ob probabilem causam?* ℞. Affir.

13 *Quaenam est* Quarta *Causa Restitutionis in integrum?* ℞. Capitis deminutio.

14 *Quid autem in genere est Capitis deminutio?*

Maxima, (1392) qua libertas; Media, qua sola (1393) civitas tollitur, & 1
Minima, (1394) qua familia mutatur. *f. h. §. 4. I. eodem. Vinn. ad d. §.* Hic
titulus pertinet ad tertiam speciem, qua olim juris subtilitate (1395) civiles 2-3
obligationes (1396) extinguebantur, sed ex hoc Edicto a prætore in capite
diminutum (1397) restituebantur, *2. §. 1.* atque in perpetuum heredibus
& contra heredes dabantur. *2. §. f.* Hodie hujus Edicti usus directus est 4
(1398) nullus. *Fr. h. in f. Bach. h. n. 10.* Per maximam & mediam dimi- 5
nutionem omnes quidem actiones amittuntur, sed utiles adversus illos
conceduntur, ad quos (1399) bona capite deminutorum pervenerunt.
2. pr.

EX QUIBUS CAUSIS MAJOR. XXV ANN. IN INTEGR. REST. IV. 6.

QUinta in integrum restitutionis causa in specie dicitur majorum, si jus 6
alicujus propter absentiam, (1400) vel aliud justum impedimen- 7
tum læsum fuerit. *1 pr.*

R *REQUIRITUR* igitur, *[1] ut *JUS LÆSUM* sit, *1. pr.* etiam per omis- A 8-9
sionem (1401) lucri; *vid. L. 17. §. 1. 27. 41. 43.* [modo hoc lucrum non ve- 10
niat ex pœna, (1402) vel damno (1403) alterius. *18*] Hac restitutione 11
non indiget, qui jure suo agere (1404) impeditur; *1. in f. C. de ann. except.*
v. 1. C. de bon. matern. 30. C. de jur. dot. 7. §. 4. C. de 30. l. 40. ann. præscr. c. 10.
in f. x. de præscr. etiamsi propter (1405) bellum, *d. cap. 10. cap. 13. c. 16. q. 3.* 12
R. J. de anno 1654. §. So viel nun die Capitalien, *rc.* *Carpz. p. 2. dec. 116.*
quamvis de jure Civili tale impedimentum facti, & extrinsecus (1406) su- 13
perveniens juris, cursum usucapionis ipso jure (1407) non sistat. *18. C. de*
postlim. 26. §. 4 & 7. Bach. h. c. 4. n. 3. p. 188.

† *[2] Propter *ABSENTIAM.* Absentia dividi- a,, 14
tur in Fictam, qua corpore præsens propter certam causam a jure fingi- 15
tur (1408) absens, *124. §. 1. de R. J. 2. §. 3. de jur. codicill. 17. §. 11. de injur. 26.*
† *de captiv. & postlim.* & Veram, quæ iterum Ordinaria, quando quis abest a 16
loco, ubi non (1409) habet domicilium, & Extraordinaria, quando quis 17
† a domicilio abest *7. C. de incol. Fr. h. n. 6.* Hæc est vel necessaria, vel vo- 18
luntaria, utraque vel laudabilis vel vituperabilis, vel indifferens. Neces- 19
saria laudabilis est legatorum, militum &c. qui reipubl. causa absunt: *7. 8.* 20
33 & seqq. 45. v. 36. 42 45. Necessaria vituperabilis est eorum, qui pro- 21
pter delictum absunt, relegati, carcerati, &c. *9. pr. 16. §. 1.* Neces- 22
saria indifferens est, si quis v. g. a latronibus detineatur; *9. pr. v. 2. §. 1. 3.*
38. §. 1. Voluntaria laudabilis est (1410) studiosorum; *26. pr. h. junct.* 23
Aut.

1 *Quot sunt Capitis deminutionis Genera*, (R. Tria: *Maxima* scil. *Media* & *Minima*) *& quid est Maxima, Media & Minima Capitis deminutio?* Rsp. Maxima est, quae libertas tollitur; Media est, qua sola Civitas tollitur; Minima est, qua Familia mutatur.

2 *Ad quam Speciem hic Titulus pertinet?* Rsp. Ad *Tertiam* speciem, scil. ad Capitis deminutionem *Minimam*.

3 *Quid olim per hanc Speciem tertiam fiebat?* Rsp. Hac olim, Juris subtilitate, civiles obligationes extinguebantur; sed ex hoc Edicto a Praetore in integrum restituebantur, atque *in perpetuum* heredibus, & contra heredes dabantur.

4 *An hodie hujus Edicti aliquis est usus?* Rsp. Hodie hujus Edicti usus *directus* est nullus: quia hodie emancipati non amplius in *filium* quandam servitutem detruduntur, quod apud Romanos fiebat, & ideo apud illos in emancipatione pristinae obligationes extinguebantur. Lauterb. *Ex. 15. Concl. 1* vid. tamen Schilter. *ad π. Ex. 11 th. 5*

5 *Qualem effectum habet Maxima & Media capitis deminutio?* Rsp. Per Maximam & Mediam deminutionem omnes quidem Actiones amittuntur, sed *utiles* adversus illos conceduntur, ad quos bona capite deminutorum pervenerunt. *Vid.* Donell. *lib. 21. c. 5. lit. Bb.*

6 *Quomodo* Quinta *causa Restitutionis in integrum datur?*

7 *Quando locum invenit haec Restitutio?* Rsp. Si Jus alicujus propter *absentiam*, vel aliud *justum* impedimentum, laesum fuerit.

8 *Quid igitur (1) ad hanc Restitutionem requiritur?* R. Ut *Jus laesum* sit. Ex quo apparet, quod atque in hac specie restitutionum, ut in prioribus, *facti* laesio non sufficiat.

9 *An etiam obtinet haec restitutio, si per omissionem lucri Jus laesum sit?* Rsp. Affir.

10 *Sed quid, si hoc lucrum ex poena vel damno alterius veniat?* Rsp. Hoc casu locum non habet restitutio; quia restitutio non conceditur, ut quis lucretur cum alterius damno.

11 *An is, qui suo jure agere impeditur, hac Restitutione opus habet?* Rsp. Neg.

12 *An idem dicendum, si quis propter Bellum agere impediatur?* Rsp. Affir.

13 *An tamen de Jure Civili, tale impedimentum facti, & extrinsecus superveniens* Juris *cursum usucapionis ipso jure sistat?* Rsp. Neg.

14 *Quid (2) ad hanc Restitutionem requiritur*, (R. Ut Jus laesum sit propter *Absentiam*) *& quomodo dividitur Absentia?* Rsp. Absentia dividitur in *Fictam* & *Veram*.

15 *Quid est Absentia Ficta?* Rsp. Qua corpore praesens, propter certam causam, a Jure fingitur absens; e contrario Vera Absentia est, quae non fingitur, sed qua quis vere & actu a loco quodam abest.

16 *Quotuplex est Absentia vera*, (R. Est vel Ordinaria, vel Extraordinaria) *& quid est Absentia vera Ordinaria?*

17 *Quaenam est Absentia vera Extraordinaria?*

18 *Quotuplex est haec Absentia vera Extraordinaria*, (R. Est vel *Necessaria*, vel *Voluntaria*) *& quid est haec Absentia vera Extraordinaria* Necessaria? Rsp. Qua quis ex necessitate, eaque vel absoluta, vel hypothetica, a loco aliquo abest; sicut e contrario Absentia vera Extraordinaria *Voluntaria* est, qua quis nulla necessitate urgente, sed pro suo arbitrio, ab hoc vel illo loco abest.

19 *Quotuplex est utraque?* Rsp. Triplex: *Laudabilis, Vituperabilis* & *Indifferens*. (absunt.

20 *Quorumnam est Absentia* Necessaria *laudabilis?* R. Legatorum, Militum, &c. qui Reipublicae causa

21 *Quorum est Absentia* Necessaria *Vituperabilis?* Rsp. Eorum, qui propter delictum absunt, ut: relegati, carcerati. &c.

22 *Quaenam est Absentia* Necessaria *Indifferens?* Rsp. Si quis v. g. a latronibus detineatur.

23 *Quorumnam est Absentia* Voluntaria *laudabilis?* Rsp. Studiosorum, ut & illorum, qui, ut Reipublicae aliquando eo melius inservire queant, peregrinantur.

Aut. habita. C. ne fil. pro patr. Vituperabilis, qui per contumaciam ab- 1
est; *2. §. 8. si quis caut. in judic.* Indifferens, qui sui lucri causa absunt, 2
S *42. h. Fr. in comm. h. n. 7 & seq.* Datur *PRÆSENTI*, cui nocuit adversa- 3
rii (1411) absentia. *1. 21.* Hic sufficit quælibet (1412) absentia, *21. § 1* etiam 4
ficta, *21. § f.* etiam necessaria & voluntaria laudabilis. *22. §. 1. 24.* *NON* 5
datur, si absens procuratorem reliquit, (1413) a quo rem suam recuperare
potest. *21 § 2. 39. h.* aut ad interrogationem præsentis extitit spontaneus 6
defensor *c. 21. § 2 & 3. L. 22. pr.* Novo jure his etiam ordinario reme- 7
dio succurritur; *L. 2. C. de ann. exc* (1414) sed restitutio pinguior est: 8
nam illud competit tantum ad præscriptionem interrumpendam; hæc
vero est rescissoria, & ipsam rem quoque recuperat: (1415) adeoque per
illud restitutio non (1415) est sublata, [*quod vult Bach. h. c. 3. n. 1.*] *arg.* 9
*35 pr. C. de inoffic. test. 32 in f. C. de appell. 27. C. de testam. Rivinr. de act. D. 3.
§. 26.* Et *ABSENTI* a præsente læso, indistincte, (1417) etiamsi procura- 10
tor relictus sit; modo absentia sit laudabilis, *1. 26. §. f. 28. pr. Fr. h. n. 17.*
aut necessaria indifferens, *27 pr. 26. § f. Fr. h. n. 14.* sin vero fuerit volun- 11
taria indifferens, vel necessaria vituperabilis, datur restitutio, si procura-
torem non potuit relinquere, vel a procuratore dato non defenditur, &
damnum a procuratore non (1418) possit resarciri. *26. §. 1. arg. ph. 42.
Fr. h. n. 18.* Absentia voluntaria vituperabilis pœnam magis, quam hoc 12
auxilium meretur. *2. §. 8. Si quis Caut. in judic.*
*[3] Vel *ALIAM JUSTAM* (1419) *CAU-* n. 13
SAM, *1. §. 1. 26. § f. v. g.* si prætor propter ferias extraordinarias, 14
(1420) vel pecunia corruptus Jus non dicat, *26. §. 4 & 7* propter ju- 15
stum (1421) errorem & facti ignorantiam; *1. §. f. quod fals. tut. & c.
27. §. 5. quod vi aut clam, § 33. l. de act. vid. Berlich. p. 1. dec. 40 & 41.*
si quis jure suo uti non possit propter adversam valetudinem, *1. pr.* 16
aut alium casum fortuitum, *1. pr. h. 35 de S. P. R. 1. § 9. de itin. act.
priv.* vel per tertium aliquem, qui non (1422) est solvendo, *3. §. 1. de* 17
eo, per quem fact. & alias causas, quæ non prohibentur. *1. §. 1. 26. §. f. 28.* 18
§ 1. *NON* etiam datur hæc restitutio propter (1423) negligentiam, *16.* 19
aut aliam injustam (1424) causam, *44.* nec propter solam (1425) igno- 20
rantiam contra præscriptionem; *arg. 5. C. de præscr. long. temp. 3. inf.
& 4. C. de præscr. 30. l. 40. ann. junct. L. 1. C. si adv. Vend. Bach. v. 1. D. 11. §. 17.
lit. a. Berlich. p. 2. concl. 10.* licet officio judicis desuper implorato. *Hahn.* 21
ad W. h. in fin. vid. tamen (1426) Gail. 1. O. 19.

Q Hisce Prætor varie succurrit: amissam appellandi facultatem re- 22
stituit,

1 *Quaenam nam est Absentia Voluntaria Vituperabilis?* R. Eorum, qui propter contumaciam absunt.

2 *Quaenam tandem est Absentia Voluntaria Indifferens?* R. Eorum, qui sua causa absunt.

3 *Cui datur haec Restitutio?* R. PRAESENTI, cui nocuit adversarii absentia, & ABSENTI, a praesente laeso.

4 *Quaenam absentia haec, ut Praesens restitutionem petere possit, requiritur?* R. Hic sufficit qualiscunque absentia, etiam licita, nec non necessaria & voluntaria laudabilis.

5 *An datur haec Restitutio praesenti contra absentem, si hic Procuratorem reliquit, a quo vero suam recuperare potuit?* R. Non datur.

6 *An tamen datur, si ad interrogationem praesentis, spontaneus defensor extitit?* R. Non datur.

7 *Quonam Remedio hic actor Jure succurritur?* R. Ordinario, scil. ex L. 2. C. *de Annal. Except.*

8 *An tamen Restitutio in integrum hoc Remedio ordinario est purgatur?* R. Affir.

9 *An igitur per hoc Remedium ordinarium Restitutio in integrum est sublata?* R. Neg.

10 *Num Absenti contra praesentem Restitutio indubitate datur?* R. Affir.

11 *Sed quid, si absentia fuerit voluntaria indifferens, vel necessaria vituperabilis?* R. Tunc datur restitutio, si absens Procuratorem non potuit relinquere, vel a Procuratore relicto non defenderetur, & damnum a Procuratore dato non possit resarciri. Ratio discriminis hujus & praecedentis casus consistit in favore absentiae; qui enim laudabiliter abest, facilius restituendus est, quam qui abest sui lucri gratia, vel ex delicto; nam laudabiliter absentes potius de publico negotio rite absolvendo, quam de suo privato, dum defendendo cogitasse praesumuntur. Lauterb. Ex. 13. Concl. 4. 5. 6.

12 *An quoque absens contra praesentem, ob absentiam voluntariam vituperabilem in integrum restituitur?* R. Neg. nam talis absentia poenam meretur, quam hoc auxilium meretur. Lauterb. Ex. 13. Concl. 9. ubi cum aliis, nec illos restituendos esse docet, qui voluptatis causa absunt. adde Struvii *Diss.* [illegible] *Aph.* [illegible]

13 *An (3) sufficiat* Jus laesum ob aliam justam causam, *ut haec restitutio detur?* R. Affir. si scil. Praetori haec causa aequa visa fuerit, modo Leges, Plebiscita, SCta, & Edicta Principum non refragentur. arg. L. 1. in fin. ff. [illegible] Ex. 9. th. [illegible]

14 *In quibus casibus ergo Majores, praeter absentiam, in integrum restitui possunt?* R. I. Si Praetor propter sordes aliquem damnavit, vel pecunia corruptus, Jus non dicit, & sic terminus Actionis elapsus. Non enim huc pertinet casus, quo Judex pecunia corruptus, iniquam dixit sententiam, nam haec est ipso jure nulla. *Vid.* Aur. p. [illegible]

15 *An quoque Major restituitur propter justum errorem, aut facti ignorantiam?* R. Affir.

16 *An item, si quis Jure suo uti non possit, ob adversam valetudinem, aut aliam causam fortuitam?* R. Affir. Ita longum iter (praevio decreto) restituitur contra lapsum Terminorum. Nec obstat, quod per Advocatum vel Procuratorem causa expediri possit, nam aegrotum, &c. Advocatum commode instruere nequit. Mev. p. 2. d. [illegible] Et hoc casu probatio impedimenti fieri potest juramento. Mev. p. 2. d. [illegible]

17 *An item, si quis per tertium aliquem, qui non est solvendo, impediatur, ut jure suo uti non possit?* R. Affir.

18 *An praeterea datur haec restitutio in integrum ob alias causas?* R. Affir.

19 *An quoque datur haec restitutio propter negligentiam, aut aliam injustam causam?* R. Neg.

20 *An tamen haec restitutio propter Juris ignorantiam contra praescriptionem datur?* R. Neg.

21 *An nec datur, licet officio Judicis desuper implorato?* R. Non datur.

22 *Quomodo autem Praetor Majoribus ob absentiam, vel aliam justam causam laesis succurrit?* R. Varie: Amissam etiam appellandi facultatem restituit, possidentibus Exceptionem concedit, & interdum dat Actionem.

stituit, *f. de in integr. rest.* possidentibus exceptiones (1427) concedit: *18. §. 5. vid. 31.* (1428) & interdum dat actionem, quæ vel est *Institutoria*, (1429) 1
quando scilicet omisso lucro, (1430) nova conceditur actio, quam, si præ- 2
sens vel non impeditus fuisset, instituere potuisset, (1431) *17. pr. & §. 1. 41. 43. h. v. 2. §. 9. ad SC. Vellej. Bach. h. c. 5. n. 2* vel *Restitutoria*, sive *rescisso-ria*, *28. §. 5. h. 24. C. de R. V.* si scilicet impeditus jus quæsitum & exinde 3
competentem actionem amisit. Hæc a priori differt non specie, (1432) 4
sed tantum adjectitia qualitate, *Bach. D. 3. de act. §. 30. Riemer de act. D. 3. th. 25* & prout illa fuit realis, vel (1433) personalis, ita & hæc. (1434) *Bach.* 5
h. c. 5. pag. 1203. 18. C. de postlim. revers. Contra usucapionem datur ex 6
facto (1435) domino ad recuperandam possessionem actio realis, *§. 5. I. de act.* etiam heredibus, *35. §. 6. h. f. C. h. 1. C. de rest. milit.* adversus quem- 78
cunque possess. *30. pr. & §. 1.* ad rem amissam cum fructibus. *23. §. 2. 24. §. f.* Olim intra annum utilem. (1436) *§. 5. I. de act.* Hodie quadrien- 9
nium (1437) continuum, quod ignoranti (1438) & durante impedimento 10
non currit; *f. pr. C. de temp. in integr. rest. Gail. 2. O. 48.* interdum tamen 11
hoc auxilium minori (1439) spatio durat. *v. L. 26. §. 4. Bach. D. 3. de act. th. 29.*

DE ALIENAT. JUDIC. MUT.
CAUS. FACT. IV. 7.

SExta restitutionis causa est alienatio rei possessæ dolosa, judicii mutan- 12
di (1440) causa facta, quo adversarii conditio redditur (1441) deterior.

R *REQUIRITUR* igitur [1] Rei possessæ alienatio, *4. §. 2. 4. L. 8. §. 2. h.* in- 13
ter vivos, (1442) citra necessitatem (1443) facta; *2. §. f. L. 10.* [2] Do- 14
lus (1444) malus; *1. 4. §. 1 & 3. h. Bach. h. pag. 1216.* ratio est in *L. 4. §. 1.*
[3] Judicii mutandi causa, *1. 4. §. 1.* sive quis metuat vindicationem, sive 15
aliam realem, (1445) vel in rem scriptam actionem. *1. h. L. un. C. h.* Stri- 16
cto jure cum hoc alienante amplius agi non (1446) potest; *L. un. C. h.* do-
lus tamen est pro possessione, & dantur utiles actiones. *150. de R. J. 27. §. 3. L. 36. de R. V. 25. §. 8. de her. pet.* Hoc etiam remedium relinquitur 17
electioni actoris, utpote aliquando utilius (1447) & necessarium; (1448)
vid. Bach. h. p. 1212. nisi reus utilem actionem pati (1449) malit. *3. §. 5.* 18
[4] Actoris læsio. *1. 4. §. 5* si v. g. novus possessor rixosus, &c. *1. in f. 2. 3. pr. Bach. ad W. h.* si genus (1450) actionis, *3. §. 1.* aut status negotii (1451) 19
mutatus. *3. §. 2 & 3.*

D Datur ex hoc Edicto actio in factum; *1.* quæ est prætoria, persona- 20
lis, *7.* rei persecutoria, *4. §. f. 7.* competens illi, qui per hujus-
modi

1 *Quotuplex eſt hæc Actio?* Rſp. Eſt vel Inſtitutoria, vel Reſtitutoria ſeu Reſciſſoria.

2 *Quando autem Prætor dat Actionem Inſtitutoriam?* Rſp. Quando ſcil. omiſſo lucro nova conceditur actio, quam, ſi præſens, vel non impeditus fuiſſet, inſtituere potuiſſet.

3 *Quando Prætor dat Actionem Reſtitutoriam ſive Reſciſſoriam?* Rſp. Si ſcil. impeditus Jus quæſitum & Actionem amiſit. Actio Reſciſſoria autem ab *Effectu* ita dicitur, quod ſcil. per eam reſcindatur uſucapio, (*vid.* Aut. *p. 615.*) vel aliud negotium *Jure Civili* firmum. *Vid.* Harſolc. *p. 1. aſſ. 24.*

4 *An tamen hæc Actio a priori differt?* Rſp. Hæc a priori differt non *ſpecie*, ſed tantum *adjectitia qualitate*, h. e. Actio amiſſa eſt *directa*; Reſciſſoria vero eſt *utilis*. Et clarus, qui hoc probat, textus eſt in *cit. l. 18. C. de poſtlim. reverſ.* ubi vides, Actionem *Reſciſſoriam* opponi *directæ*. Ex quo fluit, Reſciſſoriam eſſe Actionem utilem. Lauterb. *Poſt. manuſ. 5. Vol. 4. D. 14.*

5 *Eſtne hæc Actio Prætoria Reſciſſoria* Realis, *an Perſonalis?* Rſp. Prout Actio amiſſa fuit *Realis*, vel *Perſonalis*, ita & *hæc* eſt.

6 *Qualis actio datur contra uſucapionem ad recuperandam poſſeſſionem*, (*u.* Realis) *& unde hæc Actio* Realis *oritur?* Rſp. Ex *ficto* dominio, ſcil. *Prætorio*: fingit enim Prætor, rem non eſſe uſucaptam, quæ tamen erat uſucapta.

7 *An hæc actio etiam heredibus datur?* Rſp. Affir.

8 *Adverſus quem datur*, (*u.* Adverſus quemcunque poſſeſſorem; quia eſt actio *realis*) *& ad quid datur?* Rſp. Ad rem amiſſam cum fructibus reſtituendam.

9 *Intra quantum temporis ſpatium hæc Actio eſt inſtituenda?* Rſp. Olim intra annum *utilem*; hodie vero intra *quadriennium*: quod ratione *initii* utile eſt; ratione *curſus* autem continuum.

10 *An hoc quadriennium ignoranti quoque, & durante impedimento currit?* Rſp. Neg. quia hoc tempus, uti modo dictum, ratione *initii* eſt utile, & a *die* demum *ſcientiæ* incipit currere.

11 *An tamen hoc auxilium interdum minori ſpatio durat?* Rſp. Affir.

12 *Quænam eſt Sexta cauſa reſtitutionis in integrum?*

13 *Quid itaque (1) requiritur ad hanc reſtitutionem?* Rſp. Rei poſſeſſæ alienatio, inter vivos, citra neceſſitatem facta.

14 *Quid (2) requiritur?* Rſp. Dolus malus.

15 *Quid (3) requiritur?* Rſp. Ut alienatio ſit facta Judicii (*futuri* ſcil. non præſentis: Rei enim, de qua jam actu litigatur, alienatio eſt nulla, *vid.* Aut. *p. 619.* Struv. *Ex. 8. th. 90.*) mutandi cauſa, ſive quis metuat vindicationem, ſive aliam realem vel in rem ſcriptam actionem.

16 *An cum hoc alienante adhuc agi poteſt?* Rſp. Stricto jure cum eo amplius agi non poteſt; dolus tamen pro poſſeſſione eſt, & dantur *utiles actiones*.

17 *Num hoc Remedium, utpote aliquando utilius & neceſſarium, relinquitur electioni Actoris?* Rſp. Affirm.

18 *Sed quid, ſi Reus Actionem* utilem *pati malit?* Rſp. Tunc Actor non poteſt eligere hoc Remedium: quia Actoris non intereſt ulterius, alienationem eſſe factam. Brunn. *ad l. 3. §. fin. ff. h. t.*

19 *Quid (4) requiritur ad hanc reſtitutionem?* Rſp. Actoris læſio, ſi v. g. novus Poſſeſſor potentior &c. ſi genus actionis, aut ſtatus negotii mutatus.

20 *Quænam Actio ex hoc Edicto datur*, (*u.* Actio in factum de alienatione, judicii *futuri* mutandi cauſa facta) *& quid eſt hæc Actio?* Rſp. Eſt Actio *Prætoria*, (quia omnes Reſtitutiones in integrum a *Prætore* conceduntur. *l. 3. ff. de in integ. reſtit.* Ad obſt. *L. 1. pr. l. 3. §. 4. h. t.* reſpondet Schwendend. *ad Eckolt. h. t. §. 3.*) perſonalis, rei perſecutoria &c.

modi alienationem læsus est, [& ejus heredi, *4. § f.*] adversus alienan-
tem, [non contra (1452) heredes, *4. § f. L. 7.*] ad omne (1453) interesse, 2
1. 3. § 4. L. 4. § 5. sed non ad alienationem (1454) rescindendam. *arg. dd. LL.*

C Cessat hæc actio, si actoris nihil (1455) intersit. *1. 3. § 4. L. 4. § 5.* 3
Hinc, si rem recepit, qui illam alienavit, non tenetur ex hoc edicto, *5. §.* 4
4. h. neque datur ultra (1456) annum. *6. 7. h.* 5

DE RECEPT. QUI ARBITR. RECEP. UT ARB. DIC.

IV. 8.

D **A***RBITRI* in GENERE dicuntur, quorum arbitrio res (1457) guberna- 6
tur: *21. C. mandat.* in *SPECIE* vero, qui ab aliis eliguntur ad arbitrium 7
(1458) suum interponendum. Idque vel * a Magistratu, (1459) *5. C.* ad A 8
totam controversiam decidendam; ut sunt judices in h. f. & arbitrarii 9
(1460) judiciis: *38 pro soc. 24. depos. f. rem pup. salv. 1. 1. C. arbitr. tut.* vel
ad causam (1461) incidentem. *l. 9. de his, qui sui vel al. cog. 1. § 6. si cui plus, quam per L. Falc.* Hi sunt arbitri (1462) juris. *Fr. h. n. 7.* 10
* a Privatis eliguntur, vel * ex a. B 11
Legis dispositione, (1463) *ult. f. C. de judic.* qui a DD statutarii (1464) ap- 12
pellantur: *vid. Blanc. tr. de compromiss.* Ad hos etiam arbitri Austrega- 13
rum (1465) referuntur: *vid. Schubhard. in tr. de Austregis;* vel * ex b.
libera voluntate; * ad contractum conciliandum aut controversias ami- C 14
ce componendas, qui arbitratores, (1466) Schiedsleute dicuntur: *25.* 15
locat. 76. pro soc. f. C. de C. E. V. 13. § 2. in f. h. Vinn. lib. 1. Sel. q. 16. Gail. 1. O. 150. n. 4. Bapt. a S. Blasio tr. de differ. inter arbitr. & arbitrat.
vel * ad controversias observato judiciorum ordine cogno- c.
scendas & definiendas, *1. 13. § 1. h. 14. pr. C. de judic.* qui proprie dicuntur 16
ARBITRI COMPROMISSARII, 5. § 1. C. h. L. f. C. ubi & apud quem cogn. in integr. rest. Willkührliche Schieds-Richter, *Carpz. p. 1. c. 1. d. 13. n. 5.* de
D quibus h. l. agitur, & sunt quasi (1467) Judices, qui libera partium volun- 17
tate, ad controversias secundum judiciorum ordinem cognoscendas, &
libero suo arbitrio definiendas electi, officium illud in se receperunt. *1. 3.*
† *§ 1. L. 13. § 2. h. 14. pr. C. de judic. 17. § 3. l. 19.* Speciales ad unam vel 18
certas, Generales ad omnes partium controversias constituuntur: *43. h. Berb. h. t. f. p. 1189.* quod compromissum plenum dicitur, *21. § 6.* futuras 19
tamen non (1468) comprehendit: *46.* nam compromissa sunt stricti ju- 20
ris. *Bapt. a S. Blasio. d. tr. quæst. 57. n. 13. Carpz. tit. 17. art. 4. n. 54.*

C Causa efficiens est * [1] partium electio, *11. § 1.* quæ dicitur D 21
COM-

1 *An hæc Actio quoque contra hæredes datur?* R. Neg. quamvis enim hæc Actio sit rei persecutoria, est tamen ex delicto, quæ adversus hæredem delinquentis non datur.

2 *Ad quid datur hæc Actio?* R. Ad omne id interesse, sed non ad alienationem rescindendam. & quia hæc Actio persequatur Interesse, sequitur, quod ad rescissionem alienationis non detur. Lauterb. *Ex. 13. Concl. 11.*

3 *An cessat hæc Actio, si Actori nihil intersit?* R. Affir.

4 *An igitur is, qui rem alienavit, & illam recepit, ex hoc Edicto tenetur?* R. Neg. quia deficit interesse.

5 *Num vero hæc Actio ultra annum datur?* R. Neg.

6 *Quinam in genere Arbitri dicuntur?* R. Quorum arbitrio Res gubernatur.

7 *Quinam vero in specie Arbitri dicuntur?* R. Qui ab aliis eliguntur, ad arbitrium suum interponendum.

8 *A quibus autem hi Arbitri eliguntur?* R. Eliguntur vel a *Magistratu*, vel a *Privatis*.

9 *Ad quid a Magistratu Arbitri eliguntur?* R. Vel ad totam controversiam decidendam, ut sunt Judices in bonæ fidei, & arbitrariis Judiciis; vel ad causam incidentem.

10 *Quomodo autem hi Arbitri vocantur?* R. Arbitri Juris.

11 *Quotupliciter a Privatis eliguntur Arbitri?* R. Dupliciter: vel ex Legis dispositione, vel ex libera voluntate.

12 *Quomodo illi, qui ex Legis dispositione eliguntur, a Doctoribus appellantur?* R. Arbitri Statutarii.

13 *An ad hos etiam Arbitri Austregarum referuntur?* R. Affir.

14 *Quotuplicem ad finem, ex libera voluntate, a Privatis Arbitri eliguntur?* R. Ad duplicem scil. vel ad contractum conciliandum aut controversias amice componendas; vel ad controversias, observato Judiciorum ordine, cognoscendas & definiendas.

15 *Quinam igitur Arbitratores,* Schiedes-Leute, *dicuntur?* R. Qui a Privatis ex libera voluntate ad contractum conciliandum aut controversias amice componendas eliguntur.

16 *Quinam vero proprie dicuntur* ARBITRI COMPROMISSARII? R. Qui a Privatis ex libera voluntate ad controversias, observato Judiciorum ordine, cognoscendas & definiendas eliguntur, & Germ. willkührliche Schieds-Richtere vocantur.

17 *De quibus hoc loco agitur,* (R. De his, nempe de Arbitris Compromissariis) *& quid sunt hi Arbitri Compromissarii?* R. Sunt *quasi-Judices*, quia ad instar Judiciorum redacta sunt arbitria. *Vid. Aut. p. 90. in Q.*

18 *Quotuplices sunt hi Arbitri Compromissarii?* R. Duplices: Speciales & Generales. *Illi* sunt, qui ad unam, vel certas causas constituuntur: *Hi* vero sunt, qui ad omnes partium controversias constituuntur.

19 *Quomodo tale Compromissum dicitur, quo Arbiter Compromissarius ad omnes partium controversias constituitur?* R. Compromissum plenum.

20 *An tale Compromissum plenum futuras quoque controversias comprehendit?* R. Neg. nam Compromissa sunt *stricti* Juris, & ideo videtur tantum actum de iis controversiis, quæ tempore Compromissi fuerunt.

21 *Quænam est Causa efficiens Arbitrorum Compromissariorum?* R. Est (1) Partium electio, & (2) Arbitri consensus.

D *COMPROMISSUM*, (1469) & est conventio, qua litigatores arbitrum 1
eligunt, (1470) & illi supra memoratam potestatem concedunt, *17 §.*
3. 19. pr. Bach. h. c. 2. n. 4. in pr. simulque se ejus sententiæ staturos
promittunt: *5. pr. C. u. §. 4.* quod fit (1471) pacto, *11. § 1 & 3. h. 5. pr.* 2
C. vel stipulatione, (1472) cui sæpe clausula (1473) doli, **alles treulich** 3
und ohne Gefährde, *31. h.* & ut plurimum pœna adjicitur, (1474) *3. §.*
2. L. 11. § 1 30. 32 pr & § 1. vid. l. 27. §. ult. w. cap. 9. d. h. 1 Vetus Ju- 4
ramentum *4. C.* prohibuit Justinianus; *N. 82. c. 11. aut. decernit. C. h. t.*
sed illud iterum admisit (1475) Jus Canon. *c. 2 & 9. X. h. Bapt. a S. Blasio*
q. 35. n. 71. Gutierrez. p. 3. c. 14. n. 4.
& * [2] Arbitri consensus · Invitus enim non (1476) d. 5
cogitur; *3. § 1.* censetur autem consentire, si promittat, se sua sententia 6
controversiæ finem impositurum. *13. §. 2. h. t. Lanfranc. de Oriano. de Ar-*
bitr p. 1. n. 15 & seq.

S Compromittere possunt, qui de eadem re (1477) transigere · *Borell.* 7
d. tr. §. 1. gloss 3. n. 167. Lanfr d. tr. sect. 3 n. 3. Controversiarum domi-
ni; Procuratores in rem suam, *Lanfr. d. l.* & in rem alienam, cum speci-
ali compromittendi, *c. 9. X h.* aut generali omnium negotiorum man-
dato; *arg. 17. § 3. de Jurejur. vid. c. 9. X. h. Lanfr. d. l. n. 7. vide supra de*
transact. Tutores & Curatores in utilitatem pupilli, *arg. 35 de Jurejur.*
46. §. f. de adm. & peric. tut. accedente decreto, si de re immobili alienan-
da agatur; *arg. L. 4. C. de præd. min. Simoncellus in tr. decret. lib. 2. tit. 6.*
inspect. 8. n. 71. & seqq. Patres, ratione adventitii (1478) regularis; *Lanfr.*
d. sect. 3. n. 9. Vasalli etiam sine consensu (1479) domini: *c. un. lib. 2. F. tit.*
25. c. un. lib. 2. F. tit. 34 & 46. arg. c. un. §. Si vasallus. lib. 2. F. tit. 26. & tit.
43. Bach. ad Tr. v. 1. D. 12. § 6. Lit. A. Finckelth. Disp. Feud. 9. § 14. sed 8
NON Episcopi & Prælati sine consensu Capituli, *c. 1. & c. 2. X. de his, quæ*
fiunt a prælat. sine consens. Capit. Pupilli & Minores sine Tutorum & Cu- 9
ratorum consensu; *3. 35 h. arg. L. 3. C. de in integr. rest. vid. 24. § 1. de mi-*
nor. Fœminæ alieno nomine: *32. §. 2.* Moribus nostris (1480) etiam 10.11
in propria causa curatoris consensum adhibere debent. *Wibel. de contract.*
mulier. c. 3. §. 6. n. 139. Berl. p. 2. concl. 17. n. 53.

P Arbitri eligi possunt, qui nec impediuntur nec prohibentur, *arg. 43.* 12
§. 1. de procurat. integræ & læsæ (1481) famæ, *7 pr.* Laici & Clerici, *32. §. 4.*
vid. Lanfr. d. tr p. 1. n. 4. Patresfamilias & Filiifam. *5.* Hic etiam in 13
causa patris arbiter (1482) esse potest. *6.* *IMPEDIUNTUR* Furiosi &c. 14
9. §. 1. *PROHIBENTUR* Servi, *7. pr. & §. 2.* Fœminæ, (1483) *f. C.*
vid.

1 *Quomodo haec Partium electio dicitur,* (℞. Compromissum) *& quid est Compromissum?*

2 *Quot supleri modis hoc Compromissum fit?* ℞. Duplici: vel Pacto, vel Stipulatione.

3 *Quaenam huic Stipulationi plerumque adjiciuntur?* ℞. Clausula doli, alles treulich und ohne Gefährde, & poena.

4 *An etiam huic Stipulationi Juramentum accedere possit?* ℞. Vetitum Juramentum prohibuit Justinianus; sed illud iterum admisit Jus Canonicum, quod hodie in materia Juramentorum sequimur ex hoc supremo fundamento, quod omne Juramentum servandum sit, quod non vergit in praejudicium tertii, & detrimentum aeternae salutis. *c. 28. X. de Jurejur. Vid. Ant. p. 175.*

5 *Quaenam est (1) Causa efficiens Arbitrorum Compromissariorum,* (℞. Arbitri consensus) *& an invitus quis ad Arbitrium cogi possit?* ℞. Neg. Excipiunt tamen DD. casum, ubi ... dum est *fraudulenter*, si Arbiter compromissum recuset. *Vid. de Lynden. Diss. de Redott. ad arbitr. bon. vir. th. 7.*

6 *Quando vero censetur consentire?* ℞. Si promittat, se sua sententia controversiae finem impositurum.

7 *Quinam possunt compromittere?* ℞. Qui de eadem re transigere valent, Controversiarum domini; Procuratores in rem suam, & in rem alienam, cum *speciali* compromittendi, aut *generali* omnium negotiorum mandato; Tutores & Curatores, in utilitatem pupilli, accedente Decreto, si de re immobili alienanda agatur; Patres, ratione peculii adventitii regularis; Vasalli, etiam sine consensu Domini.

8 *An etiam Episcopi & Praelati sine consensu Capituli possunt compromittere?* ℞. Neg. quia Praelati in causis magni praejudicii consensum Capituli adhibere tenentur. *Rebuff. de Reb. Eccles. non alien. q. 2. c. 36. Bocer. Cl. 6. D. 37. th. 5. Lauterb. Tr. Syn. de arbitr. compr. th. 15*

9 *Num vero Pupilli & Minores sine Tutorum & Curatorum consensu compromittere possunt?* ℞. Neg. Argum. *arg. l. 5. C. a venditione* (sc.) sine consensu Tutorum facta, ad compromissum Tutorum & Curatorum accedat; cui fidejussores dederint, a quibus poena exigi possit. *arg. l. 35. ff.* Non tamen semper restituendus est Minor, quia alius nemo cum ipso fuit contracturus. *Vid. arg. l. 24. §. 1. de minor.*

10 *An Feminae* alieno nomine *compromittere possunt?* ℞. Neg. quia Compromissum est Species intercessionis, quam SCtum Vellejanum prohibet. *Vid. Ant. p. 166. Lauterb. Tr. Syn. de Arbitr. compr. th. 17.*

11 *An tamen Feminae in* propria causa *compromittere possunt?* ℞. Affir. ubi tamen *Moribus nostris* Curatoris consensum adhibere debent.

12 *Quinam possunt Arbitri eligi?* ℞. Qui nec impediuntur nec prohibentur, Integrae & illaesae famae, Laici & Clerici, Patresfamilias & Filiifamilias.

13 *An Filiusfamilias etiam in causa Patris arbiter esse possit?* ℞. Affir.

14 *Quinam Arbitri esse impediuntur,* (℞. Furiosi, mente capti, muti, surdi, pupilli, omnesque, qui defectu Judicii laborant, vel ob aliud impedimentum, ad hoc munus suscipiendum, inhabiles sunt) *& quinam prohibentur?* ℞. Servi, Feminae, Minores XX annis, Judices, ad quorum cognitionem causa *jure ordinario* pertinet, (quod nonnulli mutatum putant) Laici in causa spirituali, & quilibet in causa propria.

vid. c. 4. ff. h. Lanfranc p. 2. n. 2. pag. 41. Minores XX ann. (1484) *l. 41. h.*
Judices, ad quorum cognitionem causa jure ordinario (1485) pertinet; *p.*
§. 2. ff. a S. Blasio d. tr. quæst. 15. n. 34. & seqq. quod nonnulli mutatum
(1486) putant *per cap. 5 7 & 10. ff. h. c. 11. ff. de præbend. Compilat. decis.*
Cameral. voce. Compromiss. Groenew. ad p. §. 2. h. Lanfr. d. p. 2. n. 14. in f.
Laici in causa (1487) spirituali; *c. 8. ff. h.* quilibet in causa (1488) pro-
pria. *51*

Si *PLURES* eliguntur, *17. §. 6.* omnes debent esse habiles. *7. §. f.* 1
Lanfr. d. tr. p. 2. n. 23. & præsentes; *17. §. 2. & §. f. L. 18. Carpz. p. 1. c. 1.*
d. 14. vid. (1489) *c. f. de arbitr. in 6to.* nisi alternative (1490) fuerint ele- 2
cti. *ff. 17. §. 4.* Unius dissensio non impedit validitatem majorum: *17. §.* 3
f. 27. §. 3. arg. 36 39. de re judicat. Carpz. d. def. 14. n. 4. c. 1. de arbitr. in 6.
si vota sint paria, laudum non (1491) subsistit; *17. §. 3 & 6.* nisi in quanti- 4
tate tantum dissentiunt; tum enim in minorem (1492) omnes consen-
sisse intelliguntur. *27. §. 3. h. c. 1. de arb. in 6. arg. L. 1. § 4. de V. O.*

O Objectum (1493) sunt omnes controversiæ, non exceptæ. *Lanfr. d.* 5
tr. p. 4. in f. *EXCIPIUNTUR* autem publ. judicia, & (1494) alia delicta 6
(1495) famosa, *32. § 6. Joh. a Sande. l. 1. decis. Frisic. tit. 8. def. 6.* Actio-
nes populares, Causæ status, de libertate & ingenuitate, *32. § 7.* Restitu-
tionis, (1496) *L. f. C. ubi in integr. rest. Bernhard. Wurmser tit. 3. O. 3. vid.*
c. p. 2. d. Rest. in integr. Res judicatæ, (1497) *c. 11. ff. h.* matrimoniales,
(1498) *c. p. ff. de in integr. rest. Lanfr. d. p. 4. n. 5. Perez. in C. h. n. 6.* ac reli-
quæ causæ, quæ non sunt privati arbitrii. *c. 5. ff. h.*

F Finis est, ut lites abbrevientur. *1. 37. Carpz. p. 1. C. 1. d. 13 & 15.* 7

Q Coram arbitris observatur ordo judiciarius: Procuratores & advo- 8
cati (1499) admittuntur; *pr. 32. §. 18.* Partes per epistolam & nuncium
adesse jubentur; *32. § 18. L. 49. §. 1. h.* Absentium contumacia puni-
tur; *39. pr.* Exiguntur cautiones; *Carpz. p. 1. c. 3. d. 19.* Opponuntur
dilatoriæ (1500) except. *Carpz. d. l. & def. 20.* Offertur libellus, *Everh.*
in loc. top. de jud. ad arbitr. quem sequitur quasi litis contestatio; *Everh.*
d. l. Wurms. tit. 3. O. 6. n. 2. Juramentum calumniæ præstatur; *2. §. 4.*
C. de jurejur. propter. cal. Testes & instrumenta producuntur; *39. pr. h. f.*
C. de testib. Merita causæ examinantur, *3. § 1. h. c. 10. ff. h.* Instantia
triennio finitur. *arg. 13. pr. C. de judic. Mynf. cent. 3. O. 44. n. 8.* Et in his-
ce arbiter modum in compromisso præscriptum observare debet *27. §.*
4. in f. h. Quæ hisce definita non sunt, agit secundum communem (1501) 9
ordinem judiciorum: *1. h. l. 14. pr. C. de judic. Everh. d. l. c. 40. n. 1 & 2.*

nec

1 *Quid, si plures Arbitri sint electi?* R. [illegible]

2 *An etiam omnes praesentes esse debent si plures Arbitri* [illegible] R. [illegible]

3 [illegible]

4 *Sed quid, si* [illegible] R. [illegible]

5 [illegible] R. [illegible]

6 [illegible] R. [illegible]

7 [illegible] R. [illegible]

8 [illegible] R. [illegible]

9 *Sed quid, si* [illegible] R. [illegible]

[illegible]

nec officium semel susceptum recusare potest, sed ut sententia sua
controversiæ finem imponat, compellitur nobili judicis officio, (1502) 1
vel mulctæ indictione, vel pignorum captione; *3. §. 1. 32. §. 3. & §.* 2
12. h. 9. §. f. ad L. Jul. pecul. Bernh. Wurmser. tit. 3. O. 5. in pr. nisi
justam habeat (1503) excusationem, *9. §. 4. 5. & LL. seqq. L. 15. &* 3
seqq. h. vid. 13. §. f. adeo, ut nec alium substituere (1504) possit; *32.*
§. 16. h. arg. L. un. §. 9. C. de Cad. toll. nisi hoc quoque in compro- 4
misso fuerit expressum: *32. §. 16.* Cujus limites diligenter (1505)
custodire debet: *32. §. 15. & f. h. c. 6. x. h. Lanfr. dev. 7. n. 2.* De 5
accessoriis tamen judicat: *arg. c. 21. vers. sexta nobis. inf. X. de off. &* 6
pot. jud. deleg. Bartol. de arbitr. n. 9. Bach. h. p. 1259. non etiam in
(1506) reconventione. *c. 6. X. h. Lanfr. m. 5. n. 25. Bat. cl. 6. D. 37. th.* 7
53. Finem imponere debet controversiæ, *32. §. 14. 19. §. 1. h. c. 21.*
pr. h. per certam sententiam, *21. §. 3.* præsentibus partibus, *27. §. 4.* 8
& 5. L. 47. debito tempore, *1. C. L. 21. §. 5 & 1. L. 13. §. 9.* & lo-
co. *21. §. 10 & 11. vid. 21. pr. h.* Sententiam mutare non (1507) pot-
est; *19. f. arg. L. 55. de Re Judic.* quod etiam de declaratoria affirmat 9
Wurms. t. 3. O. 7. 10

E Huic sententiæ partes stare debent, & heredes eorum, propter
(1508) compromissum: *37. Lanfr. d. tr. membr. 5. num. 47. Carpz. p. 1.* 11
c. 1. d. 13. [licet arbitri nulla (1509) sit autoritas, *arg. 3. C. de jurisd. Carpz.*
d. loc. ejusque sententia per se (1510) nec actionem pariat, nec judicati
exceptionem. *1. h. 1. C.*] Neque illa subjecta (1511) est appellationi, *1. C.* 12
Carpz. d. d. 13. n. 7. aut reductioni ad boni viri (1512) arbitrium, *arg. l. 27.* 13
§. 2. h. & L. 76. pro Soc. Bach. h. p. 1273. Perez. in C. h. n. 14. vid. tamen Gail. 14
L. 1. O. 150. n. 9 & 10. licet iniqua (1513) sit. *d. l. 27. §. 2. h. 76. in f. pro Soc.*
COMPELLUNTUR partes sententiæ parere, vel per DIRECTUM 15
actione in factum, & exceptione pacti, *5. pr. C. h. Fr. h. n. 30.* non qui- 16
dem coram (1514) arbitro, *arg. 15. de re judicat.* sed coram judice ordi- 17
nario; *5. pr. C. h. Bernh. W. tit. 3. O. 8.* etiamsi pacto simplici compromis-
sum, sententia tamen expresse, vel X dierum silentio, tacite (1515) ap- 18
probata sit; quod dicitur laudum homologatum; *5. pr. C. Gail. 1. O. 150.*
n. 13. per INDIRECTUM, actione ad pœnam, vel si hæc non fuerit 19
stipulata, ad interesse. *27. §. fin.* Quo præstito a judicatus receditur, & 20
causa agitur de novo, coram judice ordinario; *Nov. 82. c. 11. aut. decer-* 21
net. C. h. Fr. d. tit. n. 28. nisi expresse stipulata fuerit pœna, salvo (1516)
laudo. *Gail. l. 1. O. 150. n. 13. Besor. cl. 6. D. 37. th. 82.* NON etiam stare laudo 22
tenen- 23

1 *An tamen Arbiter officium, semel susceptum, recusare potest?* Rsp. Non potest, sed, ut sententia sua controversiæ finem imponat, compellitur. Compulsio autem hæc fit ab eo Magistratu, cui arbiter est subjectus; & si plures Arbitri sint constituti, qui diversos habent Superiores, tunc quilibet a suo Magistratu est cogendus. *Jul. Pr[illegible] h.*

2 *Quibus remediis autem Arbiter compellitur, ut sententia sua liti finem imponat?* Rsp. Vel nobili Judicis officio, vel mulctæ indictione, vel pignorum captione; & hæc sunt remedia Prætoria, de quibus vid. Ant. p. 14. in (5.)

3 *Sed quid, si Arbiter justam habeat excusationem?* Rsp. Tunc non compellitur, ut sua sententia controversiæ finem imponat. Idem est, si Arbiter juret, sibi de causa nondum liquere. arg. l. 13 § f. Vid. Ant. p. [illegible] in C.

4 *An tamen Arbiter alium substituere potest?* Rsp. Neg. nisi hoc quoque in compromisso fuerit expressum.

5 *An quoque Arbiter limites Compromissi diligenter custodire debet?* Rsp. Affir.

6 *An tamen de accessoriis judicare potest?* Rsp. Affir.

7 *An quoque Arbiter in Reconventionem cognoscit?* Rsp. Neg.

8 *Quid ergo Arbiter facere debet?* Rsp. Finem imponere debet controversiæ per certam sententiam; (*quæ Arbitrium seu Laudum vocatur,*) præsentibus partibus; debito tempore; (*scil. die non feriato, vid. Ant. p. 37 in F*) & loco; (*scil. honesto & in Compromisso expresso, quodsi vero nullus in compromisso sit expressus locus, tunc ibi sententia dicenda est, ubi compromissum est factum. l. 21. § 10. h. t.*) & quidem, si de pluribus controversiis in compromissum sit, ut de iis Arbitri simul sententiam dicant: tunc Sententia de una controversia dicta non valet; quod tamen secus est, si de pluribus & diversis controversiis, non connexis, compromissum sit. *Vid. cit. l. 21. pr. h.*

9 *An tamen Arbiter Sententiam suam mutare potest?* Rsp. Neg.

10 *An idem de Sententia declaratoria affirmandum?* Rsp. Affir.

11 *An hanc Sententiam Partes, earumque heredes stare debent?* Rsp. Affir.

12 *An igitur Sententia Arbitri per se Actionem, vel Exceptionem Judicati parit?* Rsp. Neg.

13 *An tamen hæc Sententia Arbitri subjecta est appellationi?* Rsp. Neg.

14 *An subjecta est hæc Sententia reductioni ad arbitrium boni viri?* Rsp. Neg.

15 *Sed quid, si Sententia ab Arbitro lata sit iniqua?* Rsp. Nihilominus tamen ei huic standum: sibi enim imputet Pars læsa, quod compromiserit.

16 *Quotuplici modo compelluntur Partes Sententiæ stare,* (R. Vel per *Directum,* vel per *Indirectum*) *& quomodo per Directum compelluntur?* Rsp. Actione in factum, & Exceptione pacti.

17 *Coram quo hæc Actio est instituenda & Exceptio allegenda?* Rsp. Non coram Arbitro, sed coram Judice ordinario.

18 *An quoque datur hæc Actio in factum, vel Exceptio, etiamsi nudo simplici compromissum sit?* R. Affir.

19 *Quomodo alias sententia Arbitri, quæ [illegible] approbata est, dicitur?* Rsp. Laudum homologatum, i. e. approbatum, de quo vid. Ant. p. 46.

20 *Quomodo per indirectum compelluntur partes, sententiæ Arbitri parere?* Rsp. Actione ad pœnam, (quem modum compellendi *Donellus* appellat [illegible], *lib. 27. c. 10. lit. E.*) vel, si hæc pœna non fuerit stipulata, ad Interesse.

21 *Sed quid, si Interesse hoc ab adversa parte præstetur?*

22 *Sed quid dicendum, si pœna expresse stipulata fuerit, salvo Laudo?* Rsp. Tunc Laudum subsistit, & pœna est præstanda.

23 *Quando vero Partes Laudo stare non tenentur?* Rsp. Si Arbiter ex gratia, vel metu, aut per sordes pronunciaverit, aut si turpe quid Laudum contineat, vel ex alia causa nullum sit, aut si partes iniquitatis querelam in compromisso sibi reservaverint. 1 *Quo-*

tenentur partes, si arbiter ex (1517) gratia vel inimicitia, aut per sordes pronunciaverit, [tum etiam datur exceptio (1518) doli, *32. §. 14 h. t. C h.*] 1
aut si turpe (1519) quid contineat, vel ex alia (1520) causa nullum sit, *21. §. 7 & 8. h. t. C.* aut si partes iniquitatis querelam in compromisso sibi (1521) reservarint. *Mynſ. cent 4. O. 68.*

O Arbitri officium *SOLVITUR* [1] morte (1522) arbitri, *c. 50. X. de testib.* & alterutrius ex litigantibus; *27. §. 1. 32. §. 3. in f. 49. §. 2. h. t. f. X. h. Carpz. p. 1. c. 1. d. 16. n. 1.* nisi utrinque heredum quoque facta fuerit mentio; *49. §. 2. 32. §. 19.* [2] die (1523) addito; *21. §. 8. 32. §. 3. in f. h. t. C.* [3] Pacto & stipulatione, quo pœna vel interesse remittitur, *13. pr. 32. § 3.* [4] Accepto (1524) judicio; *30. 9. §. f. & seqq* [5] Electis aliis arbitris, *9. §. f. & LL. seqq. Lauſranc. d. tr. memb. 5. n. 52.* [6] Pœna semel commissa; *32. §. 1. 34. §. 1.* [7] Transactione & rei controversæ (1525) interitu, *32. §. 5.* [8] Sententia ab arbitro semel dicta. *19. §. f. in f. ff. h. t.* 2

NAUT. CAUP. STABUL. UT RECEPTA REST. IV. 9.

† Contra hos dantur *DUÆ* actiones, in h. t. una 3
D * De *RECEPTIS*, *1. §. 3.* quæ est actio in factum, (1526) prætoria, personalis, rei persecutoria, *3. § 1 & 4.* qua vectores & hospites a navium, cauponarum & stabulorum exercitoribus res ab illis receptas repetunt. A 4

C Introducta a Prætore, *3. §. 1.* supplendi juris civilis gratia, *3. §. 1.* ex æquitate; *1. §. 1. 3. §. 1.* Non ex (1527) vero, [uti existimat *Stypman. de jur marit. p. 2. c. 15. n. 166.*] sed ex quasi contractu, qui eo ipso initur, quo quis publice, ex libero arbitrio, *1. §. 1.* navim, cauponam, (1528) stabulum, quotidiani quæstus gratia (1529) exercet, & res sive per se, sive per alium (1530) recipit. *7. §. fin.* Specialis assignatio non requiritur; *1. § f.* sed sufficit exercitorem scire, aut scire (1531) debere. *1. §. f. 5. pr. Peck de re nautic ad L. 1. §. f. & LL. seqq. n. 3. & ibi Vinn. lit. c. Locceniut de jure marit. d. 6. l. 3. c. 8. n. 3.* Mediastinus, (1532) qui non habet recipiendi potestatem, si exercitore ignorante aliquid recepit, eum non obligat. *1. §. 2 & 5. Carpz. p. 2. c. 26. d. 11. Loccen. d. 6. l. 3. c. 7. n. 12.* Illud non refert, gratis (1533) an pro mercede (1534) res receptæ fuerint. *6. pr. & ibi P. Pe. k. & Vinn.* 5 6 7 8 9 10

B DATUR vectoribus, viatoribus &c. eorumque hæredibus, quorum res receptæ & non restitutæ, *1. pr.* 11

CON-

1 *Quomodo autem exceptio læsæ datur, si Arbiter ex gratia vel inimicitia, aut per sordes pronunciaverit?* R. Exceptio doli.

2 *Quibus modis officium Arbitri solvitur?* R. (1) Morte Arbitri, (*quia arbitrari est aliquid personale, prodeunte Arbitri* [illegible] *quæ non transit in heredibus, Mynsing.* [illegible] *& hoc procedit, licet ex pluribus Arbitris electis unus mortuus sit. Aliud ergo dicendum, si in Arbitrum, ratione* officii, *principaliter compromissum.* Lauterb. *Diss. de Arb. compr. th. 41*) & alterius ex litigantibus, nisi utriusque heredum quoque facta fuerit mentio (*nam ab una solum parte mentio heredum facta non valet, ut scil. Compromissum* [illegible] *l. 49. § 2. ff. h. t.* Donell. *lib. 23 c. 10. lit. K.* Becm. *Cl. 4 Diss. 37. th. 30.*) (2) Die oblato (*hunc enim Arbiter absque partium consensu neque anticipare, neque prorogare potest.* Becm. *d. l. th. 31.*) (3) Pacto & stipulatione, qua pœna, vel interesse remittitur; (*quia non potest esse compromissum inter personas, quæ per mutuam interrogationem a mutua obligatione sunt liberatæ*) (4) Acceptio Judicii, (*scil. utriusque consensu: si enim unus tantum, altero invito, Judicem adierit, tunc pœnam promissam solvet. l. 30. ff. h. t.*) (5) Electio alius Arbitri. (6) Pœna semel commissa. (7) Transactione, & rei controversæ interitu. (8) Sententia ab Arbitro semel dicta.

3 *Quot Actiones contra hos ex hoc Titulo dantur?* R. Duæ: una de Receptis, altera in Factum.

4 *Quid igitur est Actio de Recepto?*

5 *A quo hæc Actio est introducta?* R. A Prætore; & quidem iter facientium favore, & Nautarum, Cauponum, & Stabulariorum improbitate motus, qui suspicione collusionis cum furibus gravantur, & de genere prædonum esse dicuntur in *l. 1. § 1. ff. h. t.* juxta vulgatum: ein Schiffer, ein Dieb, ein Wirth; *& quomodo in foro est introducta?* R. Supplendi Juris Civilis gratia; (*quia in Locatione & Conductione dolus & culpa solum levis, in Deposito dolus præstatur; hic vero Edicto etiam de levissima culpa tenentur*) ex æquitate.

6 *Unde vero oritur hæc Actio?* R. Non ex vero (uti existimat Seypman. *cit. l.*) sed ex quasi-contractu.

7 *Quomodo hic quasi Contractus initur?* R. Eo ipso, quo quis publice, ex libero arbitrio, navem, cauponam, stabulum, quæstus gratia, exercet, & res, sive per se, sive per alium recipit.

8 *An specialis assignatio hic requiritur?* R. Neq; (*imprimis quoad qualitatem & quantitatem*) sed sufficit, exercitorem scire, vel scire debere. Idque ob maximum viæ periculum, quod hoc ipso viator incurrere possit. Stamm. *de servit. pers. l. 2. c. 14. n. 11.* Dn. de Lyncker *Diss. de Recept. Aph. 5* Struv. *Ex.* [illegible] *th.* [illegible] Lauterb. *Tr. Syn. Naut. caup. stab. th. 15.*

9 *Num Mediastinus, qui non habet respiciendi potestatem, si, exercitore ignorante, aliquid recipit, exercitorem obligat?* R. Neq; (*quia servi isti tales non sunt ideo accepti, ut res custodiant, sed ut purgent naves, & labores sordidiores expediant*) si tamen Exercitoris voluntate & scientia Mediastinus aliquid receperit, tunc ipse quoque Exercitor eiusdem valide obligatur. Lauterb. *d. l. th. 17* Struv. *Ex.* [illegible] *th. 100.*

10 *Sed quid, si res gratis receptæ fuerint?* R. Hoc nihil refert, gratis, an pro mercede res receptæ fuerint.

11 *Quibus datur hæc Actio de Recepto?* R. Vectoribus, viatoribus &c. eorumque heredibus, quorum res receptæ, & non restitutæ.

F *CONTRA* navium, cauponarum, & stabulorum exercitores, *1. §. 2* 1
& 5. illorumque (1535) heredes. *3. §. 4.* *NON* datur contra illos, qui 2.3
non sunt hujus professionis; (1536) licet ex necessitate, vel amicitia hospites &c. receperint. *arg. L. 1. §. 1. l. 3. §. 1 & 2. l. 6. §. 3. h. 9. §. 1. de jur. dot. Vinn. ad d. L. 1 § 6. lit. A.*

O *AD* repetendas res invectas, etiam alienas; (1537) modo viatoris, &c. 4
intersit, (1538) illas salvas habere. *1. § 7.* aut si perierint, vel deterioratæ sint, ad illarum æstimationem, & damni restitutionem; etiamsi 5
hoc citra (1539) culpam exercitoris accidit: *3. §. 1 in f.* nam hic etiam 6
factum (1540) hospitum &c. præstare debet. *1. §. f.* Casum fatalem 7
(1541) non præstat, *3. §. 1. in f.* quem probare (1542) debet; *2. de naufr. vid. Peck. & Vinn. ad 3. § 1. h.* sicut actor quantitatem (1543) rei amissæ. 8
2. w. de probat. Loccen. d. l. 3. c. 8. n. 3.

D Altera * *ACTIO* est in *FACTUM* prætoria, personalis, pœnalis, quæ datur vectoribus & hospitibus, ob furtum vel damnum ipsis in nave, caupona, vel stabulo, ab illis factum, qui ibi habitandi vel operarum præstandarum gratia sunt, contra exercitores ad duplum (1544) illius exigendum. *6. §. 3. L. f. ff. h. 5. § f. de O. & A. §. f. I. de obl. quæ quasi ex delicto.* 9

C Introducta a Prætore securitatis gratia. *L. f. §. f. h.* Oritur ex quasi 10.11
(1545) delicto exercitoris, *§ f. I. de obl. quæ quasi ex delict. 5. §. f. de O. & A.* qui fidem explorare debet eorum, quorum opera utitur, quosque habitandi causa in cauponam recipit, *§. f. I. de obl. quæ quasi ex delict. 5. §. f. de O. & A. L. f. §. 4. Tabor Racemat. 7. §. 17.* & omnium illorum factum 12
præstat, quos recepisse (1546) censetur *6. § 3. L. f pr. & §. 4. h.* *NON* 13
tenetur exercitor, si extra navem, cauponam vel stabulum deliquerint, aut hospites vel vectores aliquid commiserint. *6. §. 3. f pr. h. Tabor. Racemat. 7 §. 18.* 14
Ipse etiam exercitor, si deliquit, non hoc, sed vero 15
(1547) delicto tenetur, *arg. §. f. I. de obl. quæ quasi ex del. 5. §. f. de O. & A. Loccen. de jur. marit. L. 3. c. 7. n. 11.* Si proprius ejus servus (1548) deli- 16
quit, tantum noxaliter convenitur. *l. un. § 5 Furt. adv. naut. 5. L. f. §. 4. & ibi Peck & Vinn. d. 11. de re naut. Bach. h. p. 1302.*

S *DATUR* hospitibus & vectoribus, quibus a dictis personis furtum fa- 17
ctum, vel damnum injuria (1549) datum, illorumque heredibus: *§. f. I.* 18
de obl. quæ quas. ex del. sed *NON* nautis; (1550) nisi simul sint mercatores 19.20
vel vectores; *l. fin. §. 2. h.*

P *CONTRA* exercitorem navis, cauponæ vel stabuli: *d. §. f.* 21
I. de obl. quæ quas. ex del. L. f. §. 4. h. adversus plures ejusdem 22
navis

1 *Contra quos datur hæc Actio?* Rsp. Contra navium, cauponarum, & stabulorum exercitores.

2 *An etiam contra illorum heredes datur?* Rsp. Affir.

3 *Num quoque hæc Actio datur contra illos, qui non sunt hujus professionis; ex necessitate tamen, vel amicitia hospites &c. receperunt?* Rsp. Neg.

4 *Ad quid datur hæc Actio,* (Rsp. Ad repetendas res invectas, aut si perierint, vel deterioratæ sint, ad illarum æstimationem, & damni resarcitionem) *& an quoque datur ad res invectas alienas restituendas?* Rsp. Affir. modo viatoris &c. intersit, illas salvas habere; alias enim ipsi obstaret Exceptio: *Tua non interest.*

5 *An damnum quoque est restituendum, etiamsi hoc extra culpam Exercitoris accidat?* Rsp. Affir.

6 *An Exercitor etiam factum hospitum &c. præstare debet?* Rsp. Affir.

7 *An etiam casum fatalem præstat Exercitor,* (R. Neg. hic enim casus regulariter in nullo contractu præstatur; quia nulla diligentia humana potest averti. *l. 31 pr. de Act. Empt.*) *& quis hunc casum fatalem probare debet?* Rsp. Exercitor, qui eum allegat; quia affirmanti incumbit probatio.

8 *Quis vero quantitatem rei amissæ probare tenetur?* Rsp. Actor, secundum Regulam: *Actori incumbit probatio.*

9 *Quænam est altera Actio, quæ in hoc Titulo contra nautas, caupones, vel stabularios datur,* (R. Actio in factum) *& quid est hæc Actio in factum?*

10 *A quo hæc Actio in factum est introducta,* (Rsp. A Prætore) *& cur est introducta?* Rsp. Securitatis gratia.

11 *Unde oritur?* Rsp. Ex quasi delicto exercitoris, qui fidem explorare debet eorum, quorum opera utitur, quosque habitandi causa in cauponam recipit.

12 *An exercitor omnium illorum (scil. quorum opera utitur, quosque habitandi causa apud eum morantur,) factum præstare debet?* Rsp. Affir. hos enim recepisse censetur.

13 *An quoque tenetur exercitor, si illi, quorum opera dictus exercitor utitur, extra navem, cauponam, vel stabulum deliquerint?* Rsp. Neg. quia tunc in officio non deliquerunt, & quia exercitor tantum locum cauponæ, stabuli vel navis tutum esse promisit; non alium.

14 *An tamen exercitor tenetur, si hospites vel vectores aliquid commiserint?* Rsp. Neg.

15 *Sed quid, si ipse exercitor delinquat?* Rsp. Tunc non hac, sed vero delicto tenetur. *arg. cit. §. f. J. de oblig. quæ quasi ex del. scil. a contrario sensu*: si enim hoc Edicto tenetur Exercitor, si ipsius nullum est maleficium, sequitur, quod non teneatur hac actione, sed potius ex vero delicto, si ipse damnum dederit. *Vid.* Aut. *p. 659.*

16 *Quomodo autem convenitur Exercitor, si proprius servus delinquat?* Rsp. Tunc noxaliter tantum convenitur; quia ex privatis servorum delictis conveniuntur illorum Domini tantum actione noxali, de qua vid. Aut. *p. 147.*

17 *Sed quibus datur hæc Actio in factum?*

18 *An & illorum heredibus datur?* Rsp. Affir. quia hac actione damnum, quo defuncti patrimonium deminutum, vindicatur.

19 *An etiam nautis hæc actio datur?* R. Neg. quia exercitor tantum vectoribus & viatoribus tenetur.

amissa sit, condemnatio fit in æstimationem, jurejurando in litem factam. Quandoque etiam possessio manu militari (1927) transfertur. *46. 68. vid. 71. Vinn. ad §. 1. I. de act. n. 19.* Et actor declaratur (1928) Dominus, *35. §. 1.* 7
nec pretium, quod reus pro re solvit, restituere (1929) tenetur; *3. 23. C.* 8
h. 16. C. de Evict. 2. C. de furt. Ord. Crim. Art. 207. 213. Fr. L. 2. Resol. 9. num. 32. etiamsi reus illam b. f. in foro (1930) emerit, & quidem cum expressa 9
protestatione (1931) quod eam Domino, recepto pretio, restituere velit; *arg. dd. LL. junct. 11. de R. J. Fr. d. Resol. 9. n. 100. & seq. n. 57. & seq. 74. & seq. Perez. in C. tit. de furt. n. 13. Rache. p. 2. dec. 96.* nisi pretium in actoris 10
utilitatem (1932) versum, *16. C. de præd. min. Carpz. p. 2. c. 11. d. 29. num. 6.* vel res alias fuisset peritura, *Fr. d. res. in addit. Perez. d. l.* aut ab hostibus (1933) redempta. *6. de captiv. & postlim. rev. Fr. d. res. num. 47. & seqq.*

DE PUBLICIANA IN REM ACTIONE. VI. 2.

D EST actio in rem, (1934) qua is, qui bona f. & ex justa causa rem a non 11
domino accepit, &, usucapione nondum impleta, (1935) possessionem casu amisit, se ejusdem quasi dominum declarari, & infirmiore jure possidentem, ad rei restitutionem condemnari (1936) petit. *§. 4. I. de act. L. 1. f. h.*

C *CAUS. EFFIC.* Prætor Publicius, *§. 4. I. de act. 7. §. 6.* ex ficto (1937) 12. 13
dominio, *11. §. 4. h. §. 4. I. de act. Barb. de act. D. 3. th. 14 & 16.* propter ne- 14
R cessitatem & (1938) æquitatem. *d. §. 4. L. 1. pr. & § 1. L. 7. §. p. & f.* *REQUIRITUR* igitur [1] * Rei Traditio, *1. pr. 7. § f. h. 15. de usurp.* vera vel A 15 16
(1939) ficta, *9. §. 1. 11. §. 1. h. 1. C. de donat.* etiam de jure stricto in re legata, 17
& simi-

1 *Quae cautela hic observanda?* R. Quod, cum domini probatio sit difficillima, consultum sit, aliquo interdicto possessionem nancisci, & adversario probationes imponere.

2 *Si vero reus negaverit possessionem, (scil. Cavillans, dicens, se alieno nomine possidere) & actor contrarium probaverit?* R. Tunc possessio transfertur a mendace in actorem, licet dominium nondum probaverit, idque in poenam mendacii. Lauterb. *Diss. de Nominat. th. 10.*

3 *Quid in utili actione probandum?* R. Illud, propter quod competit actio directa.

4 *Si actor vincat, quid reus restituere tenetur?* R. Rem cum causa sua. *Vid. tit. l. 20. & seqq. h. t.* ubi dicitur. Res hac actione petita restitui debent in loco, in quo petuntur, vel, si alibi sint, impensis petitoris transferenda, nisi dolo possessoris alio sint translatae.

5 *Sed quid, si statim restituere non possit?* R. Tunc Judex dilationem concedit.

6 *Quid vero, si propter contumaciam res non restituatur, vel dolo amissa sit?* R. Hoc casu condemnatio fit in aestimationem, jurejurando in litem factam (quia rei vindicatio est judicium arbitrarium reale, vid. Aut. p. 197) quandoque etiam possessio manu militari transfertur: vid. tamen tit. l. 71. ubi dicitur, quod Actor, omisso juramento in litem, petere possit, adversarium condemnari, quanti res est. add. Aut. p. 190.

7 *An actor dominus declaratur?* R. Affir.

8 *An tamen actor pretium, quod reus pro re solvit, restituere tenetur?* R. Neg.

9 *Sed quid, si reus rem b. f. in foro emerit, & quidem cum expressa protestatione, quod eam domino restituere velit?* R. Hoc hoc casu Actor pretium restituere tenetur. arg. tit. & delicto a generalitate earundem.

10 *Quibus vero casibus Actor pretium restituere tenetur?* R. Si pretium in ipsius utilitatem versum, vel res alias fuisset peritura, aut ab hostibus redempta, hisce enim casibus Domini negotium utiliter gestum est, qui propterea in refusionem pretii consensisse creditur. *Formulam* Libelli vid. apud Schacher in *Colleg. Pr. h. t.* adde Oldend. *Cl. 3. act. 2. in Pract.*

11 *Quid est Actio Publiciana?* R. Est actio in rem, qua &c.

12 *Quaenam est causa efficiens remota hujus actionis?* R. Praetor Publicius, qui eam introduxit.

13 *Quaenam est causa efficiens proxima?* R. Fictum dominium, cujus fundamentum est bona fides & justus titulus. fingit enim Praetor rem fuisse usucaptam, quae tamen revera usucapta non fuit. vid. L. 136 de R. J. Strav. Ex. 11. th. 40. Altesen. de Fict. tr. 3. c. 13.

14 *Quaenam est causa impulsiva hujus actionis?* R. Necessitas (quia Jure Civili ei, qui b. f. & justo titulo rem acceperat, & postea amiserat, nulla dabatur actio ad rem illam vindicandam) & Aequitas quia iniquum Praetori videbatur, ut b. f. possessor, qui jam in actu usucapiendi constitutus erat, ex facto alieno teneretur, & actionem non haberet adversus illum, qui tamen infirmiore jure quam ipse possideret. *Vid.* Eckolt. *ad tit. h. t. ibique* Schwendend.

15 *Quid igitur ad hanc actionem (1) requiritur?* R. Res tradita.

16 *Qualis autem traditio requiritur?* R. Vera vel *Ficta* v. g. in Servitutibus, quae constituuntur per usum & patientiam, tit. l. 11. §. 1. h. vel. Aut. p. 174. in R. Schacher. in *Coll. Pr. h. t.* Traditione clavium aut Instrumentorum. *Vid.* Aut. p. 170.

17 *An etiam (ut scil. haec actio Publiciana locum habeat) de Jure stricto in re legata & similibus traditio requiritur?* R. Affir. licet enim alias dominium rei legatae, si testatoris propria fuerit, ipso jure transeat, non tamen transit possessio, nec usucapiendi conditio. vid. Dn. de Lyncker in *Anal. h. t. th. 43.* & Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 5.* Vid. tamen Carpz. *Jur.* Consist. *h. t. q. 1.*

& simili; *1. pr. 7. ff. h. arg. 25. de usurp. Bach. de act. D. 3. th. 18. circ. fin.*
ex interpretatione tamen non requiritur in legato (1940) & similibus. 1
1. ff. f. 2. 13. ff. 1. vid. 15 Vinn. l. 1. q. 27. Si idem Non-Dominus rem eandem 2
pluribus vendiderit, datur Publiciana ei, cui prius (1941) est tradita: si
diversi Non Domini vendiderint,(1942) potior causa est (1943) possiden- 3
tis. *9. ff. 4.* Si tertius possideat, tum prior (1944) accipiens præfertur. 4
31. ff. f. de Act. Emt. Bach. V. 1. D. 15. th. 2. Lit. E. in f. & de Act. D. 3. th. 22.
Vinn. ad ff. 5. I. de act. num. 6.

[2] * Titulus ad transferendum dominium habilis, a. 5
(1945) *ff. 4. I. de act. L. 3. ff. 1. & LL. seqq. 13.* etiam putativus, si justa erro- 6
ris causa (1946) subsit: *5. h. 11. pro emt.* sic qui ignorans a furioso (1947) 7
emit, agit contra tertium, *5. h. 11. pro emt. 7. ff. 2 & 4.* non etiam contra 8
furiosum. *2. ff. 16. pro emt.*

[3] * Bona fides accipientis, scil. quod accipiens pos- a. 9
sessionem credat se esse dominum: *7. ff. 11. & seqq. LL. l. 13. ff. 1. in f.* suffi- 10
cit ab initio apprehensæ possessionis, & in emtione, tempore contractus
& traditionis, b. f. adfuisse; *l. 9. de usurp. 7. ff. 9. & f. h. ff. 4. I. de act. vid. c.*
3. de re jud. in 6. Schneidew. ad d. ff. 4 num. 27. Bach. de Act. D. 3. th. 20. in f.
mala fides superveniens hanc actionem non excludit, *7. ff. 12 & 14. h. junct.* 11
48. ff. 1. de A. R. D. etiam jure Can. (1948) *non obst. c. ult. X. de præscript.*
[nam correctorium non est extendendum ad hanc causam favorabilio-
rem.] *vid. l. f. h.* [4] * A Non (1949) Domino, vel qui non habuit pote- a. 12
statem rem alienandi. *ff. 4. I. de act. 1. pr.*

[5] * Res non (1950) vitiosa. *9. ff. 5. 12. ff. 4.* a. 13

S *DATUR* b. f. possessori, ut supra; etiam Vasallo, Emphyteuticario, 14
Superficiario, Usufructuario; &c. *11. ff. 2 & 3. L. 11. ff. 1.* & heredibus:
7. ff. 12. *NON* etiam vero (1951) Domino, qua (1952) tali; *1. ff. 1. h. 18. de* 15
pign. hic tamen sæpe agit tanquam b. f. possessor, propter difficilem do- 16
minii probationem. Hinc uno libello hæc actio successive sive alterna- 17
tive (1953) jungi solet cum Rei vindicatione, petendo rem ex jure domi-
nii, vel quasi. (1954) *c. 3. de re jud. in 6. Gail. l. 1. O. 62. num. 4 & 5. Berr. cl.*
5. D. 16. th. 8. Bach. de act. D. 3. th. 17. & ad Tr. V. 1. D. 15. th. 13. lit. A. vid. L.
1. ff. 4. quod legat.

P *CONTRA* possessorem verum, vel quasi, (1955) *11. pr. arg. 7.* 18
ff. 6 & 8. h. 16. ff. 3. de pignor. qui jus infirmius habet: *f. in f. 9.*
ff. 4. *NON* etiam contra verum dominum, *p. & f.* aut alium 19
possessorem, qui firmius vel (1956) æque firmum jus habet, *9. ff. 4.* 20
exce-

1 *An quoque ex benigna interpretatione in legatis & similibus haec traditio requiritur?* ℞. Neg.

2 *Si idem Non-Dominus rem eandem pluribus vendiderit, cui datur Publiciana?* ℞. Illi, cui res prius est tradita.

3 *Quid, si diversi Non-Domini vendiderint, cujus melior potior est causa?* ℞. [illegible] possidentis.

4 *Si vero tertius possideat, quis tum praefertur?* ℞. Prior accipiens.

5 *Quid ad hanc actionem (2) requiritur?* ℞. Titulus ad transferendum dominium habilis.

6 *An etiam titulus putativus (v. g. si rem a minore, quem majorem esse credidi, emerim. l. 3. §. 4. h. t.) sufficit?* ℞. Affir. si justa erroris causa subsit.

7 *An ergo is, qui putative a furioso emit, agit hac actione contra tertium?* ℞. Affir.

8 *An etiam is contra furiosum agit?* ℞. Neg. quia respectu hujus nihil actum est.

9 *Quid ad hanc actionem (3) requiritur.* (℞. Bona fides accipientis) *& in quo consistit hic bona fides, quae ad hanc actionem proponendam simul requiritur?* ℞. In eo, quod accipiens possessionem credat, se esse dominum.

10 *Quo tempore adesse debet bona fides?* ℞. Sufficit ab initio apprehensae possessionis, (unde sequitur, non opus esse bona fide tempore litis contestatae. *arg. l. un. C. de usuc. transf.* vid. Ant. *p. 579.*) & in emtione tempore contractus & traditionis eam adfuisse. *Vid. cit. c. 3. 2. de praesc. & ex jud. in 6.* ex quo apparet, Actionem Publicianam etiam in Jure Canonico fundatam esse. Hilliq. *ad Donell. lib. 20. c. 5. lit. R.*

11 *An mala fides superveniens hanc actionem excludat?* ℞. Neg. nec etiam Jure Can. cum &c.

12 *Quid ad hanc actionem (4) requiritur?* ℞. Ut res sit tradita a Non-Domino, vel, qui non habuit potestatem rem alienandi.

13 *Quid (5) requiritur?* ℞. Res non vitiosa.

14 *Cui datur haec actio?* ℞. Bonae fidei possessori, qui rem ex justa causa & titulo ad transferendum habili a Non-Domino accepit, &, usucapione nondum impleta, possessionem casu amisit, etiam Vasallo, (etiam contra ipsum dominum directum. vid. Struv. *Ex. 9. F. c. 20. q. 18.*) Emphyteutae, Superficiario, Usufructuario, &c. quando scil. hi a Non-Domino jura sua acceperunt, Struv. *Ex. 11. th. 49.* & heredibus, quia in hac actione eadem fere obtinent, quae in Rei vindicatione, & quia Jus *bonae fidei* possessoris ad heredes transit.

15 *An etiam vero Domino, qua tali, haec actio datur?* ℞. Non datur.

16 *An tamen hac actione verus Dominus agit tanquam b. f. possessor?* ℞. Affir. propter difficilem dominii probationem, quae in Rei vindicatione requiritur. *Ratio autem*, quod tanquam b. f. possessor agere possit, in eo consistit, quod haec actio *Publiciana* etiam illi datur, qui potius jus habet, quam possessor. Dominus autem potissimum jus prae omnibus habet.

17 *An ergo uno Libello haec actio cum rei vindicatione jungi potest?* ℞. Affir. successive scil. &c.

18 *Contra quem datur haec actio?* ℞. Contra possessorem (modo non pro herede possideat. Lauterb. *Coll. pr. 33. Vol. 4. D. 26.* vid. Oldend. *Cl. 3. act. 3. n. 4. p. m. 166.*) verum, vel quasi (*arg. tot. l. 7. §. 6 & 8. h. delectante a simili*, scil. a Rei vindicatione ad Publicianam. Rei vindicatio enim datur contra fictum possessorem, vid. Ant. *p. 118.* in p. ergo etiam Publiciana. Oldend. *Cl. 3. act. 3. p. m. 165.*) qui jus inferius habet, quale habet (1) qui sine titulo rem habet, (2) qui habet quidem titulum, sed mala fide, (3) qui rem quidem habet b. f. & ex justo titulo, sed recentiori. vid. Struv. *Ex. 11. th. 45.* ibique Dn. de [illegible] in *Anal.*

19 *An etiam contra verum Dominum haec actio datur?* ℞. Neg. quia hic jus habet fortissimum, & verum dominium praevalet scilicet. *Vid.* Schacher *Coll. Pr. h. t.*

20 *An tamen contra alium possessorem, qui similem, vel aeque firmum jus habet haec actio competit?* ℞. Neg.

1 *Qui-*

exceptis quibusdam (1957) casibus, in quibus exceptio Dominii (1958) re- 1
plicatione eliditur. (1959) *72 de R. V. 4. §. 32. de dol. mal. exc. 18. §. 15.*
de damn. infect. 28. de noxal. act. Bach. de Act. D. 3. th. 23. Fr. h. num. 9
& 10.

O *OBJECTUM* sunt res corporales & incorporales, *11. §. 1.* alienari vel 2
usucapi non prohibitæ. *9. §. 5. 11. §. 2. 12. §. 4.*

Judicis officium circa rem & fructus hic idem est, quod in rei vindi- 3
catione. *7. §. 8.*

SI AGER VECTIGALIS, ID EST, EMPHYT. PET.

VI. 3.

H VECTIGAL latissime significat omnem pensionem & præstationem 4
tam publicam, quam privatam. *59. §. 2. de usufr. Valasc. de jure em-*
phyt. q. 31. pr. *EMPHYTEUSIS* denotat interdum (1960) Contractum, 5
1. C. de jur. Emphyt. Nov. 7. C. 3. interdum rem, interdum ipsum (1961)
jus. *2. pr. C. d. t.* Vectigalis & emphyteuticarius hic sunt Synonyma, *ut* 6
& in L. 15. §. 1 qui satis. cog.

D *CONTRACTUS EMPHYTEUT.* (1962) est consensualis, de 7
utili rei immobilis dominio transferendo, sub lege meliorationis, & cer-
tæ pensionis annuæ, in recognitionem (1963) dominii directi solvendæ.
§. 3. I. de locat. 1. & seq. C. d. t.

t *DIVIDITUR* ab objecto (1964) in Civilem & Ecclesiasticum: *Nov.* 8
7. c. 3. Nov. 120. c. 1. C. hoc consultiss. 2. in pr. &. de reb. Eccles. non alien.
in 6. Fr. de laudemio. c. 9. num. 37. Ille est Publicus (1965) vel Priva- 9
tus. (1966) Ab adjuncto dividitur in Perpetuum (1967) & Tempora- 10
lem. (1968) *arg 1. L. ult. h.*

C Origine Romanus, (1969) nomen accepit a Zenone Imperatore. *§ 3.* 11
I. de locat. Harpr. in not. ad Jul. Clar. §. Emphyteusis. q. 2. n. 9. Vinn. ad d.
§. 3. n. 7.

C *CAUS. EFFIC.* est consensus partium, *d. §. 3.* Scriptura præcise 12.13
non (1970) requiritur: [licet eam Dd. communiter præcise requirant.
Carpz. p. 2. c. 39. d. 7. n. 6.] *arg. d § 3. arg. 4. de fid. instr. Harpr. ad d. §. 3. n.*
58. & in not. ad Jul. Clar. §. Emphyteusis q. 4. Bach. V. 1. D. 29. §. 9. lit. D. ¶.
Clarus d. q. 4. Valascus de jur. Emphyt. q. 7. n. 2. Vinn. ad d. §. 3. n. 8. quæ 14
tamen probationis gratia accedit, *1. 3. C. d. t. L. 4. de pignor. 4. de fid. instr.*
& utilis (1971) est. *Harpr. d. q. 4. inf.* 15

O *OBJECTUM* erant ab initio prædia rustica, sterilia; *1. h. Fr. de laude-* 16
mio.

1 *Quinam sunt casus excepti, in quibus exceptio, domini replicatione, eliditur?* ℞. Exempla sunt in *citt. text.*

2 *Quodnam est* Objectum *hujus actionis?* ℞. Res *corporales & incorporales*, (in quo potissimum differt Publiciana a Rei vindicatione: hæc enim tantum pro rebus *corporalibus* competit. *Vid.* Aut. *p. 116. in O.* Oldend. *Cl. 3. Act. 3. n. 6. p. m. 167.*) alienari vel usucapi non prohibitæ.

3 *Quale hic est Judicis officium circa rem & fructus?* ℞. Idem est, quod in Rei vindicatione: scil. *effective*, quia Publiciana est *utilis* Rei vindicatio.

4 *Quid vectigal latissime significat?* ℞. Omnem pensionem & præstationem tam publicam, quam privatam.

5 *Quid Emphyteusis denotat?* ℞. Interdum Contractum, interdum rem, interdum ipsum jus.

6 *An Ager vectigalis & emphyteuticarius in hujus Tituli inscriptione differunt?* ℞. Neg. sed sunt Synonyma, uti etiam in *l. 15. §. 1. ff. qui sat. reg.* unde errant illi, qui putant, agros vectigales saltem dici, qui a *Civitatibus*; emphyteuticarios vero, qui a *privatis* conducuntur.

7 *Quid est Contractus Emphyteuticarius?* ℞. Est contractus consensualis, de rei immobilis dominio *utili* transferendo, (quod utile dominium nihil aliud est, quam *Jus utendi fruendi* a proprietate separatum, cum jure rem *utiliter vindicandi*, atque in hoc etiam differt a locatione. *vid.* Dn. de Lyncker *in Anal. h. t. §. 44.*) sub lege meliorationis, [quia officium emphyteutæ est, ut agris meliorandis studeat] & certæ pensionis annuæ in recognitionem dominii *directi* solvendæ.

8 *Quomodo Contractus hic Emphyteuticarius dividitur ab Objecto?* ℞. In Civilem, (qui a Principe, Civitate, Municipio vel Privato aliquo de *suis rebus* initur) & Ecclesiasticum, qui ab Ecclesia, aliisque venerabilibus locis, *vid.* Lauterb. *Ex. 16. Concl. 7.* aut potius illorum Oeconomo, aut Prælato de *Rebus Ecclesiasticis* initur.

9 *Quotuplex est Contractus emphyteuticus Civilis?* ℞. Duplex: Publicus, vel Privatus.

10 *Quomodo Contractus emphyteuticus dividitur ab Adjuncto?* ℞. In perpetuum & temporalem.

11 *Qualis est Contractus emphyteuticus origine*, (℞. Origine est Romanus) *& a quo hic Contractus nomen accepit?* ℞. A Zenone, Imperatore.

12 *Quaenam est Causa efficiens hujus Contractus?* ℞. Consensus partium; quia ad sui perfectionem præter consensum neque verba, neque literas, neque ullam aliam desiderat concausam.

13 *An scriptura requiritur?* ℞. Hæc præcise non requiritur, licet *Dd.* eam præcise requirant.

14 *Cur vero scriptura accedit?* ℞. Probationis gratia.

15 *An ergo hæc scriptura utilis est?* ℞. Affir.

16 *Quodnam est objectum hujus Contractus emphyteuticarii?* ℞. Objectum erant ab initio prædia rustica sterilia; postea etiam cultissima & prædia urbana.

mio. c. 9. n. 21. Carpzov. p. 2. c. 39. d. 7. in pr. postea etiam cultissima &
prædia urbana: *Aut qui rem hujusmodi. C. de SS. Eccles. Nov. 7. c. 3. Nov.*
120. c. 1. Fr. d. c. 9. n. 30. Hodie in genere res corporales immobiles, qua- 1
rum utile dominium promittitur; *Fr. d. c. 9. num. 28. Valasc. q. 12. in f.* &
canon, sive annua pensio, qui consistit in pecunia, aliisque quibusvis (1972) 2
rebus, *Valasc. q. 1. n. 7. 99. Harpr. d. l. q. 3. num. 8 & 9.* etiam minimis;
v. g. uno nummo: (1973) *Valasc. d. q. 1. num. 8 & 11. Harpr. d. q. 3. n. 10.*
adeo, ut, si fructibus respondeat, in dubio locatio censeatur. *Valasc. d. q.* 3
1. num. 9.

A Adjiciuntur huic contractui pacta, quæ sic valent, ac si de natura 4
(1974) contractus essent, etiamsi contractus naturalia iisdem mutentur:
d. §. 3. 1. & LL. seqq. C. d. t. Leonin. in prælect. ad L. 1. n. 1. Valasc. d. l. q. 4. n.
3. e. g. tempus, *3. h. arg. 1. §. 3. de superfic. Vinn. ad §. 3. I. de locat. Valasc.*
d. l. n. 12. cum contractus sua natura sit perpetuus. *1. §. 1. h. 1. C. de offic.*
com. sacr. palat. Valasc. d. tr. q. 1. n. 12. Fr. d. c. 9. n. 14.

E Oritur ex hoc * *CONTRACTU* mutua obligatio, qua rei emphy- A 5
teuticariæ promissor ad rem tradendam & utile dominium transferen- 6
dum, accipiens vero ad culturam & curam, nec non ad pensionem annu- 7
am adstringitur. Inde descendit *ACTIO EMPHYTEUTICARIA: Barb.* 8
D *v. 1. Disp. 29. th. 13. lit. G.* quæ est personalis, h. e. competens ex 9
contractu emphyteuticario, ad id, quod partes exinde sibi invicem
præstare tenentur. Estque ex utraque parte (1975) directa, *Bachov.* 10
V. 1. D. 29. th. 9. lit. C. competens [1] Illi, cui Emphyteusis hoc con- 11
tractu est promissa, ejusque heredibus, adversus promissorem, ejus-
que heredes, ad rem in Emphyteusin promissam præstandam. (1976)
Valasc. d. l. quæst. 14. num. 1. [2] Domino (1977) rei Emphyteuti- 12
cariæ, ejusque heredibus, adversus emphyteuticarium, ejusque here-
des, [sed non contra successores (1978) singulares] *arg. f. §. 1. de con-* 13
trah. emt. 1. §. 16. ad SCt. Trebell. f. C. de hered. act. Carpzov. part. 2.
c. 38. d. 17. Corbulus de jur. emphyteut. c. 15. q. 6. num. 2. Bach. v. 1. D. 29. th.
13. lit. E. verb. ne quidem. in f. ad hoc, ut rem curando & colendo melio-
rem reddat, atque incolumem servet, inprimis autem ad pensionem sin-
gulis annis præstandam: *§. 3. I. de locat. 2. C. de Jur. Emphyt. Carpz. d. c.*
38. d. 17. a qua non liberatur ob sterilitatem, (1979) vel partis interitum; 14. 15
1. in f. C. h. Valasc. d. tr. q. 27. num 3. & seq. Cz. p. 2. c. 38. d. 19. nisi hostium 16
incursus omnem (1980) usum impediat, *Cz. d. d. 19. Valasc. d. q. 27. n. 13.*
aut

1 *Quae res hodie sunt Objectum hujus contractus?* R. In genere res corporales immobiles, (excluduntur ergo (1) res mobiles, quae enim usu non meliorantur, sed aut pereunt utendo, aut per attritionem fiunt deteriores. vid. tamen Dn. de Lyncker in *Anal. tit. Locat. th. 19.* & Brunnem. in *Repetit. Paratit. h. t. q. 12.* (2) res incorporales, quia hae non possunt excoli & meliorari, sicuti res corporales immobiles. vid. *Frantzk. de Laud. cap. 1.*) quarum utile dominium promittitur; & Canon, sive annua pensio.

2 *In quo consistit hic Canon, sive haec annua pensio?* R. In pecunia, aliisque quibusvis rebus, etiam minimis, v. g. uno nummo.

3 *Sed quid, si Canon fructibus respondeat?* R. Tunc in dubio locatio censetur: quia in Contractibus non tam nomen conventionis inspiciendum, quam natura & conditio negotii, quod celebratur: unde etiam hic locum habet Remedium *l. 2. C. de Rescind. vend.* de quo vid. Autor *p. 348. in fin.*

4 *Quaenam adjiciuntur huic contractui?* R. Pacta, quae sic valent, ac si de natura Contractus essent, etiamsi contractum naturalem eadem mutentur, e. g. tempus, (*arg. tot. l. 1. § 3. de superfic.* desumto *a simili*, scil. a superficie, quae ad tempus constitui potest, *vid.* Autor *p. 600. in 3.* ad emphyteusin) cum contractus sua natura sit perpetuus. Ex quo apparet, quod nulla differentia sit inter emphyteusin ecclesiasticam & civilem: nam & ecclesiastica est perpetua, & ad quoscunque heredes transitoria, si nihil aliud expresse dictum. *Nov. 120. c. 6.*

5 *Qualis obligatio ex hoc contractu oritur?* R. Mutua obligatio: quia non tantum accipiens concedenti, sed & concedens accipienti obligatur ad praestanda ea, quae vel ex natura contractus, vel speciali conventione, contractui *adjecta*, praestare debet.

6 *Ad quid igitur ex hujus obligationis mutuae processu rei emphyteuticariae adstringitur?* R. Ad rem tradendam & utile dominium transferendum.

7 *Ad quid vero accipiens adstringitur?* R. Ad culturam & curam, nec non ad pensionem annuam praestandam.

8 *Quaenam actio ex dicta obligatione mutua descendit?* R. Actio Emphyteuticaria.

9 *Quid est haec actio emphyteuticaria?* R. Est personalis (non realis, quae oritur ex obligatione Lauterb. *Ex. 16. Concl. 8.* Hinc differt haec Actio ab utili emphyteuticaria vindicatione, quae est realis. vid. *Aut. p. 123*) bonae fidei, (quae nascitur ex contractu h. t. & in *§ 28. J. de Act.* sub Locatione & Emtione continetur. *vid. Aut. p. 615 fere in fin. & seq.* Struv. *Ex. 46. th. 31.*) competens ex contractu emphyteuticario ad id, quod partes invicem sibi invicem praestare tenentur.

10 *Qualis est haec actio ex utraque parte?* R. Directa.

11 *Cui & ad quid haec actio (1) competit?* R. Illi, cui emphyteusis &c.

12 *Cui & ad quid (2) competit?* R. Domino emphyteuticario, ejusque heredibus, adversus &c.

13 *An etiam datur contra successores singulares?* R. Neg.

14 *An emphyteuticarius a Canonis praestatione, ob sterilitatem, liberatur?* R. Neg. quia emphyteuta non solvit Canonem fructibus proportionatum, sed exiguum in recognitionem dominii; unde sterilitas ad damna partialia pertinet, quae spectat ad emphyteutam. *vid. Aut. p. 115* in 3.

15 *Num tamen ob partis interitum a Canonis praestatione liberatur emphyteuticarius?* R. Neg. quia pars reliqua dominium directum adhuc est recognoscendum solutione Canonis, qui, cum in modica pecunia, vel alia praestatione exigua solvatur, nihil de eo decrescit.

16 *Quibus vero in casibus diminui potest Canon arbitrio boni viri?* R. Si hostium incursus omnem usum impediat, (tum enim emphyteusis pro penitus extincta habetur Ungep. *ad Decret. l. 3. t. 18. n. 48.* Lauterb. *Coll. pos. 37. Vol. 4. D. 16.* & Struv. *Ex. 24. th. 34.*) aut pensio promissa fructibus respondeat.

aut pensio promissa fructibus respondeat: tum enim arbitrio boni viri
diminuitur; (1981) *Vinn. ad d. §. 3. in f. Gail. 2. O. 23. Valasc. q. 17. num.*
11. aut si loco pensionis certa portio (1982) fructuum promissa. *Lauterb.* 1
ad L. 1. C. de jur. Emphyt. num. 5.

E * Re autem *TRADITA* (1983) constituitur *JUS EM-* a. 2
D *PHYTEUTICUM*: *3. §. 4. de reb. eorum, qui sub tut. 3. pr. C. h.* quod est 3
jus in re immobili, plenissime utendi, fruendi, cum potestate rem vin-
dicandi, a Domino, alteri sub lege meliorationis & annuæ pensionis, in
recognitionem dominii directi, solvendæ concessum. *71. § 5. & f. de le-*
gat. 1. L. 3. §. 4. de reb. eor. L. 1. & seq. C. h. §. 3. I. de locat. 1. ff. h. Idem est, 4
si per ultimam voluntatem (1984) relinquatur, *arg. §. 1. I. de usufr.* aut
si præscribatur. (1985) *arg. L. f. in f. C. de long. temp. præsc. Bach. tr. de usu-* 5
cap. c. 5. assert. 29. t. 1. d. Bach. v. 1. D. 29. th. 9. lit. A.

S Hoc jus * *TRANSMITTITUR* ad heredes, testamentarios & legiti- b. 6
mos omnes, (1986) *§. 3. I. de locat. 1. pr. Nov. 7. c. 3.* sive emphyteusis sit
ecclesiastica, sive civilis; *Nov. 120. cap. 1.* [quo *Nov. 7. cap. 3.* est (1987) cor-
recta:] *Clement. 1 & 2. de reb. Eccles. non alien. Bach. v. 1. D. 29. th. 10. lit.*
A. Fr. de laudem. c. 9. n. 49. t. 1. d. 9. de probat. Nov. 120. c. 6. arg. d. §. 3. nisi
pacto sit aliud (1988) conventum. *Fr. d. c. 9. n. 62. vide Bach. v. 1. D. 29. th.*
11. lit. E. * *TRANSFERTUR* etiam titulo singulari quocunque, b. 7
(1989) in quemcunque non prohibitum, qui canonem solvere potest; 8
d. § 3. l. 71. § 5. & f. de leg. 1. L. 3. C. h. [neque hoc prohibere valent, aut 9
revocare liberi (1990) & futuri heredes, pro quibus hoc Jus etiam erat
constitutum *arg. d. § 3. d. L. f. Bach. d. D. 29. th. 10. lit. B.*] accedente Do- 10
mini consensu *L. f. vers. minorem licere & in f. C. de Jure Emphyt.* nam hoc
non requisito, Emphyteuta jure suo cadit; *d. L. f. in f. Carpz. p. 2. c. 38.*
def. 13. ubi in fine addit, hoc in Saxonia non (1991) observari; Dominus 11
novum Emphyteutam regular. recipere, (1992) hic vero Domino laude- 12
mium, sive quinquagesimam (1993) partem pretii solvere tenetur: *L. f.* 13
vers. necessitatem & seq. C. h. t. 1. d. Fr. de laudem. c. 8. num. 14. & c. 23. quod
si Dominus per duos menses recuset, (1994) potest Emphyteuta contra 14
ejus consensum transferri. *d. L. f. in f. Bach. d. D. 29. th. 13. lit. B.* Hypo- 15
theca potest constitui citra (1995) Domini voluntatem, *31. de pignor.*
Carpz. p. 2. c. 25. D. 7. n. 10. quod etiam de subemphyteuticatione tradit. 16
Fr. d. tr. c. 14. n. 34. vendita (1996) emphyteusi Dominus habet jus προ- 17
τιμήσεως sive retractus (1997) intra 2 menses. *d. L. f. vers. disponimus. Fr.*
d. c. 9. num. 115.

E Hoc jus simile est dominio: *Fr. de laudem. cap. 14. n. 7. L. 12.* 18
in f.

1 *An idem dicendum, si loco pensionis certa pars fructuum promissa?* ℞. Affir.

2 *Quale jus re tradita constituitur?* ℞. Jus Emphyteuticum.

3 *Quid est Jus Emphyteuticum?* ℞. Est jus in re immobili, plenissime utendi, fruendi, (quod dicitur *utile dominium*, vid. Aut. *p.* 111. & multis modis ab Usufructu differt. vid. Aut. *p.* 116. in E. Stryk. *Ex. J. Feud. c.* 1. *q.* 14. & Bocer. *Class.* 2. *Disp.* 14. *th.* 30.) cum potestate rem vindicandi, &c.

4 *An idem est, si non traditione, sed per ultimam voluntatem hoc jus emphyteuticum constituatur & relinquatur?* ℞. Affir.

5 *Num etiam, si praescribatur?* ℞. Affir. arg. *tit. l. f. in f. C. de long. temp. praesc.* desumto *a fundis*, scil. ab usufructu, vid. Aut. *p.* 115. aliisque juribus, quae praescribi possunt, ad emphyteusin.

6 *An hoc jus emphyteuticum transmittitur ad heredes?* ℞. Affir.

7 *An hoc jus etiam titulo singulari quocunque transfertur?* ℞. Affir. quia dominium utile inter alios effectus facultatem quoque alienandi domino utili tribuit. Hinc Emphyteuta vendere, donare, legare, permutare, in dotem dare &c. jus suum potest.

8 *In quovis autem titulo singulari hoc jus transferri potest?* ℞. In quemcunque non prohibitum, qui canonem solvere potest, (si enim novus Emphyteuta est idonea persona, Dominus ipsum recipere tenetur, nec eum rejicere potest. *l.* 3. *C. h. t.*) accedente Domini consensu, qui in venditione ad hoc requiritur, ut Dominus intra duos menses Jus προτιμήσεως exercere possit; in reliquis vero modis alienandi ad hoc, ut Dominus novum Emphyteutam recipiat, & ab ipso laudemium accipiat.

9 *An alienationem, ab emphyteuticario factam, prohibere aut revocare valent liberi & futuri heredes, pro quibus hoc jus etiam erat constitutum?* ℞. Neg.

10 *An, Domini consensu ad alienationem non requisito, emphyteuta Jure suo cadit?* ℞. Affir.

11 *An hoc in Saxonia quoque observatur?* ℞. Neg. Rationem dat Struv. in *Jpr. R. G. For. l.* 2. *t.* 14. §. 13. quod in Foro Sax. resignatione judiciali non interveniente, res non censeatur perfecte tradita. *Vid.* tamen Bechm. *ad tit. h. t. Obs.* 1.

12 *An Dominus regulariter novum emphyteutam recipere tenetur?* ℞. Affirm. si, scil. ipse intra duos menses rem emphyteuticam emere, & idem pretium solvere nolit: iniquum enim est, nolle emere, nec in alienationem consentire, quod Domino sane non permittendum.

13 *Quid vero novus emphyteuta Domino solvere tenetur?* ℞. Laudemium, sive quinquagesimam pretii partem.

14 *Quid, si vero Dominus per duos menses renuerit?* ℞. Tunc potest contra ejus consensum emphyteusis transferri.

15 *An in emphyteusi hypotheca potest constitui citra Domini voluntatem?* ℞. Affir.

16 *An hoc etiam in subemphyteuticatione procedit?* ℞. Affir. Domino enim non fit praejudicium, cum is, qui emphyteusin ipse concessit, Domino adhuc obligatus maneat, & canonem annuum, de quo primum conventum, praestare teneatur.

17 *Si emphyteusis vendatur, quale jus Domino competit?* ℞. Jus προτιμήσεως, sive retractus intra duos menses, adversus emtorem extraneum, qui emphyteusin emit; Bocer. *Cl.* 3. *Disp.* 15. *th.* 5. non tamen contra Emphyteutam ad retractum (Vorkauffs Recht) admittitur, si Dominus directum suum dominium & Canonem vendat. *Vid.* Lauterb. *ad Jus Prov. Wurtemb. p.* 2. *tit.* 15. §. 27.

18 *Cui hoc Jus emphyteuticum simile est?* ℞. Dominio, imo est pars dominii, & quidem quoad exercitium potentior: hinc etiam dicitur Dominium *utile*, nutzbar Eigenthum, ipsique Emphyteuticarii quodammodo Domini dicuntur. *L.* 12. *in fin. C. de fund. patr.* Lauterb. *Disp. de Consol. th.* 37. Struv. *Ex.* 11. *th.* 35. Bardili *Ex.* 16. *Concl.* 4.

in f. C. de fund. patrim. hinc domini ejus liberantur a satisdatione, *15. §.* 1
1. qui satisd. cog. omnia commoda (1998) ex re provenientia percipi- 2
unt, *1 pr. & §. 1. h. § 3. I. locat.* ac propterea etiam onera ordinaria, & 3
extraordinaria rei sustinent; *1 C. h. l. 7 de Publican. 3. C. de annon. & tri-*
but arg. 7. §. 2. de usufr. Carpz. p. 2. c. 38. d. 18. apochas tamen (1999) do- 4
mino tradere tenentur: *2. C.* habent (2000) utile interdictum Uti possi- 5
detis, (2001) *arg. 1. §. 8. Uti possidet. Borr. cl. 4. D. 5. th. 48.* Unde vi,
(2002) & alia; *1. §. 9. de vi & vi armat.* habent etiam Utilem rei vindi-
D cationem, sive actionem, *SI AGER VECTIGALIS*, (2003) quæ est 6
prætoria, *74. & seq. de R. V.* Realis, (2004) qua Emphyteuticarius con-
tra quemcunque possessorem [etiam directum (2005) dominum] petit,
ut judex sua sententia, rem, jure emphyteuticario, ad se pertinere decla-
ret, & adversarium ad rei restitutionem cum omni causa (2006) conde-
mnet. *1. § 1. h.*

O *EXTINGUITUR* jus Emphyteut. [1] totali rei emphyteuticæ inte- 7
ritu, *arg. § 3. I. de usufr. § 3. J. loc. L. 1. C. h.* civili (2007) & naturali; *arg. 63.*
§. f. pro. Soc. arg. 20. de capt. & postlim. 36. de religios. non etiam (2008) 8
partiali. *d. §. 3. l. 1. C. h.* [2] Cessione *arg. §. 3. I. de usufr. Corbul. de J.* 9
emphyt. c. 8. n. 1. voluntaria, volenti (2009) Domino, vel contra. *arg. d.*
§. 3. L. 5. C. de O. & A. 3. C. de fund. patrimon. Corbul. d. c. 8. n. 4. Bach. v. 1.
D. 29. th. 13. lit. D. [3] Præscriptione, (2010) si vel emphyteuta dire- 10
ctum, (2011) vel dominus plenum (2012) præscribit dominium. *Carpzov.*
p. 2. c. 3. d. 17. [4] Tempore elapso, ad quod fuit contracta. *f. h. Cor-* 11
bul. d. tr. c. 11. per tot. [5] Extinctis omnibus personis, pro quibus fuit 12
concessa. *Corbul. d. tr. c. 12.* [6] Culposa & insigni rei Deterioratione, 13
Aut. qui rem. C. de SS. Eccles. (2013) *Carpz. p. 2. c. 38. d. 23. Corbul. d. tr. c. 13.*
n. 4. ita tamen, ut non sufficiat levissima (2014) culpa: *arg. 5. §. 2. com-* 14
mod. 23. de R. I. nec tota emittitur, si pars tantum (2015) deterioretur. 15
Carpz. d. def. 23. [7] Re alienata consensu Domini non requisito. *l. f. in* 16
f. C. h. Corbul. d. tr. c. 14. vid. supr. pag. 122. [8] Canone non soluto, in 17
ecclesiastica ultra biennium, in seculari intra triennium, nec apochis
(2016) domino traditis, ipso jure cadit Emphyteuta jure suo, *2. C. h. Aut.*
qui rem. C. de SS. Eccles. Bach. v. 1. D. 29. th. 12. lit. B. licet nulla (2017) in- 18
terpellatio intervenerit; *2. C. h. 12. C. de contrah. & committ. stipul.* modo
dominus hanc voluntatem vivo emphyteuticario (2018) declaraverit: 19
2. C. h. Carpz. p. 2. c. 38. d. 9. tum enim judicis sententia declaratoria, ex- 20
pellitur (2019) emphyteuticarius, *arg. 176. de R. I. junct. 7. C. unde vi.*

Vim

1 *An Emphyteuticarii a satisdatione liberantur?* R. Affir.

2 *An Emphyteuticarii omnia commoda, ex re provenientia, percipiant?* R. Affir.

3 *Num quoque omnia onera, ordinaria & extraordinaria sustineant?* R. Affir.

4 *An tamen apochas domino tradere teneantur?* R. Affir.

5 *Quales actiones habent Emphyteuticarii?* R. Utiles interdictum *Uti possidetis*, *Unde vi*, & alia, item *Utilem rei vindicationem*, sive Actionem *Si ager vectigalis.*

6 *Quid est haec Actio Si ager vectigalis?* R. Est Praetoria, realis (non personalis, quia datur ex jure in re), qua Emphyteuticarius contra quemcunque possessorem, etiam contra directum Dominum, (contra heredes vero non datur, nisi sint possessores: cum actiones reales in heredes, qua tales, non transeant; *vid. Aut. p. 624.* non enim personam successorum, sed rerum possessorem sequuntur, & quodammodo contra rem ipsam diriguntur *l. 19. … de jure fisc.* Lauterb. *Diss. de Transit. act. th. 2. in fin.*) petit, ut Judex sua sententia &c.

7 *Quando Jus emphyteuticarium (1) extinguitur?* R. Totali rei interitu, (*arg. tit. §. 3. J. de usufr.* desumto *a simili*, scil. ab usufructu, qui interit *totali* rei interitu, *vid. Aut. p. 124. n. 5.* ad emphyteusin, est enim Jus in re, qua sublata & ipsum Jus emphyteuticarium tolli necesse est) & quidem tam interitu *civili*, quam naturali. *arg. tit. l. 63. §. 5. ff. pro Socio.* desumto *a simili*, scil. a Societate ad Contractum emphyteuticum: tollitur autem societas morte naturali & civili; *vid. Aut. p. 395. in 3.* ergo etiam emphyteusis.

8 *An etiam partiali rei interitu emphyteusis extinguitur?* R. Neg.

9 *Quando Jus emphyteuticarium (2) extinguitur?* R. Cessione voluntaria volenti domino aut contra; *arg. tit. §. 3. J. de usufr.* desumto *a simili*, scil. ab usufructu ad emphyteusin, quae dicitur consolidatio. *Vid. Aut. p. 129.*

10 *Quando Jus emphyt. (3) extinguitur?* R. Praescriptione, si scil. Dominum *plenum*, vel Emphyteuta *directum* praescripserit dominium.

11 *Quando Jus emphyt. (4) extinguitur?* R. Tempore elapso, ad quod usque emphyteusis fuit concessa: quae enim ad tempus sunt concessa, post illud elapsum prohibentur consistere. *Vid.* Donell. *lib. 9. c. 15.*

12 *Quando Jus emphyt. (5) extinguitur?* R. Mortuis seu extinctis omnibus personis, pro quibus Emphyteusis fuit concessa.

13 *Quando Jus emphyt. (6) extinguitur?* R. Culposa & *insigni* rei emphyteuticae deterioratione; h. e. ut deterioratio perpetuam ipsius fundi jacturam respiciat, quae etiam successori in dominio directo est nocitura, non vero quae tantum difficultatem fructuum percipiendorum causatur.

14 *An vero ad amissionem emphyteuseos sufficit deterioratio culpa levissima facta?* R. Neg.

15 *Num tamen parte tantum deteriorata, tota emphyteusis amittitur?* R. Neg.

16 *Quando Jus emphyt. (7) extinguitur?* R. Re emphyteuticaria alienata, & in alium translata consensu Domini non requisito. *Vid. Aut. p. 222.*

17 *Quando Jus emphyt. (8) extinguitur?* R. Si canon in emphyteusi ecclesiastica intra biennium, in seculari vero intra triennium non sit solutus, nec apochae traditae: tunc enim ipso jure cadit Emphyteuta suo jure.

18 *Sed quid, si intra hoc tempus a Domino nulla interpellatio intervenerit?* R. Tamen non excusatur emphyteuta.

19 *Quonam autem tempore Dominus voluntatem suam de adimenda emphyteusi declarare debet?* R. Vivo emphyteuticario.

20 *An vero Dominus, ob causas modo recensitas, emphyteutam propria autoritate expellere potest?* R. Neg. nemo enim sibi ipsi Jus dicere potest.

3 *An*

Vinn. ad §. 3. I. locat. n. 5. Carpz. p. 2. c 38. d. 1 Bach. v. 1. D. 29. th. 12. lit. B.
ita ut nec expensas ex natura contractus factas repetere (2020) possit ; 2. 1
C. h. Aut qui rem. C. de SS. Eccles. Carpz. p 2. c. 38. d. 12. n. 9. nisi emphyteu- 2
ticarius, ante domini declarationem canonem (2021) offerendo, moram
(2022) purgaverit, *c §. x. de locat. Carpz. p. 2. c. 38. d. 11.* aut pacto aliud
conventum, 2. C. vel a Domino hoc remissum sit, etiam tacite. (2023)
2. C. Carpz. p. 2. c. 38. d. 6. Bach. v. 1. D. 29. th. 12. lit. D. vid. Corbul. d. tr. q.
15. ubi hac late.

SS Affinia hujus *CONTRACTUS* sunt emtio, locatio. *§. 3. I. de loc. Leo-* 3
nin. in prælect. ad rubr. C. de Jur. Emphyt. Valasc. d. tr. q. 19. & seq. Co- 4
gnata *JURIS* sunt [1] Jus Feudale, (2024) *vid. Valasc. d. tr. q. 38 & 39.*
[2] Jus Censiticum, (2025) quod sua natura etiam directum dominium
continet, & ex quo tantum pro recognitione (2026) domini accepti sin-
gulis annis census solvitur. *Valasc. d. tr. q. 32. n. 27. Carpzov. p. 2. c. 39. d. 1.*
& seq. Fr. de laudem c. 10. n. 72. & seqq. [3] Jus Libellarium, quod in Ju-
re Feudali pro hoc jure emphyteuticario accipitur : (2027) *lib. 2. F. tit.*
9. §. 1 Fr. d. tr. c. 11. n. 13. Jure vero civili est jus, quod quis habet in bonis, 5
quæ pretio interveniente ita conceduntur alicui a Domino, ut pensionem
certam singulis annis solvat, & præterea stato tempore, possessore et-
iam non mutato, rursus numerato certo vel arbitrario pretio jus istud re-
novet. (2028) *Cujac. de feud. lib. 1. c. 2. in med. Fr. d. tr. c. 13. n. 1. & seq.*
[4] Jus (2029) superficiarium, & [5] Jus precariæ. (2030) *c. 1 & 2. X. de*
precar. Fr. d. tr. c. 12. n. 4. & seqq.

DE USUFRUCTU. VII. 1.

D SERVITUS hic est Jus, in re aliena alteri constitutum, quo rei (2031) 6
illius dominus, ad alterius utilitatem aliquid pati, vel non (2032) face-
re tenetur. (2033) *13. §. 1. 19. pr. de damn. infect. 5. pr. si usufr. pet. 26. de S.*
P. R. 15. de Servit. 5. §. 9 de operis nov. nunc.

† Ratione rei dominantis (2034) est *PERSONALIS,* (2035) quæ per- 7
sonæ ; 32. *RE ILIS,* quæ rei est constituta. *1. de servit. 20. §. 1. de A. R. D.*
Personales iterum sunt *ORDINARIÆ,* (2036) quæ scil. semper tales sunt, 8
ut : ususfructus, usus, habitatio ; *1. de serv. 32. de usufr.* *EXTRAORDINA-*
RIÆ, (2037) quæ regulariter rebus, interdum personis, conceduntur.
4. pr. de S. P. R. 6. de serv. legat 14. §. f. de alim. & cibar. leg. de cujus lectio-
ne (2038) *vid. Bach. & Vinn. ad §. 1. de servit. n. 1.*

H *USUSFRUCTUS* in latissima significatione dividitur docendi gra- 9
tia

1 *An tamen emphyteuta, si emphyteusi ex dictis causis privetur, meliorationes & expensas, ex natura contractus factas, repetere potest?* ℞. Neg. cum hactenus omnes fructus perceperit, cum quibus hæ expensæ & meliorationes sunt compensandæ.

2 *Quibus vero casibus, ob canonem non solutum, emphyteuta emphyteusi non privatur?* ℞. Si emphyteuticarius, ante Domini declarationem, canonem offerendo, moram purgaverit, aut pacto aliud conventum, vel postea a Domino expresse vel *tacite*, canonem scil. petendo vel accipiendo, hoc remissum sit.

3 *Quænam sunt hujus Contractus emphyteuticarii* affinia? ℞. Emtio & Locatio.

4 *Quænam vero sunt* cognata *hujus Juris Emphyteuticarii?* ℞. (1) Jus Feudale, (2) Jus Censiticum, quod sua natura etiam directum dominium continet, & ex quo &c. (3) Jus Libellarium, quod in Jure Feudali pro hoc jure [*nempe emphyteutico*] accipitur, (4) Jus Superficiarium & (5) Jus precariæ.

5 *Quid Jure* Civili (*vel potius secundum ejus interpretes*) *est Jus Libellarium?* ℞. Est Jus, quod quis habet in bonis, quæ &c.

6 *Quid* hic *est servitus?* Est jus, in re aliena &c.

7 *Quotuplex est hæc servitus ratione rei dominantis?* ℞. Vel *Personalis*, quæ personæ; vel *Realis*, quæ rei est constituta.

8 *Quotuplices sunt Servitutes Personales?* ℞. Personales iterum sunt vel *Ordinariæ*, quæ scil. semper personales sunt, ut: Ususfructus, Usus, Habitatio; vel *Extraordinariæ*, quæ regulariter rebus, interdum personis conceduntur.

9 *Quomodo dividitur Ususfructus in* latissima *significatione docendi gratia?* ℞. In usumfructum Rei propriæ & Alienæ.

tia in usumfructum *REI PROPRIÆ*, [qui non est jus in re (2039) sepa- 1
ratum; *5. pr. si usufr. pet.* inde a DD. causalis (2040) vocatur, de quo *in 21.* 2
§. 3. de except. rei judic. 58. 126. §. 1. de V. O. 6. de usufr. earum rerum, sed non
in 4. h. Fr. h. n. 18] & *ALIENÆ*, qui si potestatem rem vindicandi (2041) 3
habet, dicitur *UTILE DOMINIUM*, (2042) *vid. c. un. lib. 2. Feud. tit. 23.*
D sin non habet, est servitus, qui a Dd. dicitur *USUSFRUCTUS FORMA-* 4. 5
LIS, qui ratione rerum, in quibus constituitur, vel est (2043) *VERUS* 6
[jus alienis rebus utendi fruendi salva earum substantia] vel *QUASI*
(2044) ususfructus. *§. 2. I.*

C Constituitur * a *LEGE* Patri, vel jure patriæ potestatis, *§. 1. I. per* A 7
quas personas cuique acquir. l. 6. pr. C. de bon. quæ lib. 1. C. de bon. matern. vel
in præmium (2045) emancipationis: *§. 2. I. per quas person. cuique acquir.*
vid. tamen Carpz. p. 2. c. 10. d. 5. L. 6. §. 3. C. de bon. quæ lib. aut patri vel ma-
tri ob secundas nuptias in casu (2046) *L. 3. & seq. Aut. L. 5. & seq. Aut. C.*
de secund. nuptiis.

* *AB HOMINE*, vel a * *JUDICE* per sententiam in a. B 8
judiciis (2047) divisoriis, *6. §. 1. h. 16. §. 1. famil. ercisc. 6. §. 10. comm. di-*
vid. vel a * *DOMINO* * *TACITA* volun- b. C 9
tate, mediante præscriptione, [*obst.* (2048) *10. §. 1. 4. §. 27. de usucap.*] *28.* 10
de V. S. longi scil. temporis, concurrente b. f. & (2049) titulo; [*dissent.*
Vinn. & Fr. 10. si serv. vind. 2. C. de servit. 1. §. f. de aq. & aq. pluv.] *f. in f.*
C. de long. temp. præscr. vid. tamen Aut. malæ fidei C. eodem. longissimi ve- 11
ro, si tantum b. f. adsit, sine titulo. *8. §. 1. C. de præscript. 30. l. 40. ann.* Ma- 12
læ fidei possessor nec longissimo tempore præscribit, sed tantum exce-
ptione illius præscriptionis in quasi possessione (2050) defenditur. *arg. d.*
l. 8. §. 1. * *EXPRESSA*, in- c. 13
ter * *VIVOS* per quasi traditionem ex justa (2051) causa; *11. §. 1. de publ.* D
in rem act. §. 1. I. h. vid. 3. h. f. de servit. 7. pr. usufructuar. quemadmodum ca-
veat.

* *MORTIS* causa per legatum, *§. 1. I. h. 3. pr. h.* quo ususfructus, d. 14
a tempore hereditatis aditæ, *L. un. §. 2. quando dies usufr. leg. ced.* ipso Ju- 15
re (2052) constituitur, & legatario acquiritur; *L. 25. §. f. h. 10. 29. de usufr.*
leg. 19. §. 1. quemadm. serv. amitt. f. de serv. leg. arg. 80. de legat. 2. 64. in f. de
furt. possessio vero ab herede (2053) præstatur; *3. pr. h. 1. §. 2. L. 2. Si u-* 16
sufr. pet. *NON* etiam ab eo, qui utile (2054) tantum habet dominium: 17
Prætor tamen tuetur (2055) hunc usumfr. *1. pr. quib. mod. usufr. amitt. 9.* 18
§. 1. usufr. quemadmodum. cav. resoluto jure constituentis solvitur hujus- 19
modi usufr. *31. de pignor. cap. un. §. rei autem. lib. 2. Feud. tit. 8.*

ACQUI-

1 *An Ususfructus hic propriè est jus in re separatum?* R. Neg.

2 *Quomodo ergo a DD. vocatur?* R. Ususfructus causalis.

3 *Quomodo dicitur Ususfructus rei alienæ, qui potestatem rem vindicandi habet?* R. Utile Dominium.

4 *Quid si vero hanc potestatem rem vindicandi non habeat?* R. Tunc est servitus.

5 *Quomodo hoc ultimo casu, si nempe Servitus est, a Doctoribus dicitur?* R. Ususfructus formalis.

6 *Quotuplex est hic Ususfructus* formalis *ratione rerum in quibus constituitur?* R. Duplex: *Verus*, (qui est Jus alienis rebus utendi fruendi, salva rerum substantia) & *Quasi ususfructus*, de quo vid. tit. *Tit. de Usufr. ear. rer. quæ usu consum.*

7 *A quo constituitur hic ususfructus*, (R. Vel a Lege, vel ab Homine) *& cui a Lege constituitur?* R. Patri, & quidem vel Jure patriæ potestatis, krafft vätterlicher Gewalt, vel in præmium emancipationis: aut patri, vel matri, ob secundas nuptias, in casu *l. 3. & seq. &c.*

8 *Quotupliciter ususfructus ab homine constituitur*, (R. Dupliciter: vel a Judice, vel a Domino) *& quomodo a Judice constituitur?* R. Per sententiam in Judicio divisorio.

9 *Quotuplici modo a Domino constituitur?* R. Duplici: tacita & expressa voluntate.

10 *Quomodo ususfructus a Domino* tacita *voluntate constituitur?* R. Mediante præscriptione, longi sc. temporis, concurrente bona fide & titulo.

11 *Quando vero longissimo tempore per præscriptionem ususfructus constituitur?* R. Si tantum bona fides adsit, sine titulo.

12 *Quid autem in malæ fidei possessore obtinet?* R. Hic nec longissimo tempore præscribit, sed tantum exceptione illum præscriptionis in quasi possessione defenditur.

13 *Quotuplici modo a Domino* expressa *voluntate ususfructus constituitur*, (R. Duplici: vel inter vivos, vel mortis causa) *& quomodo inter vivos constituitur?* R. Per quasi traditionem ex justa causa.

14 *Quomodo vero* mortis causa *ususfructus constituitur?* R. Per legatum, & vocatur ususfructus testamentarius.

15 *A quo tempore autem, & quomodo hoc casu ususfructus constituitur, & legatario acquiritur?* R. A tempore hereditatis aditæ, *ipso jure*.

16 *An etiam possessio* ipso jure *legatario acquiritur?* R. Neg. sed hæc ab herede præstatur: quia possessio *facti est*; ea vero, quæ facti sunt, ipso jure non transeunt.

17 *An etiam ab eo constitui potest ususfructus, qui* utile *tantum dominium habet, qualis est Vasallus, Emphyteuticarius, & Superficiarius?* R. Neg. quia ususfructus constitutio est species alienationis, quæ sine consensu Domini directi fieri non potest.

18 *An tamen Prætor quomodo usumfructum tuetur?* R. Affir. ad dies scil. vitæ domini utilis, cum domino directo sic non præjudicetur, quippe qui dominium utilem nihilominus retinet obligatum.

19 *An ergo resoluto jure constituentis, resolvitur quoque hujusmodi ususfructus?* R. Affir. non enim potest dominus utilis, in præjudicium domini directi, Rei onus imponere.

S *ACQUIRERE* possunt usumfr. omnes, qui non prohibentur; etiam 1
fictæ personæ, ut. Civitates, *56.* Ecclesiæ, *23. C. de SS. Eccles.* alia Colle- 2
gia. *8. de usufr. legat.* Filiusfamilias usumfructum adventitium patri 3
acquirit, qui filio mortuo in patre remanet; (2056) patre mortuo in filio, 4-5
(2057) licet heres patris non sit. (2058) *L. f. C. h.*

O Constituitur verus ususfr. in omnibus rebus, quæ sunt in commercio, 6
& usum quemcunque præstare possunt, *28. 41. pr.* nec utendo statim con-
sumuntur, *§. 2. I.* sive sint mobiles, sive immobiles, *§. 2. I. L. 7. §. 1.* sin-
gulares vel universales, *29. 34. §. f.* incorporales: *3. de usufr. earum re-
rum.* hodie in annuis reditibus, Jurisdictione, (2059) *Vinn. ad §. 2. I.
Schneidew. ad §. 2. I.* in parte (2060) divisa, *6. §. 1. comm. præd. 25. §. 1.
de V. S.* parte (2061) indivisa. *5. pr. h. vid. 5. de stipul. Serv. 66. §. 2. de Leg.* 7
2. vid. Fr. Ex. 10. q. 4. Vinn. l. 1. q. 28.

E Ususfructu legitime constituto, & quasi possessione translata 8
* *USUFRUCTUARIUS* Jus possidet civiliter; (2062) rem vero naturaliter; E *[illegible]*
12. §. 1. 49. pr. de A. vel A. P. vid. 15. §. 1. qui satisd. cog. 10. §. f. d. A. R. D.
habet omnia adminicula, sine quibus ususfructus exerceri omnino non
potest; *1. §. 1. Si ususfr. pet. 44. §. 9. de leg. 1. vid. tamen 30. h.* Custodiæ
causa casam in area ædificare, *73.* non etiam alia ædificia struere, tolle- 9
re, *13. §. 7.* nec cœpta perficere (2063) potest; *44. de. h. vid. 15. pr.* Re &
accessione ejus plene utitur, etiam ad (2064) voluptatem, *9. §. 4.* quasi
Dominus dicitur in *l. 12. pr. d. aq. & aq. pluv. arc.* Percipit & percipiendo
suos facit fructus (2065) omnes, *13. quib. mod. ususfr. amitt. 25. §. 1. de usur.
48. de A. R. D. 13. §. fin. h.* naturales & (2066) civiles, *7. pr. §. 1. l. 9. pr.
10. 59. §. 1. h.* laudemium, (2067) *Fr. tr. de laudem. c. 7. n. 53.* Proventus
(2068) metallicos, *9. §. 2 & 3. l. 13. §. 5.* modo hi renascantur. *7. §. 13. 14.
Sol. matr. Berl. p. 3. concl. 35. num. 11. Carpzov. p. 3. c. 25. d. 3 & 5.* Potest ve-
nari, hoc jure, [ut & alia ususfructus exercitia *12. §. 2. L. 38. & seqq. 67.*] al-
teri concedere, *9. §. 5. 26. h. vid. l. 26. de usufr.* oppignorare, *L. f. de u-
sur. vid. 15. §. 4.* *NON* etiam ipsum usumfructum in alium (2069) transfer- 10
re, *§. 3. I.* nec rem alienare potest. *9. C.* 11
* *PROPRIETARIUS* nihil deteriorare potest, *15. §. 6 & 7. L. 16. h.* sed im- e. 12
pedimenta tollere debet. *19. §. 1.*

ACTIONES usufructuarii sunt [1] Confessoria. (2070) *de qua lib. seq.* 13
Tit. V. [2] Ex testamento, ad petendum usumfr. legato relictum. *1. §. 2.
L. 2. si ususfr. pet.* [3] Interdictum (2071) Uti possidetis. *L. f. Uti possidet.*
[4] Quod vi aut clam. (2072) *11. Quod vi aut clam.* [5] Unde vi. (2073) *3.
§. 13.*

1 *Quinam usumfructum acquirere possunt?* ℞. Omnes, qui non impediuntur nec prohibentur; etiam *ficta persona. Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 12.*

2 *Da exemplum fictarum personarum?* ℞. E. g. Civitates, Ecclesiae, & alia Collegia.

3 *Cui filiusfam. usumfructum adventitiorum acquirit?* ℞. Patri; quia, quicquid filiusfam. acquirit, id regulariter Patri, licet interdum tantum quoad usumfructum, acquirit.

4 *An talis ususfructus, filio mortuo, in patre remanet?* ℞. Affir. quoniam, cum pater semel usufructuarius est factus, respectu ejus ususfructus non, nisi eo mortuo extinguitur.

5 *An ergo, patre mortuo, hic ususfructus ad proprietarium redit?* ℞. Neg. sed in filio remanet, licet patris heres non sit.

6 *In quibus rebus constituitur verus ususfructus?* ℞. In omnibus aliis rebus, quae sunt in commercio, & usum quemcunque praestare possunt, nec utendo statim consumuntur, nec refert, sive hae res mobiles, sive immobiles, singulares, an universales, (ita, ut omnium bonorum ususfructus possit legari, modo legitima relinquatur libera), & res incorporales. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 24.* imprimis autem hoc procedit hodie in annuis reditibus, & in Jurisdictione patrimoniali.

7 *An etiam in parte divisa & indivisa ususfructus constituitur?* ℞. Affir.

8 *Qualem effectum habet ususfructus legitime constitutus, & quasi possessione translata, respectu usufructuarii?* ℞. Usufructu legitime constituto, & quasi possessione translata, *Usufructuarius* jus possidet civiliter, rem vero naturaliter, habet omnia adminicula, sine quibus usumfructum exercere commode non potest; custodiae causa calam in area relinquat; re & ejus accessoriis plene utitur, etiam ad voluptatem, quasi dominus dicitur in *l. 12. pr. ff. de aqu. & aqu. pluv. arc.* Percipit & percipiendo suos facit fructus omnes, ex re & ejus occasione provenientes, naturales & civiles, Laudemium, etiam proventus metallicos, modo hi renascantur. Potest etiam, & hoc jus (ut & alia ususfructus exercitia) aliis concedere & oppignorare.

9 *An usufructuarius in fundo usufructuario aedificia struere vel tollere, aut cryptas perficere potest?* ℞. Neg.

10 *Num usufructuarius usumfructum in alium transferre potest?* ℞. Neg. si scil. ita transferatur, ut usufructuarius se plane abdicet, quia jus utendi fruendi est servitus personalis, quae personam usufructuarii non egreditur, sed, ea extincta, quoque exspirat, & ususfructus cum proprietate consolidatur.

11 *An usufructuarius rem, in qua usumfructum habet, alienare potest?* ℞. Neg. quia illius rei non est dominus, sed tantum servitutem in ea constitutam habet, quae autem potestatem rem alienandi tribuere non potest.

12 *Qualem effectum habet ususfructus constitutus ratione proprietarii?* ℞. Proprietarius nihil facere debet, quod usumfructum facit deteriorem, sed ipse impedimenta tollere tenetur, quamvis proprietatem alienare non prohibeatur.

13 *Quas actiones usufructuarius habet?* ℞. Varia ipsi in Jure conceduntur remedia, scil. tam possessoria, quam petitoria, eaque tam *Simplicia*, utraque vel Realia vel Personalia, tum *Mixta* ut sunt (1) Actio confessoria & negatoria, quae principalis est, qua ipse jus suum vindicat. (2) Actio ex testamento, si scil. usumfructum legatum, ad petendum usumfructum legato relictum. (3) Interdictum, Uti possidetis. (4) Interdictum, Quod vi, aut clam. (5) Interdictum, Unde vi.

§. 13. 14 & 17. De vi & vi arm. [6] Communi dividundo. (2074) *13. §. 3.* 1
de usufr. 7. § 7. Comm. divid. [7] Finium regund. (2075) *4. §. 9. fin. regund.*
[8] Utilis (2076) L. Aquiliæ. *11. §. f. L. 12. ad L. Aquil.* [9] De servo
corrupto, (2077) & injur. *66 h.* [10] Furti. *12. § f.* [11] Potest etiam 2
novum (2078) opus nunciare.. *L. un. §. 3 & 4. de remiss. L. 1. §. f. de oper.*
nov. nunc. [12] Servitutes fundo debitas (2079) vindicare. *L. un. §. 4.* 3
de remiss. Fibig. ad Exerc. Fr. 5. q. 2. [13] Cautionem de damno infecto 4
(2080) exigere. *13. §. 8. de damn. infect.*

ONERA usufructuarii sunt: præstatio Cautionis; *de qua in seq. tit.* 5
ult. adhibeat mediam (2081) diligentiam; *9. §. 2. 65. pr. h. 1. §. 3. & f. u-*
sufr. quemadmod. cav. rem modicis sumtibus reficiat; *7. §. 2 & 3. L. 64. h.*
7. C. h. Richt. p. 1. dec. 20. n. 4. servum alat; *15. §. 2. arg. 18. §. 2 commod.*
ægrum curet; *45.* gregem ex fœtu suppleat; *69. §. f. & LL. seqq. Carpz.*
p. 2. c. 36. d. 9. arbores substituat; *18. h. vid. 59.* tributa, &c. ordinaria &
(2082) extraordinaria de suo (2083) solvat, *7. §. 2. L. 27. §. 3. h. L. 7. de*
publ. & vectigal. 2. C. de annon. & tribut. Carpzov. p. 3. c. 16. d. ult. nisi quan- 6
titatem fructuum exsuperent: tum enim excessus repletur a proprieta-
rio. *Carpzov. l. 1. Rt. 105. n. 11. Richt. p. 1. dec. 20. in f. & p. 2. dec. 70. num. 18.*
Harpr. ad §. 2. I. h. n. 157. Garsias de expens. & meliorat. c. 11. n. 51. Æs alie- 7
num nec usufructuarius omnium bonorum (2084) exsolvit. *arg. L. f. de*
usufr. leg. Carpz. l. 1. Rt. 104. per tot.

DE USUFRUCTU ADCRESCENDO. VII. 2.

USusfructus adcrescit, si conjunctim pluribus (2085) legetur, & alter 8
defecerit: *1. pr.* quocunque modo fuerint conjuncti, *§. 8. I. de legat.*
junct. 89. de leg. 3. 142. de V. S. L. 16. § 2. de legat. 1. Carpz. p. 3. c. 2. d. 14. sive
Verbis (2086) tantum, *dd. LL. Carpz. d. l.* sive Re (2087) tantum; *1. §.*
3. junct. § 8. I. de legat. Carpz. d. d. n. 1. sive Re & verbis simul: (2088)
d. §. 8. d. L. 89. nam hi omnes solidum habere videntur ab initio, partes
demum faciunt in concursu, *1. §. 3. in med. 3. pr. h. 80. de Leg. 3.* etiamsi 9
verbis tantum (2089) fuerint conjuncti. *Vinn. ad d. §. 8. n. 15. Fr. h. n. 11.*
Adcrescit ususfructus etiam post concursum (2090) realem; *1. §. 3. h.* 10
[*vid.* (2091) *57. §. 1. de usufr. L. un. §. 5. C. de caduc. toll. Fr. h. n. 18.*] ei quo- 11
que, qui portionem suam (2092) amisit. *10. h. 33. §. 1. de usufr.* Aliud 12
singulare (2093) *vid. in 3. §. f. h.* *NON* adcrescit plane non conjunctis. 13
L. 1. §. f. l. p. h.

QUAN-

1 *Quasnam actiones porro habet usufructuarius?* ℞ (6) Actionem communi dividundo utilem. (7) Actionem Finium regundorum, in casu *l. 4. §. 9. ff. Fin. reg.* (8) Actionem utilem L. Aquiliæ. (9) Actionem de servo corrupto, & injuriarum. (10) Actionem furti.

2 *An usufructuarius* (11) *etiam novum opus nunciare potest?* ℞. Affir.

3 *An quoque* (12) *servitutes fundo debitas vindicare?* ℞. Affir.

4 *An &* (13) *cautionem de damno infecto exigere?* ℞. Affir.

5 *Quænam sunt Onera usufructuarii?* ℞. Præstatio cautionis, de qua *in seq. tit. ult.* adhibeat mediam diligentiam, rem modicis sumtibus reficiat, ægrum curet; gregem ex fœtu suppleat, arbores substituat; tributa, vectigalia, collectas & alia onera realia, tam ordinaria quam extraordinaria, de suo solvat.

6 *Sed quid, si tributa, vectigalia &c. quantitatem fructuum perceptorum exsuperent?* ℞. Tum excessus repletur a proprietario, & ab eo repeti potest: tributa enim hæc sunt onera fructuum; hæc ultra eos usufructuarius non tenetur.

7 *An æs alienum hereditarium usufructuarius exsolvere tenetur?* ℞. Neg. licet omnium bonorum usufructuarius sit.

8 *Quando, & quibus usufructus adcrescat?* ℞. Ususfructus accrescit, si conjunctim duobus vel pluribus (*ususfructus*) legetur, & alter defecerit, quocunque etiam modo fuerint conjuncti, puta, sive verbis tantum, sive re tantum; sive re & verbis simul: nam hi omnes *solidum*, in partes discretas non divisum, habere videntur ab initio, quod per concursum demum dividitur, uti requiritur in *l. 3. pr. h. t. & l. 80. ff. de Legat. 3.*

9 *An etiam* verbis tantum *conjunctis adcrescit?* ℞. Affir. quia & hi ipsi sunt conjunctis; verbalis enim conjunctio non re vera simplex verbalis est, sed ita, propter externam formam verborum, docendi causa, appellatur, ut sic in rei veritate, & ex mente ac voluntate testatoris pro mixtim conjunctis sint habendi.

10 *An ususfructus hic etiam adcrescit post concursum realem?* ℞. Affir. ususfructus enim per singulos dies videtur legatus, & sic quotidie aliquid adest, quod adhuc acquirendum.

11 *Num ei quoque, qui portionem suam amisit, pars ususfructus conjuncti adcrescit?* ℞. Affirm.

12 *Ubi adhuc aliud singulare hujus ususfructus habetur?* ℞. In *l. 3. §. 5. ff. h. t.*

13 *An ususfructus legatus adcrescit plane non conjunctis?* ℞. Non accrescit, sed hoc casu ad proprietarium redit jure consolidationis.

2 *A quo*

QUANDO DIES USUSFR. LEGATI CEDAT.

VII. 3.

CEdit dies uſuſfr. * *PURE* legati ab adita hereditate, non a tempore A 1
mortis, ut legata, nam hic non eſt transmiſſionis ſpes (2094) ad he-
redes; *§. 3. I. de uſufr. 3. § f. quibus mod. uſufr. amitt. 38. §. 10. de V. O. 3.
quando dies legat. cedat.* neque conſtituitur, niſi quis jam uti poſſit. 2
(2095) *L. un. §. 2. h.*
* *IN DIEM* (2096) vel *CONDITIONEM* (2097) B 3
legati, cum dies &c. venit, *L. un. §. 1 & 3. h. 2 & 3. quando dies legat.
ced.* Ante diem agens hoc in caſu non male, ſed nulliter (2098) agere 4
dicitur. *L. un. §. f. h.*

QUIB. MOD. USUSFR. ET USUS AMITTITUR?

VII. 4.

F*INITUR* uſuſfr. [1] *MORTE* (2099) uſufructuarii, *§. 3. I. de uſufr.* 5
L. 3. §. f. h. p. pr. & §. 1. C. de uſufr. etiam ante diem vel (2100) condi- 6
tionem, *12. C. de uſufr.* licet jus utendi fruendi (2101) vendiderit, &c. *8. §.* 7
f. de peric. & commod. rei vend. Heredibus ſimul conſtitutus, defertur 8
primis; (2102) *14. C. de uſufr. Fr. in comm. h. n. 11.* non tamen jure (2103) 9
hereditatis, *38 §. 10. 11 & 12. de V. O. L. 12. C. h.* Fictarum perſonarum 10
uſuſfr extinguitur quaſi morte, ſcil. diſſoluta (2104) univerſitate &c.
21. vel lapſis 100 annis. (2105) *56. de uſufr. 8. de uſufr. legat. 23. C. d. SS. Ec-
cleſ.* Singulare eſt in (2106) *L. f. C. de uſufr.* Proprietarii morte non 11
(2107) finitur. *3. §. 1. C. de uſufr.* [2] *DIE* vel conditione exiſtente. *15.* 12
h. 5 12. C. de uſufr. [3] *AMITTITUR CAPITIS* maxima & media de- 13
minutione: *p. §. 2. C. de uſufr.* hodie Banno Imperii. (2108) *Carpz. p. 3.
q. 140. num. 26. Stam. de ſerv. perſon. lib. 1. tit. 3. c. 4.* [4] *NON UTEN-* 14
DO per (2109) modum, [*vid. infr. Tit. uſufr. quemadm. cav.*] & tem-
pus, *§ 3. I. de uſufr.* neque per ſe, neque per alios, *38. 39. 40. de uſufr. L.
2. de aqua quotidian. 10. 11. pr. quemadmod. ſerv. amitt.* præſens X, abſens
XX annis: *L. p. §. 1. C. de uſufr. arg. f. in f. C. de long. temp. præſcript.* ſive
res ſit mobilis, (2110) ſive immobilis: *arg. dd. LL. Fr. h. n. 4 & 5.* ſi parte 15
tantum uſus non eſt, illam tantum amittit. *14. 25.* [5] *TOTALI* rei 16
interitu & mutatione. *p. §. 1. C. h. 2. de uſufr. §. 3. I. eodem. 5. §. f.*
In parte homogenea (2111) retinetur uſuſfr *53. de uſufr.* non in (2112) 17.18
heterogenea. *5. §. 2. vid. 10. § 7.* Idem eſt, ſi res civiliter (2113) perierit. 19
26. h. 63. §. f. pro ſoc. [6] *RESOLUTO* jure conſtituentis, *16.* qui revoca- 20
bile

1 *A quo tempore cedat dies ususfructus purè legati?* ℞. Dies ususfructus purè legati cedit non a tempore mortis, ut Legatum, sed ab adita demum hereditate: cum hic non sit transmissibilis, spes ad heredes.

2 *An ususfructus per legatum constituitur, etiamsi quis eo uti non possit?* ℞. Neg. Legatarius enim, jacente hereditate, non potest eo frui propter incertum eventum testamenti, an sc. illud per aditionem hereditatis exitum sit habiturum.

3 *Quando dies ususfructus in diem vel conditionem legati cedit?* ℞. Tunc, cum dies venerit, vel conditio extiterit, quia antea incertum, an dies venturus, vel conditio extitura sit.

4 *Quomodo ante diem agens hoc in casu agere dicitur?* ℞. Non male, sed melius agere dicitur: h. e. non *Male*, quia licet plus tamen tempore petat, hoc ipso tamen actionem non consumit, nec causa cadit, sed illam die vel conditione existente denuo instituere potest; *Melius* vero agere dicitur, quia aliquam moram interponit, quam nondum inchoare potest, cum incertum, an unquam ad diem vel conditionis existentiam venturus sit.

5 *Quomodo (1) finitur ususfructus?* ℞. Morte usufructuarii.

6 *An morte usufructuarii finitur ususfructus etiam ante diem vel conditionem?* ℞. Affir.

7 *An quoque ususfructus morte usufructuarii extinguitur, licet jus utendi fruendi vendiderit?* ℞. Affirm.

8 *Si vero ususfructus heredibus simul constitutus, an omnibus heredibus deficit?* ℞. Neg. sed tantum primo.

9 *Quo jure itaque hoc casu defertur heredibus ususfructus?* ℞. Non jure hereditario, sed proprio: quia per constitutionem ususfructus ipsis aeque ac defuncto jus quaesitum est.

10 *Quomodo fictarum personarum ususfructus extinguitur?* ℞. Quasi morte, scil. dissoluta universitate &c. vel lapsu 100 annorum: non quod homo ad centum annos vivere censeatur, sed, quod ultra centum annos non praesumatur vivere. vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 5.*

11 *An quoque ususfructus proprietarii morte finitur?* ℞. Neg.

12 *Quomodo (2) ususfructus finitur?* ℞. Die vel conditione existente.

13 *Quomodo (3) ususfructus amittitur?* ℞. Morte usufructuarii Civili, sc. capitis maxima & media deminutione, cui hodie comparatur Bannum Imperiale.

14 *Quomodo (4) amittitur ususfructus?* ℞. Non utendo per modum & tempus, neque per se, neque per alium, & quidem praesens X, absens vero XX annis, nihilque interest, sive res sit mobilis, sive immobilis. *Vid. Lauterb. Coll. th. pr. h. t. §. 5. seq.*

15 *Si quis vero parte tantum per modum & tempus non est usus, an totum ususfructum amittit?* ℞. Neg. sed illam tantum partem amittit, per quam eum non debet exercere desiisse.

16 *Quomodo (5) ususfructus amittitur?* ℞. Totali rei interitu & mutatione.

17 *An tamen in parte homogenea retinetur ususfructus?* ℞. Affir. quia eadem res, vel ejus pars adhuc est, in qua ususfructus constitutus.

18 *An etiam in parte heterogenea ususfructus retinetur?* ℞. Neg. quia eadem res amplius non est; ususfructus autem in re est, qua sublata, etiam ususfructus tollitur.

19 *An idem est, si res civiliter pereat?* ℞. Affir. quia hoc casu res ipsa pro extincta habetur. Haec autem, quae jam dicta sunt, procedunt tantum in ususfructu, non item in aliis legatis, ubi area reaedificata debetur: Vel, si domus pignori obligata diruta sit, area nihilominus obligata manet. *l. 21. ff. de pign. act. l. 22. ff. de Leg. 1.*

20 *Quomodo (6) ususfructus amittitur?* ℞. Resoluto jure constituentis: *l. 16. ff. h. t. adde a. Pand. §.* Regula tamen haec cum grano salis est accipienda, de dominio sc. minus pleno & revocabili: nam si plenum habens dominium proprietatem alienet, & dominium transferat, quamvis hoc casu jus constituentis solvatur, non tamen finitur jus acquisitum. *l. 17. ff. h. t.*

bile &c. habuit. *L. 19. h. 4. §. 2. de peric. & commod. rei vend.* [7] *CON-* 1
SOLIDATIONE (2114) *§ 3. I. 27.* [8] *CESSIONE* extraneo (2115) fa- 2
cta. *66. de jur. dot. Fr. h. n. 8. Vinn. ad §. 3. I. de usufr. n. 4.*

E Finito usufr. res cum fructibus nondum perceptis proprietario, ex- 3
pensas (2116) refundenti, est restituenda. *§. 36. I. de R. D. 13. de usufr. 8. de*
ann. legat. Carpzov. p. 3. c. 32. d. 11 & 12. De civilibus (2117) fructibus *vid.* 4
26. 58. de usufr. De usu Saxon. (2118) *vid. Carpz. p. 3. c. 32. d. 5. & seqq. &*
p. 1. c. 5. d. 21.

DE USUFR. EARUM RER. QUÆ USU CONSUM. VII. 5.

D QUASI USUSFR. hic est jus utendi fruendi rebus, quæ usu consumun- 5
tur, alteri jure servitutis personalis ea lege concessum, ut eo finito
vel res in genere, vel illarum æstimatio restituatur. *§. 2. I. de usufr. L. 5. §.*
1 & 2. L. 7.

C Introductus SCto: Utilitatis gratia, *§. 2. I. d. t. L. 1. h.* Constituitur 6
a * *LEGE,* patri in peculio filii adventitio (2119) regulari. *arg. 4. 6. C. de* A 7
bon. quæ lib. Nov. 22. c. 34. junct. L. 69. ad L. Falcid. Donell. L. 10. com. cap. 4.
Bachov. v. 1. D. 16. th. 2. lit. 1.

a * *DOMINO* [1] mortis causa: *d. §. 2. I.* [2] conventione & rerum tradi- a. 8
tione; (2120) *Bachov. d. l. Vinn. ad §. 2. I. d. tit.* verbo *utilitatis causa.* sed 9
NON a judice. (2121) *arg. §. 4. 5. I. de offic. jud.*

O *IN* rebus, quæ usu (2122) consumuntur: *5. §. 1 & 2. h. §. 2. I. d. t. L.* 10
11. h. Vestimentorum &c. (2123) verus potius ususfructus est. *15. § 4. de* 11
usufr. 9. §. 3. usufr. quemadmodum caveat. arg. 5. §. 10. commod. vid. Bach. &
Vinn. ad §. 2. I. d. t.

E Hic per * *TRADITIONEM* rerum dominium transfertur: *d. §. 2.* B 12
L. 7. h. [Proprietario remanet obligatio in locum proprietatis: *Vinn. ad* 13
d. §. 2. n. 4. Cautio enim non est de forma (2124) hujus ususfr. *arg. 5. §.* 14
1. Bach. v. 1. D. 16. th. 5. lit. E. Fr. tit. usufr. quemadmodum cav. num. 8.] un- 15
de quasi usufructuarius pro arbitrio illis abutitur, *5. §. 1 & 2.* omneque 16
periculum (2125) sustinet: *arg. 9. C. de pign. act. 11. de reb. cred.* nam re-
stituit rem in genere &c. *7. h. §. 2. I. d. t. L. 2. 4. 5. 6. 7. h.*

* *LEGATO* quasi usufructu, datur Legatario actio ex (2126) b. 17
testamento & (2127) confessoria; *arg. 10 & 29. de usufr. leg.* sed non rei 18
vindicatio: (2128) nam dominium harum rerum tantum per traditio-
nem (2129) transfertur. *d. §. 2. I. l. 7.*

O *FINITUR* tantum morte, maxima & media capitis deminu- 19
tione. *9. in pr.* *REPETITUR* res in genere, vel æstimatio, 20
actio-

1 *Quomodo (7) ususfructus amittitur?* R. Consolidatione seu Confusione.

2 *Quomodo (8) extinguitur ususfructus?* R. Cessione extraneo facta.

3 *Cur & quomodo res usufructuaria est restituenda, finito usufructu?* R. Hoc finito, hic res cum fructibus nondum perceptis proprietario, expensis refundendis, est restituenda. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 11.*

4 *Quid de fructibus civilibus dicimus,* (R. De hoc vid. *l. 26 & 58. de usufr.*) *& quid in Saxonia circa hoc usu servatur?* R. De usu Saxoniae vid. Carpz. *ut. l.*

5 *Quid hoc est Quasi ususfructus?* R. Est jus utendi fruendi rebus, quae usu consumuntur, aliqui, jure servitutis personalis, ex lege concessum, ut &c.

6 *Quonam Juris Specie introductus est hic Quasi ususfructus,* (R. Senatus Consulto) *& quem in finem est introductus?* R. Unicam gratiam, ut scil. eo latius esset voluntatis ... (quoniam ... ante hoc quasi ususfructus est introductum,) atque qui ... plane & perpetuo jure esse legatum, ususfructu earum legato, ad consequerentur, atque ob favorem ultimae voluntatis.

7 *Quotuplici modo hic Quasi ususfructus constituitur,* (R. Constituitur vel a Lege, vel a Domino) *& cur a Lege constituatur?* R. Patri in peculio filii adventitio regulari.

8 *Quotuplici modo a Domino constituitur hic Quasi ususfructus?* R. Duplici (1) mortis causa; (2) conventione & rerum traditione.

9 *An etiam a Judice hic Quasi ususfructus constitui potest?* R. Non potest.

10 *In quibus rebus constituitur Quasi ususfructus?* R. In rebus, quae usu consumuntur.

11 *Qualis ususfructus est vestimentorum?* R. Horum verus potius ususfructus est, scil. si usu eorum statim ..., v. g. palliorum lugubrium, vestimentorum scenicorum &c.

12 *An autem, ut hic Quasi ususfructus constituatur, ad dominium transferendum res fuit tradenda?* R. Affir. alias enim ille qui non possit abuti, (h. e. alias res consumere qui non possit.) Nec obstat, quod in propria re servitutem habere nemo possit *l. 26. ... de S. P. U.* illud enim procedit tantum in veris & propriis servitutibus, hic vero per fictionem Juris res aliena censetur. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 9.*

13 *Quid autem proprietario remanet?* R. Obligatio ad locum proprietatis; sive potius jus exigendi cautionem, &, finito usufructu, condicendi quantitatem aliam, quae quasi usufructuario tradita est.

14 *An ergo cautio non est de forma hujus Quasi ususfructus?* R. Non est; potest enim sine ea consistere.

15 *Num igitur quasi usufructuarius pro arbitrio rebus abuti potest?* R. Affir. quia usufructuarius per traditionem est factus dominus, & liberrimam de ipsis disponendi facultatem habet.

16 *An & omne periculum hic quasi usufructuarius sustinet?* R. Affir. nam rationem rerum in genere: in specie enim ob earum consumtionem restituere non potest.

17 *Legato quasi usufructu quaenam actiones legatario dantur?* R. Actio ex testamento & Condictio.

18 *An & Rei vindicatio Legatario competit?* R. Neg. nam dominium harum rerum tantum per traditionem transfertur.

19 *Quibus modis finitur Quasi ususfructus?* R. Iisdem ... morte naturali & civili, h. e. maxima & media capitis deminutione; &, si ad tempus, vel sub conditione sit constitutus, illis exstantibus. Rei vero interitu, aut non utendo per modum & tempus *&c.* non finitur, quia in quasi usufructu dominium rei fructuariae plenissimum in quasi usufructuarium transfertur, adeoque res ipsi perit, illaque pro lubitu uti & abuti potest quasi usufructuarius.

20 *Quomodo autem res repetitur quasi usufructu finito?* R. Repetuntur res in genere vel aestimatio. in specie enim eae ob earum consumtionem reddi non potest.

actione ex (2130) stipulatu, ex cautione, si quæ intervenerit, vel condi- 1
ctione sine (2131) causa. *5. §. 1.*

SI USUSFR. PETAT. VEL AD AL. PERTIN. NEG. VII. 6.

Explicationem hujus tit. vid. (2132) in seq. *Lib. VIII. tit. 5.* 2

DE OPERIS SERVORUM. VII. 7.

D SErvitus operarum servilium est Jus omnem utilitatem ex operis servi 3
alieni percipiendi. *3.* Hoc jus in quibusdam cum ususfr. in quibusdam 4
cum usu convenit: *5. b.* in aliis ab utroque (2133) differt: proprie ne- 5.6
que usus, neque ususfr. est: *1. §. 9. ad L. Falcid. 5. §. 5. ususfr. quemadmo-
dum cav. 2. de ususfr. legat. arg. §. 4. I. per quas person. cuique acquir. §. 3. I.*
O *de usu & habit. Bach. ad W. b. lit. A.* Unde nec morte, (2134) nec capi- 7
tis deminutione ejus, cui debetur, finitur. (2135) *2. h. 2. de ususfr. leg.*

DE USU ET HABITATIONE. VII. 8.

D USUS est jus alienis rebus utendi, (2136) salva rerum substantia. *vid.* 8
(2137) *Carpzov. p. 3. c. 13. d. 4. & p. 1. dec. 69. per tot.*
C.O Constituitur, ut (2138) ususfr. *pr. I. h. L. 1. §. 1.* atque in iisdem rebus. 9
N Formalis ratio est in jure utendi, (2139) *2. pr. h.* quod competit u- 10
suario in fructibus naturalibus (2140) & industrialibus, *12. §. 1.* tantum
ad quotidianum & (2141) necessarium suum, suorumque usum annuum,
§. 1. I. 12. §. 1. L. 15. pr. pro dignitate sua: *12. §. 1.* etiamsi familia postmo- 11
dum aucta, *4. §. 1.* aut proprietario ex fructibus nihil amplius (2142) su-
persit. *15. pr. h. 42. de ususfruct.* In ædibus habitat, cum parentibus, so- 12
cru, &c. *2. §. 1. 4. §. 1. & LL. seqq.* hospite & inquilino: *2. §. 1. 4. pr. vid.
Carpzov. p. 1. dec. 69. n. 11. & seqq. & n. 26. inf. vid. tamen 7. h.* nec vacua 13
parte proprietarius uti (2143) potest. *22. §. 1.* Usuarius aliis concedere 14
non (2144) potest jus utendi; *4. pr. 8. pr. 11. h. §. 1. I.* nisi constituens hoc 15
concesserit, etiam tacite, propter conditionem usuarii, vel qualitatem
rei usuariæ: v. g. Si quis aurigæ sciens equi usum concesserit: *11. §. 4.
h. Carpzov. p. 3. c. 13. d. 4. num. 9.* aut alias usus plane (2145) inutilis
esset; *22. pr. Carpz. d. l. & p. 1. dec. 69. n. 10. & seq.* quo tamen casu proprie- 16
tario

1 *Quibus actionibus autem res repetitur?* ℞. Si cautio fidejussoria interposita est, agitur actione ex stipulatu contra fidejussorem, si vero praestita non sit cautio, repetitur condictione sine causa. *l. 5. §. 1. ff. h. t.* ex quo textu apparet, quod de essentia hujus quasi ususfructus non sit cautio, uti putat Hahn. *h. t. n. 3. pag. 369.* quanquam, si petatur, eam ex Juris necessitate usufructuarius praestare teneatur; si autem petita non sit, quo minus subsistat quasi ususfructus, nihil impedit. Excusantur autem ab hac cautione (1) Pater in bonis adventitiis. *l. 8. §. 4. C. de bon. quae lib.* (2) Fiscus. *l. 1. §. 18. ff. ut Leg. seu fid. serv. caus.* (3) Si proprietas sub conditione legata sit. *l. 9. §. 2. ff. usufr. quemadmod. cav.* vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 14.*

2 *Ubi explicatio hujus Tituli quaerenda?* ℞. Infra Lib. VIII. Tit. 5.

3 *Quid est servitus operarum servilium?* ℞. Est Jus omnem utilitatem ex operis servi alieni percipiendi.

4 *Hoc Jus an in quibusdam cum ususfructu & usu convenit?* ℞. Affir.

5 *An vero hoc jus in aliis ab utroque (ususfructu scil. & usu) differt?* ℞. Affir.

6 *An ergo hoc jus proprie neque usus, neque ususfructus est?* ℞. Affir.

7 *An ergo nec morte, nec capitis deminutione ejus, cui debetur, finitur?* ℞. Non finitur, quia operae consistunt in facto servi, & hunc non ad mutationem personae ejus, cui debetur haec servitus, est respiciendum; & licet mutatio in illa contingat, nihilominus tamen servitus subsistit.

8 *Quid est usus?* ℞. Est jus, rebus alienis utendi fruendi, salva illarum substantia.

9 *Quomodo, & in quibus rebus usus constituitur?* ℞. Constituitur usus ut ususfructus, atque in iisdem rebus.

10 *In quonam consistit formalis ratio usus?* ℞. In jure utendi, quod competit usuario in fructibus naturalibus & industrialibus, tantum ad quotidianum & necessarium suum, suorumque usum annuum, pro dignitate sua.

11 *An usus manet, si familia usuarii postmodum aucta, aut proprietario ex fructibus nihil amplius superfit?* ℞. Affir. quia id, quod ex accidenti fit, naturam rei non mutat.

12 *In aedibus habitare cum quibus potest usuarius?* ℞. Cum parentibus, socru, &c. hospite & inquilino.

13 *An partem vacuam proprietarius uti potest?* ℞. Neg. quia, licet usuarius pro hoc tempore non habeat opus totis aedibus, in futurum tamen opus habere potest.

14 *Num usuarius alii concedere potest jus utendi?* ℞. Neg.

15 *Quibus vero casibus usuarius alii concedere potest jus utendi?* ℞. Si constituens usuario hoc concesserit, idque vel expresse vel tacite. Tacita autem concessio praesumitur (1) ex conditione usuarii, & qualitate rei usuariae, ut: si equi usus aurigae concessus sit; hoc enim in casu, cum constituens sciat, quod aurigae soleant equi usum aliis locare, tacite hoc permisisse censetur (2) si usus aliàs plane esset inutilis, e. g. si usus Bibliothecae illiterato concessus, potest ipse eandem aliis pro certa mercede locare, pariter ac si sylvae usus concessus esset, caedere & vendere ligna liceret.

16 *An tamen hoc casu usuarius proprietario rationes reddere, & quod quotidianum usum excedit, restituere tenetur?* ℞. Affir.

tario reddat, (2146) quod usum excedit. *Corpuss. d. dec. num. 26. in f.*

E Usuarius habet actionem confessoriam: (2147) *de qua seq. lib. VIII. tit V.* Debet cavere: *5. §. 1. usufr. quemadmod. cav.* Rem sartam te- 1 2.3
ctam conservare, (2148) tributa, &c. solvere, si usus omnes (2149) fru-
ctus absumit. *18. h. arg. 13. de impens. in res dot. Vinn. ad rubr. I. h. in f.* Fi- 4
nitur usus ut ususfr. *pr. I. h. arg. 1. §. 1.*

HABITATIO est propria species servitutis personalis. *§. 5. I. Fr. h. n.* 5
D *7. Vinn. ad §. 5. I.* Definitur: Est jus alienas (2150) ædes inhabitandi, & 6
omne commodum ex illarum habitatione (2151) percipiendi. *§ p. I.*

Effectu fere idem est, quod usus ædium: *10. pr.* differt tamen, 7
quod ille, cui competit habitatio, ædes aliis locare possit, etiamsi ipse non
(2152) inhabitet; *§. 5. I. 13. C. de usufr.* & hactenus usumfr. imitatur; *13.*
C. de usufr. a quo tamen differt, quod ille illud commodum tantum per- 8
cipiat, quod ex habitatione (2153) accedit: *Hahn. h. in f. Fr. h. n. 7.* ab u- 9
O troque habitatio differt, quod neque capitis deminutione, neque non u-
tendo (2154) amittatur. *10. pr. h. 10. de cap. min.*

USUFRUCTUARIUS QUEMADMODUM CAVEAT. VII. 9.

D *CAUTIO USUFRUCTUARIA* est, qua usufructuarius proprietari- 10
um, & alios, ad quos res usufructuaria pertinet, de illa securos redde-
re tenetur. *1. pr & §. 3. h. L. 13. pr. de usufr.* Est [a] Necessaria, (2155) *1. §.* A 11
4. qui satisd. cog. 1. § 3. l. 8. h. 13. pr. de usufr. vid. (2156) *1. § 2 ut legat.* ante 12
traditionem rei fructuariæ. *d. L. 13. de usufr. 6. pr. ut in possess. legat.* Do- 13
minus rem traditam vindicare, (2157) & exceptionem usufr. constituti, 14
replicatione cautionis non præstitæ (2158) eludere, *7. pr.* aut cautionem 15
petere potest condictione (2159) ex Lege, *L. 7 pr. h. 5. §. 1. de usufructu*
earum rerum. vel officio Judicis. *d. L. 13. Gail l. 2. O. 46. n. 5.* Fructus 16
tamen interim perceptos fructuarius non (2160) restituit; *arg 5 §. 1. de*
usufr. earum rer. [*obst.* (2161) *24. de usufr. legat.*] *P. Bassus ad d. L. 5. n. 6. 9.*
nisi dolo malo (2162) cautionem differat. *Bas. d. l. n. 10. vid. Gail. 2. O. 46.*
n. 6. & seq. [a] Sed non est substantia- a. 17
le (2163) ususfructus. [*vid. supr. de usufr. earum rerum. E.*]

C Prætoria præstatur in vero, Civilis (2164) in quasi usufr. *1. pr. L. 5. h.* 18
§. 2. I. de usufr. Gail. 2. O. 46. n. 1 & 2.

P *PRÆSTATUR* proprietario, *13. pr. de usufr.* etiam futuro, 19
qui

1 *Quam actionem habet usuarius?* ℞. Actionem confessoriam.

2 *An quoque usuarius debet cavere?* ℞. Affir. ut sc. proprietarius ratione rei, quæ, finito usu, pleno jure ad ipsum redit, securus reddatur.

3 *Num etiam usuarius rem sartam tectam conservare, & tributa & collectas solvere tenetur?* ℞. Affir. si scil. usus omnes fructus absumat. tributa enim & vectigalia sunt onera fructuum, & a possessore exiguntur, uno naturæ æquum est, incommoda cujusque eum sequi, quem sequuntur commoda.

4 *Quibus modis finitur usus?* ℞. Iisdem, quibus ususfructus.

5 *An habitatio est propria servitutis personalis species?* ℞. Affir. quia tam ab usufructu, quam usu differt.

6 *Quid est ergo Habitatio?* ℞. Est jus, alienas ædes inhabitandi, &c.

7 *An Habitatio & Usus ædium sunt diversæ servitutes?* ℞. Effectu fere eædem sunt; differunt tamen, quod ille, cui competit habitatio, ædes aliis separatim locare, & ita jus suum in alium transferre possit, etiamsi ipse illas non inhabitet, (usuarius enim id non potest, nisi ipse simul inhabitet. *l. 2. in f. h. t.*) & hactenus ususfructum imitatur.

8 *An quoque habitatio ab usufructu ædium differt?* ℞. Affir. & quidem in eo, quod usufructuarius ex ædibus omnia percipiat commoda; sed qui habitationem habet, tantum ea, quæ ex habitatione veniunt, lucretur.

9 *In quo habitatio ab utroque (scil. usu, & usufructu ædium) differt?* ℞. Quoad modos finiendi, quod scil. habitatio neque capitis deminutione, neque non-utendo amittatur; sed tantum morte naturali.

10 *Quid est Cautio usufructuaria?*

11 *An hæc cautio est necessaria?* ℞. Affir. cum alias proprietarius de re, ejusque restitutione non esset securus, & ne, amoto custodiæ metu, fructuarius ad delinquendum invitetur, & pro lubitu in re fructuaria grassetur.

12 *Quando hæc cautio usufructuaria est præstanda?* ℞. Ante traditionem rei fructuariæ: Proprietarius enim ante omnia securus est reddendus; antequam vero hoc factum nondum sit, rem quoque tradere non tenetur.

13 *An vero Dominus rem traditam, si cautio non præstetur, vindicare potest?* ℞. Affir.

14 *Sed quid, si Domino exceptio ususfructus constituti a fructuario opponatur?* ℞. Tunc Dominus hanc exceptionem, replicatione cautionis non præstitæ, elidere potest.

15 *Quibus vero actionibus cautionem petere potest proprietarius?* ℞. Vel Condictione ex Lege, vel imploratione officii judicis.

16 *An tamen fructuarius fructus interim perceptos restituere tenetur?* ℞. Neg. nisi fructuarius hic dolo malo cautionem præstare tergiversetur: ex dolo enim suo commodum sentire non debet.

17 *An hæc cautio usufructuaria est substantialis ususfructus?* ℞. Neg.

18 *Qualis cautio præstatur in vero, & qualis in quasi-usufructu?* ℞. In vero usufructu præstatur cautio Prætoria; in quasi-usufructu vero cautio civilis.

19 *Cui præstatur hæc cautio usufructuaria?* ℞. Proprietario, præsenti & futuro, qui scil. spem habet radicatam proprietatem consequendi, aut postea eandem acquisivit.

1 *Quo-*

qui scil. spem habet radicatam (2165) proprietatem consequendi; *c.* li-
cet postea eam acquisivit: *3. §. f.* pluribus pro rato. *9. §. f. h. 15. pr. de u-* 1
sufr. Si pluribus usufr. legatus, ipsi quoque invicem (2166) caveant pro- 2
pter jus adcrescendi. *c.*

S *AB* omnibus: *13. pr. de usufr.* Vero & quasi usufructuario: *§. 2. l. de* 3
usufr. L. 2. 4. 5. §. 1. L. 7. de usufr. earum rerum &c. *1. & tot. t. h.* quocun-
que titulo (2167) usumfr. habeant: *1. §. 2. L. 9. §. 1.* Legatario, fidei com-
missario. *9. pr. 1. §. 2.* *EXCIPITUR* tamen [1] Pater, (2168) ratione 4
usufr. quem habet propter patriam (2169) potestatem, *6. § 2. 8. §. 4.*
in f. C. de bon. quæ lib. Carpzov. p. 2 c 10. d. 9. etiamsi in illo sint res fungi-
biles; *arg. dd. LL.* nisi immineat dissipationis periculum, & pater im- 5
mobilia non possideat. *Carpzov. d. d 9. n. 8. & seqq.* [2] Fiscus (2170) 6
1. §. 18. ut legatorum. 2. §. 1. de fund. dot. [3] Donator rei, qui (2171) si- 7
bi usumfr. reservavit; *arg. 61. de Ædil. Edict. 28. de R. J. Bachov. v. 1. D.*
16. th. 6. lit. A. Mynsi. cent 5. O. 36. ubi tamen requirit cautionem (2172) pi-
gnoratitiam, *per leg. 7. ut legatorum.* quod etiam probat P. Busius *ad L.*
4 & 5. de usufr. earum rerum &c. num. 17. [4] Usufructuarius, cui pro- 8
prietas sub (2173) die legata. *9. §. 2. h.*

T In * *VERO* usufructu cavetur [1] se boni viri arbitrio fruiturum: B 9
1. pr. & §. 6. h. 1. § 3. & f. h. 65. de usufr. vid. 9. §. 3. h. [2] Finito usufr. se
restituturum, quod inde extat: *1. pr. § 9. & f.*

in * *QUASI* usufr. tantum de re, (2174) finito usufructu in eodem b. 10
genere, & eadem bonitate, vel de ejus æstimatione præstanda. *§. 2. I.*
de usufr. 7. de usufr. earum rerum, quæ usu consum. 7. §. 1. h.

Q Jure * Civili hic cavetur fidejussoribus: (2175) *arg. 7. pr h. 13. pr. de* C 11
usufr. 4. C. eodem. junct. L. 7. de Prætor. stipul. & l. 1. qui satisd. cog. Bachov.
v. 1. D. 16. th. 5. lit. A.

* Moribus vero nostris etiam (2176) pignoribus: *Besold. in de-* c. 12
lib. Jur. ad hunc lib. VII. quod si hoc fieri nequeat, judicis arbitrio (2177) 13
juratoria admittitur, *arg. 6. si cui plus quam per L. Falcid. L. 1. §. 2. C. de as-*
sert. toll. Aut. general. C. de episc. & Cler. aut res usufructuaria proprieta-
rio vel tertio pro certa pecunia, fructuario præstanda, committitur. *Bu-*
sius ad d. l. 4 & 5. de usufr. earum rerum, num. 11. & seq. Gail. 2. O. 47. n. 8. &
seqq. Bach. d. th. 5. lit. D.

R *EFFECTUS* est actio ex stipulatu, (2178) ad interesse, quæ 14
datur * *STATIM*, si verus usufructuarius debito modo non D 15
utitur; unde sæpius ex hoc capite agi potest; *1. §. 5 & 6.* 16
& usufructuarius ob rei deteriorationem non (2179) statim suo ju- 17
re ca-

1 *Quomodo hæc cautio pluribus proprietariis præstatur?* ℞. Si plures sunt rei Domini, tunc singulis pro rata est cavendum.

2 *Pluribus si conjunctim ususfructus sit relictus, an ipsi quoque sibi invicem cavere tenentur?* ℞. Affir. propter jus adcrescendi.

3 *A quibus usufructuariis hæc cautio usufructuaria est præstanda?* ℞. Ab omnibus, tam veris, quam quasi-usufructuariis, quibuscunque etiam modis ipsis ususfructus fuerit constitutus, adeo ut, si legatarius usumfructum sibi legatum alteri per fideicommissum restituere rogatus sit, & spem aliquam eundem recipiendi habeat, uterque tam legatarius, quam fideicommissarius cavere jubeatur: si vero legatario nulla spes illum recipiendi supersit, tunc solus caveat fideicommissarius. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 6.*

4 *Quis autem ab hac cautione usufructuaria (1) excipitur?* ℞. Pater ratione usufructus paterni, quem ex Legis dispositione habet jure patriæ potestatis in peculio adventitio regulari, etiamsi in illo res quoque sint fungibiles.

5 *An vero Pater immunis est a cautione usufructuaria etiam in eo casu, quo dissipationis periculum immineat, & ipse immobilia non possideat?* ℞. Neg. ne scil. plane amittant liberi res suas, quæ jure proprietatis ad ipsos spectant.

6 *Quis (2) excipitur a cautionis hujus præstatione?* ℞. Fiscus.

7 *Quis (3) excipitur?* ℞. Donator, qui rem donavit, & usumfructum sibi reservavit: hic enim donatario hanc cautionem præstare non tenetur. *Vid.* tamen Mynsing. *cit. l.* ubi cautionem pignoratitiam requirit, quod etiam probat *P. Busius cit. l.*

8 *Quis (4) ab hac cautione excipitur?* ℞. Usufructuarius, cui etiam proprietas sub die est legata.

9 *De quibus in usufructu vero cavetur?* ℞. Verus usufructuarius cavere debet (1) se boni viri arbitrio fruiturum, nec proprietatis causam deteriorem, sed meliorem facturum, quam ipse vel alius diligens paterfamilias in re sua faceret. (2) Se finito usufructu restituturum, quod inde extabit.

10 *Quid in* quasi-usufructu *cavetur?* ℞. Tantum de re, finito usufructu, in eodem genere, & eadem bonitate, vel de ejus æstimatione restituenda.

11 *Quomodo Jure Civili hic cavetur?* ℞. Fidejussoribus.

12 *Quomodo vero Moribus nostris cavetur?* ℞. Nostris Moribus etiam pignora admittuntur.

13 *Quod si vero usufructuarius, ex inopia, nec fidejussoribus, nec pignoribus cavere possit, quomodo & domino & fructuario consulitur?* ℞. Tunc æquius videtur, ut Judicis arbitrio relinquatur, utrum usufructuarius ad juratoriam cautionem sit admittendus; an vero res usufructuaria Tertio, vel ipsi Proprietario, pro certa pecuniæ, vel fructuum summa, usufructuario præstanda, sit committenda.

14 *Quis est Effectus hujus Cautionis?* ℞. Actio ex stipulatu ad interesse.

15 *Quomodo hæc Actio datur,* (℞. Vel statim, vel finito usufructu) & *quando* statim *datur?* ℞. Si verus usufructuarius debito modo non utitur.

16 *An autem sæpius ex hoc capite agi potest?* ℞. Affir. quia, si sæpius male utatur usufructuarius, sæpius quoque proprietarius interesse habet.

17 *An vero usufructuarius, ob rei deteriorationem, statim jure suo cadit?* ℞. Neg.

re cadit: *1. §. 5. Bach. V. 1. D. 16. th. 6. lit. f. Fr. h. n. 9.* Contraria ¶¶. vera 1
est in gravioribus deteriorationibus, & si res non recipiat divisionem. *arg. 14. quib. mod. ususfr. amittitur. ibi Fr. n. 6. vid. 9. §. f. de damn. infect.*

* *FINITO* ususfr. ad rem restituendam secundum cujusque ususfruct. naturam. d. 2 Hinc bene (2180) faciunt, qui ab initio inventarium 3 conficiunt *1. §. 4. h. Carpzov. p. 2. c. 10. d. 9. n. 12. & seqq.* Ex hac causa 4 cautio semel (2181) tantum committitur *1. §. 6.*

O *EXCLUDUNT* hanc cautionem Remissio, quæ fit a Lege, *de quo paulo ante,* vel a proprietario. *arg. 29. C. de post. Carpzov. p. 3. c. 13. d. 12. n. 1 Gail. 2. O. 145. n. 12.* 5 Testatoris remissio hic pro non (2182) adjecta 6 habetur. *6. ut in poss. legat. serv. &c. 1. C. de ususfr. L. 7. C. ut in poss. legat. &c. Vinn. ad pr. I. de ususfr. n. 9. Carpzov. p. 3. c. 13. d. 12. Habn. ad W. h. in f. ¶. Gail. 2. O. 145. vid. Bach. V. 1. D. 16. th. 6. lit. D. Fr. h. n. 5.*

Hac cautione omissa vel remissa dantur aliæ actiones re deteriorata, 7 nempe L. Aquiliæ, & actio furti. *13. §. 2. de ususfr.*

Ususfructu finito datur proprietario (2183) rei vindicatio. *3. §. f. L. f. h.* 8 In quasi ususfr. condictio ad rem in genere vel ejus æstimationem. *5. § 1. de ususfr. earum rerum.*

SS Cognata sunt cautio usuaria (2184) & aliæ, quas servitut. person. 9 habentes præstare debent, de quibus in *l. 5. §. 1. & seqq. L. 11. h.*

DE SERVITUTIBUS. VIII. 1.

SERVITUTES (2185) *§. un. in f. I. de reb. corp. & incorp. L. 8. l. 4. h. 2. Si serv. vind. 72. pr. de V. O. Bocer. cl. 5. D. 8. th. 5. lit.*

D *B.* *REALES* sive Prædiales sunt servitutes prædiis (2186) vicini in 10 alterius prædiis ad illorum utilitatem constitutæ. *§. 3. I. 1. §. 1. commun. præd.*

† Dividuntur [1] ratione dominantis, (2187) in *URBANAS & RUSTICAS. 2. de S. P. R. Fr. ad pr. I* (*Vinn. & Bach. putant, ab intrinseca servitut. natura. ad §. 2. I. h.*) 11

† [2] Ratione servientis, in *AFFIRMATIVAS* (2188) & *NEGATIVAS.* (2189) *15. §. 1. Fr. ad §. 1. I. h. num. 2.* 12

† [3] a DD. in *CONTINUAS,* (2190) quarum usus sua 13 natura est continuus, & *DISCONTINUAS,* ad quarum usum requiritur hominis factum: *per 14. h. & 28 d. S. P. U. Zas. h. n. 20.* nam 14 ratione essentiæ suæ, omnes servitutes sunt (2191) continuæ. *28. de S. P. U. vid. Fr. h. n. 48 & seq.*

C * *CONSTITUUNTUR* a (2192) Lege; *L. f. §. f. C. de serv.* ab A 15 Homi-

1 *Sed quando contraria Dd. communis opinio hoc in casu est vera?* ℞. In gravioribus deteriorationibus, & si res non recipiat commodam divisionem.

2 *Ad quid datur haec Actio ex stipulatu finito usufructu?* ℞. Ad rem restituendam secundum cujusque usufructus naturam.

3 *An ergo bene faciunt, qui ab initio inventarium conficiunt?* ℞. Affir. ut nempe statim constet, quid finito usufructu restitui debeat, & proprietarius ab aliis probationibus liberetur.

4 *Quoties ex hac causa cautio usufructuario committitur?* ℞. Tantum semel.

5 *Quid hanc cautionem excludit?* ℞. Ejus Remissio, quae fit vel a Lege, (*de quo paulo ante*) vel ab ipso Proprietario, aut alio cui ipsa debetur: hosce enim hanc Cautionem remittere posse, consentiunt fere omnes *arg. l. 19. C. de pact.*

6 *An vero testatoris remissio hic quid operatur?* ℞. Neg. si enim testator usufructuario, cui usumfructum legavit, cautionem remiserit, remissio illa pro non adjecta habetur, ita, ut legatarius quidem usumfructum petere possit, ipse tamen perinde ac alius usufructuarius, & quidem in vero usufructu, secundum communem Dd. sententiam, de utroque capite cavere tenetur.

7 *Num tamen, cautione omissa, vel remissa, aliae Actiones dantur, re scil. deteriorata?* ℞. Affir. nempe Actio Legis Aquiliae, & Actio furti.

8 *Quaenam vero Actiones Proprietario, usufructu finito, dantur?* ℞. Rei vindicatio, & in quasi usufructu Condictio sine causa, ad rem in genere, vel ejus aestimationem repetendam.

9 *Quaenam sunt* Cognata *hujus Cautionis?* ℞. Cautio usuaria, quam usuarius, & alii, quam alii servitutem personalem habentes praestare tenentur, de quibus in *cas. 8.*

10 *Quid sunt Servitutes Reales, sive praediales?* ℞. Sunt Servitutes, praediis vicinis, in praedio alterius, ad illorum utilitatem constitutae.

11 *Quomodo Servitutes (1) dividuntur ratione praedii dominantis?* ℞. In urbanas, (quae praedio urbano,) & Rusticas, quae praedio rustico debentur.

12 *Quomodo (2) servitutes dividuntur ratione praedii servientis?* ℞. In Affirmativas, (ob quas scil. dominus praedii servientis aliquid pati in suo debet,) & Negativas, ob quas dominus praedii servientis in suo aliquid non facere tenetur

13 *Quomodo Servitutes (3) a Doctoribus dividuntur?* ℞. In *Continuas*, quarum usus sine natura, sine hominis facto, est continuus; & *Discontinuas*, ad quarum usum hominis factum requiritur.

14 *An tamen ratione causae & effectus sua omnes servitutes reales sunt continuae?* ℞. Affir.

15 *A quibus constituuntur Servitutes?* ℞. Constituuntur vel a Lege, vel ab Homine, & quidem autoritate vel *publica*, (scil. per sententiam Judicis, in Judiciis divisoriis,) vel *privata*, Domini scil. voluntate.

Homine; (2193) Judice; *22. §. 3. famil. hercisc. arg. 18. communi divid.*
Domino, *6. pr. & communia præd.* [*vid.* (2194) *34. de S. P. R. l. f. communia præd. Bachov. V. 1. D. 17. th. 6. lit. B. Fr. h. n. 15. & Grenew. ad l. f. communia præd. C. h. 6. § 1. communia præd.*] pleno, (nam proprietarius ne 1
consentiente quidem (2195) usufructuario potest, *15. §. f. de usufr. Bach. V. 1. D. 16. th. 10. lit. D.* nisi qua deterior usufructuarii conditio non fiat. *16. de usufr.*) irrevocabili, *11. §. 1. quemadmodum serv. amitt.* libero. (2196)
arg. f. C. de reb. alien. non alien. vid. 5. de fund. dot. 3. § 5. de reb. eorum, qui sub tut. Bachov. V. 1. D. 17. th. 6. lit. A. Si Vasallus, Emphyteuta & Super- 2
ficiarius servitutes constituerint, sustinentur a Prætore in illorum (2197)
præjudicium. *c. un. §. rei autem, Lib. 2. F. tit. 8. arg. L. 1. pr. quib. mod. usufruct. amitt.*

* *ACQUIRUNTUR* (2198) a prædii dominantis domino; *6. pr. & communia præd. 15. § f. de usufr.* etiam nudo proprietario, *15. §. f. de usufr.* a. 3
revocabili, *11. §. 1. quemadmodum serv. amitt.* per servum, *12.* pro- 4
curatorem, *arg. 20. § f. de A. R. D. 11. §. 6. de pign. act.* patrem, ratione 5
castrensis fundi, *18. §. 3. de castr. pecul.* *NON* etiam a (2199) vicino. *5.* 6
communia præd. Socio. (2200) *d. l. 5. in f. 19. de S. P. R.* Vasallus, Em- 7
phyteuta & Superficiarius ex æquitate (2201) Prætoris (2202) acquirunt.
1. §. 9. de superfic. c. un. lib. 2. F. tit. 8.

R Requiritur * [1] *VOLUNTAS* domini (2203) constituentis B 8
* *EXPRESSA*: scil. pactis (2204) & stipulationibus promittitur, *3. de O.* C 9
& A. & quasi traditione, scil. per usum & (2205) patientiam constitui- 10
tur: *11. §. 1. de Publ. in rem act. f. h.* quod in negativis (2206) statim fa- 11
ctum videtur, quamprimum pure (2207) promissæ sunt. Ultima vo- 12
luntate (2208) constituuntur ipso jure. *f. de serv. leg. 19. §. 1. quemadmodum serv. amitt.* Tempus, &c. recte adjicitur tanquam terminus a quo, 13
98. de V. O. sed non tanquam (2209) terminus ad quem: *4. pr. h.* hoc 14
tamen casu servitutem contra pactum vindicans repellitur pacti exceptione, vel doli. *4.*

* *PRÆSUMTA*: longi temporis præscriptione: *28. de V. S. f. in f. C. de* c. 15
long. temp. præscr. vid. Bach. V. 1. D. 17. th. 8. lit. A. licet sint discontinuæ.
(2210) *arg. d. l. f. Fr. h. n. 54. Bach. d. l. Busius ad 14. h. Carpzov. p. 2. c. 4. d. 8. n. 4.* Attamen ¶. & ¶¶ tempus immemoriale in his (2211) requirunt. 16
Mynf. C. 4. O. 53. Gail. 2. O. 66. Papæ decis. 573. In hac præscriptione requi- 17
ritur quasi possessio, titulus, & B. F. non etiam domini (2212) scientia. *f.* 18
in f. C. de long. temp. præscr. 24. C. de R. V. Unde in negativis (2213) requi- 19
ritur

1 *A quali autem Domino servitutes constituuntur?* ℞. A Domino pleno, (nam nudus proprietarius, ne quidem cum consensu usufructuarii servitutem imponere potest; quod tamen limitatur, si servitus a proprietario imposita, nihil noceat fructuario, & hujus conditio inde deterior non fiat) irrevocabili & libero.

2 *Sed quid, si Vasallus, Emphyteuta & Superficiarius servitutes constituerint?* ℞. Tunc sustinentur quidem tales servitutes tuitione *Praetoris*, sed in illorum tantum praejudicium, & jure eorum resoluto, etiam extinguuntur.

3 *A quibus acquiruntur Servitutes?* ℞. A praedii dominantis Domino, etiam a nudo proprietario, & revocabili Domino.

4 *An Dominus etiam per servum, vel procuratorem acquirere potest servitutem?* ℞. Affir. quod enim quis per alium, cui mandavit, acquirit, ipse acquisivisse videtur: unde etiam Municipes & aliae Civitates per Syndicum vel servum communem servitutes acquirunt. De Procuratore major quidem est controversia, sed vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 9.* ubi affirmativam defendit.

5 *An ergo Pater fundo peculii castrensis filii sui servitutem recte acquirit?* ℞. Affir. Pater enim, licet fundo castrensi servitutem imponere non possit, per ejus acquisitionem tamen illum fundum meliorem reddere non prohibetur.

6 *Num quoque a vicino vel socio acquiri possunt servitutes?* ℞. Neg. quia Jure *Civili*, alteri per alterum non acquiritur; quod tamen *hodie* secus.

7 *An Vasallus, Emphyteuta & Superficiarius servitutem acquirere possunt?* ℞. Affir. & quidem ex aequitate Praetoris.

8 *Quaenam requiruntur ad servitutis constitutionem?* ℞. (1) Voluntas domini constituentis, & (2) duo Praedia diversorum dominorum vicina.

9 *Quotuplex est haec voluntas domini constituentis,* (℞. Duplex *Expressa & Praesumta*) *& quomodo voluntate* Expressa *servitus promittitur?* ℞. Pactis & stipulationibus.

10 *Quomodo vero voluntate* expressa *servitus constituitur?* ℞. Quasi-traditione, scil. per usum & patientiam.

11 *Quando haec constitutio in servitutibus negativis facta videtur?* ℞. Statim, quamprimum pure promissae sunt.

12 *Quomodo hujusmodi servitutes ultima voluntate constituuntur?* ℞. Ipso jure, si scil. quis in re propria legavit servitutem.

13 *Quatenus tempus & conditio adjici potest servitutibus?* ℞. Tempus & conditio recte adjiciturs tanquam terminus a quo, sed non tanquam terminus ad quem. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 12.*

14 *Sed quid, si tempus & conditio, tanquam terminus ad quem, fuerint adjecta?* ℞. Hoc casu servitutem contra pactum vindicans repellitur exceptione pacti, vel doli; quia aequum est conditiones servari.

15 *Quomodo* praesumta *domini voluntate servitutes constituuntur?* ℞. Per praescriptionem longi temporis (scil. 10 ann. inter praesentes, & 20 ann. inter absentes) & haec praesumta praescriptio de Jure *Civili* generaliter procedit, nulla habita distinctione inter servitutes *continuas & discontinuas.*

16 *Quale vero tempus in hisce servitutibus* discontinuis *requirunt Practici, & communis Doctorum opinio?* ℞. Tempus immemoriale. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 13.*

17 *Quaenam in hac longi temporis praescriptione requiruntur?* ℞. Quasi possessio, Titulus & Bona fides.

18 *An etiam Domini scientia requiritur?* ℞. Neg. quia si titulus adest, hac scientia non est opus.

19 *An ergo in servitutibus* negativis *requiritur prohibitio?* ℞. Affir. per hanc enim quis in quasi possessionem constituitur, & servitutes negativae non praescribuntur, nisi prohibitio intervenerit.

ritur prohibitio. *Carpzov. p. 2. c. 4. d. 13.* Qui jure familiaritatis utitur, 1
nunquam (2214) præscribit. *Carpz. d. l. def. 2.*

B [2] Requiruntur * *DUO PRÆDIA 5. §. 1. de S. P. R.* diversorum Do- b. 2
minorum. *26. de S. P. U. 33. in f. de S. P. R.* [propter futura prædia recte 3
stipulatur & promittitur, *25. §. 10. famil. ercisc.* sed non acquiritur vel 4
(2215) constituitur: *§ 3. l. b. 1. §. 1. communia præd.* perinde ut fidejus- 5
sor futuræ obligationi. *vid. 23. §. f. de S. P. U. l. 6. § f. 57. de fidejuss. §. 3. J. eod.*] Vicina, ratione (2216) utilitatis, *7. §. 1. communia præd. 1. pr.* 6
38. 39. de S. P. U. 7. §. 1. L. f. de S. P. R. 5. 6. pr. si serv. vind. Fr. h. n. 29. vid. 6. pr. communia præd. junct. 7. §. 1. eodem, quæ perpetuam (2217) servitutis
causam habent, *28. de S. P. U. Cujac. l. 11. obs. cap. 3.* licet exercitium
quandoque suspendatur. *4. §. f. 5. §. 1. h. Fr. d. 1. n. 52.*

Hæ servitutes, tanquam qualitates prædiorum, *86. de V. S.* ad quos- 7
cunque possessores transeunt; *12. communia præd. 20. §. 1. de A. R. D. 23. §. 2. de S. P. R.* omnibus fundi partibus inhærent; *9. h. 13. §. 1. 21. 23. §. 1. de* 8
S. P. R. individuæ sunt; *17. h. 72. de V. O. 1. §. 9. ad L. Falcid. Vinn. lib. 1.* 9
q. 28. per partes non constituuntur: *8. §. 1.* hinc qui habet iter, per 10.11
quamlibet partem ire potest, moderate (2218) tamen: *9.* modum heres 12
legatario assignat, sed tamen sine hujus captione; *26. de S. P. R.* dissen- 13
tientibus datur arbiter; *13. §. 1. d. S. P. R.* certa parte electa, reliquæ libe- 14
ræ (2219) sunt: *13. §. 1. d. S. P. R.* Servitus augetur, aucto per alluvio- 15
nem fundo. *3. §. 2. de aqua quot. & æstiv. arg. 18. §. 1. de pign. act. 16. pr. de pign. vid. Carpzov. L. 1. R. 45. p. 106.*

E Dominus *SERVIENTIS* regulariter nihil facere cogitur. *15. §. 1.* 2223.4. 16
Servitutis usum tamen impedire non (2220) potest. *13. §. 1. de S. P. R.* 17
Dominus *DOMINANTIS* servitutem quasi possidet. *32. §. 1. de S. P. U.* 18
Illaque utitur, secundum suam naturam, vel modum conventum. *10. §.* 19
1. quemadmodum serv. amitt. 24. de S. P. R. vid. Carpz. p. 2. dec. 106. Omnia 20
facit, sine quibus non est servitutis usus. *11. pr. & § 1. communia præd. 20. §. 1. de S. P. U. arg. 2. de Jurisdict.* Alius ejusdem usum non (2221) con- 21
cedit, *24. 33. §. 1. de S. P. R.* nisi hoc quoque pacto concessum, [hoc ipso 22
non constituitur servitutis (2222) servitus.] *33. §. 1. de S. P. R. vid. 1. de serv. legat. & 33. §. 1. de S. P. R.* De *REMEDIIS* agetur in 23
sequentibus.

DE

1 *An is, qui non jure servitutis, sed pure familiaritatis utitur, praescribere potest?* ℞. Nec unquam praescribit, quia non possidet.

2 *Quae* (1) *requiruntur ad servitutis constitutionem?* ℞. Duo praedia diversorum dominorum vicina.

3 *An propter futura praedia servitus recte stipulatur & promittitur?* ℞. Affir.

4 *An vero ita servitus acquiritur & constituitur?* ℞. Neg.

5 *Da Exemplum similis?* ℞. Exemplum simile est in fidejussione: eodem enim modo in dict. *l. 23.* futuro praedio constitui dicitur servitus, quo in dict. *l. 6. § 2. & l. 57. ff. de fidej.* futurae obligationi accedere fidejussor. Sicuti autem prius non existit obligatio fidejussoris, quam principalis, fidejussorque non, ut antequam reus debet, conveniri potest: ita etiam servitus, praedio nondum existente, revera constitui nequit, sed tantum est in suspenso, & magis promissio, quam vera constitutio dicenda. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 15*

6 *Quae autem praedia illa vicina, quae ad servitutem requiruntur, comparata esse debent?* ℞. Debent esse vicina (*dicuntur autem vicina, inter quae non intercedit aliud praedium, usum servitutis impediens,*) tamen utiliora. Hinc perpetuam causam habere dicuntur, scil. in quibus causa, cujus gratia servitus constituta, est perpetua, licet non semper operetur, & interdum ejus exercitium, ob intermissionem vel aliam causam suspendatur. Lauterb. *d. l. § 16.*

7 *An hae servitutes, tanquam qualitates praediorum ad quoscunque possessores transeunt?* ℞. Affir.

8 *An autem hae servitutes omnibus fundi partibus inhaerent?* ℞. Affir.

9 *An hae servitutes sunt individuae?* ℞. Affir.

10 *An tamen hae servitutes per partes constituuntur?* ℞. Neg.

11 *An ergo, si aliqua servitus, e. g. itineris, simpliciter & in genere sine loci determinatione fuerit constituta, illa per quamlibet fundi partem iri potest?* ℞. Affir.

12 *An quoque haeres certam fundi partem legatario determinare potest?* ℞. Affir.

13 *Quid autem, si circa usum servitutis inter se dissentiant haeres & legatarius?* ℞. Tunc arbiter dandus est.

14 *An certa parte electa, reliquae sunt liberae?* ℞. Affir. circa usum enim servitutis variari non potest.

15 *An, si fundus serviens alluvione auctus, etiam servitus aucta videtur?* ℞. Affir.

16 *An dominus praedii servientis quicquam facere cogitur?* ℞. Regulariter non cogitur aliquid facere, sed aliquid in suo pati, vel non facere tenetur, quia servitus in non faciendo consistit.

17 *An Dominus praedii servientis servitutis usum impedire potest?* ℞. Non potest.

18 *An dominus praedii dominantis servitutem quasi possidet?* ℞. Affir.

19 *Quomodo vero Dominus praedii dominantis servitute uti potest?* ℞. Secundum cujusque servitutis naturam & modum praescriptum, quem omnino observare, nec excedere debet. Stricte enim interpretandae sunt servitutes.

20 *Quaenam Dominus praedii dominantis facere potest?* ℞. Omnia, sine quibus servitute uti nequit: concessa enim servitute, omnia quoque illa concessa censentur, sine quibus ipsa servitute commode uti non potest: hinc reficere licet, in quibus ipsa consistit servitus.

21 *An vero Dominus praedii dominantis servitutis usum aliis concedere potest?* ℞. Neg. (quia servitutes sunt stricti juris, nec aliam personam, vel rem, ea concessa, extendi possunt) nisi hoc pacto quoque concessum fuerit.

22 *Num vero hoc ipso, si nempe pacto concessum, ut dominus praedii dominantis servitutis sibi concessae usum aliis iterum concedere possit, servitus servitutis constituitur?* ℞. Neg. quia ille, cujus praedio servitus debetur, & cui illud pacto concessum est, non est dominus praedii servientis, a quo tamen tantum servitus constitui potest.

23 *Ubi de Remediis agitur?* ℞. In sequentibus, nempe in *Tit. 5. huj. Libri*, utrique enim competunt tam ad servitutem denegandam, quam vindicandam certa Juris Remedia.

1 *An*

DE SERVIT. PRÆD. URBAN.

VIII. 2.

EAdem servitus, si rustico prædio debetur, rustica est; si urbano, ur- 1
bana. (2223) *1. 3. h. junct. 1. de S. P. R. 11. §. 1. de Publ. in rem act. junct.*
1. pr. de S. P. R. 20. §. 1. de S. P. U. Fr. ad tit. de Servit. num. 64. & seqq.
Prædia urbana & rustica hic æstimantur non ex loco, sed ex usu. (2224) 2
Urbana recensentur *in L. 198. de V. S. 1. communia præd. §. 2. I. de serv.* et- 3-4
iam hortl ad voluptatem; *198. de V. S.* Rustica sunt *in L. 180. ibi. de V. S.* 5
Fr. tit. de serv. num. 55.

Præcipuæ *SERVITUTES* [regulariter] (2225) *URBANÆ* sunt 6
[1] Oneris ferendi: (2226) qua paries, vel columna onus vicini ædi- 7
ficii sustinere tenetur; *33. h. 6. §. 2. si serv. vind.* serviens columnam re- 8
ficiat, (2227) *dd. LL.* [nisi ædes derelinquat: (2228) *d. l. 6. §. 2.*] domi-
nans interim (2229) fulciat *8. pr. si serv. vind.* [2] Tigni immittendi, 9
(2230) qua vicino licet trabem vel simile quid immittere in vicini (2231)
parietem, ut ibi requiescat *§. 1. L. 242. §. 1. de V. S. 20. pr. 25. pr. h. 8. §. 1. si*
serv. vind. Serviens hic non reficit parietem. *8. §. 2. si serv. vind.* 10
[3] Projiciendi (2232) protegendive, (2233) qua quis ex ædifi- 11
cio suo partes supra vicini aream ita porrectas habere potest, ut in vi-
cini ædibus non requiescant *l. 2. 10. pr. h. 20. §. 1. de C. E. V. 242. §. 1. de V.*
S. [4] Altius tollendi, *§. 2. I. de act.* qua quis jure servitutis pati co- 12
gitur, ut vicinus ædes suas altius tollat, ita ut neque ipse contra ædifican-
do, vel alio modo hoc impedire possit, maxime si statuto (2234) præfi-
nitus sit modus, quem vicino invito excedere non licet *vid. L. 5. §. 5. C. de*
serv. Fr. h. n. 45. [*Explicatio Bartoli in 2. h. quam sequitur Carpzov. part. 2.* 13
const. 41. d. 15. repugnat (2235) *naturæ servitut. & l. 15. §. 1. de servitut.*]
[5] Altius non tollendi, qua vicinus ædificia sua altius tollere impeditur. 14
4. 14. 24. h. 5. C. de serv. Viridaria tamen supra altitudinem hac servitute 15
non impediuntur. *12. h.* [6] Luminum, qua vicino fenestras luminis 16
hauriendi causa in vicini & communem parietem immittere licet *4. 16.*
quod, hac servitute non constituta, non est permissum. *40. h. 8. C. de serv.* 17
Proprium parietem quis libere (2236) aperit; *arg. 8. §. 5. si serv. vind.* 18
Carpzov. p. 2. c. 41. def. 11. Bachov. V. 1. D. 17. th. 3. lit. A. Fr. h. n. 28. potest 19
tamen vicinus contra (2237) ædificare *9. h. vid. 10. h. Bachov. V. 1. D. 17.*
th. 2. lit. E. [7] Ne luminibus officiatur, qua vicinus lumina (2238) 20
vicini quoquo modo minuere prohibetur. *4. 15. 17. pr. §. 1 & 2.* Hæc
servi-

1 *An eadem servitus possit esse rustica & urbana?* ℞. Affir. nam si servienti prædio rustico debetur, rustica est, si urbano debetur, urbana est. Servitutes enim Urbanæ vel Rusticæ dicuntur non ex intrinseca illarum natura; sed, ut in præcedenti titulo dictum, a prædio dominante.

Vid. cit. l. 1. pr. ff. de S. P. R.

2 *Unde Prædia urbana & rustica hic æstimantur?* ℞. Non ex loco, vel materia ex qua; sed ex materia, circa quam homines in illo prædio versantur, & uno verbo, ab *Usu*. Hinc Urbana sunt, quorum usus est urbanus, Rustica vero sunt, quorum usus est rusticus.

3 *Ubi recensentur prædia urbana?* ℞. In l. 198. de V. S. l. 1. comm. præd. & §. 1. J. de servit.

4 *An etiam horti ad voluptatem sunt prædia urbana?* ℞. Affir. quia hominis tantum gratia, & ad ejus voluptatem tantum sunt constituti, non vero ob pecus, vel ob aliam utilitatem rusticam.

Vid. tamen Cocceji *Jus controv. h. t. q. 1.*

5 *Ubi Prædia rustica recensentur?* ℞. In l. 198 & 211. ff. de V. S.

6 *Quænam* (regulariter) *sunt præcipuæ servitutes urbanæ?* ℞. (1) Oneris ferendi. &c.

7 *Quid est servitus oneris ferendi?* ℞. Qua paries vel columna nostra vicini ædificii sustinere tenetur.

8 *Quid in hac servitute, ratione refectionis, est juris?* ℞. Serviens, h. e. is, qui hanc servitutem debet, parietem vel columnam reficiat, ad eum se modum, qui servitute imposita comprehensus est; (nisi ædes derelinquat,) dominante autem interea, dum sol. columna reficitur, illas fulciat.

9 *Quid est servitus tigni immittendi?* ℞. Qua vicino licet trabem, vel simile quid, immittere in vicini parietem, ut ibi requiescat.

10 *An Dominus prædii servientis etiam in hac servitute parietem reficere tenetur?* ℞. Neg. quia servitus regulariter in non-faciendo consistit. Servitute autem hac constituta, & tigno immisso putrefacto, vel alio modo corrupto, aut ædificio serviente destructo & iterum refecto, potest Dominus prædii dominantis aliud substituere & immittere, modo antiquum modum servet.

Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 3. & Ex. 15 th. 4.*

11 *Quid est servitus projiciendi protegendive?* ℞. Qua quis ex ædificio &c.

12 *Quid est servitus altius tollendi?* ℞. Qua quis jure servitutis pati cogitur, ut vicinus ædes suas altius tollat ita, ut ipse nec contra ædificando, nec alio modo hoc impedire possit; (*& quidem vel ad avertendum ventorum impetum, vel ad præstandam umbram, vel ad impediendum prospectum.*), ubique maxime, si statuto certus ædificandi modus sit præfinitus, quem, invito vicino, excedere non licet.

13 *An explicatio Bartoli in l. 1. h. t. quem sequitur Carpz. cit. l. natura servitutum, & l. 2. ff. de S. P. R. repugnat l. 15. §. 1. ff. de servitut.?* ℞. Affir.

14 *Quid est servitus altius non tollendi?* ℞. Qua vicinus ædificia sua altius tollere impeditur.

15 *An etiam, hac servitute constituta, viridaria supra determinatam altitudinem habere est prohibitum?* ℞. Neg. quia servitus altius non tollendi loquitur tantum de non extollendo ædificio, adeoque hoc non potest extendi.

16 *Quid est servitus luminum?* ℞. Qua vicino fenestras, luminis haurendi causa, in vicini & communem parietem immittere licet.

17 *An vero hoc, hac servitute non constituta, est permissum?* ℞. Neg.

18 *An vero proprium parietem quis libere aperire, & luminis recipiendi causa fenestras etiam in vicini non consentientis aream immittere potest?* ℞. Affir. quia in suo quis pro lubitu ædificare potest.

19 *An tamen vicinus non prohibetur illas fenestras propter utilitatem suam contra ædificando obscurare?* ℞. Non prohibetur, quod enim quis in se æquum existimat, in altero iniquum judicare non debet.

20 *Quid est servitus, ne luminibus officiatur?* ℞. Qua vicinus lumina vicini, & quæ ipse non excipit, quocunque modo minuere prohibetur.

servitus pertinet (2239) ad priorum conservationem; *Bach. v. 1. d. 17.* 1
§. 3. lit. A. generaliter tamen constituta (2240) etiam ad futura per-
tinet. *23. pr. h.* [8] Ne prospectui (2241) officiatur, qua prohibe- 2
tur vicinus liberum prospectum ex ædibus nostris (2242) impedire.
15. h. Servitus prospectus respicit novi prospectus acquisitionem. 3
Bachov. d. §. 3. lit. C. [9] Stillicidii avertendi, (2243) qua stillicidi- 4
um nostrum in tectum, aream, &c. vicini avertere licet. *§. 1. I. de*
serv. vid. 20. §. 2. 3 & 6 Stillicidii non (2244) avertendi, qua vici- 5
nus stillicidium in aream meam cadens alio vertere non potest. *2. h.*
[10] Fluminis avertendi, qua vicinus ex suis ædibus aquam in alve- 6
um vel canalem receptam in alienum avertere potest; *20. §. 5. h.*
non avertendi. *§. 1. I.* [11] Servitus fumi. (2245) *8. §. 5. si serv.* 7.8
vind. [12] Positum (2246) non habendi. *17. §. 1. si serv. vind.* [13] Clo- 9
acæ (2247) immittendæ. *7. de serv.* 10

DE SERV. PRÆD. RUST. VIII. 3.

SErvitutes *RUSTICÆ* sunt [1] Iter, quod est Servitus realis, eundi, 11
ambulandi hominis per vicinum (2248) prædium. *1. pr. h. pr. I. de*
Serv. Dominus & ejus servus, colonus, &c. *10. quemadmodum servit.* 12
amitt. 1. §. p. de itinere actuque priv. potest ire, sella aut lectica (2249)
portari, equo vehi. *7. 12.* [2] Actus est Servitus realis, agendi jumen- 13
tum (2250) vel vehiculum per prædium alienum. *1. pr.* Qui actum ha- 14
bet, itineris commoditatem etiam habet, *1. pr. h. 59. de V. O. vid. 9. §. 2.*
de Novat. nisi hoc specialiter fuerit prohibitum. *4. §. 1. si servit. vind.*
Hic actus est vel plenus, qui & jumentum & vehiculum agendi jus ha- 15.16
bet; *7. 12.* vel minus plenus, qui illorum unum continet, propter 17
partium conventionem, aut loci angustioris demonstrationem. *13. de*
serv. Actus & itineris latitudo definienda (2251) a partibus, vel ab ar- 18
bitro. *13. §. 2. h.* Alexander ab Alex. *lib. 2. Genial. dier. c. 20.* scribit: 19
Iter esse latum II ped. Actum IV ped. Viam VIII ped. Jur. Saxon. Iter 20.21
est III ped. Weichbild *art. 120.* Georg Schultz *in Syn. Inst. tit. de Servit.* 21
lit. A. [3] Via, (2252) est servitus realis, eundi, ambulandi, agendi, la- 22
pidem & tignum trahendi, ac hastam quoque rectam (2253) ferendi. *1. pr.*
7. pr. h. Cujus latitudo in porrectu VIII, in anfractu XVI pedes (2254) con- 23.24
tinet: *8. 13. §. 2. vid.* Schultz. *d. l. lit.* C. quæ tamen conventione partium 25
mutari potest, *13. pr.* Hæ servitutes pluribus (2255) per eundem locum 26
concedi possunt. *15. communia præd.* [4] Aquæductus (2256) est servitus 27
rea-

1 *Ad quænam autem lumina hæc servitus pertinet?* ℞. Ad priorum conservationem: sicut enim præcedens, luminum scilicet, servitus respicit novam luminum acquisitionem, ita hæc (scil. ne luminibus officiatur) pertinet ad priorum conservationem, ea tamen ratione, ut, si *generaliter* constituta sit servitus, ne luminibus officiatur, illa etiam de *futuris* luminibus intelligatur.

2 *Quid est servitus, ne prospectui officiatur?* ℞. Qua vicinus gratiorem, & quaqua versus liberum ex nostris ædibus prospectum impedire prohibetur.

3 *Quid servitus prospectus respicit?* ℞. Novi prospectus acquisitionem.

4 *Quid est servitus stillicidii avertendi?* ℞. Qua stillicidium nostrum, h. e. aquam pluviam e tecto stillatim & guttatim cadentem, in tectum, aream vel cloacam vicini avertere & declinare licet.

5 *Quid est servitus stillicidii non avertendi?* ℞. Si vicinus aquam pluviam, e tecto suo in vicini aream cadentem, alio vertere non potest, sed vicini prædii usibus, vel ad cisternam implendam, vel hortos irrigandos relinquere cogitur.

6 *Quid est servitus fluminis avertendi?* ℞. Qua vicinus ex suis ædibus aquam in alveum vel canalem receptam in alienum avertere potest.

7 *Quid est servitus fluminis* (den Wasserlauff) *non avertendi?* ℞. Qua vicinus aquam, ex suis ædibus collectam, alio vertere non potest.

8 *Quid est servitus fumi?* ℞. Qua vicinus fumum ex meo prædio in suum recipere tenetur; vel etiam, qua licet fumum ex vicino prædio in meum deducere.

9 *Quid est servitus positum non habendi?* ℞. Vid. Num. (1246) in Notis.

10 *Quid est servitus cloacæ immittendæ?* ℞. Est jus sordes mei fundi per vicinum fundum deducendi.

11 *Quænam servitutes sunt rusticæ? & quid est Iter?* ℞. Iter, der Durchgang, Fußpfad oder Steg, est servitus realis eundi, ambulandi hominis per vicinum prædium.

12 *Hac servitute constituta, quis & quomodo eadem uti potest?* ℞. Dominus prædii dominantis, & ejus servi, coloni, fructuarii, vel alii, qui illius nomine in prædii possessione sunt, ire, vel sella aut lectica portari, vel equo vehi possunt.

13 *Quid est Actus,* die Vieh-Triebe, das Treiben, die Trifft? ℞. Actus est servitus realis, agendi jumentum, vel vehiculum per prædium alienum.

14 *An, qui Actum habet, itineris quoque commoditatem habet?* ℞. Affir.

15 *Quotuplex est Actus?* ℞. Duplex: vel plenus, vel minus plenus.

16 *Quid est Actus plenus?* ℞. Qui utrumque, & jumentum & vehiculum agendi jus comprehendit.

17 *Quid est Actus minus plenus?* ℞. Qui illorum unum tantum continet, idque vel propter partium conventionem, vel loci angustioris demonstrationem.

18 *A quo Actus & Itineris latitudo est definienda?* ℞. A partibus, vel ab arbitro; quia jure determinata non est.

19 *Quot pedum latum est iter secundum Alexandr. ab Alexandro,* (℞. Duorum pedum) *& quot pedum Actus?* ℞. Quatuor.

20 *Quot pedum est Via?* ℞. Octo.

21 *Quot pedum latum est Iter Jure Saxonico?* ℞. Trium.

22 *Quid est Via,* der Fahrweg? ℞. Est servitus realis, eundi, ambulandi, agendi, lapidem &c.

23 *Quot pedes hujus latitudo legitima in porrectu continet?* ℞. Octo.

24 *Quot pedes continet in anfractu?* ℞. Sedecim.

25 *An tamen hæc latitudo conventione partium mutari & latior ac angustior constitui potest?* ℞. Affir.

26 *An servitutes prædiales etiam pluribus per unum eundemque locum concedi possunt?* ℞. Affir. modo id fiat sine præjudicio ejus, qui servitutem primo acquisivit.

27 *Quid est Aquæductus?* ℞. Est servitus realis, aquam ducendi per vicinum fundum.

realis, aquam ducendi per vicinum prædium. *1. pr.* Requiritur aqua 1
perennis: *1 §. 5. de aqua quotid 28 de S. P. U.* ex æquitate tamen etiam non 2
perennis ducitur *9.* Si aqua abducitur agri siccandi gratia, Dominus 3
non potest ex alio fundo aquam aliam recipere, (2257) & simul educere:
29. b. sin aqua adducitur ad irrigandum fundum, serviens non potest ali- 4
is hujus usum concedere, *24. b.* nisi hoc quoque specialiter fuerit conces-
sum. *33 § 1. b. Fr b. n. 18.* [5] Aquæhaustus (2258) est servitus realis 5
aquam hauriendi ex alieno fonte vel alio loco. *1 §. 1. 9. b.* Hæc servi- 6
tus iter ad fontem (2259) comprehendit, & iter ad fontem hanc servitu- 7
tem. *3. §. 3. Carpzov. p. 2. c. 41. d. 16.* [6] Pecoris ad aquam (2260) ap- 8
pulsus est servitus realis, pecora appellendi ad fontem, vel aliam vicini
aquam, ut ex illa bibant. *1 §. 1. 2. §. 1 & 2. l. 4. 5.* Hic observandus nu- 9
merus (2261) & modus præscriptus. *1. §. 18. & seqq. de aqua quotid.*
Hæ servitutes, si aqua sufficiat, pluribus concedi possunt. *2. §. 1. & seq.* 10
[7] Jus pascendi (2262) *§. 2. I. de serv. 4. b.* est servitus realis, pecora 11
(2263) in alieno fundo pascendi. Domino prædii non licet illud ara- 12
re; &c. *arg. 13. § 1. b. Carpzov p. 2. c 41. d 1.* potest tamen sua etiam ibi 13
pascere, si pascua sufficiant: (2264) neuter tamen debet habere pecora 14
morbosa. *Carpzov. d. l. def. 8.* Aliud est jus compascui sive mutua com- 15
pascua, **Koppelweide,** quæ tantum familiaritatis jure conceduntur, unde
ab uno (2265) revocari, nec unquam (2266) præscribi possunt. *Carpzov.* 16
d. l. d. 9. [8] Calcis coquendæ (2267) *1. § 1. L. 5 §. 1. b.* [9] Are- 17
næ (2268) fodiendæ. *1. §. 1. L. 5. §. 1. l. 6. §. 1.* [10] Cretæ (2269) fo- 18
diendæ, lapides (2270) eximendi. *5. §. 1. 6. §. 1.* [11] Jus navigandi 19
(2271) per lacum in vicini fundum, *23. §. 1.* & alia similia (2272) jura. 20

COMMUNIA PRÆDIORUM, TAM URBAN. QUAM RUST. VIII. 4.

DE hoc tit. *vid.* ea, quæ dicta sunt de servitutibus in genere. 21

SI SERVIT. VINDICETUR, VEL AD AL. PERTINERE NEG. VIII. 5.

D SErvitus vindicatur *ACTIONE CONFESSORIA,* (2273) *Vinn. ad §. 2.* 22
I. de act. quæ est actio in rem, (2274) qua quis sibi (2275) vel prædio 23
suo servitutem competere intendit, simulque ejus declarationem & liberum usum contra quemcunque possessorem vel impedientem (2276) petit.

1 *Qualis aqua hic requiritur?* ℞. Aqua perennis, vel ex fontana seu viva, quæ perpetua scaturigine propullulat, vel fluvialis, quæ ex flumine ducitur: ex lacu enim, qui perpetuus non est, aut stagno concedi aquæductus non potest. *arg. l. 1. ... de S. P. U.*

2 *An tamen hodie, ex æquitate, ex quocunque loco aqua duci potest?* ℞. Affir. etiamsi non sit perennis.

3 *An, si aqua, agri fecundi gratia, ducitur, Dominus aliam ex alio fundo aquam recipere potest & simul educere?* ℞. Non potest.

4 *An vero, si aqua ad irrigandum fundum ducitur, servitus ad alia prædia aqua uti, vel aliis ejusdem usum concedere potest?* ℞. Neg. nisi hoc quoque specialiter fuerit conventum.

5 *Quid est Aquæhaustus?* ℞. Est servitus realis aquam hauriendi ex alieno fonte vel alio loco.

6 *An hæc servitus iter quoque ad fontem comprehendit?* ℞. Affir. quorsum enim haustus, nisi adire liceret? cum enim ad fontem per aerem volare non possim, plane inutilis esset hæc servitus.

7 *An iter, ad fontem concessum, comprehendit quoque aquæhaustum?* ℞. Affir. cur enim bono mihi concederetur iter ad fontem, si aquam haurire ex eo non simul sit concessum? Jam dicta autem intelligenda sunt de loco privato: nam ex flumine publico citra servitutem, cuivis haurire licet, indeque haustus talis frustra conceditur. *arg. l. 3. §. 3. ... h. t.*

8 *Quid est pecoris ad aquam appulsus?* ℞. Est servitus realis pecora appellendi ad fontem vel aliam vicinam aquam, ut ex ea bibant.

9 *An in hac quoque servitute numerus pecorum & modus præscriptus diligenter est custodiendus?* ℞. Affir. servitus enim stricte est interpretanda.

10 *An tamen, si aqua sufficit, hæc, uti & præcedentes aquæ servitutes, pluribus in uno loco concedi possunt?* ℞. Affir. quia sic nullum præjudicium fit domino prædii dominantis.

11 *Quid est jus pascendi?* ℞. Est servitus realis, pecora in alieno prædio pascendi: hanc citra servitutem nemini licet pecus suum in alieno pascere, & hodierna plurium locorum consuetudine licet pecora ibi deprehensa includere & retinere, donec damnum emendatum fuerit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 9.*

12 *An domino prædii servientis licet arare, vel ad aliam culturam redigere fundum servientem?* ℞. Neg. quia sic deterior redderetur conditio domini prædii dominantis, quod non licet.

13 *An tamen Dominus prædii servientis sua pecora in eodem fundo pascere potest?* ℞. Affir. si scilicet pascua sufficiant, quia sic nullum præjudicium fit domino prædii dominantis: si tamen pascua postea decrescant utrorumque pecoribus non sufficerent, tunc sane Domini pecora essent præferenda.

14 *An tamen neuter debet pascere ibi cum pecoribus morbosis?* ℞. Non debet; ne scil. & alia pecora contagione afficiantur atque pereant.

15 *Quid est Jus compascui, seu mutuum compascuum.* Koppelweide? ℞. Quod pure quasi societatis vel familiaritatis tantum conceditur, & a Jure pascendi differt.

16 *An hoc jus compascui ab uno revocari, nunquam vero præscribi potest?* ℞. Affir.

17 *Quid est servitus calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ?* ℞. Vid. Num. (1267) & (1268) in Notis.

18 *Quid est servitus cretæ fodiendæ, & lapidis eximendi?* ℞. Vid. Num. (1269) & (1270) in Notis.

19 *Quid est servitus navigandi per lacum in vicino fundo?* ℞. Vid. Num. (1271) in Notis.

20 *An & aliæ quamplures servitutes supersunt?* ℞. Affir.

21 *Ubi explicatio hujus Tituli quærenda?* ℞. In iis, quæ dicta sunt de servitutibus in genere.

22 *Qua actione servitus vindicatur?* ℞. Actione confessoria.

23 *Quid est Actio confessoria?* ℞. Est actio in rem, qua quis sibi, vel prædio suo, servitutem competere &c.

petit. *§. 2. I. de act. L. 2. pr. 6. § 3. h. 5. pr & § 1. si usufr. pet 1. §. 3 & 4. h.*

† Eisque directa vel utili ratione (2277) subjecti, *16. de serv.* vel ratione 1
(2278) objecti. *Bachov. de act D. 2. th. 23. vid. Vinn. ad §. f. I. ad L. Aquil. num. 2 & 3.*

C Descendit ex servitute constituta, (2279) quæ probanda. *9. C. de* 2
Serv.

S *COMPETIT* confessoria * *DIRECTA* Domino, cui vel cujus præ- A 3
dio servitus est constituta, *5. pr. si usufr. pet 2. §. 1. 6. §. 3.* etiamsi servi- 4
tutem quasi possideat, (2280) *6. §. 1. vid. Fr. ad §. 2. I. de act. num. 11 &*
12. & in Comm. ad tit. Si usufr pet. n. 7. Bachov. de act. D. 2. th. 22. vel non 5
in solidum (2281) ejus sit Dominus. *4. §. 3. 6. §. 4.* Actor prædium 6
possidens dominium (2282) probare non tenetur: *Paul. de Castro. in L. 2.*
§. 1. h. Bartol ibid. n. 4. Mynf. C. 1. O. 19. Bachov. v. 1. D. 17. h. 14. lit. A. si ve- 7
ro actor fundum, cui servitutem vindicat, non possidet, probare debet,
se ejus dominum esse. *16. junct 17. de except. Bachov. d. l.* *NON DATUR* 8
usufructuario ad vindicandas servitutes rei fructuariæ debitas: *1. pr. 5.*
§. 1. si usufr petat. nam hic vindicat usumfr. (2283) contra impedien- 9
tem, *dd. LL.* vel Servitutes tanquam procurator (2284) petit nomine
Domini. *arg. 1. §. f. de nov. oper. nunc. L. un. § 4. de remissionib.*

* *UTILIS* datur Creditori, cui fundus est 2 10
oppignoratus; Emphyteuticario; (2285) *16. de serv. 9. de nov. oper.*
nunc. Superficiario; *3. § 9. d. t. & 1. §. f de superfic.* Vasallo · *1. un. §.*
vos autem. lib. 2. F. tit. 8. Usufructuario, *L. un. § 4 & 5 de remiss.* sc. con- 11
tra vicinum, non contra proprietarium, a quo usumfructum vindicat; 12
L. un. §. 4. de remiss. Fibig. ad exerc. Fr. 5. q. 2. aliis jurium & rerum in-
corporalium (2286) Dominis. *Gail. 2. O. 66. Bachov. de Act. Disp. 2.*
th. 23.

P Datur *CONTRA* Dominum prædii servientis; *6. §. 3. h.* singulos 13
in solidum, (2287) si scil. realis servitus vindicatur; *4. §. 4. 6. §. 4.*
quemcunque (2288) impedientem. *10. §. 1. h. 1. 5. §. 1. si usufr. pet.* *UTI-* 14
LIS datur contra illos, qui aliorum (2289) jurium usum impediunt, &
illorum quasi possessionem non tradunt, vel quodammodo (2290)
turbant.

O Objectum *DIRECTÆ* actionis sunt servitutes constitutæ, personales 15
& reales, rusticæ & urbanæ: *§. 2. I. de act.* *UTILIS*, alia similia (2291) 16
jura, v. g. Jus patronatus, decimarum operarum, servitiorum, venatio-
nis, Jurisdictio (2292) patrimonialis &c. *Gail. 2. O. 66. Schneidew. ad §.*
2. I. de act. num. 11. Vinn. ad d. §. n. 2. Bachov. de act. D. 2. th. 23.

Inter-

1 *Quotuplex est Actio confessoria ratione subjecti vel objecti?* R. Duplex: *Directa*, quæ ex ipsis Legum verbis competit; vel *Utilis*, quæ per extensionem ex mente & sententia Legum conceditur. Conceditur autem (1) ob qualitatem *Subjecti*, si scil. ipse actor non sit Dominus directus, sed utilis; (2) propter qualitatem *Objecti*, si scil. non ad Servitutes, sed ad alia jura vindicanda adhibeatur. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 1.*

2 *Unde descendit Actio confessoria*, (R. Ex servitute constituta) *& an hæc servitus constituta probanda?* R. Affir. quia est facti.

3 *Cui competit Actio Confessoria directa?* R. Domino prædii dominantis, cui scil. vel cujus prædio servitus est constituta.

4 *An etiam hæc Actio illi Domino datur, licet servitutem quasi possideat?* R. Affir.

5 *An etiam huic Domino hæc Actio datur, licet non in solidum ejus sit Dominus?* R. Affir.

6 *An vero is, qui est in quasi possessione servitutis, actione hac confessoria contra impedientem agens, servitutem de jure probare tenetur?* R. Neg. nam ex eo, quod possidet, pro domino habetur, usque dum res fuerit evicta. *Vid.* Lauterb. *Ex. 13. th. 9. 10.*

7 *Quid vero, si Actor fundum, cui servitutem vindicat, non possideat?* R. Tunc probare debet, se ejus dominum esse; quia ob defectum possessionis deficit etiam præsumtio dominii, quo non probato, repellitur exceptione: *Tua non interest*

8 *An vero hæc Actio confessoria datur Usufructuario ad vindicandas servitutes rei fructuariæ debitas?* R. Non datur; quia usufructuarius non est dominus rei usufructuariæ, quippe cui tantum hæc actio confessoria datur.

9 *Quomodo vero usufructuarius ad servitutes, fundo usufructuario debitas, consequendas agit?* R. Vindicat usumfructum contra impedientem, vel servitutes tanquam Procurator petit nomine domini.

10 *Quibus datur Actio Confessoria Utilis?* R. Creditori, cui fundus est oppignoratus, Emphyteuticario, Superficiario, Vasallo, Usufructuario, aliisque jurium & rerum incorporalium Dominis.

11 *Contra quem datur hæc Actio utilis usufructuario?* R. Contra vicinum.

12 *An etiam contra proprietarium datur?* R. Neg. sed ab hoc usumfructum vindicat. *Vid.* omnino Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 5.*

13 *Contra quem datur hæc Actio Confessoria Directa?* R. Datur *principaliter* contra dominum prædii servientis, & si plures sint domini, contra singulos in solidum, si scil. realis servitus vindicatur: *Minus principaliter* vero datur adversus omnes, qui Dominum prædii dominantis in quasi possessione servitutis turbant.

14 *Contra quos datur Actio Confessoria utilis?* R. Contra illos, qui aliorum jurium usum impediunt, & aliorum quasi possessionem non tradunt, vel quodammodo turbant.

15 *Quænam servitutes sunt Objectum Directæ Actionis confessoriæ?* R. Servitutes jam constitutæ, personales & reales, rusticæ & urbanæ.

16 *Quodnam est Objectum Actionis Utilis?* R. Objectum Actionis utilis sunt alia similia & reliqua jura, atque res incorporales, v. g. Jus patronatus, decimarum, operarum, [illegible], servitiorum, venationis, collectarum, Jurisdictio patrimonialis, &c.

1 *An*

Interdum etiam in hanc actionem veniunt fructus (2293) & interesse. *4. §. 2. L. 6. § 6. h. 5 §. 3 & f. si usufr. pet.* 1

E Præstatur petitum vel re ipsa, (2294) vel interposita cautione (2295) per nudam (2296) promissionem, *arg 3. C. de V. S. 7. h. Carpzov. l. 1. R. 69. num. 19 & seqq.* ad quam judex reum condemnat, etiamsi actor non (2297) petiverit. *Carpzov. lib. 1. R. 70.* Si reus neutrum præstat, tanti condemnatur, quanti actor in litem juravit. *7. h.* 2 3 4

D Actio *NEGATORIA* seu negativa est, qua quis alteri servitutem in re sua competere negat, & rem suam liberam declarari, reumque, ut ab ejus turbatione desistat, condemnari (2298) petit. *§. 2. I. de act. 2. pr. 4. §. 7. h. 5. si usufr. pet.* Hæc actio fundat se in (2299) libertate, *4. §. 7. d. l. 5.* quæ probanda, si adversarius est in quasi (2300) possessione servitutis. *8. §. 3. h. arg. 14. de prob. L. 7 §. f. de liberal. caus. Vinn. ad §. 2. I. de act.* (*dissent Carpz. L. 1. R. 67 Richt. dec. 98. n. 63.*) 5 6 7

S Datur *DIRECTA* Domino prædii liberi, *5. pr. si usufr. pet. 2. pr. 4. §. 7.* etiamsi sit in quasi possessione (2301) libertatis: *§. 2. I. de act. L. 5. §. f. si usufr pet vid. Vinn. ad d. §. 2.* *UTILIS* aliis Dominis, qui similia jura in re sua competere (2302) negant. [*vid. supra hic S.*] 8 9 10

P Adversus illum, qui servitutem sibi prætendit, & libertatem actoris impedit. *4. §. 5. 17. pr. & §. 1.* 11

O ObjectumActionis *DIRECTÆ* est libertas rerum; (2303) *UTILIS* vero aliorum jurium denegatio, *6. §. f. arb. furt. cæs. L. f. de arb. cædend. 9. §. 2. in f. de damn. infect.* cujus nomine reus tenetur (2304) cavere, *7. 12.* & interdum fructus præstare. *5 §. f. si usufr. pet. 4. §. 2. h.* 12 13

QUEMADMOD. SERVIT. AMITT. VIII. 6.

Amittuntur Servitutes vel * *OPE EXCEPTIONIS*, (2305) *in cas. L. 4. de serv. 13. pr. de S. P. R.* vel * *IPSO JURE*: idque vel * ex parte fundi *SERVIENTIS*, * *ALTERATIONE JURIS* [1] resoluto jure constituentis, qui non irrevocabile (2306) dominium habuit: *11. §. 1. h. c. un. l. 2. F. tit. 8.* non etiam (2307) acquirentis. *11. §. 1.* [2] Confusione, si quis utriusque prædii irrevocabiliter & in solidum sit factus (2308) Dominus; *1. h. 10. communia prædior. vid. 27 de S. P. R. vid.* (2309) *15. h.* etiamsi illico iterum alienaverit (2310) prædium. *30. pr. de S. P. U.* Parte comparata (2311) servitus manet in reliquo; *6. §. 1. de Serv. 30. §. 1.* A B C 14 15 16 17 18. 19 20 21

1 *An etiam interdum in hanc actionem veniunt damna, fructus & interesse?* ℞. Affir.

2 *Quomodo praestatur petitum?* ℞. Vel re ipsa, (Judex enim declarat servitutem Actori competere) vel interposita cautione per nudam promissionem: nam simpliciter & in genere in *cit. l. 7. h. t.* cautio requiritur; quoties autem Lex in genere cautionem exigit, nuda promissio sufficit; *arg. tit. l. 3. C. de V. S.* quod etiam comprobat Carpz. *tit. l.*

3 *An vero ad hanc cautionem Judex Reum condemnare potest, etiamsi eam Actor non petierit?* ℞. Affir.

4 *Quid vero, si Reus condemnatus neutrum praestet, h. e. neque rem, neque cautionem?* ℞. Tunc tanti condemnatur, quanti adversus ipsum actor in litem juraverit.

5 *Quid est Actio Negatoria, seu Negativa?* ℞. Est actio realis, qua quis alteri servitutem in re sua competere negat, & rem suam liberam declarari, Reumque, ut ab ejus turbatione desistat, & eo nomine caveat, condemnari petit.

6 *In quonam se fundat haec actio?* ℞. In libertate.

7 *An haec libertas est probanda?* ℞. Affir. si adversarius est in quasi possessione libertatis.

8 *Cui datur Actio Negatoria Directa?* ℞. Domino praedii liberi, & rem suam servire neganti.

9 *An, etsi ille sit in quasi possessione libertatis?* ℞. Affir.

10 *Cui datur Actio Negatoria Utilis?* ℞. Dominis, qui Jus dominio inferius habent, & similia jura in re sua competere negant. Sic haec Actio datur ad negandam Jurisdictionem, &c. quam sibi adversarius vindicat. *Vid. supra h. t. in S.*

11 *Adversus quem datur haec Actio Negatoria?* ℞. Adversus illum, qui servitutem sibi praetendit, & libertatem Actoris impedit.

12 *Quodnam est Objectum Actionis Negatoriae Directae,* (℞. Libertas praedii, quae asseritur, & servitus, quae deberi negatur) *& quodnam Utilis?* ℞. Aliorum Jurium denegatio.

13 *Quid hujus nomine Reus facere tenetur?* ℞. Tenetur cavere, atque interdum fructus praestare.

14 *Quotuplici modo amittuntur Servitutes?* ℞. Duplici: vel ope exceptionis, vel ipso jure.

15 *Quotuplicibus ipso jure servitutes amittuntur?* ℞. Vel ex parte fundi *servientis*, vel ex parte praedii *dominantis.*

16 *Quotuplici modo ex parte fundi servientis servitutes amittuntur?* ℞. Duplici: scilic. Alteratione juris, & propter rei mutationem.

17 *Quomodo (1) Alteratione juris servitus amittitur?* ℞. Resoluto jure constituentis, vel qui non irrevocabile dominium habuit; quia illi, qui revocabile saltem dominium habent, nihil in praejudicium illius, ad quem, revocato dominio, fundus redit, facere possunt.

18 *An etiam, resoluto jure acquirentis, servitus extinguitur?* ℞. Neg.

19 *Quomodo (2) alteratione juris servitus amittitur?* ℞. Confusione, si scil. dominus praedii dominantis emerit, vel alio titulo, ad dominium transferendum habili, praedii servientis dominium acquisiverit, & vicissim: vel, si unus utriusque praedii dominus factus fuerit; tunc enim, quia utrumque jus in unum idemque concurrit *subjectum*, servitus confunditur, & per confusionem extinguitur.

20 *An vero extincta manet servitus, & nova constitutione indiget, si semel dominus praedii dominantis praedium serviens acquisiverit, & postmodum hoc iterum alienaverit?* ℞. Affir. quia res libera vendita praesumitur.

21 *Num parte comparata, servitus manet in reliqua?* ℞. Affir.

§ 2. de S. P. U. ut & si duo prædia sibi invicem servientia fuerint communi- 1
cata. *34. pr. de S. P. R.* aut prædium proprio socii prædio serviens in so- 2
cietatem redactum (2312) sit *27. de S. P. U.* Si quis revocabile (2313) do- 3
minium acquisiverit prædii dominantis, finito dominio, vel servitus est
restituenda, vel æstimatio præstanda. *7. pr. § 1. de fund. dot.* Sic revoca- 4
bili dominio Prædii servientis finito, ex æquitate servitus iterum est im-
ponenda. *11. de Serv.* Item, si hereditatem vendidit, (2314) cujus præ- 5
dium serviebat. (2315) *9. communia præd. 2. § 19. de hered. vel act. vend.*
Fr. h. n. 24. * propter *REI MUTATIONEM* servitutes amittuntur, *e.* 6
alterutrius prædii totali (2316) interitu, *8. § 1. de Serv.* retinetur tamen 7
in parte residua: *6. § 1. de Serv.* & extinctis vineis in (2317) solo manet: 8
13. pr. de S. P. R. Fr. h. n. 29. & seq. ædificio denuo extructo reviviscit (2318) 9
vid. L. 20. § 2. L. 31. de S. P. U. Si locus serviens ultra tempus servitutis 10
(2319) amittendæ, flumine occupatus esset, ex æquitate restituitur servi-
tus. *14. h. 23. 24. pr. & § 1. quib. mod. usufr. amitt.*

* Ex parte prædii *DOMINANTIS* [1] Domini remissione, *8. h.* 11
14. § 1. de Serv. 17. in fin. communia præd. etiam tacita, si scil. in fundo ali-
quid servituti contrarium (2320) fieri permittatur, *8. pr.* [uno remissa, 12
non censentur reliquæ (2321) remissæ. *21. de S. P. U. 20. pr. de S. P. R.*] dum-
modo habeat dominium (2322) solitarium, *34. de S. P. R.* plenum, (2323)
17. § f. de usufr. irrevocabile (2324) & liberum. *5. 7. pr. de fund. dot.*
[2] Usus intermissione, si quis servitute plane non utatur, vel non eo mo- 13
do, quo constituta (2325) est, per tempus, lege definitum: *10. pr. & § 1.*
19. h. qui minus utitur, (2326) totam retinet, modo sciat, qualis servi- 14.15
tus ipsi competat. *2. 8. § 1. L. 9. 11. § 1. h. L. 9. § 1. si serv. vind. 20. quibus*
mod. usufr. Requiritur longum (2327) tempus; *L. 13. C. de Serv.* quod si 16
servitutis usus per intervalla mensium vel annorum competat, duplica- 17
tur (2328) tempus. *7. h. L. f. C. de Serv. vid. Fr. h. n. 34.* Ignoranti quoque 18
(2329) currit, *19. § 1.* sed non pupillo (2330) & ejus socio. *10. pr.* Non 19
amittitur, si quis utatur per alios, v. g. colonum, usufructuarium, b. vel 20
m. fidei possessorem; &c. *20. & seqq.* modo tanquam (2331) servitute u-
tatur. *L. f. h.* Si necessitate (2332) prohibemur uti, restituitur tempo- 21
re amissa servitus. *34. § 1. & LL. seqq. de S. P. R. 14. h.* In urbanis solus 22
non usus non sufficit, sed requiritur, ut adversarius libertatem rei (2333)
præscribat. *6. 7. 32. § 1. de S. P. U. 18. § 2. h. vid. Fr. h. num. 37.*
& seq.

SI

1 *An quoque servitus manet, si duo praedia, sibi invicem servientia, fuerint communicata?* ℞. Affir. quia sic servitus pro parte indivisa retinetur.

2 *An & servitus manet, si praedium, propter quod praedio servitus, ad societatem redactum sit?* ℞. Affirm. Hinc, si socii emerint fundum, socii autem fundo servientem, per illam emtionem & in communionem redactionem servitus non extinguitur.

3 *Si quis revocabile dominium acquisiverit praedii dominantis, quid, finito dominio, successori praestandum?* ℞. Vel servitus est restituenda, vel, si haec restitui nequeat, aestimatio ejus erit praestanda.

4 *An ergo, revocabili dominio praedii servientis finito, ex aequitate servitus iterum est imponenda?* ℞. Affir. quia, cum dominus praedii dominantis plenum dominium non fuerit factus, sed revocabile saltem dominium acquisiverit, rem cum eadem qualitate restituere potest & debet, qua illam accepit.

5 *An quoque, si haeres haereditatem alii vendiderit, pereunt servitutes in fundis haereditariis sibi debitae?* ℞. Ipso jure quidem extinguuntur, ex aequitate tamen restituuntur. *Lauterb. Diss. de Confus. th. 30. 31. 33.*

6 *Quomodo propter* Rei mutationem *servitutes amittuntur?* ℞. Alterius praedii totali interitu.

7 *An tamen servitus ex parte residua retinetur, si pars supersit?* ℞. Affir. licet enim pro parte acquiri servitus non possit, potest tamen retineri, quia facilior est retentio, quam acquisitio.

8 *Num extinctis aedibus servitus in solo retinetur?* ℞. Affir. quia servitus solo, non superficiei imposita.

9 *An vero aedificio denuo extructo, servitus quoque reviviscit?* ℞. Affir.

10 *An, si locus serviens, ultra tempus servitutis amittendae, flumine occupatus fuerit, ex aequitate servitus est restituenda?* ℞. Affir. quia nihil imputari potest domino praedii dominantis, quod intra tempus, ad amissionem servitutis Lege definitum, illa non sit usus.

11 *Quomodo ex parte praedii dominantis servitus (1) amittitur?* ℞. Remissione domini, si scil. domino praedii servientis ab eo, cui servitus debetur, remittitur, & quidem vel expresse, vel tacite, si scil. in fundo serviente aliquod servituti contrarium fieri permittatur; dominusque habeat dominium solitarium, plenum, irrevocabile & liberum.

12 *An, una servitute remissa, reliquae quoque censentur remissae?* ℞. Neg.

13 *Quomodo (2) ex parte praedii dominantis servitus amittitur?* ℞. Usus intermissione: Dominus autem non uti videtur, si servitute vel plane non utatur, vel non eodem modo, quo servitus constituta est per tempus Lege definitum.

14 *An is, qui minus utitur, totam servitutem retinet?* ℞. Affir.

15 *Quid tamen in non utendo tunc requiritur?* ℞. Ut sciat, qualis servitus ipsi competat.

16 *Quod vero tempus ad amittendam non usu servitutem requiritur?* ℞. Longum tempus.

17 *Sed quid, si servitutis usus per intervalla mensium vel annorum competat, an tunc idem tempus sufficit?* ℞. Neg. sed tunc duplicatur tempus.

18 *An dictum tempus etiam ignoranti currit?* ℞. Affir.

19 *An etiam pupillo & hujus socio hoc tempus currit?* ℞. Neg.

20 *An amittitur servitus, etiamsi quis per alium, e. g. Colonum, Usufructuarium, bona vel mala fide possessorem, mercenarium, hospitem, medicum &c. utatur?* ℞. Neg. modo tanquam servitute utatur: quod enim quis per alium facit, ipse fecisse videtur.

21 *Si vero necessitate prohibeantur uti, an tunc amittitur servitus?* ℞. Neg. sed in tali casu tempore amissa servitus restituitur.

22 *Ut autem quis per non usum amittat servitutes, quomodo distinguendum?* ℞. Distinguendum est inter servitutes urbanas & rusticas: hae enim per solum non usum praescribuntur; ad illas vero requiritur etiam libertatis praescriptio.

SI QUADRUP. PAUPER. FECISSE DICATUR.

IX. 1.

D PAUPERIES hic est damnum sine (2334) injuria facientis datum. *1. §. 3.* 1
R *REQUIRITUR* ad hanc actionem producendam, ut pauperies facta 2
• [1] ab Animali irrationali, (2335) sive suo corpore, sive per aliam A 3
(2336) rem, *1. §. 9.* sive quadrupes, sive bipes (2337) sit, *4.* pecudum 4
numero, sive (2338) non: *1. §. 2.* canis: *arg. 1. §. 5. 2. § 1. h.* etiam uti- 5
lis actio datur, si fera bestia, quæ in alicujus dominio (2339) est, damnum
dederit. *arg. 1. §. 10. h. pr. & §. 1. I. h. Wesenb. Schneidew. Harpr. Vinn. ad §. 1. I. h. Hahn. num. 3. Bach. num. 4. ad Wesenb. h.*

• [2] ab Alieno, (2340) *arg. § 6. I. de nox. act.* vendito sub conditi- a. 6.7
one resolutiva, (2341) non etiam suspensiva. (2342) *52. §. 3. ad L. Aquil.*
Post emtionem perfectam, ante traditionem convenitur venditor, qui 8
potest noxæ (2343) dedere, & exceptione (2344) contra actionem emti 9
defenditur. *arg. §. 3. I. de E. V. 5. C. de peric. & comm. rei vend. Joh. Thoma tr. de nox. animal. c. 3. n. 12.* Excluduntur feræ. (2345) *1. §. 10.* 10

• [3] Non secundum generis (2346) naturam: *1. §. 7.* tum enim da- a. 11
tur actio (2347) de pastu, vel legis Aquiliæ, (2348) vel in factum. *14. §. 3.* 12
de P. V. 5. C. de L. Aquil. vid. *Joh. Thom. d. tr. c. 16. 17. & s.*

• [4] Sine hominis culpa: *1. § 4. 6 & 7.* nam si intervenerit culpa a. 13
tertii, datur contra illum actio L. Aquil. *1. §. 4. 5. h. l. 11. §. 5. ad L. Aquil.* 14
Hahn. h. n. 4. sin propria, (2349) nulla datur actio. *2. §. 1. h. 52. §. 3. ad L.* 15
Aquil. arg. reg. de R. I. Carpz. p. 3. q. 131. n. 26.

• [5] Proprio (2350) motu: *pr. I. h. 1. §. 4.* alias convenitur incitan- a. 16
tis animalis dominus (2351) hac actione. *1. § 8 & 11.* 17

D *ACTIO*, si quadrupes (2352) pauperiem fecisse dicatur, est persona- 18
lis, (2353) quæ datur propter damnum datum ab alieno bruto, sine ho-
minis culpa, proprio motu, adversus dominum animalis, ad damnum,
vel ejus æstimatione, vel noxæ deditione resarciendum. *pr. I. h. L. 1. pr.*

† Est directa (*si quadrupes,*) & utilis, (*si bipes* damnum dedit) *p. h.* 19

C Introducta (2354) LL. XII tabb. *1. pr.* 20

S Datur omnibus, quorum interest: *2. pr.* illorumque heredibus. 21
1. §. f.

P Contra illum, qui tempore actionis instituendæ (2355) est animalis 22
dominus, *1. § 12.* vel tanquam dominus sese liti obtulit, *7. de interrog. in jur. fac.* aut dolo talis (2356) esse desiit. *arg. 12. 21. pr. 24. 26. §. 2. 39. pr. de nox. act.* Contra singulos (2357) in solidum: unius tamen præstatio libe- 23.24
rat

1 *Quid est hic pauperies?* ℞. Damnum sine injuria facientis datum.
2 *Quid (1) requiritur ad hanc actionem producendam?* ℞. Ut pauperies facta ab animali irrationali.
3 *Refertne, an animal illud irrationale suo corpore damnum dederit, sive per aliam rem?* ℞. Nihil refert, sed sufficit, si modo damnum dederit.
4 *Quale animal per animal irrationale hic indigitatur?* ℞. Omne, sive quadrupes, sive bipes, sit pecudum numero, sive non; v. g. canis; modo reliqua requisita concurrant.
5 *Qualis actio datur, si fera bestia, quæ in alicujus dominio est, damnum dederit?* ℞. Utilis hæc.
6 *Quid (2) requiritur ad hanc actionem producendam?* ℞. Ut pauperies facta ab animali irrationali alieno.
7 *An datur Actio de pauperie contra emtorem, ob damnum datum ab animali vendito sub conditione resolutiva,* (℞. Affir. quia hic perfecta est venditio, & dominium in emtorem translatum, qui nunc venditori hac actione tenetur ad damnum resarciendum, vel animal noxæ dedendum) *& an etiam datur ob damnum datum ab animali vendito sub conditione suspensiva, scil. contra emtorem?* ℞. Neg. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. §. 6.*
8 *Quis post emtionem perfectam, ante traditionem, ob damnum ab animali vendito datum, convenitur?* ℞. Venditor, qui potest noxæ dedere.
9 *An vero venditor contra actionem emti posse defenditur?* ℞. Affir.
10 *An hoc requisito etiam excluditur damnum a fera bestia, scil. in nullius dominio existente; vel etiam, si extra nostram culpam evaserit, datum?* ℞. Affir.
11 *Quid (3) requiritur ad hanc actionem producendam?* ℞. Ut animal non secundum naturam generis, h. e. per genuinam & naturalem feritatem damnum dederit; licet hoc ad *directam* tantum, non vero utilem actionem necessarium sit.
12 *Quæ igitur dantur actiones, si animal secundum generis naturam pauperiem fecerit, h. e. damnum dederit?* ℞. Tunc non hæc actio, sed actio de pastu, vel Legis Aquiliæ, vel in factum datur, v. g. si fruges alienas depaverit.
13 *Quid (4) requiritur ad hanc actionem producendam?* ℞. Ut pauperies facta sit sine hominis culpa.
14 *An igitur hæc Actio datur, si culpa tertii intervenerit?* ℞. Neg.
15 *Sed quid, si propria culpa intervenerit?* ℞. Tunc nulla plane competit actio: cum sibi ipsi damnum perpessum imputare debeat.
16 *Quid (5) requiritur ad hanc actionem producendam?* ℞. Ut proprio motu animal pauperiem fecerit.
17 *Sed quid, si aliud animal illud, quod pauperiem fecit, irritaverit?* ℞. Hoc casu convenitur incitantis animalis dominus hac actione.
18 *Quid est Actio, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur?* ℞. Est personalis, quæ datur propter damnum ab alieno bruto, sine &c.
19 *Quotuplex est hæc Actio?* ℞. Duplex. Directa, (*quæ scil. datur ob damnum ab animali quadrupede datum*) & Utilis, *quæ datur ob damnum, quod non a quadrupede, sed alio animali datum est.*
20 *Quibus Legibus hæc Actio est introducta?* ℞. Legibus XII Tabularum.
21 *Quibus hæc Actio competit?* ℞. Illis, quibus damnum datum est, non tantum rei læsæ domino, sed etiam omnibus, quorum interest, damnum non esse datum; ut commodatario, fulloni, &c. arg. *l. 2. pr. ff. h. t.* adde Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 16.*
22 *Contra quem hæc actio datur?* ℞. Contra illum, qui, tempore actionis instituendæ, est animalis dominus, (non, qui fuit tempore damni dati, quia noxa caput sequitur,) vel tanquam Dominus sese liti obtulit, aut dolo talis esse desiit.
23 *Si plures illius animalis Domini fuerint, quomodo tenentur?* ℞. Singuli tenentur in solidum.
24 *An tamen unius præstatio cæteros liberat?* ℞. Affir.

rat (2358) reliquos. *1. § 14.* Heredes, non jure successionis, sed qua 1
domini (2359) sunt, hac actione conveniuntur. *1. § f.*

E Damnum resarcitur præstatione æstimationis, vel noxæ deditio- 2
ne, (2360) *1. h. pr. I.* utrum reus elegerit: *1. pr. h. pr. I. h. vid. 7. § 1. de damn. infect.* negans animal suum esse & convictus tenetur 3
in (2361) solidum. *1. § 15. vid.* (2362) *Carpzov. p. 3. q. 181. num. 21 Thoma d. tr. c. 10. num. 33.* Si liber homo læsus, datur tantum ad im- 4
pensas curationis, & operarum amissarum, quasque (2363) amissurus. *3. h. f. de his, qui effud.*

AD LEGEM AQUILIAM. IX. 2.

D Lege Aquilia vindicatur *DAMNUM INJURIA* datum, quod est 5
privatum delictum, quo per rei corruptionem dolo vel culpa alte- 6
rius patrimonium diminuitur, quod Lege Aquilia vindicatur. *§ 1. 2. 3. 13. I. h.* 7

R *REQUIRITUR* igitur * [1] Damnum, quo alterius patrimonium dimi- A 8
nuitur. *3. de damn. infect. §. 13. 14 & 16. I.* Non datur, si liber homo 9
statim (2364) perierit; *15. §. 1. 16. 36. §. 1. h. arg. 5. §. 5. in f. ff. de his, qui effud. arg. 3. si quadr. pauper. Thoma d. tr. c. 9. n. 21.* [*obs. 69. ad L. falcid. 7. pr. 14. 23. §. 4. h. 1. §. 5. de his, qui effud. Lucaner. q. 339. C. I. A. h. tt. 11. n. 5. Bocer. cl. 4. D. 2. tt. 36. lit. A. Besold. in delib. Jur. h. lib. 9. q. 2. Vinn. ad pr. I. h. Carpzov. p. 1. q. 34.* ad hæc respon-
det *Thoma. d. l.*] neque si patientis culpa concurrat: *11. pr. h. L. 203. de R. I. & ibi Sande.* hinc non datur provocanti vulnerato ad expensas 10
& interesse. *30. §. f. h. 12. §. 1. de furt. 22. de N. G. 1. §. 11. Si quadr. pauper. Gravett. consil. 119. n. 11. Schrader. de feud. part. 9. c. 4. n. 74. Carpzov. p. 4. c. 19. d. 4. & p. 2. q. 99. n. 53. Besold. in delibat. jur. lib. 9. q. 2. in fin. ubi hic etiam ita judicatum scribit.* [*obs.* (2365) *§. 2. I. h. L. 5. 45. §. 4. L. 7. §. 4. 52. §. 1. h. C. olim causam. 12. tt. de restit. spoliat. Wisemb. h.*] 11

* [2] Injuria datum, h. e. contra jus, dolo, vel a. 12
(2366) culpa, *§. 2. 3. I. h. L. 5. §. 1.* etiam levissima, *44.* [nisi res exactissimam diligentiam non (2367) requirat. *arg. 32. depos. §. f. I. de societ. arg. 151. d. R. I. 24. §. f. 26. de damn. infect. Molin. de Just. & Jur. tract. 2. D. 697.*] infirmitate (2368) & imperitia, *§. 3. 7. 8. I. h.* quæ in eo, qui artem profitetur, culpa est. *132. de R. I. 8. §. 1. h. Ord. Crim. art. 134. vid.* (2369) *Heig. lib. 2. q. 26.* Infantiæ proximis 13
hæc non nocent: *5. §. 2.* reliquis vero, qui rationis usum habent, 14
nocent omnibus, etiam (2370) magistratibus; *29. §. 7.* servis, *14. de O. & A.* 15

1 *Quatenus heredes hac actione conveniuntur?* ℞. Non jure successionis, sed quia possessores & domini illius animalis sunt.

2 *Quomodo per hanc actionem damnum resarcitur?* ℞. Duobus modis, vel praestatione aestimationis, vel noxae deditione; (*Dato scil. animali pro noxa seu damno,*) & in his Reo competit electio, an se animal noxae dedere, an vero damni aestimationem praestare velit.

3 *An tamen hanc electionem Reus amittit per infitiationem, si se negaverit animal esse suum, & convictus fuerit?* ℞. Affir. Tunc enim tenetur in solidum, *h. e.* praeciso damni aestimationem praestare tenetur.

4 *Ad quid datur haec actio, si liber homo laesus, e. g. vulneratus sit?* ℞. Tantum ad impensas curationis & operarum amissarum aestimationem, quasque amissurus est [illegible]; non vero ad verum damni aestimationem, corpus enim liberum, in quo damnum datum, aestimationem non recipit.

5 *Quod damnum vindicatur Lege Aquilia?* ℞. Damnum injuria datum.

6 *Quid est hoc damnum injuria datum?* ℞. Est privatum delictum, quo per rei corruptionem dolo vel culpa patrimonium alterius diminuitur.

7 *Quanam Lege hoc delictum privatum vindicatur?* ℞. Lege Aquilia.

8 *Quid igitur (1) requiritur ad hoc delictum?* ℞. Damnum pecuniarium, scilicet, quo alterius patrimonium diminuitur.

9 *An vero haec Actio datur, vel ex hoc delicto obligatur, si quis liberum hominem statim exanimaverit?* ℞. Neg. nec obst. *cit. l. 6. &c.* ad quae respondet Thomas. *d. tr. de mor. anim. c. 9. n. 21 seqq.* quamvis contrarium doceat Lucam. *q. 319.* qui & uxori & liberis actionem utilem ad id, quod illorum interest, ob difficiliorem vitae sustentationem, quae opera defuncti poterat sublevari, concedit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 8.*

10 *An haec Actio datur, si patientis culpa concurrat?* ℞. Neg. cum enim moraliter nemo damnum sentire videatur, qui sua culpa damnum sentit, *cit. l. 203. de R. J.* sequitur inde, quod, si patientis quoque culpa concurrat, hoc delictum non videatur commissum.

11 *An ergo, si provocatus ad duellum, provocantem, vel armis insultatus aggressorem vulneraverit, vulnerato Actio Legis Aquiliae ad expensas & interesse competit?* ℞. Neg. Damnum enim, quod quis sua culpa sentit, non sentire videtur.

12 *Quid (2) requiritur ad hoc delictum,* (℞. Damnum cum facientis *injuria datum*) & *quid intelligitur per damnum injuria datum?* ℞. Omne illud, quod non jure, vel contra jus, h. e. dolo vel culpa, etiam levissima, (nisi res exactissimam diligentiam requirat) item, infirmitate & imperitia factum, quae in eo, qui profitetur, culpa est. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 9.*

13 *An vero jam dicta infantiae proximis nocent, ita ut hi actione Legis Aquiliae teneantur?* ℞. Neg. quia hi furiosis adhuc aequiparantur, nec rationis usum habere, adeoque doli vel culpae capaces nondum esse censentur.

14 *Quibusnam vero haec nocent?* ℞. Reliquis omnibus, qui rationis usum habent, (*quia hi doli & culpae capaces sunt*) etiam Magistratibus.

15 *Num etiam servis nocent?* ℞. Affir. Servi enim ex delictis ipsi obligantur.

I *An*

O. & A. mulieribus, qui (2371) marito damna dant, *27. §. 30. L. p. h.* 1
omittendo & (2372) committendo; *7. §. 2. L. 8. 27. §. 9. 45. pr. h. Busius* 2
ad L. 27 § 9. h. n. 2. Vinn. L. 1 q. 33. & ad §. 2. I h. n. 1. [*obst* (2373) *13. §. 2.*
de usufr.] dummodo ex culpa per se (2374) damnum veniat: *arg. 30.*
§. f. 29. § 7 Gail. 2. O. 22. n. 7 Medices tr. de casib. fortuit. lib. 1. c. 11. n. 20. & c.
26. n. 46. Carpzov. p. 1 q. 1. n. 29. & q. 10. n. 14. vid. Stahl. reg. Philos. tit. 3.
Reg. 12. L. 11 §. 1. L. 44. §. 1. L. 45. pr. h. nam accidentia hic non nocent;
§. 3. & seqq. I. h. L. 30. § p. h. L. 2. §. 6. de aq. pluv. neque mors medico 3
(2375) perito. *6. § 7. de offic. præsid. vid.* (2376) *Gail. l 2. O. 111. n. 25. Fin-*
ckelt. O. 61. n. 25. Neque in Legis pœnam incidit, qui jure permittente 4
aliquid ejusmodi fecit, v. g. magistratus (2377) resistenti, *29. §. 7.* aggres- 5.6
sori, (2378) *§ 2. I. h. 4. pr. 5. pr. 45 § 4. h. 1. C. unde vi.* tempore (2379) 7
incendii, *49. §. 1. h. 3. §. 7. de incend.* tempestatu (2380) in mari; *14. de P.* 8
V. vid. tamen 1. 2. ad L. Rhod. de jact. [dummodo de justo metu constet.
7. §. 4. quod vi aut clam. Zoes. h. n. 17. vid. Gail. l. 2. O. 22. n. 4.] qui de- 9
struxit ædificium in (2381) suo fundo. *29. § 1.*

[3] * Quo res corporalis usta, fracta, scissa, vel a. 10
quoquo modo deteriorata aut peremta est: *§. 13. I. h. L. 27. §. 13. h.* alias 11
enim prætor (2382) tantum ex æquitate dat actionem in factum subsidia-
riam. *§. f. I. h. L. 11. de P. V.* Neque fur, qua talis, (2383) tenetur hoc 12
delicto, *27. §. 25* nec dicta actione subsidiaria (2384) recte convenitur. 13
arg. 11. de P V. junct. §. f. I de obl. quæ ex del. Barb. v. 1. D. 18. th. 1. lit. b.

D Ex hoc delicto descendit *ACTIO L. AQUILIÆ*, (2385) quæ est actio 14. 15
pœnalis, mixta propter (2386) objectum, *§. 19. I. de act. § 9. I. h. Barbos.*
de act. D 5. th. 21. qua vindicatur damnum per rei corruptionem injuria
datum.

† Dividitur in directam & utilem; *§. f I. h.* quæ interdum etiam in 16
factum (2387) actio dicitur, *9. pr. 11. §. 7. 17. 29. §. 7. Barbos. v. 1. D. 18 th.*
10. lit. A. & datur hæc utilis [1] ob modum (2388) damni dati, *§. f. I. h.* 17
[2] ob qualitatem (2389) objecti, *13. pr.* [3] ob qualitatem subjecti, sive
actoris, si scil. actor non est rei læsæ (2390) dominus. *11. § f. 17. h.*

C Introducta est hæc actio (2391) plebiscito, *1. §. 1. h.* cujus tria fuere 18. 19
capita: I pertinet ad servos occisos & quadrupedes occisas, quæ pecudum
numero sunt. *2 pr. & §. 2. h. pr. I. h.* II in desuetudinem (2392) abiit.
27. §. 4. III pertinet ad reliqua damna omnia hujus Legis. *§ 13. I. L. 27.*
§. 5. h.

S Datur *DIRECTA* rei læsæ Domino: *11. §. 6.* *UTILIS*, qui aliud jus 20.21
vel interesse in re læsa habuit; (2393) *11. §. f. 17. 19. 20. h.* libero homi-
ni, (2394)

1 *An & Medici, qui Morte damnum dant?* ℞. Affir. quia hæc Actio non tollitur; quatenus [illegible] tantum contra [illegible] denegantur.

2 *Referatne, an damnum sit datum [illegible], an committendo?* ℞. Non refert, damnando ex culpa per se damnum venire; nam accidentia hoc non nocent. Licet enim culpa quædam admissa sit, ex qua tamen damnum sequatur tantum per accidens; damnum de eo non tenetur. Lauterb. Coll. th. pr. h. t. §. 10.

3 *Anne tenetur Medicus peritus?* ℞. Neg. Casus enim humanæ fragilitatis Medico non imputantur, sed imperitia.

4 *Num in Legis pœnam incidit, qui, Jure permittente, aliquid [illegible] facit?* ℞. Neg. quia, qui jure permittente aliquid agit, injuriam facere non videtur.

5 *An ergo Magistratus tenetur, si resistenti damnum inferat?* ℞. Neg. quia ubi defensio licita, ibi offensio est licita.

6 *Num si defendens, aggressori damnum dans, eadem tenetur?* ℞. Neg.

7 *An, si quis tempore incendii, Jure permittente, aliquid fecit, quo alteri damnum illatum, hujus nomine damnum passo tenetur?* ℞. Neg. quia hic cessat animus injuriam & damnum inferendi.

8 *An idem, si tempore tempestatis in mari tale quid factum?* ℞. Affir.

9 *An is tenetur, qui destruxit ædificium in suo fundo ædificatum?* ℞. Neg. quia possessori est tribuenda facultas suam possessionem propria auctoritate defendendi.

10 *Quid (3) requiritur ad hoc delictum?* ℞. Ut damnum sit datum cum corruptione, & res corporalis vel usta, fracta, scissa, vel quadammodo damnose læsa vel perempta fuerit.

11 *Quod remedium competit, si hoc requisitum deficiat, h. e. si quis alio modo, sine rei corruptione & deterioratione, in re non corporali sua culpa damnum dederit?* ℞. Tunc hæc Actio Legis Aquiliæ non competit, sed Prætor tantum ex æquitate dat Actionem in factum subsidiariam.

12 *An fur, qui talia, ex hoc delicto tenetur?* ℞. Neg.

13 *An tamen hic fur actione subsidiaria vel [illegible] conveniatur?* ℞. Neg. quia Actio in factum Prætoria, tanquam subsidiaria, tum demum locum habet, si nulla ordinaria competit.

14 *Quænam Actio ex hoc delicto descendit?* ℞. Actio Legis Aquiliæ.

15 *Quid est Actio Legis Aquiliæ?* ℞. Est Actio pœnalis, personalis, (quia oritur ex obligatione,) mixta (non ratione Causæ efficientis; sed ratione Objecti,) qua vindicatur damnum per rei corruptionem factum injuria datum.

16 *Quotuplex hæc Actio Leg. Aquiliæ dividitur?* ℞. In directam, (quæ ex manifesta Legislatoris voluntate,) & utilem, (quæ ex præsumta Legislatoris voluntate per extensionem aliquam conceditur) quæ interdum etiam Actio in factum dicitur.

17 *Quotuplicem ob causam competere utilis?* ℞. Ob triplicem. (1) ob modum damni dati, (2) ob quantitatem objecti, & (3) ob qualitatem subjecti, si scil. ipse rei læsæ non est dominus, sed aliud tantum Jus, e. g. usumfructum habet.

18 *Quo jure hæc Actio L. Aquiliæ est introducta?* ℞. Plebiscito: nam causa efficiens remota hujus Actionis est Lex Aquilia, vocabulo Legis late accepto, ut scil. etiam Plebiscita comprehendat.

19 *Quot hujus Plebiscitï fuere capita?* ℞. Tria. I pertinet ad servum occisum, & quadrupedem occisam, quæ pecudum numero sunt; II in defraudationem abiit, III pertinet ad reliqua damna omnis hujus Legis.

20 *Cui datur Actio L. Aquiliæ directa?* ℞. Domino rei læsæ, ejusque hæredibus. *l. 11. §. 6. ff. h. t.*

21 *Cui datur Utilis?* ℞. Reliquis in re læsa jus vel contractu habentibus, qualis sunt Usufructuarius, &c.

ni, (2394) ratione expensarum & damni suæ vulnerationis, *13. pr.* atque 1
heredibus: *13. §. 2. h.* *NON* etiam illis, qui Jus tantum ad rem (2395) il- 2
lam habent. *11. §. 9. h. arg. §. 3. I. de E. V.*

P *DIRECTA* contra illum, qui suo corpore in corpus damnum dedit, 3
concurrentibus aliis (2396) requisitis; *§. f. I.* *UTILIS* contra illum, qui 4
non suo corpore, sed alio modo, corpus tamen corrumpendo (2397)
damnum dedit; *§. f. I. h.* contra (2398) singulos in solidum, nec, quo- 5
ad pœnam, unius, (2399) præstatio reliquos liberat *11. §. 2. h. Besius ad d.
§. 2. n. 5. Bocer. cl. 4. D. 2. th. 43.* Qui lethaliter (2400) vulneravit, [qua- 6
le vulnus aliquando curatum est, alias enim uterque de occiso tenetur.
51. pr. arg. 15. §. 1. h. Matthæus de criminib. l. 48. tit. 5. c. 3. n. 19.] de vulne-
ratione; qui vero eundem occidit, de occiso tenetur *11. §. 3. L. 15. §. 1. h.
Bachov. V. 1. D. 18. th. 9.* *NON* datur contra heredes: quia est ex (2401) 7
delicto. *23. §. 8. h. §. 9. I. Carpzov. p. 4. c. 11. def. 9. Bocer. cl. 4. D. 2. th. 46.
vid. Bach. de act. D. 5. th. 11.*

O Objectum est damni dati æstimatio, quæ comprehendit omne pe- 8
cuniarium interesse, *21. § 5 & LL. seqq.* secundum communem ejus lo-
ci æstimationem, *33. h. 63. ad L. Falcid.* ex I Capite, quanti ea res pluri-
mi fuerit anno proximo, ex die cædis retrorsum computato; *1. pr. 21. §.
1. 23. §. 3. h. §. 9. I. h.* ex III Capite, quanti res plurimi fuit proximis XXX

La diebus. *§. 14. I. h. L. 27. §. 5.* Hodie non (2402) observatur hic modus 10
æstimandi. (2403) *Groenew. ad §. 9. I. Matthæus de criminib. lib. 47. tit. 5.
c. 3. n. 4. Gudelin. de jure noviss. lib. 3. c. 13.* Per inficiationem (2404) cre- 11
scit in duplum, quod tamen (2405) petendum. *§. 19 & 26. I. de act. L. 2.
§. 1. L. 23. §. 10. h. 4. C. eodem. Bachov. V. 1. D. 18. th. 10. lit. E.* Si liber ho- 12
mo vulneratus, tantum expensæ & (2406) operæ æstimantur, non etiam
deformitas (2407) aut dolores: *3. Si quadr. paup. L. f. de his, qui effud.
vid. Bocer. cl. 4. D. 2. th. 35.* unde non datur hæc actio contra maritum, qui 13
in castigatione uxoris modum (2408) excessit; *48. de oper. libert.* qui 14
tamen extra ordinem (2409) punitur. *Vid. N. 117. c. 14. Carpz. lib. 2. def.
121. & p. 1. quæst. 12. n. 51.*

N Hæc actio est perpetua, sed non (2410) famosa. *arg. 27. §. 30. & L. p.
h. junct. 1. rerum amot.* 15

SS Cognata est actio subsidiaria, (2411) in factum, (2412) prætoria, quæ 16
datur, ubi verba & sententia Legis Aquiliæ cessant: æquum tamen est, ut 17
propter damnum detur actio ad ejus æstimationem. *§. f. I. h. 11. de præ-
script. verb.*

pr. Omnia requisita (2413) actor regulariter probat; *arg. 2. de pro-
bat.* 18

1 *Cui porro haec Utilis datur?* ℞. Libero homini, ratione expensarum, & damni sui vulnerationis, & omnium jam dictorum heredibus; quia haec Actio est rei persecutoria respectu actoris.

2 *Num haec Actio etiam illis datur, qui Jus tantum ad rem illam habent?* ℞. Neg. ne quidem *utilis*.

3 *Contra quem datur directa?* ℞. Contra illum, qui suo corpore in corpus damnum dedit; concurrentibus aliis requisitis.

4 *Contra quem datur utilis?* ℞. Contra illum, qui non suo corpore, sed alio modo, corpus tantum corrumpendo, damnum dedit.

5 *An quid datur contra singulos?* ℞. Contra singulos datur in solidum; (*quia omnes deliquerunt*,) nec, quoad poenam, unius praestatio reliquos liberat.

6 *Quomodo tenentur illi, quorum alter lethaliter vulneraverit, alter vero eundem plane occiderit?* ℞. Is de vulneratione, hic vero de occiso, si modo tale vulnus aliquando curatum fuerit: alias enim uterque de occiso tenetur.

7 *An haec Actio etiam contra heredes datur?* ℞. Neg. quia est ex delicto: Actiones enim ex delicto in heredes non transeunt, nisi quatenus inde ad eos pervenit. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 22.*

8 *Quodnam est Objectum hujus Actionis?* ℞. Damnum resarciendum, sive damni dati aestimatio recuperanda.

9 *Quidnam comprehendit haec damni dati aestimatio?* ℞. Omne pecuniarium interesse, ita tamen, ut fiat non secundum singularem affectionem, nec utilitatem singulorum, sed communem loci illius aestimationem, & quidem ex I Capite, quanti servus vel animal occisum plurimi fuerit praeterito anno proximo, retrorsum ex die caedis computato; ex III vero capite, quanti res plurimi fuerit proximis XXX diebus. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 25.*

10 *An hodie observatur hic modus aestimandi?* ℞. Neg.

11 *Quaenam hic est infitiationis poena?* ℞. Quod per infitiationem crescat aestimatio in duplum, quod tamen periendum.

12 *Si liber homo est vulneratus, quid aestimatur?* ℞. Hoc casu agitur tantum ad operas amissas, & expensas in curationem factas: deformitatis vero & dolorum nulla habetur ratio; quia liberum corpus non recipit aestimationem.

13 *An datur haec Actio contra maritum, qui in castigatione uxoris modum excessit?* ℞. Neg.

14 *An tamen talis maritus, & quomodo punitur?* ℞. Extra ordinem.

15 *Qualis est haec Actio ratione durationis,* (℞. Est perpetua, quia est rei persecutoria) *&, an est famosa?* ℞. Neg.

16 *Quaenam Actio Actioni huic L. Aquiliae est cognata?* ℞. Actio subsidiaria, in factum, praetoria.

17 *Quando haec Actio subsidiaria datur?* ℞. Quando verba & sententia L. Aquiliae cessant; aequum tamen est, ut propter damnum detur actio ad ejus aestimationem: ut si quis injuria, h. e. dolo vel culpa, sed non corpore, neque in corpus damnum dederit, v. g. si quis misericordia ductus, servum alienum compeditum solverit. *arg. L.*

18 *Quaenam in Actione Leg. Aquiliae actor regulariter probare debet?* ℞. Omnia requisita.

bat. nisi damnum datum facto per se (2414) illicito: *2. C. ad L. Cornel. de* 1
Sicar., qui agit contra vicinum, in cujus ædibus ignis exortus, probare te- 2
netur ipsius culpam. (2415) *Frankel lib. Obs. 89. Berlich. p. 4. concl. 15. n. 83. &*
seqq. Mynf. Cent. 6. O. 88. n. 13. Ranchbar. p. 2. q. 10. num. 50. [*dissent.* (2416)
Carpz. p. 1. q. 39. n. 58. Vinn. lib. 1. q. 33.]

DE HIS, QUI EFFUDERINT, VEL DEJECERINT.

IX. 3.

D ACtio de *DEJECTIS* vel *EFFUSIS* est personalis, quæ competit ad- A 3
versus inhabitatores ædium, ex quibus aliquid dejectum vel effusum
est, eum in locum, quo vulgo iter fit, ad damnum per hoc datum, (2417)
vindicandum. *§. 1. I. de obl. quæ quasi ex del. L. 1 pr. 5 §. 5.*
I Dividitur in directam (2418) & utilem. *Vid.* (2419) *L. 5. §. 5.* 4
C Introducta a Prætore; *1. pr.* datur ex (2420) quasi delicto: igitur 5
R *REQUIRITUR* [1] ut ex ædibus, vel navi, *L. 5. § 5.* aliquid dejectum vel 6
effusum sit, [2] in locum, ubi vulgo iter fit, publicum vel privatum, *1.*
§. 2. nocte (2421) vel die, modo illic nocte iter fiat: *6. §. 1. h.* [non per- 7.8
tinet ad loca (2422) secreta; *1. §. 2. inf.* [3] ut eo ipso damnum datum.
1. §. 4. h. §. 1. I. de obl. quæ quasi ex delict. L. 5. §. 5. de O. & A.

S Datur læsis & illorum heredibus: *5. §. 5.* si liber homo inde periit, 9.10
vel læsus sit, datur actio popularis omnibus (2423) de populo, in cujus
concursu præferuntur cognati, & quorum interest. *5. § 5* 11
P Adversus inhabitantem, *1. § 4.* ex cujus parte (2424) dejectum, *5.* 12
pr. qui hic suorum culpam præstat, *6. §. 2.* etiam hospitis: *1. §. 9.* ha- 13
bet tamen regressum contra (2425) dejicientem. *5 §. 4.* Plures pro in- 14
diviso in eodem cœnaculo, singuli obligantur in solidum (2426) unius
tamen præstatio liberat reliquos, *1. §. 5. & LL. seqq. h.* præstituros par- 15
tem damni, societatis judicio, vel utili hoc ei, qui (2427) solvit; *4. h.* sive 16
ædes sint propriæ, sive alienæ; (2428) *1. §. 4 & 9. L. 5. §. 1.* etiamsi sit 17
(2429) filiusfam. *1. §. 7.* *NON* datur contra heredes. *5. §. 5.* 18
O Si damnum datum in re æstimabili, datur in duplum, *1. pr. &* 19
§. 4. h. §. 1. I. de obl. quæ quasi ex delict. & quidem in perpetuum, 20
(2430) licet sit pœnalis mixta: *5. §. 5. vid.* (2431) *Grœnew. ad d. §.*
1. sin in re inæstimabili, (2432) datur in id, quod judici æquum 21
videtur, æstimatis operis & impensis. *1. pr. 5. §. 5. f. h. § 1. I.*
d. 1. Læso in perpetuum, (2433) aliis intra annum. *5. §. 5.* 22

Si

1 *An etiam Actor omnia requisita probare debet, si damnum datum facto per se illatum?* ℞. Neg.

2 *Quid si, qui agit contra inquilinum, ex cujus aedibus quis ejectus, probare tenetur?* ℞. Culpam illius.

3 *Quid est Actio de dejectis & effusis?*

4 *Quotuplex haec Actio dividitur?* ℞. In Directam, (quae datur, si ex aedibus quid dejectum sit, quo alteri damnum datum) & Utilem, si ex navi quid dejectum, per quod alteri nocitum est.

5 *A quo haec Actio de dejectis & effusis est introducta.* (℞. A Praetore) *& unde datur?* ℞. Ex quasi delicto.

6 *Quid igitur requiritur ad hanc Actionem, ut locum habeat?* ℞. Requiritur (1) ut ex aedibus vel navi aliquid dejectum vel effusum sit; (2) in locum, ubi vulgo iter sit, nec refert, locus ille publicus, an privatus sit, nihilque interest, nocte vel die effusum sit, & (3) ut eo ipso damnum sit datum. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 4.*

7 *An haec Actio etiam tunc locum habet, si aliquid tum in locum noctu effusum, damnumque datum sit, ubi noctu iter fieri non solet?* ℞. Neg. imputet enim sibi damnum passus, quod per eum locum iverit.

8 *An haec Actio etiam locum habet, si in loco secreto alicui per effusionem vel ejectionem damnum illatum sit?* ℞. Neg. quia ibi commeare non licet.

9 *Quibus haec Actio datur?* ℞. Qui laesi sunt per hoc quasi delictum, & regulariter illorum heredibus.

10 *Qualis vero Actio tum datur, si liber homo inde periit, vel laesus sit?* ℞. Actio popularis & quidem omnibus de populo.

11 *Quinam vero in concursu praeferuntur?* ℞. Illi, quorum interest, & qui cognatione aut affinitate laesum contingunt, quippe qui persequuntur dolorem suum. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 5.*

12 *Adversus quem haec Actio competit?* ℞. Adversus inhabitatorem, nec refert, ipsi dejecerint, effuderint, vel eorum familia: inhabitatores enim suam suorumque culpam praestare debent; nec hic quaeritur, quis dejecerit vel effuderit, sed ex cujus aedibus dejectum vel effusum sit. Hinc locum etiam habet haec actio, si quis hospitem receperit, & ille aliquid effuderit; non vero adversus hospitem, sed ipsum inhabitatorem.

13 *An tamen habitator, si ex facto hospitis damnatus aliquid praestiterit, illud per actionem in factum ab hospite repetere potest?* ℞. Affir. ne scil. illius facto damno afficiatur.

14 *Quid, si vero plures pro indiviso in eodem coenaculo habitent, & aliquid ejectum vel effusum sit, quo damnum datum?* ℞. Tunc singuli obligantur in solidum, unius tamen praestatione reliqui liberantur: quia haec actio datur ad interesse.

15 *Ad quid vero reliqui tenentur illi, qui solidum solvit?* ℞. Ad praestationem partis damni, & quidem vel Societatis judicio, vel utili hac actione.

16 *An refert, sive aedes sint propriae, sive alienae?* ℞. Nihil refert: nam eadem ratio hic conductoris est, ac domini aedium.

17 *An quoque haec Actio datur, si inhabitator sit filiusfamilias?* ℞. Affir. cum haec actio ex quasi delicto detur, ex quo ipse filiusfamil. conveniri debet.

18 *An haec Actio etiam contra heredes competit?* ℞. Neg. quia, respectu rei, est poenalis.

19 *Ad quid datur, si damnum datum in re aestimabili?* ℞. Ad duplum: hoc duplum autem petitur, sive inficiatio accesserit, sive non; in quo distinguitur ab Actione L. Aquiliae. *arg. l. 1. §. 1.*

20 *Quamdiu datur?* ℞. In perpetuum, licet sit poenalis actio.

21 *Ad quid datur, si damnum in re inaestimabili datum?* ℞. Ad id, quod Judici aequum videtur; & tunc Judex aestimat mercedem Medico praestitam, operas amissas, & alias expensas in curationem factas.

22 *Quamdiu autem hoc casu datur?* ℞. Ipsi laeso in perpetuum; aliis vero contra intra annum-

Si liber homo perierit, intra annum pœna petitur 50 aureorum, *d. §. 1.* 1
L. 5. §. 5. qui actori (2434) adjudicantur. *arg. 12. de V. S. Vinn. ad d. §. 1.* 2
verb. *ob hominem liberum.*

D Altera actio hic proposita est de *POSITO* vel *SUSPENSO*, quæ est a. 3
actio popularis, competens adversus illos, qui eo in loco, ubi vulgo iter 4
fit, aliquid periculose positum vel suspensum (2435) habent, ad pœnam
X aureorum exigendam. *§. 1. I. de obl. quæ quasi ex delict. L. 5. §. 6. & seq. h.*

C Introducta a Prætore, *5. §. 6.* datur ex quasi delicto, *5. §. 7 & 11.* 5
quod imputatur inhabitanti; *5. §. 8* licet alius posuerit; *5. §. 10 & 11.* 6
licet suspensum nondum (2436) nocuerit. *5. §. 11.*

S Datur omnibus de populo, & heredibus, non jure (2437) hereditario. *5. §. f. h. junct. L. 7. & f. de pop. act.* 7. 8

P Adversus inhabitatorem, vel ædium Dominum: sed non con- 9. 10
O tra (2438) heredem, *5. §. f.* ad pœnam X (2439) aureorum. *5. §. 6. h.* 11

DE NOXAL. ACTIONIBUS. IX. 4.

D Actiones *NOXALES*, *vide Thomæ tr. de nox. animal. c. 10.* sunt actio- 12
nes personales, (2440) nova qualitate (2441) auctæ, quæ dantur ex
privatis servorum delictis, adversus illorum dominos, ad hoc, ut vel litis
æstimationem solvant, vel servos illos noxæ (2442) dedant. *§. 4. I. h. L. 19. pr.*

C Competunt propter juris dispositionem, & servorum delicta (2443) 13
privata. *§. 4. I. L. 2. §. 1. 1. pr. h. 17. §. 18. de ædil. Edict. propter &. C. de judic. L. f. C h. Fr. h. n. 9.* Ex servorum contractu datur actio de peculio. 14
tit. de pecul. Ob delicta publica ipsi servi accusantur. (2444) *12. §. f. de* 15
accus. 2. C. eodem. vid. l. 2. pr. h. t. Fr. h. t. n. 3.

S Dantur omnibus illis, quibus ex dictis delictis directæ actiones com- 16
petunt, exceptis solis (2445) servorum dominis. *§. 6. I. 37. h.*

P Adversus eos, qui tempore (2446) actionis movendæ servorum no- 17
xiorum sunt domini, vel illos dominorum opinione possident, *11. 12. 18. 21. §. 1.* [noxa enim caput (2447) sequitur. *§. 5. I. L. 7. pr. h.*] vel qui dolo
malo illos possidere desierunt. *12. 21. 24. 26.* Contra b. f. manumissum 18
dantur directæ (2448) actiones. Si dominus conscius & simul (2449) 19
reus fuerit, datur etiam directa actio contra eum (2450) in solidum. *4. §.*
2 & 3. h. L. 2. & LL. seqq. *NON* dantur contra parentes propter delicta (2451) 20
filio-

5 *Si liber homo occisus fuerit, qualis poena, & intra quantum temporis spatium petitur?* ℞. Tunc una actione petitur poena quinquaginta aureorum, & hoc in casu haec actio est popularis, daturque omnibus de populo, ita tamen, uti supra dictum, ut praeferantur defuncto cognatione & affinitate juncti. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 5.*

2 *Cui autem hi 50 aurei adjudicantur?* ℞. Actori, quia hic in actione populari post litis contestationem fit creditor.

3 *Quaenam est altera Actio, quae hic proponitur?* ℞. Actio de posito vel suspenso.

4 *Quid est Actio de posito vel suspenso?*

5 *A quo haec Actio est introducta, (℞. A Praetore) & unde datur?* ℞. Ex quasi delicto.

6 *Cui hoc quasi delictum imputatur?* ℞. Inhabitatori, quamvis alius posuerit, & suspensum nondum nocuerit. sufficit enim hoc, modo aliquid sit positum vel suspensum ita, ut damnum dari possit; nam ad damna praecavenda introducta est haec actio.

7 *Quibus datur haec Actio?* ℞. Omnibus de populo, quia popularis est.

8 *An haec Actio etiam heredibus datur?* ℞. Affir. non tamen qua talibus, sed qua civibus.

9 *Adversus quem haec Actio datur?* ℞. Adversus illum, qui aliquid periculose positum vel suspensum habet, ubi vulgo iter fit; non vero adversus illum, qui aliquid posuit, sed qui passus est aliquid poni vel suspendi, h. e. adversus inhabitatorem, vel etiam dominum. si tamen id, quod positum erat, ceciderit, & damnum dederit, tunc etiam adversus ponentem utilis haec actio datur. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 15.*

10 *An haec Actio etiam contra heredem datur?* ℞. Neg. quia est popularis.

11 *Ad quod haec Actio datur?* ℞. Ad poenam decem aureorum.

12 *Quid sunt Actiones noxales?* ℞. Sunt Actiones personales &c.

13 *Unde hae Actiones competunt?* ℞. Competunt propter Juris dispositionem, & servorum delicta privata: Causa enim efficiens est proxima servorum delictum, & Praetoris Edictum.

14 *Quaenam vero Actio ex servorum contractu datur?* ℞. Actio de peculio adversus dominum. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 3.*

15 *An ob delicta publica ipsi servi accusantur?* ℞. Affir.

16 *Quibus dantur Actiones noxales?* ℞. Omnibus illis, quibus ex dictis delictis actiones directae competunt, excepto solo servorum domino.

17 *Adversus quos hae Actiones dantur?* ℞. Adversus eos, qui, tempore actionis movendae, servorum nomine sunt domini, (servi enim, cum proprii nihil habeant, damnum ipsi resarcire quoque nequeunt; ex aequitate itaque adversus Dominos Praetor actionem introduxit,) vel illos dominorum opinione possident, (noxa enim caput sequitur,) vel qui dolo malo illos servos possidere desierunt. Ille igitur, qui tempore commissi delicti Dominus fuit, liberatur, quandoquidem servum alienavit, modo id dolo non fecerit, per tot. ff.

18 *Quales actiones dantur contra bona fide possessorem?* ℞. Si bona fide servus noxiam commissam fuerit, cum illo ipso directa agetur actione; nec quoad hanc actionem refert, sive dominus delicti a servo commissi conscius & simul reus fuerit sive non: utroque enim in casu haec actio directa datur.

19 *Sed quid, si dominus delicti a servo commissi conscius, & simul reus fuerit?* ℞. Hoc in casu & directa actio in solidum adversus dominum conscium competit.

20 *An etiam dantur Actiones noxales contra parentes propter delicta filiorum?* ℞. Neg. ipsi enim filii conveniuntur ex propriis delictis.

filiorum: *§. 5. I.* ipsi enim filii conveniuntur ex privatis delictis; actio
autem judicati datur contra parentes (2452) peculiotenus. *l. 35. h. l. 57. de* 1
Judic. 3. §. 11. de peculio.

E Dominus condemnatus vel litis æstimationem solvit, vel servos no- 2
xæ dat. *1. h. 6. §. 1. de re judic. pr. I. h.* propter *§. 2. I. h. 7. §. 1 de damn. in-*
fect. Servus noxæ deditus se ipsum (2453) luere potest. *§. 3. I.* 3

Lo *HODIE* horum nullus (2454) usus: nam ex famulorum delictis ex- 4
tra (2455) officium domini non obligantur. *3. §. 2. L. 7. pr. naut. caup. stab.*
1. §. 5. de publican. Stamm. de serv. person. lib. 2. c. 14. Ubi tamen limitat.
(2456) *vid. Bach. de act. D. 8. th. 18. in fin.* Ex delictis illorum circa of- 5
ficium domini tenentur, (2457) si in eorum electione culpam (2458) ad-
miserunt. *1. C. ad L. Jul. repet. L. 27. §. 9. ad L. Aquil. L. 11. locat. L. 1. §. 5.*
furt. advers. naut. caup. stab. Carpzov. p. 4. c. 17. d. 13. 14. Mevius lib. 3. tit. 6.
art. 1. n. 26. vid. Stamm. d. tr. lib. 2. c. 14. 15. 16. 17.

FINIUM REGUNDORUM. X. I.

IN hoc libro X proponuntur actiones mixtæ, (2459) partim ex jure in 6
re, partim ex obligatione (2460) descendentes. *§. 20. I. de action. Fr. Ex-*
erc. 13. q. 3. Bach. V. 1. D. 19. th. 1. lit. d.

D Actio finium regundorum est, qua propter terminorum confusio- 7
nem agitur inter illos, qui confines habent agros, ad illorum fines discer-
nendos & declarandos, nec non ad præstationem ejus, quod eo nomine
(2461) interest. *2. §. 1. 4. pr. & §. 1. L. 8. h. §. 20. I. de act. Fr. Exerc. 13. q. 3.*
Bach. ad Tr. V. 1. D. 19. th. 1. lit. D.

† Est vel directa, (2462) vel utilis: (2463) qua hodie limites jurisdi- 8
ctionum & Imperii dirimi solent. *Busius ad L. 1. h. n. 5.*

C Oritur, quatenus est realis, *vid. §. 20. I. de act. 1. h. 1. C. h.* ex dominio, 9
L. 4. pr. 8. pr. 12. h. vel ex alio jure in re: *4. §. 9.* quatenus est personalis, 10
1. h. 1. §. 1. C. de annal. except. ex obligatione, *4. §. 1.* quæ oritur ex quasi 11
contractu; *Fr. Ex. 13. q. 3. Bach. d. l. th. 1. lit. d.* licet termini ex delicto in- 12
terdum confundantur · *4. §. 4.* nam hoc non (2464) semper accidit,
8. pr. sed potius ex æquitate obligantur possessores confusorum termi-
norum ad præstandum, quod pro rato debetur. Inde hæc actio est stricti
(2465) juris. *arg. § 28. I. de act. Bach. d. l. th. 2. lit. C.*

S Datur inter Dominos & alios, qui jus in prædiis confinibus 13
habent, ut sunt Emphyteuticarii, vasalli, usufructuarii, hypothe-
carii, *4. §. 9.* [modo non (2466) sint socii. *4. §. 7. Fr. h. n. 14.* 14
15.]

1 *Sed an hoc casu actio judicati contra parentes datur?* ℞. Affir. quamvis enim ex delictis liberorum parentes regulariter nec directe, nec noxaliter conveniri possint, si tamen liberi exinde condemnati fuerint tunc contra patrem, in cujus potestate existunt, actio rei judicatæ de peculio datur.

2 *Quid permittitur dominis hisce actionibus damnatis?* ℞. Ut vel litis æstimationem solvant, vel servos noxæ dedant: nequitia enim servorum, ultra illorum corpora, dominis non debet esse damnosa.

3 *An servus noxæ deditus se ipsum luere potest?* ℞. Affir. quia causa servitutis apud novum dominum, cui noxæ deditus est, est damnum, quod ei datum est, quæ causa cum cesset, oblata damni æstimatione, cessare etiam debet effectus.

4 *An nostris moribus, quoniam tales servos non habemus, noxalium actionum est usus?* ℞. Neg. nam ex famulorum delictis, extra officium, domini non obligantur: aliud igitur dicendum, si famulus in officio suo, in seinem anbefohlenen Amte, delinquit.

5 *Quando vero domini ex delictis famulorum, circa officium commissis, hodie tenentur?* Si domini in eorum electione culpam admiserint.

6 *Quales Actiones in hoc Libro X proponuntur?* ℞. Actiones mixtæ, partim ex jure in re, partim vero ex obligatione descendentes.

7 *Quid est Actio finium regundorum?* ℞. Qua, propter terminorum confusionem, agitur inter illos, qui &c.

8 *Quotuplex est hæc Actio?* ℞. Duplex, scil. vel *Directa*, qua ad discernendos confines agros agitur, vel *Utilis*, qua hodie limites Jurisdictionum & Imperii dirimi solent.

9 *Unde oritur Actio finium regundorum, quatenus realis est?* ℞. Ex dominio, vel ex alio jure in re.

10 *Unde vero hæc Actio oritur, quatenus personalis est?* ℞. Ex obligatione.

11 *Unde hæc obligatio oritur?* ℞. Ex quasi contractu.

12 *An vero hæc obligatio ex quasi contractu oritur, licet termini ex delicto interdum confundantur?* ℞. Affir. nam hoc non semper accidit; imo termini confusi faciunt rem quasi communem; quando autem quis in res communes facit expensas, vel commodum ex illis percipit, ex æquitate obligatur ex quasi contractu, ad præstandum, quod pro rato debetur. Et hac ratione hæc Actio est *stricti juris*, quamvis interdum etiam delictum unius vel alterius interveniat, quod etiam in *Judicio communi dividundo* accidit: tunc enim delictum est incidens in quasi contractum. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t.* §. 5.

13 *Inter quos datur hæc Actio?* ℞. Inter Dominos & alios, qui confinia habent prædia rustica, vel qui aliud Jus in re in illis habent, ut sunt Emphyteuticarii, Vasalli, Usufructuarii & Creditores hypothecarii.

14 *An & inter Socios hæc Actio competit?* ℞. Neg.

15.] ita ut uterque actoris & rei vices sustineat. 10. h. Ac propterea hæc 1
actio refertur inter duplices. 37. §. 1. de O. & A. vid. 13 & 14. de Judic. 17. 2
§. 1. de procurat. 44. §. 4. famil. hercisc.

O Objectum sunt termini confusi (2467) prædiorum confinium, & interesse, si scil. unus ex alterius parte perceperit commodum, aut expensas (2468) fecerit in confusos terminos. 4. §. 1. h. 3
Ratione fructuum idem observatur hic, quod in rei Vindicatione. 4. §. 2. h. 4
Confinium autem est (2469) spatium 5 pedum, inter duo prædia secundum latitudinem Leg. XII Tab. constitutum, ut ibi uterque ire, agere, & aratrum ducere possit: quod alias gradus (2470) dicitur. 3. pr. de term. mot. 5
Et hoc spatium olim tantum complectebatur hæc actio, de reliquo proprietatis quæstio habebatur, quod hodie est mutatum, ita ut hæc actio de majori etiam spatio (2471) intentetur. L. p. C. h. Fr. h. in f. 6.7
Confinia dicuntur prædia rustica; urbana, quæ parietibus distinguuntur, vicina dicuntur. 8
NON datur hæc actio de prædiis (2472) urbanis, 2. pr. 4. §. 10. h. 9
neque de illis, inter quæ via publica intercedit: 4. § f. & LL. seqq. nam 10
hoc casu datur actio (2473) viæ receptæ. f. pr. de via publ. 11 12

pr. Uterque (2474) hic probare debet, arg. 11. in fin. de probat. c. 3. X. de probat. Fr. h. n. 8. non dominium, seu Jus in re, si illam possideat; vid. 19. de except. Bus. ad L. 1. h. n. 3. & seqq. Treutl. v. 1. D. 19. th. 3. lit. a. sed fines, quos asserit, per (2475) instrumenta, 11. h. 4. de censib. c. 13. X. de probat. testes, (2476) c. 3. c. 13. X. de probat. Busius ad L. 11. h. lapides, (2477) arbores, (2478) &c. Mascard. de probat. concl. 399. 13 14 15 16
Judex hic per agrimensorem, (2479) partibus præsentibus, vel contumaciter absentibus, de terminis cognoscit; 8. §. 1. h. 3. C. 17
interdum autem per adjudicationem novos (2480) constituit: § 6. I. de offic. jud. L. 2 § 1 L. 3. & seqq. h. qua adjudicatione statim (2481) dominium transfertur. §. f. I. de offic. jud. vide Ulp. in fragm. tit. 19. §. adjudicationis. l. 17. de usurpat. 18

O Hæc actio præscribitur longiss. (2482) temp. L. f. C. h. 19

FAMILIÆ HERCISCUNDÆ. X. 2.

D ACTIO familiæ herciscundæ, 3. C. h. 2. pr. est mixta, §. 20. I. de act. L. 22. § 4 duplex, (2483) 2. §. 3 h. L. 10. fin. regund. 37. §. 1. de O. & A. sed bonæ fidei, §. 28. I. de act. L. 9. C. quæ compe- 20
tit

1 *An uterque & Actoris & Rei partes hic sustinet?* ℞. Affir.

2 *Inter quas igitur Actiones, hujus intuitu, hæc Actio refertur?* ℞. Inter Actiones duplices.

3 *Quodnam est Objectum hujus Actionis?* ℞. Objectum sunt termini confusi prædiorum confinium, & interesse, si scil. unus ex alterius parte perceperit commodum, aut expensas fecerit in confusos terminos.

4 *Quid ratione fructuum in hoc judicio observatur?* ℞. Idem, quod in rei vindicatione.

5 *Quid est confinium?* ℞. Est spatium quinque pedum inter duo prædia, secundum latitudinem, Lege XII Tabb. constitutum, ut ibi uterque Dominus ire, agere, & aratrum ducere possit, quod alias gradus dicitur.

6 *Quid olim hæc Actio complectebatur?* ℞. Complectebatur tantum hoc spatium quinque pedum, h. e. de hoc spatio Jure veteri tantum competebat hæc Actio.

7 *Sed, quid de reliquo fiebat?* ℞. Si controversia confinium excedebat, proprietatis quæstio dicebatur, ipsiusque fundi vindicatio intendebatur.

8 *An hoc hodie mutatum?* ℞. Affir. ita, ut hæc Actio, remota illa quinque pedum exceptione, sive determinatione, etiam de majori spatio controverso intentari possit, *l. 5. C. h. t.* quam legem ita recte explicant Franzk. *h. t. in f.* & Hahn *ad Wes. h. t. N. 2. pag. 595. f. 1.*

9 *Quænam prædia confinia dicuntur?* ℞. Prædia rustica.

10 *Quomodo ergo urbana prædia vocantur?* ℞. Vicina, quippe quæ parietibus distinguuntur.

11 *An hæc Actio quoque datur de prædiis urbanis?* ℞. Neg. quia tantum datur de prædiis confinibus, qualia prædia urbana non sunt.

12 *An tamen de illis datur, inter quæ via publica intercedit?* ℞. Neg. nam hoc casu, si sc. quis viam publicam in alterius fundum rejecerit, datur specialis Actio, quæ vocatur *Viæ receptæ.*

13 *An uterque hic probare debet?* ℞. Affir. uterque enim fines prætendit, quos utique probare debet.

14 *Quid vero uterque probare debet?* ℞. Non dominium, seu Jus in re, si scil. illam possideat, sed fines, quos asserit.

15 *Quibus modis autem hæc fit probatio?* ℞. Per Instrumenta, testes, lapides, arbores &c.

16 *Quomodo hic Judex de terminis cognoscit?* ℞. Mittit Agrimensores, qui, partibus præsentibus, vel ex contumacia absentibus, de terminis cognoscunt.

17 *An quoque Judex, ut sc. termini evidentius distinguantur, novos terminos constituere, atque per adjudicationem uni fundo aliquid detrahere, & alteri addere potest?* ℞. Affir.

18 *An autem hac adjudicatione Judicis statim dominium transfertur?* ℞. Affir.

19 *Quanto temporis spatio hæc Actio præscribitur?* ℞. Longissimo tempore. *l. f. C. h.* ibique Brunnem.

20 *Quid est Actio familiæ herciscundæ?* ℞. Est mixta, duplex, sed b. f. quæ competit &c.

tit coheredibus, ad communes res hereditarias dividendas, (2484) & præstanda ea, quæ ipsi sibi invicem earum nomine præstare tenentur. (2485)

† Dividitur in directam & utilem. *2. §. 1. L. 40.* 1
C Introducta est LL. XII Tabb. *L. 1. pr. h.* propter (2486) *L. 1. pr. h. vid.* 2
L. f. C. comm. div. 77. §. 20. de Legat. 2. L. 2. pr. C. quando & quib. quart.
pars deb. Quatenus est realis, scil. ad hereditatem dividendam, oritur 3
ex jure hereditario; (2487) quatenus vero personalis, ad præstationes 4
personales, (2488) ex obligatione, & quasi (2489) contractu, *§. 4. I. de*
obl. quæ quasi ex contract. L. 22. §. 4. h. vid. 25. §. 16. quo præsumitur con- 5
ventum, (2490) ut invicem communicentur, si unus ex coheredibus post
aditam (2491) hereditatem tanquam (2492) heres aliquid circa hereditatem gerat, *49. in f. h.* unde lucrum vel damnum sequatur, *19. in f. 25.*
§. 16. dummodo partem non potuerit separatim (2493) gerere *25. §. 15. & 16.* 6
S Datur inter coheredes, *1. pr. & §. 1. h. 36. in med. 49. h.* [Actor, ne- 7
gante adversario, probare prius debet, hereditatis petitione, se esse co- 8
heredem, nisi res hereditarias (2494) possideat, tum enim illa quæstio 9
etiam huc (2495) ventilanda. *1. §. 1. Fr. h. n. 10.*] & illorum heredes, *48.*
testamentarios & legit. *2. pr.* *UTILIS* datur B. P & fideicommiss. uni- 10
versal. *arg. 1. pr. 24. §. 1. 40. Fr. h. n. 7. Rachov. v. 1. D. 19. §. 9. lit. E.* & il-
lis, quibus quarta D. Pii (2496) debetur. *2. §. 1.* Datur hoc judicium u- 11
ni, reliquis (2497) invitis, *43. Carpzov. p. 3. c. 15. d. 43.* licet coheres minor 12
(2498) sit; *17. C. de præd. min.* licet unus vel plures possideant. *1. §. 1. 25.* 13
§. 2. *NON* datur minori (2499) sine curatoris consensu & judicis decre- 14
to. *d. l. 17. Carpzov. d. l. d. 44.* A præsentibus facta, absentibus non 15
(2500) præjudicat. *17. C. h.*
O Objectum sunt non Jus hereditarium, (2501) sed præstationes per- 16
sonales: (2502) *22. §. 4.* commoda, *19. in f.* damna, *25. §. 16.* usuræ
ex mora: *18. §. 3.* & res hereditariæ communes, quarum nomine datur
hereditatis (2503) petitio; *25. §. 9. de hered. petit.* etiam Emphyteuticariæ, (2504) & res alienæ a defuncto b. f. possessæ, *10.* etiam post mortem
ex causa hereditatis quæsitæ, *9. 10. 11.* vel ex pluribus successionibus
communes, *25. §. 3.* & quæ alteri coheredum ex dispositione defuncti
specialiter debentur *22. §. 4. pr. h. 7. 11. C. h.* *SED NON* res titulo 17
singulari (2505) communes, *25. §. 7. 45.* neque obligationes: *4. 25. §. 1.* 18
nam hæ, si sunt indivisibiles, (2506) singulis heredibus in solidum (2507)
acquiruntur; *25. §. 9. & seq.* si divisibiles, ipso jure active & (2508) passive
dividuntur. *6. C.* Interdum tamen per indirectum (2509) in hoc judi- 19
cium

1 *Quomodo hæc Actio dividitur?* R. In *Directam*, quæ coheredi datur, & *Utilem*, quæ bonorum possessori, seu coheredi prætorio & fideicommissario universali competit.

2 *Quo Jure hæc Actio est introducta?* R. Legibus XII Tabb.

3 *Unde oritur hæc Actio, quatenus est realis, scil. ad hereditatem dividendam?* R. Ex jure hereditario. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 6.*

4 *Unde vero oritur, quatenus est personalis, scil. ad præstationes personales?* R. Ex obligatione, quæ oritur ex quasi contractu, sc. ex hereditatis communis administratione.

5 *Quid hic quasi contractu præsumitur?* R. Præsumitur conventum, ut invicem communicentur, si unus ex coheredibus, post aditam hereditatem, tanquam heres aliquid circa hereditatem gerat, unde lucrum vel damnum sequatur.

6 *Sed quid, si partem suam coheres separatim gerere potuerit?* R. Tunc non hic, sed alius quasi contractus adest, Negotiorum sc. gestio, ex quo Actio negotiorum gestorum competit.

7 *Inter quos datur hæc Actio familiæ herciscundæ?* R. Inter coheredes, & illorum heredes, tam testamentarios, quam legitimos.

8 *Quid Actor, negante adversario, probare prius debet?* R. Se esse coheredem, nisi res hereditarias possideat: tum enim ista quæstio, an scil. heres sit, etiam hic ventilanda, nec ad ejus decisionem requiritur, ut aliud instituatur judicium.

9 *Quonam Actione hæc expediuntur?* R. Hereditatis petitione.

10 *Quibus datur utilis Actio familiæ herciscundæ?* R. Bonorum possessori & fideicommissario universali, nec non illis, quibus Quarta D. Pii debetur.

11 *An datur Actio familiæ herciscundæ uni, reliquis coheredibus invitis?* R. Affir.

12 *An hoc quoque procedit, licet coheres minor sit?* R. Affir.

13 *An quoque hoc procedit, licet unus vel alter possideat?* R. Affir. Possessio enim hanc actionem non excludit, si sc. constet, vel litigantes ipsi consentiant, illos heredes esse: si vero non constet, & litigantes id negent, aliter se res habet, ut supra dictum per tot. l. 1. § 1. h.

14 *An hæc Actio familiæ herciscundæ datur Minori sine Curatoris consensu & Judicis Decreto?* R. Neg. quia ipse sine his requisitis alienare non potest. *Vid.* Lauterb. Coll. th. pr. h. t. § 12.

15 *An a præsentibus divisio facta absentibus præjudicet?* R. Neg. quia inter alios acta & judicata aliis non nocent. *Vid.* Carpz. *p. 3. c. 19. d. 48. seqq.*

16 *Quodnam est Objectum hujus Actionis?* R. Objectum sunt non Jus hereditarium, sed præstationes personales, nempe commoda, damna, usuræ ex mora, & res hereditariæ communes, (quarum nomine datur hereditatis petitio,) etiam emphyteuticariæ, & a defuncto bona fide possessa, etiam post mortem ex causa hereditaria quæsitæ, vel ex pluribus successionibus communes, & quæ alteri coheredum ex dispositione defuncti specialiter debentur.

17 *An etiam Objectum hujus Actionis sunt res titulo singulari communes?* R. Neg.

18 *An etiam ad hoc Objectum pertinent Obligationes?* R. Neg. nam hæ, si sunt indivisibiles, singulis in solidum acquiruntur, si vero sunt divisibiles, tunc ipso jure active & passive dividuntur.

19 *An tamen Obligationes interdum per indirectum in hoc judicium deducuntur?* R. Affir.

cium deducuntur. *vid. 3. 25 §. 9. Fr. h. n. 16. 17.* Neque res perniciosæ, 1
(2510) quæ statim corrumpendæ; *4. §. 1. Gentil. ad L. 6. C. de malef. & mathemat.* neque delicto quæsitæ, quæ (2511) restituendæ. *4. §. 2.* IN- 2. 3
STRUMENTA hereditaria authentica relinquuntur illi, qui ex majori parte heres; aut sexu, conditione, vel ætate major est. *4. in f. h. L. f. de fid. instr.* Si omnes æquales sunt, sortiri debent, aut alibi (2512) deponi: reliquis datur descriptum, & de exhibitione (2513) cavetur. *5.*

E Instituta hac actione nemo concedit alterum coheredem esse, quatenus sibi præjudicat, sed potest pœnitere, (2514) & totam hereditatem 4 5
petere. *37. h. arg. 11. §. 1. de A. vel A. P. Fr. h. num. 9. Barbos. v. 1. D. 19. ll. 9. lit. D.* Divisio hereditatis per sententiam judicis, quæ transiit in rem 6
judicatam, firma (2515) est, licet falso coheredi (2516) adjudicatum, *36. h. arg. 1. C. de condict. indeb. 65. §. 1. ad SCt. Trebell.* & immodice (2517) quis læsus sit: *arg. 36. h. 4. C. de re judic. 2. C. quando provoc. non est necess. 2. C. sent. resc. non posse Carpzov. p. 2. c. 34. d. 11. & p. 3. c. 19. d. 20. Hahn. ad W. h. in f.* privato autem heredum arbitrio facta divisione, potest revo- 7
cari datum falso coheredi, condictione indebiti: *36. Fr. h. n. 11.* & resar- 8
ciri debet etiam modica (2518) inæqualitas; *L. 3. C. commun. utr. judic.* 9
Hahn. d. l. Berlich. p. 1. decis. 146. n. 4. & seq. ¶ *vid. tamen Carpzov. p. 3. c. 19. d. 19. Barbos. v. 1. D. 19. ll. 12. lit. C. Berlich. p. 1. decis. 146. n. 1.* licet divisio 10
per sortem (2519) facta. *DD. dd. locis.* Adeoque hic secus est, ac in 11
aliis negotiis. *16. §. 4. de minorib. vid. 8. C. de resc. vend. Fr. Ex. 11. q. 3. & ad tit. de contrah. Emt. num. 331.* Quantitatem læsionis judex æstimat. 12
Mynf. Cent. 5 O. 60. Si tamen inæqualitatem sciverunt, & sortis com- 13
miserunt, aut super ea transigerunt, *vid. 121. §. f. de V. O.* vel inæqualitas ex accidenti (2520) supervenit, locum non habet reductio vel rescissio. *arg. 8. in f. C. de resc. vend. Carpzov. p. 3. c. 19. d. 20.*

O *JUDEX* in hoc judicio æquitatem observet, *L. 9. C. commun. divid.* omnes res dividat, *25. §. 20.* cuilibet portionem, arbitrio vel 14
per sortem, adjudicet. *Carpzov. p. 3. c. 19. d. 1.* nam si quid indivi- 15
sum remaneat, petitur non hac, sed communi divid. actione. *20. §. 4. h. vid. tamen 35. de pact.* Res, quæ commode dividi non pos- 16
sunt, æstimet, *54.* & per modum (2521) permutationis, *20. §. 3. h. 77. §. 18. de leg. 2. arg. 14. C. h.* aut (2522) venditionis, *L. 1. C. commun. utr. judic.* adjudicet: *55. h. §. 4. 5. I. de offic. Jud.* aut uni proprietatem, alteri usumfructum, *6. §. 1. de usufr.* aut alternis (2523) annis usum illo-

1 *Num res pernicioſæ ad objectum hujus actionis pertinent?* ℞. Neg. ſed hæ ſtatim ſunt corrumpendæ.

2 *An res delicto (veluti furto vel rapina) quæſitæ ad hoc objectum ſpectant?* ℞. Neg. ſed hæ ſunt reſtituendæ.

3 *Cur Tabulæ teſtamenti, & alia Inſtrumenta hereditaria authentica ſunt relinquenda?* ℞. Illi, qui ex majori parte heres, aut ſexu, conditione, vel ætate major eſt: ſi vero omnes æquales ſunt, tunc ſortiri debent, aut alibi deponi; reliquis tamen datur deſcriptum (i.e. copia, ſive exemplar) & de exhibitione cavetur.

4 *An, inſtituta hac actione, quis concedit, alterum coheredem eſſe?* ℞. Neg. quatenus nempe ſibi præjudicat.

5 *An ergo poteſt pœnitere & totam hereditatem petere?* ℞. Affir.

6 *Num diviſio hereditatis per ſententiam, quæ tranſiit in rem judicatam, firma eſt?* ℞. Affirm. licet falſo coheredi adjudicatum, & immodice quis læſus ſit.

7 *Si vero privato heredum arbitrio facta diviſio, an poteſt revocari datum falſo coheredi?* ℞. Affir. quia indebite illi datum.

8 *Quanam autem Actione repeti poteſt datum?* ℞. Condictione Indebiti.

9 *An etiam tum modica inæqualitas reſarciri debet?* ℞. Affir.

10 *An, licet diviſio per ſortem ſit facta?* ℞. Affir *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 25.*

11 *Num ergo hic ſecus eſt, ac in aliis negotiis?* ℞. Affir. in his enim non quævis læſio, ſed immodica, & ultra dimidium tantum admittitur.

12 *Quis autem quantitatem læſionis hujus æſtimat?* ℞. Judex; hujus enim, quanta hic requiratur inæqualitas, ſive læſio, arbitrio relinquendum.

13 *Quando vero ob inæqualitatem hanc reductio vel reſciſſio locum non habet?* ℞. Si coheredes inæqualitatem ſciverunt, & nihilominus rem ſorti commiſerunt, aut ſuper ea tranſigerunt, vel etiam inæqualitas ex accidenti ſupervenit.

14 *Quid Judici in hoc judicio faciendum incumbit?* ℞. Æquitatem obſervet, omnes res dividat, & cuilibet portionem arbitrio ſuo, vel per ſortem adjudicet.

15 *Si vero aliquid indiviſum remaneat, quanam actione hoc petitur?* ℞. Non hac familiæ herciſcundæ, ſed communi dividundo Actione: ſemel enim tantum Actione familiæ herciſcundæ agi poteſt, quippe qua inſtituta, & hereditate diviſa, coheredes eſſe deſinunt.

16 *Sed, ſi res commode dividi non poſſunt, quomodo circa has Judex procedere debet?* ℞. Has æſtimet, & per modum permutationis, aut venditionis adjudicet, aut uni proprietatem, alteri vero uſumfructum, aut alternis annis uſum illorum aſſignet.

illorum assignet, *16. §. 2.* videatque, cui res indivisibilis adjudicari 1
(2524) debeat. *Carpzov. p. 3. c. 15. def. 34. & seq.* Jubeat ei, cui adjudi- 2
cat, de evictione (2525) caveri, *15. §. 21.* quamvis evictio absque hoc et- 3
iam (2526) præstanda, *14. C.* etiamsi divisio a testatore (2527) facta; *77.* 4
§. 8. de leg. 2. nam præsumitur credidisse, (2528) eas res esse suas.
Bachov. v. 1. D. 19. §. 12. lit. D. vid. Fr. tit. de Evict. num. 366. & seqq. In fo- 5
ro Saxonico major dividit, minor (2529) eligit. *Carpzov. d. c. 15. d. 2.*
& seq.

Ɔ Præscribitur hæc actio 30 annis: *L. 1. §. 1. C. de annal. exc.* dummo- 6
do unus hereditatem tanquam suam (2530) possederit. *14. §. 2. comm. di-* 7
vid. L. f. C. eodem. 70. pro soc. Perez. in C. tit. comm. divid. n. 8. Bachov. v. 1.
D. 19. §. 8. lit. a & b.

COMMUNI DIVIDUNDO. X. 3.

D ACTIO communi dividundo (2531) est mixta, (2532) *§. 20. I. de act.* 8
L. 4. §. 3. h. duplex, *2. § 1. h. 10. fin. reg.* bonæ fidei, *§. 28. I. de*
act. L. 4. § 2. l. 14. §. 1. competens illis, qui præter hereditatem alias
(2533) res habent communes, ad illas dividendas, (2534) & præstanda
ea, quæ ipsi sibi invicem earum nomine præstare tenentur. *3. pr. 4. pr.*
& § 3.

† Dividitur in directam & (2535) utilem. *6. pr. & §. 1. 7. §. 6.* 9

C Oritur, quatenus est realis, (2536) ex jure in re: scilicet dominio, 10
(2537) *4. pr.* vero (2538) vel ficto, (2539) *7 §. 2.* directo vel utili: *7.*
pr. h. [*obst.* (2540) *7. pr. & §. 1.*] pignore, (2541) *7. §. 6 & 12.* usufructu;
7. §. 7 & 10. quatenus vero personalis est, ex quasi contractu, scilic. re- 11
rum communium administratione, *§. 3. I. de obl. quæ quasi ex contract. 29.*
pr. in f. h. vid. omnino 14. §. 1. 6. pr. l. 29. pr. h. L. 6. §. 3. de N. G. modo suam 12
partem separatim gerere (2542) non possit, *6. §. 2. h. 40. de N. G.* & non 13
invito socio hoc faciat: *arg. L. f. C. de N. G.* potior enim causa est (2543)
prohibentis. *L. 28. h.* Si tamen socius prohibet, quod fieri oportet, 14
(2544) hoc judicio vel interdicto (2545) Uti possidetis, cum ipso (2546)
agitur. *12.* De sua parte separatim (2547) quilibet pro arbitrio (2548) 15
disponit, *1. 2. C. h. 68. pro soc. Perez. in C. h. n. 7.* ante (2549) litem con- 16
testatam. *1. in f. C. h. vid.* (2550) *13. famil. ercisc.*

Datur directa illis, qui jure Dominii rem corporalem habent com- 17
munem: *4. pr. h.* utilis illis, qui rem incorporalem, (2551) vel corporalem 18
quidem, sed (2552) alio jure in re habent communem, *vid. supr. C.* sive ean- 19
dem omnes, sive nullus, (2553) sive unus possideat. *L. 9.* Datur uni, reli- 20
quis

1 *An quoque Judex videre debet, cui res indivisibilis adjudicari debeat?* R. Affir.

2 *An & Judex in hisce adjudicationibus curare debet, ut is, cui res adjudicatur, etiam de evictione pro rata caveatur?* R. Affir.

3 *An tamen, licet hæc cautio omissa, & res postmodum evicta, nihilominus inter coheredes dicta evictio erit præstanda?* R. Affir.

4 *An præstanda quoque est evictio, licet divisio a testatore sit facta?* R. Affir. nam is præsumitur credidisse, eas res esse suas.

5 *Quomodo in foro Saxonico hereditas dividi solet?* R. Ibi major dividit, & minor eligit.

6 *Quot annis hæc Actio præscribitur?* R. Triginta annis: quia est mixta.

7 *Quid tamen ratione possessionis hic requiritur?* R. Ut unus hereditatem tanquam suam possederit.

8 *Quid est Actio communi dividundo?* R. Est Actio mixta, duplex, bonæ fidei, competens illis, qui &c.

9 *Quomodo hæc Actio dividitur?* R. In *Directam*, (quæ ad rem corporalem dividendam competit,) & Utilem, quæ competit ad dividendam rem incorporalem, vel corporalem, in quo plures non dominium, sed aliud jus in re habent.

10 *Unde hæc Actio communi dividundo, quatenus realis est, oritur?* R. Ex jure in re, scil. dominio vero vel ficto, directo vel utili, vel etiam (ratione utilis nempe, quæ ex aliis juris in re speciebus descendit,) ex pignore & usufructu.

11 *Unde vero oritur hæc Actio, quatenus est personalis?* R. Ex obligatione, quæ descendit ex quasi contractu, rerum sc. communium administratione, dum se quis impensas in illis fecerit, vel commodum ex illis perceperit, aut damnum in illis dederit, & quidem animo se alteri, vel alterum sibi obligandi. *Vid. Lauterb. d. l. §. 8.*

12 *An hæc rerum communium administratio quasi contractum quoque inducit, si administrans suam partem separatim gerere potest?* R. Neg. quia sic non ex necessitate, sed libera voluntate negotium alienum suscepit, atque sic non hæc Communi dividundo, sed Actio negotiorum gestorum locum invenit.

13 *Num vero hic quasi contractus inducitur, si quis, invito socio, rem administrat?* R. Neg. potior enim causa est prohibentis.

14 *Si tamen socius prohibet, quod fieri oportet, quanam actione cum ipso agitur?* R. Vel hoc judicio, vel Interdicto Uti possidetis.

15 *An de sua parte separatim quilibet pro arbitrio disponere potest?* R. Affir.

16 *Quando vero hoc ipsi est permissum?* R. Ante litem contestatam.

17 *Quibus datur Actio directa?* R. Illis, qui jure dominii rem corporalem communem habent.

18 *Quibus datur Actio utilis?* R. Illis, qui rem incorporalem, ut usumfructum, sed non jure dominii, verum alia ex juris in re specie communem habent.

19 *Refert-ne, an eandem rem omnes, an nullus, an unus possideat?* R. Nihil refert.

20 *An datur hæc Actio uni, reliquis invitis?* R. Affir.

quis (2554) invitis: *8. h.* propter *L. 5. C. h.* nam nec pactum de perpetua 1
(2555) communione valet. *vid. tamen* (2556) *14. §. 2. h. 14. 70. pro soc.*
NON datur, si res jure obligationis tantum (2557) sit communis. *7. §. 11.* 2
vid. 7. §. 4.

O Objectum sunt res præter (2558) hereditatem communes, *1. 4. pr. 13.* 3
ex quacunque (2559) causa; *2. pr.* & præstationes (2560) personales:
Commoda ex re communi; *3. pr. 11.* Expensæ. (2561) *3. pr. 4. § 3. 8. §. 3.*
4. h. Fr. h. n. 20. Utilis datur interdum tantum de præstationibus, *6. §. 1.* 4
L. 11. 14. §. 1. h. 31 famil. ercisc. scil. post rei interitum. (2562)

• *JUDICIS* officium hic regulariter idem est, quod in familiæ erciscun- 5
dæ. *§. 5. I. de offic. Jud. 6. §. 11. vid. 6. §. 10. 7. pr. & §. 10. h. 3. C.* Sequatur in- 6
primis voluntatem litigantium. *21.* Si res uni (2563) adjudicanda, præ- 7
fertur, qui majorem partem habet. *34. §. 2. C. de donat.* Si de pretio dissen- 8
tiunt, fit licitatio, & majus offerenti adjudicatur, *1. C.* interdum etiam 9
(2564) extraneo; *3. C.* cui tamen socius, idem offerens, præfertur. *arg.* 10
34. §. 2. C. de donat. 3. inf. C.

O Hæc actio sæpius (2565) instituitur. *4. § 2. h.* Eodem modo, quo 11.12
præcedens (2566) præscribitur. *1. §. 1. C. d. ann. exc.*

AD EXHIBENDUM. X. 4.

EXHIBERE est facere in publico (2567) rei potestatem, ut principali 13
actione experiundi sit copia. *L. 2. h.* Petitur *ACTIONE* ad *EXHIBEN-* 14
D *DUM* (2568) quæ est personalis, (2569) in rem scripta, (2570) competens 15
illis, quorum ex justa causa interest rem exhiberi, adversus quemcunque
(2571) possessorem, ad rem illam exhibendam. *2. 3. §. 9 & f.* Est vel di- 16
recta, vel utilis. *vid. Bach. de Act. D. 2 §. 14.*

N Est præparatoria (2572) *1. 3. §. 3 & seqq.* igitur procurator ad prin- 17
cipalem etiam hac (2573) agit. *56. de procurat.* Potest cum principali in 18
eodem (2574) libello proponi. *Vinn. ad §. 3. I. de off. jud.* Ex eadem 19
causa semel (2575) tantum instituitur. *11. §. 2.*

C Oritur ex obligatione (2576) legali, *vid. L. 1. pr. de O. & A. 52. pr. &* 20
§. 5. de O. & A. ob æquitatem, (2577) *3. §. 9. h. 7. C. h.* de qua in *L. 2. §. 5.*
de aqua & aq. pluv.

S Datur illis, quorum ex justa causa, peculiariter, (2578) ac proprio ju- 21
re, [& litis contestatæ, & sententiæ ferendæ tempore *7. § f.*] interest, 22
(2579) rem exhiberi. *3. §. 9. 10. L. 13. h. vid. L. 9. h.* De quo judex summa- 23.24
tim (2580) cognoscit, *3. §. 9. h.* altioribus exceptionibus in causam princi-
palem reservatis. *3. §. 13. h.* Datur igitur illis, qui habent actionem rea- 25
lem,

1 *An igitur pactum de perpetua communione valet?* ℞. Neg. Socius enim ita occasionem accipere posset vexandi socium.

2 *An datur hac Actio, si res jure obligationis tantum sit communis?* ℞. Non datur.

3 *Quodnam est Objectum hujus Actionis?* ℞. Objectum sunt non solum Res praeter hereditatem communes, (nihilque refert, jure societatis, an alia ex causa res sint communes,) sed etiam praestationes personales, quarum tres sunt species: ad primam pertinent *commoda*, ex rebus communibus percepta, ad secundam *expensae* in res communes factae, ad tertiam *damna*, dolo, culpa lata & levi socio data resarcienda. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 11. 12 & 13.*

4 *De quibus tamen datur interdum Actio utilis?* ℞. De praestationibus personalibus, scil. post rei interitum.

5 *Quodnam hoc est Judicis officium?* ℞. Officium judicis in hoc judicio circa divisionem & rerum adjudicationem, mutuasque condemnationes regulariter idem est, quod in famil. ercisc. judicio.

6 *Quid hic Judex imprimis sequi debet?* ℞. Voluntatem litigantium: h. e. quod omnibus utilissimum, & quod malunt litigatores, sequi convenit.

7 *Si tamen res uni adjudicanda, quis tunc praefertur?* ℞. Qui majorem partem habet: nisi ab altero *licitatione* vincatur, h. e. si alter non plus obtulerit. Carpz. *p. 3. c. 15. d. 34.*

8 *Sed quid faciendum, si partes non de pretio consentiant?* ℞. Tunc fit licitatio ita, ut majus pretium offerenti res adjudicetur.

9 *An interdum etiam extraneus admitti potest?* ℞. Affir.

10 *An tamen extraneo socius, idem offerens, est praeferendus?* ℞. Affir.

11 *An haec Actio saepius institui potest?* ℞. Affir.

12 *Quomodo praescribitur?* ℞. Eodem modo, quo praecedens famil. ercisc. actio, sc. XXX annis, quia etiam est perpetua.

13 *Quid est exhibere?* ℞. Est facere in publico rei potestatem, ut principali actione experiundi sit copia.

14 *Quali Actione exhibitio petitur?* ℞. Actione ad exhibendum.

15 *Quid est Actio ad exhibendum?* ℞. Est Actio Civilis, personalis, in rem scripta, competens illis, quorum ex justa causa interest &c.

16 *Quotuplex est haec actio?* ℞. Duplex: *Directa*, (quae circa res mobiles versatur,) vel *Utilis*, quae ob res immobiles, eamque actori incognitas competit.

17 *Qualis est haec Actio ad exhibendum,* (℞. Est praeparatoria) *& num ergo procurator, ad principalem Actionem constitutus, etiam hac agere potest?* ℞. Affir.

18 *An quoque haec Actio ad exhibendum cum Actione principali in eodem libello proponi potest?* ℞. Affir.

19 *Quoties vero ex eadem causa institui potest?* ℞. Semel tantum.

20 *Unde oritur haec Actio ad exhibendum?* ℞. Ex obligatione legali, ob aequitatem, de qua *in cit. l. 2. §. 5. de aq. & aq. pluv.* Vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 6.*

21 *Quibus haec Actio ad exhibendum competit?* Illis, quorum ex justa causa, peculiariter, ac proprio jure interest rem exhiberi. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 7.*

22 *Ut autem in hoc judicio quis vincat, an necesse est, ut utroque tempore, & litis contestatae, & ferendae sententiae, ejus intersit?* ℞. Affir. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 8.*

23 *Quis de hoc interesse cognoscit?* ℞. Judex.

24 *Quomodo vero Judex cognoscit?* ℞. Summatim, exceptionibus, quae altiorem requirunt quaestionem, in causam principalem reservatis.

25 *Quibus ergo datur Actio ad exhibendum?* ℞. Illis, qui habent actionem realem: qui enim vindicare vult, necessario ad exhibendum prius agere debet, unde imprimis actionem realem praeparatoria dicitur.

lem, *1. L. 3. §. 3. 4 & 12.* vel personalem, in qua actoris interest, prius 1
(2581) rem videre, *3. §. 7. L. 12. § 2. h. 2. C. h.* vel interdictum restitutori- 2
um, (2582) vel (2583) prohibitorium; *3. §. 5. 11. L. 9. §. 1. h.* [quod secus 3
est in (2584) exhibitorio. *3. §. 8. L. 13. h. vid. tit. de tabb. exhib.*] [*obst.*
(2585) *3. §. 12 & 15. de tabb. exhibend. junct. 3. §. 8. h. 3. rest. quemadmodum*
oper.] item, qui re exhibita actionem ad illam est (2586) consecuturus. 4
6. 7. h. 23. § 5 de R. V.

P Contra quoscunque (2587) possessores, *3. §. 15. L. 4.* qui exhibere 5
rem possunt, *5. pr. & §. f.* etiam tantum tempore (2588) condemnatio-
nis. *7. §. 4.* Contra heredem, quatenus (2589) possidet, vel quatenus 6
locupletior factus. *12. §. f.* NON datur contra eum, qui sine dolo malo 7
possidere desiit. *7. § 5. vid omnino* (2590) *12. §. 4.* Qui dolo possidere 8
desiit, condemnatur hic ad interesse, quod aestimatur juramento in litem. 9
5. § 2. L. 9. pr. & §§. seqq. 14. h. 5. C.

O Objectum sunt res mobiles, *56. de procurat.* Instrumenta, *3. §. 8. L.* 10
14. in f. C. h. res immobiles actori (2591) incognitae. *Mindan. lib. 2. de*
mandat. c. 50. n. 5. Res est exhibenda in eadem causa, qua fuit judicii ac- 11
cepti tempore, *9. §. 5. & seqq. §. 3. I. de offic. jud.* sumtibus & periculo 12
(2592) actoris: *vid. omnino 11. §. 1.* contra contumacem (2593) juratur 13
in (2594) litem; *3. §. 2. 5. §. 2.* ob culpam (2595) agitur ex L. Aquil. *17.*
Ex justa (2596) causa conceditur dilatio, sub cautione. *§. 3 I de offic Jud.* 14
5. §. f. L. 12. §. 5. h. Si reus hoc judicio victus, principali judicio con- 15
tendere supersedeat, ipsa res cum fructibus est (2597) restituenda. *§. 3. I.*
de offic. jud. L. 9. §. p. h. L. f. C. h. Vinn. ad d. §. 3.

Ln Nostris moribus rei exhibitio petitur per (2598) implorationem of- 16
ficii judicis, qui illam praecipit per mandata (2599) compulsorialia. *Min-* 17
dan. d. c. 50. n. 11.

DE INTERROGAT. IN JURE FAC. ET INTERROGAT. ACTIONIB. XI. I.

HAE *INTERROGATIONES* (2600) fiebant coram magistratu. *4. §. 1.* 18
Quaerebatur propter difficultatem probationis, & ne quis in poenam 19
plus petitionis incideret, *1. & seqq. h. vid. Fr. h. n. 1.* ad quod respondere 20
tenebatur adversarius, *4. pr. 6.* qui se onerabat confitendo, (2601) licet 21
falsum, *11. §. 1. h. vid. tamen* (2602) *1. §. 17. de quaestionib.* mentiendo, *4.*
pr. vid. (2603) *tamen 11. §. 3 & 4.* tacendo, (2604) per contumaciam, (2605) 22
aut latam culpam, obscure respondendo. *11. §. 4. 7. 11.* Hinc conveniebatur 23
actione

1 *An etiam hæc Actio iis datur, qui habent actionem personalem, in qua scil. actoris interest, prius scire, adversarium rem habere, aut illam prius videre?* ℞. Affir.

2 *An quoque hæc Actio datur Interdictum restitutorium, aut prohibitorium habentibus?* ℞. Affirm. nam hæc Actio Interdictorum horum est præparatoria.

3 *An tamen secus est in exhibitorio Interdicto?* ℞. Affir. quia huic Interdicto jam inest exhibitio, ut inde non opus, separata actione illam petere.

4 *An & ei hæc Actio datur, qui re exhibita actionem ad illam est consecuturus?* ℞. Affir.

5 *Contra quos datur hæc Actio ad exhibendum?* Contra quoscunque possessores, qui scil. facultatem exhibendi habent, ita ut etiam condemnetur, qui tantum tempore condemnationis possidet.

6 *Quatenus contra heredem hæc Actio datur?* ℞. Eatenus, quatenus possidet, vel quatenus locupletior factus.

7 *An etiam contra eum datur, qui sine dolo malo possidere desiit?* ℞. Neg. datur enim tantum contra illum, qui rem possidet, vel dolo malo possidere desiit, quippe qui pro possessore adhuc habetur.

8 *Ad quid vero hic condemnatur is, qui dolo malo possidere desiit?* ℞. Ad interesse.

9 *Quomodo hoc interesse æstimatur?* ℞. Juramento in litem.

10 *Quodnam est Objectum hujus Actionis?* ℞. Objectum sunt res, & præcipue mobiles, nec non Instrumenta, interdum etiam res immobiles, quæ actori sunt incognitæ, v. g. si non constet, ubi res sita, vel quibus terminis fundus inclusus sit.

11 *Quomodo res est exhibenda?* ℞. Reus rem exhibeat in ea causa, in qua fuit, cum Judicium acciperetur, quod nisi fiat, interesse præstandum.

12 *Cujus sumtibus & periculo res est exhibenda?* ℞. Actoris: in judicio enim regulariter omnia fiunt sumtibus petentis.

13 *Quomodo contra contumacem proceditur,* (℞. Contra hunc juratur in litem) *& quanam actione agitur ob culpam?* ℞. Actione Legis Aquiliæ: hac enim Actione omne damnum, dolo vel culpa datum, vindicatur.

14 *An ex justa causa dilationem petenti, & cautionem offerenti illa dilatio conceditur?* ℞. Affir. si sc. nunc rem ad manus non habeat.

15 *Si vero Reus hoc judicio victus, ulterius principali judicio contendere supersedeat, an tunc ipsa res cum fructibus est restituenda?* ℞. Affir.

16 *Quomodo nostris Moribus petitur rei exhibitio?* ℞. Per implorationem officii judicis.

17 *Quomodo Judex illam præcipit?* ℞. Per Mandata compulsorialia.

18 *Coram quo fiebant olim hæ interrogationes?* ℞. Coram Magistratu.

19 *Cur autem quærebatur coram Magistratu?* ℞. Propter difficultatem probationis, & ne quis in pœnam plus petitionis incideret.

20 *An ad hæc respondere tenebatur Reus?* ℞. Affir. ut scil. concessione sua conveniretur, vel ob mendacium puniretur.

21 *An autem Reus se onerabat confitendo, licet falsum, mentiendo?* ℞. Affir.

22 *An etiam tacendo per contumaciam, aut latam culpam, vel obscure respondendo se Reus onerabat?* ℞. Affir. quia hæc omnia in suum præjudicium fiunt.

23 *Quanam actione ergo Reus conveniebatur?* ℞. Actione interrogatoria.

 1 *Unde*

actione interrogatoria. (2605) quasi ex contractu, *11. §. 9.* quæ in de- 1
suetudinem abit, (2607) *propter 1. §. 1.*

La Hodie fiunt ad prob. ad in (2608) actionem competentem, *1. §. 1.* 2
& LL. seqq. vel * a *JUDICE*, *9 §. 1.* ubicunque æquitas movet, *21.* in A 3
quacunque judicii parte, *10. R. I. de anno 1654. §.* Dieweil aber *34. in fin.* 4
etiam post causæ (2609) conclusionem, *c. 10. X. de fid. instr. Rodtach. in* 5
prax. cam. tit. 32. n. 19. & adversario non (2610) petente. *10. h. d. c. 10. in* 6
fin. Bocer. cl. 6. D. 22. §. 10. Vel

* a *PARTIBUS* per positiones, *c. 2. de confess. in 6.* quæ a. 7 8
utiles, (2611) *Bocer. cl. 6. D. 22. §. 12.* probatæ & (2612) limitatæ Recessu 9
Imperii de anno 1654. §. Dieweil nechst num. *17 vers.* nur allein die pro-
batorial. &c. & §. Dieweil et aber x.

D Sunt autem *POSITIONES* districta (2613) capita intentionis litigan- 10
tium, eum in finem exhibita, ut adversarius ad ea respondeat, & sic veri-
tas eliciatur. Atque sic fine differunt ab articulis, qui exhibentur, ut per 11
testes & instrumenta probentur: *Carpzov. de process. tit. 13. art. 4. n. 3 & 4.*
Gail. 1. O. 79. n. 1. Rodtach. prax. cam. tit. 32. n. 4. quæ tamen differentia in 12
d. *R. I.* & Camera non (2614) attenditur. *Gail. d. l. Rodtach. d. l.* J. Cam. 13
C sunt approbatæ. *c. 10. X. de Lit. contest. c. 1 & 2. de confess. in 6.* Forman- 14
tur ab actore [positiones in (2615) specie,] a reo [defensionales] (2616)
O & illorum procuratoribus, de probandis (2617) in judicio. *Rodtach. d. tit.* 15
32. n. 10. Sic actor quærit de facto, (2618) quod in libello continetur, 16
R. I. de An. 1654. §. Dieweil aber. *Ord. Cam. p. 3. tit. 14. Rodtach. d. tit. 32.*
n. 13. de jure statutario & (2619) consuetudine; *Gail. 1. O. 82. n. 13. Mynf.* 17
Cent. 5. O. 88. num. 4. *NON ETIAM* de jure communi (2620) scripto, 18
Gail. Mynf. dd. ll. Bocer. cl. 6. D. 22. th. 17. neque de facto (2621) alieno, 19
arg. 42. de R. I. L. f. §. 1 pro suo. Gail. 1. O. 81. num. 9. neque de proprio, 20
quod respondentis æstimationem (2622) lædit; *arg. 11. §. 2. L. 13. verum*
omnes. vid. Bocer. cl. 6. D. 14. §. 44. nisi cardo negotii in ejusmodi positio- 21
ne (2623) versetur. *Vult. de jud. l. 3. c. 4. n. 20.*

N Hæ positiones debent esse simplices, (2624) pertinentes, (2625) cla- 22
ræ: (2626) *vid. Bocer. cl. 6. D. 14. §. 36.* partim vera, partim falsa, tota 23
(2627) negari potest. *Vult. l. 3. c. 4. n. 13.* In Camera omnes admittun- 24
tur, modo non sint juris (2628) communis; ita tamen, ut judicis arbitri- 25
tum non excludatur. *vid. Gail. 1. O. 82. num. 11. Bocer. cl. 6. D. 14. §. 45. Rod-*
tach. d. t. 32. num. 38. Offerantur omnes una vice: *Ord. Cam. p. 3. tit. 14.* 26
§. Es sollen. [rejectis additionalibus (2629) *R. I. de anno 1654. §.* Dieweil 27
aber. &c.] In causa principali post litem contestatam, ante (2630) pro- 28
bationes.

1 *Unde hæc Actio oriebatur,* (℞. Quasi ex contractu) *& an hæc Actio interrogatoria adhuc hodie in usu est?* ℞. Neg. sed in desuetudinem abiit.

2 *Ad quid hodie fiunt interrogationes?* ℞. Ad probandam actionem competentem.

3 *A quo fiunt hæ interrogationes,* (℞. Vel a Judice, vel a Partibus) *& quando fiunt a* JUDICE? ℞. Ubicunque æquitas movet.

4 *In quanam Judicii parte fiunt?* ℞. In quacunque.

5 *An etiam fiunt post causæ conclusionem?* ℞. Affir.

6 *An quoque, Adversario non præsente, hæ interrogationes a Judice fieri possunt?* ℞. Affir.

7 *Quomodo hæ interrogationes fiunt a* PARTIBUS? ℞. Per Positiones.

8 *An hæ Positiones sunt utiles?* ℞. Affir. per illas enim, si Reus eas confitetur, Actor a probatione liberatur. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 4.*

9 *An quoque sunt probatæ & quodammodo limitatæ?* ℞. Affir. nempe Novissimo Imperii Recessu *de An. 1654. §.* Dieweil nechst num. 17. *vers.* Und ob wol die *Probatorialen. &c.*

10 *Quid sunt Positiones?* ℞. Sunt disjuncta capita intentionis litigantium, eum in finem exhibita, ut adversarius ad ea respondeat, & sic veritas eliciatur.

11 *Quomodo hæ Positiones ab Articulis differunt?* ℞. Fine: Articuli enim exhibentur, ut per testes & instrumenta probentur.

12 *An tamen hæc differentia in d. Rec. Imper. & Camera Imperiali attenditur?* ℞. Neg.

13 *Quo Jure hæ positiones sunt approbatæ?* ℞. Jure Canonico, non vero Jure Civili, quippe cui incognitæ sunt hæ positiones.

14 *A quo formantur?* ℞. Ab Actore, (positiones sc. in specie,) a Reo [sc. defensionales] & illorum procuratoribus.

15 *De Quibus formantur?* ℞. De probandis in judicio.

16 *De quo quærit Actor?* ℞. De facto, quod in libello continetur

17 *An etiam de Jure statutario & consuetudine?* ℞. Affir. quia hæc Jura facti sunt, adeoque ab affirmante probanda.

18 *An etiam super Jure communi scripto recte fiunt positiones?* ℞. Neg.

19 *An tamen de facto alieno quæri potest?* ℞. Neg. quia in alieni facti ignorantia tolerabilis est error.

20 *An de facto proprio, quod respondentis æstimationem lædit, potest quæri?* ℞. Neg.

21 *An tamen, si cardo negotii in ejusmodi positione vertitur?* ℞. Tunc positiones fieri possunt.

22 *Quomodo positiones comparatæ esse debent?* ℞. Debent esse simplices, pertinentes, claræ.

23 *Quomodo ad eam positionem, quæ partim vera, partim vero falsa est, respondetur?* ℞. Tota negari potest.

24 *Quænam positiones in Camera Imperiali admittuntur?* ℞. Omnes, modo non sint Juris communis.

25 *An tamen hæ positiones, quæ sc. Jus commune continent, absolute in dicta Camera rejiciuntur?* ℞. Neg. sed Judicis arbitrium interdum locum habet.

26 *An positiones omnes una vice sunt offerendæ?* ℞. Affir.

27 *An ergo additionales rejiciuntur?* ℞. Affir.

28 *Quando in causa principali offerri debent positiones?* ℞. Non nisi post litem contestatam ante probationem.

1 *Quo-*

bationes. *c. un. ꝟ. de Lit. contest.* Quoad exceptiones dilatorias etiam 1
ante (2631) litem contestatam, *Bocer. cl. 6. D. 22. §. 11. Rosbach. d. t. 51. num.*
14. 15. intra terminum ad probandum datum. *Rosbach. d. t. num. 16.* 2
Sæpe cum juramento (2632) dandorum. *vid. Ord. Cam. p. 1. t. 69. & seqq.* 3
Gail. 1. O. 79. in fin.

E Ponens omnes veras esse fatetur; secus est in (2633) articulis. *Gail. 1.* 4
O. 79. n. 6. 7. Bocer. cl. 6. D. 22. §. 13. Carpzov. tit. 13. art. 4. num. 6. De Re- 5
sponsionibus (2634) ad positiones, *vide Gail. 1. O. 82. Rosbach. tit. 52. Bo-*
cer. cl. 6. D. 22. §. 18. & seqq.

DE QUIBUS REBUS AD EUND. JUD. EATUR. XI. 2.

D Diversarum Jurisdictionum rei coram eodem (2635) judice conveni- 6
untur, *i. e.* propter *CONTINENTIAM CAUSARUM*, quæ est cohæ- 7
rentia controversiarum, propter quam illarum cognitio commode non
potest separari, sed coram eodem judice terminari (2636) debet. *10. C. de*
judic. Carpzov. t. 3. art. 5. n. 1. Fr. ad tit. de judic. n. 55.

Ea venit * [1] ex generalitate actionis, competentis adversus plures A 8
personas, vel (2637) res diversæ jurisdictionis, quæ recte coram omnium
proxime (2638) superiore proponenda. *l. 2. & 5. C. arbitr. tut. Recess. de-*
put. de An. 1600. §. bey unserm Käys. Cammer-Gericht. *23. Carpzov. d. l. n.*
16. 33. & seqq. Tennagel. de decern. process. cl. 3. c. 17. n. 2 & 3. Gail. 1. O. 32. n.
5. licet unus fori privilegium (2639) habeat, *Carpzov. d. l. n. 24. & l. 2.* 9
R. 16. n. 19. aut cum principe, austregas habente, simultanea (2640) acti- 10
one subditi conveniantur: *d. Recess. §.* gleichermassen wenn einer. *24.*
Carpzov. d. l. n. 23. & lib. 2. R. 16. n. 14. vid. Tennagel. d. l. n. 3. Vult. L. 1. c. 4.
n. 232. & seqq. sic quoque mandans & mandatarius (2641) injuriorum; 11
Vult. lib. 1. c. 4. n. 127. *NISI* actor malitiose (2642) junxerit reos diversæ 12
jurisdictionis, ut eos prima instantia defraudaret: tum enim remittun-
tur ad judicem primæ instantiæ; *Carpzov. d. l. n. 28. & lib. 2. R. 17 num. 10.*
vid. (2643) *Gail. 1. O. 32. num. 2.* aut diversæ (2644) competant actiones 13
ad res diversæ jurisdictionis, licet contra (2645) eundem; *Carpzov. d. l.*
n. 39. & lib. 2. R. 18. n. 16. aut si personæ vel res non essent omnes sub u- 14
nius (2646) superioris jurisdictione. *Carpz. d. art. 5. num. 44.*

* [2] Ex singulari cognatione Juris & (2647) facti, vel a 15
quod una alteri præjudicium (2648) faciat: *Fr. de judic. n. 56.* quod uti- 16, 17
litatis (2649) gratia receptum. *10. C. de judic. c. ex tenore. 16. & c. ult. ꝟ. de*
rescript.

1 *Quando vero quoad exceptiones dilatorias offerri possunt?* ℞. Etiam ante litem contestatam.

2 *Intra quem terminum autem utroque casu offerri debent?* ℞. Intra terminum ad probandum datum.

3 *Quomodo vero offeruntur?* ℞. Saepe cum juramento dandorum.

4 *An ponens omnia, quae ponit, confiteri videtur,* (℞. Affir. ob expressam affectionem, quae ob afferente fit in juramento dandorum) *& num idem in Articulis?* ℞. Neg. quapropter in positionibus caute procedendum. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 15.*

5 *Quis egit de Responsionibus ad Positiones?* ℞. Gail. Roth. & Bocer. *citt. ll.*

6 *Ob quam causam diversarum Jurisdictionum Rei coram eodem Judice conveniuntur?* ℞. Propter continentiam causarum.

7 *Quid est Continentia causarum?* ℞. Est cohaerentia controversiarum, (sive cohaerentia negotiorum, quae in Judicium trahuntur) propter quam illarum cognitio commode non potest separari, sed coram eodem Judice terminari debet.

8 *Unde haec continentia causarum (1) venit?* ℞. Ex generalitate actionis, quae competit adversus plures personas, vel ad plures res, diversis Jurisdictionibus subjectas, ac propterea recta coram communi proxime superiori, ad quem scil. ab inferioribus, quibus aliàs res, vel personae sunt subjectae, immediate appellari solet, proponitur & ventilatur.

9 *An hoc procedit, licet unus ex pluribus Reis singulare fori privilegium habeat?* ℞. Affir.

10 *An quoque locum habet, licet cum Principe, Austregas habente, simultanea Aliena subditi conveniantur?* ℞. Affir. ob connexitatem causae enim omnes coram immediate superiore conveniuntur.

11 *An ita & mandans & mandatarius, si diversae Jurisdictionis sunt, coram eodem Judice, sc. superiore, injuriarum conveniri possunt?* ℞. Affir. ob continentiam seu connexitatem causae.

12 *Sed quid, si Actor malitiose junxerit Reos diversae jurisdictionis, ut eos prima instantia defraudaret?* ℞. Hoc casu Rei non tenentur coram hoc Judice respondere, sed remittuntur ad Judicem primae instantiae. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 4.*

13 *An quoque continentia causarum adest, si diversae competant actiones, ad res diversae jurisdictionis, licet dentur contra eundem?* ℞. Neg.

14 *An porro continentia causarum adest, si personae vel res non sunt omnes sub unius superioris jurisdictione?* ℞. Neg. quia sic, cum unum Judicem communem non habeant, haec continentia effectum sortiri non potest, v. g. si quis velit Civem Lipsiensem cum Cive Altenburgensi in Aula Electorali Saxonica convenire.

15 *Unde (2) haec continentia causarum venit?* ℞. Ex singulari juris vel facti cognatione, quam illae inter se habent.

16 *Unde (3) causae dicuntur connexae?* ℞. Ex praejudicio, quod una alteri facit. Quare hae quoque causae coram eodem Judice, ad quem principalis pertinet, cognosci & terminari debent: ne scil. causae connexitas dividatur, & apud diversos Judices ventiletur, quod in uno eodemque judicio poterat terminari.

17 *Cur hoc est receptum?* ℞. Utilitatis gratia: (1) enim sumtibus parcitur, qui multiplicarentur, si judicium divideretur; (2) probationes etiam commodius uno loco explicantur, quam pluribus, & alias (3) contrariae interdum sententiae facile sequi possent.

rescript. 13. C. de judic. Vult. lib. 1. c. 4. num. 218. Mindan. de process. lib. 3. c. 2.
n. 3. Carpzov. tit. 3. art. 5. n. 3. Inde simul agitur (2650) de petitorio & 1
possessorio: *10. C. de judic. 13. C. de R. V. c. 1. 2. de caus. possess. & propriet.*
c. 1. ll. de sequestrat. possess. & fruct. Gail. 1. O. 32. n. 11. Carpzov. tit. 3. art. 5.
n. 9. Tonnagel. d. c. 17. num. 5. contra spoliatorem (2651) qua talem, & 2
qua damnum dedit. *9. Myns. C. 1. O. 97. Vult. L. 1. c. 4. n. 221. Zas. ad tit. de*
re judicat. n. 38.

N Hæc conjunctio causarum olim erat necessitatis, *10. C. de judic. Vult.* 3
1. c. 4. n. 219. Mindan. de process. lib. 3. c. 2. n. 3. in fin. & hujusmodi causam 4
dolose dividens, officio judicis puniebatur. *10. C. de judic. Mindan. d. l.*
Carpzov. tit. 3. art. 5. n. 31. Hodie est in arbitrio (2652) actoris: *Vult. L.* 5
1. c. 4. num. 220. reus tamen ante litem contestatam exceptionem conti- 6
nentiæ (2653) opponit: *Gail. 1. O. 32. num. 13. Myns. Cent. 1. O. 97.* etiam 7
locum habet in (2654) criminalibus. *Gail. 1. O. 32. n. 3.*

DE SERVO CORRUPTO. XI. 3.

D ACTIO de Servo corrupto est prætoria, *1. pr. Bachov. ad W. h. in f.* 8
pœnalis, mixta, *13. 14. §. 5.* perpetua, *13.* non famosa, *arg. L. f. h.*
junct. 2. rerum amot. & 27. C. de inoffic. test. turpis (2655) tamen, *56. pro*
soc. competens adversus illum, qui dolo malo servum alienum quoad
(2656) animum deteriorem (2657) reddidit, ad duplum ejus, quod acto-
ris interest, exigendum. *1. pr. 9. §. 2. h. Fr. h. n. 10.*

† Est vel directa vel utilis. *9. §. 1. 14. §. 1.* 9
C Oritur ex (2658) delicto: *ut supra, 1. pr. 3. pr. L. 1. 2. 15. h.* licet servus 10. 11
antea fuerit (2659) pravus, *dd. LL.* aut tantum persuasus, non etiam a- 12
nimo corruptus (2660) fuerit. *20. C. de furt. Stamm. de serv. person. lib.*
1. tit. 4. c. 2. n. 3.

S Directa datur Domino, & heredibus: *8. 13.* Utilis fructuario, *9. §. 1.* 13. 14
Patri, ratione liberorum (2661) corruptorum; *14. §. 1.* Marito, ratione
uxoris; (2662) Domino, ratione famulorum, (2663) propriorum homi-
num & aliorum, (2664) qui aliquo modo potestati illorum subjecti sunt.
arg. 14. §. 1. Schulz. ad tit. de act. lit. Q. Schneidew. Harpr. Heig. Myns. ad §.
23. I. de action. Fr. h. n. 8. 9. Stamm. d. c. 2. n. 2.

P Adversus corruptores, etiam uxorem, quæ servum (2665) corrupit: 15. 16
L. f. *NON* etiam contra (2666) heredes; *13.* quia est ex delicto pœnalis. 17
O Petitur *DIRECTA* duplum ejus, quod actoris interest: *1. pr. 9.* 18
§. 2. duplicatur omne damnum tempore corruptionis datum: *9. §. f.* 19
10. f. h.

1 *An ideo etiam petitorium & possessorium coram eodem Judice est ventilandum?* ℞. Affir.

2 *An & contra spoliatorem qua talem, & qua damnum dedit, coram eodem Judice agi debet?* ℞. Affir.

3 *An haec conjunctio causarum connexarum* olim *erat necessitatis?* ℞. Affir.

4 *Quomodo igitur hujusmodi causam dolose dividens puniebatur?* ℞. Officio Judicis arbitrarie. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 7. & Ex. 21. th. 3.*

5 *An adhuc* hodie *haec conjunctio est necessitatis?* ℞. Neg. sed est in arbitrio Actoris quia de hujus commodo praecipue agitur, ut scil. brevioribus ambagibus suum consequatur: cum tamen etiam Reorum intersit, caussam connexam non dividi, & quemlibet separatim conveniri, melius forsan diceretur, Jus Romanum hac in parte mutatum non esse, licet quod de poena eodem dispositum, hodie plerumque negligatur.

6 *In quanam autem Judicii parte Reus exceptionem continentiae causarum opponere potest?* ℞. Ante litem contestatam.

7 *An haec connexitas causarum etiam locum habet in criminalibus?* ℞. Affir.

8 *Quid est Actio de servo corrupto?* ℞. Est Praetoria, personalis, poenalis, mixta, perpetua, non famosa, turpis tamen, competens adversus illum, qui &c.

9 *Quotuplex est haec Actio?* ℞. Duplex, vel *Directa*, (quae domino adversus corruptorem servi datur) vel *Utilis*, quae datur cuivis, cujus interest, aliquem non esse corruptum, vel seductum.

10 *Unde oritur haec Actio de servo corrupto?* ℞. Ex delicto; dolosa nempe persuasione & corruptione alterius servi.

11 *An haec Actio datur, licet servus antea fuerit pravus?* ℞. Affir.

12 *Num quoque datur, si servus tantum persuasus, non etiam animo corruptus fuerit?* ℞. Affir.

13 *Cui datur Actio servi corrupti directa?* ℞. Domino & heredibus.

14 *Quibus datur Actio utilis?* ℞. Usufructuario, Patri, ratione liberorum corruptorum; Marito, ratione uxoris; Domino, ratione famulorum, ancillarum, propriorum hominum & aliorum, qui aliquo modo potestati illorum subjecti sunt.

15 *Adversus quos utraque Actio datur?* ℞. Adversus corruptores.

16 *An haec Actio etiam datur marito contra uxorem servos corrumpentem, constante matrimonio?* ℞. Affir.

17 *An quoque datur contra heredes?* ℞. Neg. quia haec actio est ex delicto & poenalis.

18 *Quid petitur hac Actione Directa?* ℞. Non tantum duplum damni dati, sed omne interesse: gravius enim peccat, qui animum, quam qui corpus corrumpit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 8.*

19 *Quid vero hic duplicatur?* ℞. Omne damnum tempore corruptionis datum.

10. §. h. Fr. h. n. 11. duplo res inest. *14. §. 5.* Contra uxorem datur tan- 1. 2
tum in simplum. *L. f. h.* *UTILI*, quanti res officio judicis (2667) æsti- 3
matur. *14. §. 1. Fr. h. n. 11.* Interdum judex etiam actori ad hoc interes- 4
se æstimandum juramentum defert. *Stamm. d. c. 2. num. 2. & ult. Mynf. ad
§. 23. I. de act.* Inhonestæ feminæ a vicinis ex vicinia possunt expelli, 5
(2668) ne honestas (2669) corrumpant. *Nov. 14. §. 1. vers. non enim per-
mittimus. Fr. h. n. 10.*

DE FUGITIVIS. XI. 4.

DIffert (2670) Fugitivus ab Errone: *17. pr. §. 1. 2. 3 & 14. de ædilit. E-* 6
dict. 225. de V. S. quomodo requirantur, & ipsi, illorumque receptato- 7
res coërceantur, (2671) explicatur *h. & L. 3. 4 & 7. C. h.*

Hodie *HOMINES PROPRII* dominum deserere non possunt, *Stamm.* 8
lib. 3. c. 20. n. 8. qui illos ab aliis detentos vindicat, (2672) *vid. 14. C. de* 9
agricol. & censit. Stamm. l. 3. c. 25. num. 25 vel etiam propria auctoritate 10
capit, & abducit, *Stamm. d. c. 25. n. 2.* ad similitudinem debitoris (2673)
fugitivi: de quo *in L. 10. §. 16. quæ in fraud. cred.* rectius tamen judicis of-
ficium (2674) implorat, causaque status summatim exposita petit, ut ho-
minem suum abducere (2675) liceat. *Stamm. l. 3. c. 25. n. 3. 4.*

Nec *FAMULI* ante locationis tempus a dominis recedere possunt, 11
nec ita discedentibus integra merces debetur, *19. §. 6. locat. conduct.* nec 12
præcedentis (2676) temporis. *Menoc. de Escobar tr. de ratiocin. tom 1. c.
27. num. 19.* Alii (2677) volunt Dominum de præterito tantum inter- 13
esse deducere, judicemque punire debere præmaturum discessum, *arg.
15. §. 8. locat. conduct. Stamm. lib. 2. c. 11. num. 7.* *NISI* habeant legitimam 14
(2678) causam: *d. L.* qualis non est, si dominus calore iracundiæ fa- 15
mulum jubeat domo exire, & ad eam nunquam (2679) reverti. *Bene-
cassa tr. de serv. & famul. quæst. 104. Besold. ad jus Würtemb. tit. 49. §. 6.
Stamm. lib. 2. c. 11. n. 3. arg. L. 1. §. 4. de migrand. L. 42. de V. O. arg. L. 13.
§. 8. de A. E. V. l. 1. C. de serv. fugit.*

DE ALEATORIBUS. XI. 5.

D ALeatores sunt, qui ludis fortunæ, & mixtis lucri causa dediti sunt. 16
vid. 8 §. 1. de C. E. V. Carpz. p. 3. q. 134. num. 12.

D *LUDUS* in genere est actus, quo recreationis gratia in victo- 17
riam

1 *An huic duplo res inest?* ℞. Affir. quia enim haec Actio de servo corrupto est poenalis mixta, hinc duplum hoc non est mera poena, sed etiam rei persecutionem continet.

2 *Ad quid datur contra uxorem?* ℞. Contra uxorem datur tantum in simplum, idque propter favorem matrimonii.

3 *Quid petitur hac Actione Utili?* ℞. Non duplum, sed quantum aequum visum fuerit Judici; v. g. quanti Pater vel Maritus, &c. commodi percepisset, si filius vel uxor frugi esset, & dignitas familiae integra mansisset. Lauterb. *d. l. §. 9.*

4 *Quid interdum Judex, ad hoc interesse aestimandum, facit?* ℞. Actori juramentum in litem defert.

5 *An inhonestae feminae a viciniis ex vicinia possint expelli?* ℞. Affir. ne scil. bonae & honestae virgines aut Matronae corrumpantur.

6 *An Fugitivus differt ab Errone?* ℞. Affir.

7 *Ubi explicatur, quomodo requirantur, & ipsi, utrumque receptatores coërceantur?* ℞. In *h. t.* & in *l. 3. 4. & 7. C. h.*

8 *An hodie* homines proprii *dominum suum deserere, atque invito alio domicilium aut coloniam suam transferre possunt?* ℞. Neg. ob dominium domini, quod in ipsis habet.

9 *Num igitur Dominus illos, ab aliis detentos vindicare potest?* ℞. Affir. quia Dominus eorum est, & sic omnia dominii jura, eorum intuitu, recte exercet.

10 *An vero propria auctoritate eosdem capere, & abducere licet?* ℞. Affir. ad similitudinem scil. debitoris fugitivi, maxime, si Judicis illius, in cujus territorio vagabundus reperitur, copia haberi non possit: si quis vero Judicis copiam habere possit, consultum est, ejus officium implorare, & causa statim summatim exposita, petere, ut cum ejus permissu hominem suum abducere liceat.

11 *An tamen famuli, ante locationis tempus, a dominis recedere possunt?* ℞. Neg. inter illos enim & dominos contractus locationis conductionis intercessit, a quo, altera parte invita, recedere non licet.

12 *An ita discedentibus integra merces debetur?* ℞. Neg. ita ut, secundum quorundam opinionem, ne quidem praecedentis temporis mercedem petere possint.

13 *Quid alii circa hoc sentiunt?* ℞. Alii volunt, Dominum de praeterito tantum interesse deducere, Judicemque punire debere praematurum discessum.

14 *An tamen famuli ante tempus recedere possint, si habeant legitimam discessus causam?* ℞. Affir. hoc enim casu ob praematurum discessum famuli sunt excusandi, cum dolose non discedant.

15 *An vero talis causa est, si dominus, calore iracundiae, famulum jubeat domo exire, & ad eam nunquam reverti?* ℞. Neg. irati enim furiosis comparantur, & ea, quae ex iracundia fiunt, non prius rata sunt, quam si per perseverantiam approbentur.

16 *Qui sunt Aleatores?* ℞. Qui ludis fortunae & mixtis lucri causa dediti sunt.

17 *Quid est ludus in genere?* ℞. Est actus, quo recreationis gratia, in victoriam luditur.

† riam ludicra: (2680) estque artis, fortunæ & mixtus. *Carpzov. p. 3.* 1
q. 134. num. 14. vid. Pancirol. in thes. variarum Lect. lib. 1. c. 48.
in pr.

D Ludus *ARTIS* sola arte virtutis gratia (2681) exercetur; e. g. pu- 2
N gna &c. *2. §. 1.* Hi omnium gentium consensu sunt permissi. *2. §. 1.* 3
h. 7. §. 4. ad Leg. Aquil. 4. de his, qui not. infam. 1. §. 6. de postul. L. f. C. h.
vid. Pancirol. d. c. 48. Fr. h. n. 1. 2. Carpzov. p. 3. q. 134. num. 14. Hinc 4
fortuitus casus superveniens est extra (2682) pœnam. *Rauchbar. lib. 2.*
quæst. 25. num. 11. Menoch. de arb. jud. quæst. c. 400. Præmium pone- 5
re (2683) licet, *3.* ditioribus unum aureum, reliquis minus in sin-
gulas vices. *L. f. C. vid. 1. C. h.* Lusum latrunculorum huc (2684) 6
referunt. *Carpzov. p. 3. quæst. 134. num. 15. Pancirol. d. c. 48.* Con-
tra sentit Jacobus Angliæ Rex *lib. 3. de instit. Princip. ad Henr. fil. Vid.*
Besold. ad Jus provinc. Wirtemb. fol. 201. num. 3.

D Ludus *FORTUNÆ* est, in quo fortuna (2685) domina- 7
tur.

D *MIXTUS* est, in quo a fortuna & arte simul victoria pendet, 8
N hujusmodi ludi sua natura & jure naturæ non habentur pro prohibi- 9
tis, licetque aliquid ponere. *arg. 2. §. 1. de C. E. V. Molin. de J. &* 10
J. tom. 2. D. 510. num. 3. Joh. de Lugo de J. & J. tom. 2. D. 31. sect. 1.
num. 1. & seqq. Balduin. cas. consc. lib. 4. c. 4. c. 10. Per accidens ta- 11
men sæpe fiunt (2686) luctuosi. *vid. Joh. de Lugo de J. & J. tom. 2.*
D. 31. sect. 1. in f. & sect. seq. vid. L. f. C. h. vid. Rauchbar. d. quæst. 25.
num. 95. Carpzov. p. 3. quæst. 134. num. 33. Igitur, cum illorum usus 12
reipublicæ nihil prosit, jure positivo merito prohibiti sunt. *f. C. h.*
.E Würtemb. Lands-Ordnung. *tit. 98. fol. 210.* Hinc Episcopus, Dia- 13
conus &c. si vel spectator saltem adfuerit, tribus annis ab officio
suspendendus. *Aut. interdicimus. C. de Episc. & Cler.* Victus, ejus- 14
que heres, (2687) aut his cessantibus, Magistratus, aut quilibet ex
populo perditum & solutum repetit condictione ex *L. f. C. h. 4. §. 1.* 15
h. vid. 1. C. h. [non etiam condictione (2688) indebiti. *9. C. ad L.* 16
Falcid.] non obstante ulla, nisi quinquaginta annorum, præscriptio- 17
ne: *d. L. f.* quam tamen repetitio verecundiam (2689) lædit apud 18
graves viros. *arg. L. f. §. 2. h. junct. 2. §. 1. L. 6. de Obseq. parent. L. 26. de in-*
jur. 235. de V. S. Ad perditum nondum solutum non (2690) datur exactio. 19
L. f. C. Mutuam pecuniam collusor non repetit, si recuperavit: (2691) *vid.* 20
Berlich. p. 1. decis. 66. repetit vero, si ea adhuc exstat salva. *arg. L. f. C. Be-*
sold. tr. de mutuo. th. 22. & ad Ord. Wirt. tit. 98. §. 6. Tertius (2692) repetit 21
credi-

1 *Quotuplex est ludus?* ℞. Triplex: Artis, Fortunæ & Mixtus.

2 *Quid est ludus artis?* ℞. Qui sola arte, virtutis gratia, exercetur, e. g. pugna &c.

3 *An hi ludi omnium gentium consensu sunt permissi?* ℞. Affir.

4 *An ergo casus fortuitus superveniens in hisce ludis est extra pœnam?* ℞. Affir. regulariter enim casus fortuitus nunquam præstatur, imprimis, cum hic omnis dolus & culpa cesset.

5 *Quantum in hisce ludis præmii loco ponere licet?* ℞. Ditioribus in singulas vices ponere licet unum aureum, reliquis vero nummum. *Vid. Lauterb. Coll. th. pr. h. t. §. 7.*

6 *An lusus latrunculorum huc referri potest?* ℞. Referunt quidem illum huc Carpzov. cit. l. sed contra sentit Jacobus, Rex Angliæ cit. l.

7 *Quid est ludus fortunæ?* ℞. In quo fortuna dominatur.

8 *Quid est ludus mixtus?* ℞. In quo a fortuna & arte simul victoria pendet, ut sunt quidam tesserarum & chartarum ludi, in quibus fortuna quidem sibi vindicat imperium, at non in totum, verum etiam juvatur ingenio, judicio & arte.

9 *An hujusmodi ludi, fortunæ scil. ac mixti, in se & sua natura sunt inhonesti, & Jure naturæ prohibiti?* ℞. Neg.

10 *An ergo moraliter turpe est, aliquid in victoriam in hoc ludis ponere?* ℞. Neg. quoties enim quis liberam rerum suarum habet administrationem, toties tantum ludendo perdere potest, quantum donando transferre valet, seposito nempe Jure Civili.

11 *An tamen hi ludi* per accidens *sæpe sunt inhonesti?* ℞. Affir. nam ex illis quamplurima crimina proveniunt, ut sunt perjuria, blasphemiæ, dilapidationes bonorum, [illegible], jurgia, cædes, aliaque mala & incommoda quamplurima.

12 *An ergo hi ludi Jure positivo merito prohibiti sunt?* ℞. Affir. cum illorum usus Reip. nihil prosit. *Vid. Lauterb. d. l. §. 14.*

13 *Quomodo Episcopus, Diaconus, &c. si vel spectator saltem adstiterit, est puniendus?* ℞. Tribus annis ab officio est suspendendus.

14 *An victus, ejusque heres, aut, his cessantibus, Magistratus, vel quilibet ex populo, perditum & solutum repetere potest?* ℞. Affir. turpia enim lucra aleatori omni modo sunt extorquenda.

15 *Quænam vero Actione repetitur id, quod ludo perditum & solutum est?* ℞. Condictione ex L. 3. C. h. t.

16 *Annon etiam condictione indebiti perditum repeti potest?* ℞. Neg.

17 *Qualis vero præscriptio huic repetitioni obstat?* ℞. Nulla, nisi quinquaginta annorum.

18 *An tamen repetitio ludo perditorum verecundiam lædit apud graves viros?* ℞. Affir. cum aleatorum nomen semper turpe sit.

19 *An ad perditum, nondum solutum, exactio datur?* ℞. Neg. quia hæc obligatio, per lusum quæsita, Jure est reprobata.

20 *An pecuniam, quam lusor collusori mutuo dedit, repetere potest?* ℞. Non potest repetere, si eam per lusum recuperavit; repetit vero, si ea adhuc exstat salva. *Vid. Lauterb. Coll. th. pr. h. t. §. 16.*

21 *An tertius, qui pecuniam dedit mutuam ætate majori ludenti, creditum repetere potest?* ℞. Affir.

1 *An*

creditum, licet debitor illud ludendo perdiderit: *Carpzov. p. 3. quæst.* 1
134. num. 27. Berlich. p. 1. decis. 66. num. 5. 6. [*vid. tamen* (2693) *Gran. h.*
propter *12. §. 11. mandat.*] nisi sit aleatorum receptator, *Berlich. d. l. Besold.* 2
ad Ordin. provinc. Würtemb. tit. 98. §. 6. qui neque vindicat (2694) injuri- 3
am, neque damnum tempore lusus datum; *1. pr. & §§. seqq. vid. Gran.*
ad L. 1. h. & domus, in qua lusum, (2695) publicatur. *L. f. in f. C. h.* 4
Ipsi aleatores arbitrarie puniuntur, *Carpzov. p. 3. quæst. 134. num. 8. & l.* 5
6. R. 96. num. 8. 9. 18. maxime si alios compellant, aut invitos retine-
Ln ant. *1. pr. & §. f. L. 2. pr. h.* HODIE perditum solutum non repetitur 6
(2695) propter *3. de condict. ob turp. caus.* nisi fraus intervenerit, aut
ludens liberam rerum suarum administrationem non habuerit, aut
quis alterum solicite ad ludum incitaverit. (2697) *Rauchbar. p. 2. qu.*
25. Carpzov. p. 3. quæst. 134. num. 10. Gran. h. num. 2. & seqq. vid. Lugo
de I. & I. D. 30. sect. 1. n. 1.

SS Cum ludis fortunæ magnam cognationem habent *SPONSIONES*, 7
(2698) *Sigismund. Scaccia de commerc. §. 1. quæst. 1. num. 86. Joh. de*
Lugo de I. & I. tom. 2. disp. 31. sect. 6. num. 73. quæ fiunt hodie inter 8
mercatores maxime. *Finckelt. O. 33. Santerna tr. de assecurat. p. 2. n. 21.*
D *Magonius decis. Florent. 8. n. 1.* Quæ sunt conventiones, quibus de 9
veritate, vel eventu alicujus rei contendentes, aliquid ponunt vel
promittunt, ea lege, ut victori cedat. *Joh. Rudinger, cent. 5. O. 60.*
N *Besold. Th. Pr. Wehner. Obs. pract. Speidel. in Notab. voc.* wetten. Per 10
se omni jure sunt licitæ. *arg. 21. C. mandat. 17. §. f. de præscript. verb.*
l. 3. h. vid. 57. 63. 108. 129. de V. O. 5. de naut. fœn. Finckelt. O. 33. Mo-
lin. de I. & I. tom. 2. D. 508. n. 1. Joh. de Lugo de I. & I. tom 2. Disp.
31. n. 73. Scaccia de commerc. §. 1. quæst. 1. num. 88. Schafer. l. 1. quæst.
34. Stracha tr. de Sponsion. p. 3. Carpzov. p. 2. c. 19. d. 18. & p. 3. quæst.
134. num. 32.

O Fiunt de rebus præteritis, *vid. Santern. de assecurationib. p. 2. num. 27.* 11
futuris, *Strach. de sponsion. p. 4. c. 12. num. 2.* v. g. morte hominis intra cer-
tum tempus, *vid. omnino* (2699) *Scaccia d. q. 1. n. 96. vers. extendo primo.*
Strach. d. p. 4. c. 1. Lugo de I. & I. D. 31. n. 74. Santern. d. p. 2. num. 14. de al-
terius adventu, [si casus hunc impediat, vincit negans. (2700) *Besold. th.*
pract. voc. wetten, *vers.* wenn einer wettet.] de celeriori cursu; hic perdit
etiam, qui post factam sponsionem currere recusat. *arg. 32. de V. S. Wehner.*
obs. pract. voc. wetten. *Strach. d. p. 4. c. 15. vid. Pfeil. centur. 1. consil. 34.*
Fieri

1 *An quoque hic tertius repetit creditum, per Condictionem ex mutuo, etiamſi debitor illud ludendo perdiderit?* ℞. Affir. & quidem ſecundum Ddres indiſtincte.

2 *An vero hic tertius, qui ad luſum credidit, creditum repetere poteſt, ſi ſit aleatorum receptator?* ℞. Neg.

3 *An tamen aleatorum receptator injuriam, vel damnum tempore luſus datum, vindicare poteſt?* ℞. Neg. ob odium, quo Jura receptatores aleatorum proſequuntur, & ſibi imputent, quod aleatores receperint.

4 *Quid de domo, in qua luſum eſt, ſtatuitur?* ℞. Hæc publicatur.

5 *Quomodo vero ipſi aleatores puniuntur?* ℞. Arbitrarie: maxime ſi alios compellant, aut invitos retineant.

6 *An* hodie *perditum ſolutum repetitur?* ℞. Neg. propter *l. 3. de condict. ob turp. cauſ.* vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 19.* niſi fraus intervenerit, aut ludens liberam rerum ſuarum adminiſtrationem non habuerit, aut quis alterum ſolicite ad ludum incitaverit.

7 *Quænam cum ludis* fortunæ *magnam cognationem habent?* ℞. Sponſiones.

8 *Inter quos hodie maxime fiunt ſponſiones?* ℞. Inter Mercatores.

9 *Quid ſunt Sponſiones?* ℞. Sunt conventiones, quibus de veritate vel eventu alicujus rei contendentes aliquid ponunt, vel promittunt ea lege, ut victori cedat.

10 *An Sponſiones per ſe omni jure ſunt licitæ?* ℞. Affir. nam in his non æque, ac in ludis, tempus conſumitur, nec rixis, homicidiis & execrationibus anſa datur.

11. *De quibus rebus fiunt ſponſiones?* ℞. De rebus tam *præteritis*, (v. g. an hæc vel illa civitas capta; an Cæſar hoſtem vicerit; an Titius Regem interfecerit) quam *futuris*, v. g. An uxor ſit filium vel filiam paritura; [quo caſu, ſi naſcatur hermaphroditus, res deciditur ex *l. 10. ff. de Stat. hom.* vid. Strach. *de ſponſion. p. 4. c. 14. n. 1.*] item, de futura hominis morte: Titium ſcil. intra annum moriturum; de Principis vel alterius adventu; (*quo caſu licet Princeps vel alius caſu fortuito impediatur, tamen negans vincit, quia hæc ſponſio non voluntatem, ſed factum reſpicit.*) it. de celeriori curſu, ut ſc. minus currens perdat promiſſum vel poſitum, quo caſu etiam ille poſitum perdit, qui poſt factam ſponſionem currere recuſat, quia, qui nihil facit, minus facit, qui vero minus facit, hoc caſu perdit, ergo etiam, qui nihil facit.

Fieri possunt inæqualiter, ita ut unus v. g. triplo plus &c. ponat. *Be-* 2
sold. ad Ord. Provinc. Würtemb. fol. 210. n. 12. & in delibat. Jur. lib. 2.
c. 16. Schafer. lib. 1. quæst. 34. Decius cons. 115. Neque hic locum (2701) 3
habet *L. 2. C. de resc. vend. arg. 8. §. 1. 38. de C. E. V. 12. de A. E. V.*
Carpzov. p. 2. c. 34. d. 3. Besold. delib. jur. lib. 2. c. 16. vid. Lage de J.
& J. d. D. 31. Sect. 6. num. 77. *DOLUS* (2702) tamen abesse debet 4
[cujus exceptione eliditur sponsio. *arg. 36. de V. O. 5. C. de inutil. sti-* 5
pul. Besold. d. l. Strach. d. p. 4. c. 14. Lage de J. & J. D. 31. num. 78.]
& captiositas. *Strach. d. p. 4. c. 16.* e. g. daß der Stadtschreiber zu N.
weder (2703) lesen noch schreiben könne. *Besold. Th. pr. voc.* wetten.
NEQUE fiant de ludo (2704) prohibito, *3. h. Strach. d. p. 4. c. 5.* vel 6
alia causa futura (2705) inhonesta, *17. §. f. de præsc. verb. Thessaur.*
lib. 2. quæst. 19. n. 6. Sanfern. d. p. 2. num 8. arg. c. a crapula. 14. X. de
vit. & honest. cler. Strach. d. p. 4. c. 7. vel libidinis, æmulationis, odii, 7
vel contentionis gratia; *Covarruv. in c. peccatum. §. 4. de R. I. in 6.*
Besold. ad Ord. Prov. Würtemb. fol. 210. num. 13. neque immodice: *Re-* 8
form. Franc. tit. vom wetten. *Wehner. obs. pract. voc.* vom wetten. *& in*
consil. 59. Finckelt. O. 33. num. 34. quæ autem talis sit, judex æstimat. 9
Neque tamen recte sponsiones ad unum solidum restringuntur. *arg.* 10
17. §. f. de præscr. verb. Carpzov. p. 2. c. 19. def. 18. in fin.

E Datur ex sponsionibus actio ex (2706) stipulatu: *Strach. d. p. 4.* 11
c. f. Besold. Th. Pr. voc. wetten. Actio præscriptis verbis, si aliquid
datum fuerit, ut detur vel restituatur vincenti. *17. §. f. de P. V.* Con-
dictio ex Lege seu consuetudine, si scil. nudo pacto sponsio facta.
Schafer. lib. 1. quæst. 34. num. 17. Besold. ad Ord. Prov. W. n. 9. in f. & in
delib. Jur. tit. 2. c. 16. Thessaur. lib. 2. q. 19. n. 17.

SI MENSOR FALSUM MODUM DIXERIT. XI:6.

D ACtio in factum, si mensor falsum modum dixerit, est prætoria, 12
1. pr. & §. 1. h. personalis, (2707) rei persecutoria, (2708) compe-
tens illi, qui ex falsa & dolosa mensione læsus, (2709) adversus menso-
C rem ad id, quod actoris (2710) interest. *1. 3. §. 1. h.* Olim hæc mensio fi- 13
ebat tantum propter (2711) amicitiam, neque erant, qui publice profi-
terentur eam; *Jac. Gothofr. in L. 172. de R. J. L. 1. pr. h. vid. 9. §. 5. locat. Ol-*
dend. cl. 3. art 15 quæst. 3. in f. unde imperitia mensori non (2712) noce- 14
bat: *1. §. 1. h.* oritur tamen ex dolo & culpa lata hæc actio, *1. §. 1. & f. h.* 15
in-

1 *An sponsiones inæqualiter fieri possunt?* R. Affir.

2 *An ergo quis v. g. duplo vel triplo plus ponere potest?* R. Affir.

3 *An in hisce sponsionibus* l. 2. C. de rescind. vend. *locum habet?* R. Neg.

4 *Quid tamen in sponsionibus abesse debet?* R. Dolus & captiositas, qualis etiam est illa, qua quis asserit: daß der Stadtschreiber zu N. weder schreiben noch lesen könne.

5 *An ergo doli exceptione sponsio eliditur?* R. Affir. Dolus enim omne negotium vitiat.

6 *Num de ludo prohibito, vel de alia causa futura inhonesta & turpi, (qualis est, si puellam corruperit, si alium in edendo vel bibendo superaverit,) fieri possunt sponsiones?* R. Neg. non enim magis tolerandæ sunt ejusmodi sponsiones, quam aliæ turpes stipulationes & conventiones.

7 *Num libidinis, æmulationis, odii, vel contentionis gratia sponsiones fieri possunt?* R. Neg. quia non ex honesta causa fiunt.

8 *Num tamen sponsiones immodicæ validæ sunt?* R. Neg. cum enim donationes in Jure ad certam summam, certo modo, sint restrictæ, hinc sponsionibus quoque non immerito certus modus est statuendus.

9 *Quis vero judicat, an immodicæ sponsiones sint?* R. Judex, pro ratione scil. circumstantiarum.

10 *An autem sponsiones recte ad unum solidum restringuntur?* R. Neg. quia pacta conventa servari oportet, neque hæc inhonesta redduntur ex quantitate summæ, cui se utraque pars propria conventione obstringit. *Vid.* tamen *l. f. §. Nec permittimus, C. h. t.* quæ in casibus permissis, ubi sc. virtutis causa sponsiones fiunt, ultra unum solidum, si multum dives sit, exponere vetat.

11 *Quænam actiones ex sponsionibus dantur?* R. Vel Actio ex stipulatu, si illa intervenerit; vel Actio præscriptis verbis, si scil. aliquid datum fuerit, ut detur, vel restituatur vincenti; vel Condictio ex Lege, seu Consuetudine, si sc. nudo pacto sponsio sit facta.

12 *Quid est Actio in factum, si mensor falsum modum dixerit?* R. Est Actio prætoria, personalis, rei persecutoria, competens illi, qui &c.

13 *An olim hæc mensio tantum propter amicitiam fiebat?* R. Affir. non enim erant, qui publice profiterentur eam.

14 *Ergo imperitia mensori non nocebat?* R. Non nocebat.

15 *Unde tamen oritur hæc actio?* R. Ex dolo & culpa lata, indeque ex delicto. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 4.*

indeque ex delicto, *arg. 1. §. 1. L. 3. §. 4 & 5. h. junct. 49. de O. & A. Ol-*
S *dend. d. l.* ſed ſubſidiaria (2713) eſt. *L. 3. §. 2 & 3. l. 5. §. 1.* Datur illis, 1.2
quorum intereſt, falſum modum non eſſe renunciatum, *3. §. 1.* illorum- 3
P que heredibus. *3. §. 5.* Adverſus agri, ædificii, vini, frumenti & aliarum 4
rerum menſorem, *l. 5 §. 5 & 7. pr. h. Fr. h. n. 8.* qui vel per ſe, vel per
alios falſum modum renunciavit, *L. 1. §. 5. L. 2. h. vid. 3. pr.* (2714) ſive
a judice, ſive a partibus adhibitus, *3. §. 4.* ſive honorarium acceperit, ſi-
ve gratis (2715) fecerit. *L. 1. §. 1. h. Oldend. d. l.* Utilis datur contra il- 5
lum, qui non fuit menſor, in modo tamen fefellit: *7. §. 1. 2. h. Oldend. d.*
l. quæſt 4. e. gr. rerum æſtimatores. (2716) *Habe. h. inf.* *NON* datur 6
contra (2717) heredem, quia eſt ex delicto. *3. §. 5.* Singuli tenentur in 7
O (2718) ſolidum · unius tamen præſtatio reliquos (2719) liberat. *3. pr.* Pe- 8.9
titur hic actoris intereſſe: *3. §. 1.* hinc ſemel tantum competit hæc actio. 10
O *57. de R. J.* Præſcribitur longiſſimo (2720) tempore. *4. h. l. 1. §. 1. C. de* 11
annal. except.

DE RELIGIOS. ET SUMT. FUN. ET UT FUNUS DUC. XI. 7.

D LOcus religioſus (2721) eſt, in quem corpus hominis mortui ſepelien- 12
di animo, ab eo, qui Jus ſepeliendi ibidem habet, eſt translatum. De 13
ſepeliendi æquitate & modis vid. (2722) *Gerhard. Loc. Theolog tom. 8.*
loc. de morte. c. 7 num. 78. Alex. ab Alexandr. G. D. l. 3. c. 2. Carpzov. lib. 2.
def. 373. Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 19. vid. l. 27. pr. de condit. instit. §. 9. I.
de R. D.

R Ut locus religioſus fiat, requiritur [1] ut corpus hominis mortui, cu- 14
juscunque conditionis, *2. pr.* vel caput (2723) ejus, *44. h. vid. 2. §. 5.* (de
vivi ſepultura *vid. L. 2. de mort. infer.* (2724) *Carpzov. lib. 2. def. 394. n. 7.*
Ordin. Crimin. artic. 131.) [2] actualiter illatum ſit, *2. §. 5.* [3] animo
ſepeliendi, *40. h. 10. C. vid. 35. §. 5. de her. inst. 44. de legat. 3.* [4] extra
(2725) civitatem, *3. §. 5. de ſepulchr. viol. 12. C. de religioſ.* [5] eum in lo-
cum, ubi ſepeliens Jus habet ſepeliendi, v. g. cujus eſt dominus liber, *vid.*
§. 9. I. de R. D. L. 2. § 7. 8. ſolidarius (2726) *d. §. 9. L. 41. h. 18. com. div.*

In Jure Can. & noſtris moribus ſepeliuntur in cœmeteriis, *Carpzov. l. 2.* 15
def. 385. Friedlieb in medull. Theolog. loco de morte, caſ conſc. 20. conſtitu- 16
tis auctoritate Magiſtratus Eccleſiaſtici: *Carpzov. L. 3 def. 285. n. 1.* ple- 17
rumque extra civitatem. *dd. DD.* Et nihil (2727) datur pro ſepultura; 18
c. 13. X. de ſepult. c. in eccleſiaſtico. 14. c. 13. q. 2. niſi quis hereditarium ſepul-
chrum

1 *An ergo hæc Actio eſt ſubſidiaria?* ℞. Affir.

2 *Quibus hæc Actio datur?* ℞. Illis, quorum intereſt, falſum modum non eſſe renunciatum: ſeu, illis datur, qui damnum ex falſa & doloſa menſoria renunciatione paſſi ſunt.

3 *An quoque datur illorum heredibus?* ℞. Affir. cum actiones ex delicto *activè* quidem, quamvis non *paſſivè* in heredes tranſeant.

4 *Adverſus quem hæc Actio* directa *datur?* ℞. Adverſus agri, ædificii, vini, frumenti, & aliarum rerum menſorem, qui vel per ſe, vel per alios falſum modum renunciavit; idque, ſive a Judice, ſive a partibus fuerit adhibitus, nec quicquam refert, ſive honorarium acceperit, ſive gratis operam præſtiterit.

5 *Contra quem datur hæc Actio* utilis? ℞. Contra illum, qui non fuit menſor, in modo tamen feſellit: ut ſunt Architectus, qui ædificiorum rationem inſtruere didicit; Redemtores, qui ſuis cæmentis aliis ædificant; Tabularius, ſive Calculator, qui in computatione feſellit. Item, contra æſtimatores ædium, aut quoſcunque alios rei alicujus taxatores, ejus peritiam profitentes.

6 *An hæc Actio contra heredem datur?* ℞. Neg. quia eſt ex delicto.

7 *Si vero* plures *dolo malo falſum modum renunciaverint, in quantum* ſinguli *tenentur?* ℞. Singuli tenentur in ſolidum; quia quiſque eorum modum falſum renunciando, in ſolidum deliquit.

8 *An tamen unius præſtatione reliqui quoque liberantur?* ℞. Affir.

9 *Quid petitur hac Actione?* ℞. Id, quod Actoris intereſt, ſc. quod propter falſam renunciationem vel plus dederit, vel minus acceperit.

10 *Quoties ergo hæc Actio competit?* ℞. Semel tantum: Intereſſe enim ſemel conſecuto, amplius mea non intereſt, & ſic Actio quoque ceſſat.

11 *Quanto temporis ſpatio hæc Actio præſcribitur?* ℞. Longiſſimo tempore.

12 *Quid eſt locus religioſus?*

13 *Quinam de ſepeliendi æquitate & modis agunt?* ℞. Gerhard. Alex. ab Alexandr. Carpz. &c. *citt. ll.*

14 *Quid requiritur, ut locus religioſus fiat?* ℞. Requiritur (1) ut corpus hominis mortui, cujuſcunque conditionis, vel caput ejus, [de vivi ſepultura vid. *l. 1. de mort. infer.*] (2) actualiter illatum ſit, (3) animo ſepeliendi, (4) extra civitatem (5) eum in locum, ubi ſepeliens jus habet ſepeliendi, v. g. cujus eſt dominus liber & ſolidarius. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 4. ſeqq.*

15 *Ubi Jure Canonico & Moribus corpora hominum mortuorum ſepeliuntur?* ℞. In cœmeteriis.

16 *Cujus auctoritate cœmiteria conſtituuntur?* ℞. Auctoritate Magiſtratus Eccleſiaſtici.

17 *Ubi plerumque conſtituuntur?* ℞. Extra civitatem.

18 *An pro ſepultura aliquid eſt dandum?* ℞. Neg. niſi quis hereditarium ſepulchrum velit, aut honoratior ſit, & in templo ſepeliri cupiat.

chrum velit, aut honestior sit, & in templo sepelitur, *Carpzov. L. 2. def. 391.* consensu patroni. *Carpzov. l. 2. def. 390.* 1

†D Sepultura est * *HONESTA*, quæ fit cum ritibus cujusque loci hone- A 2
8 stis. Hac sepeliuntur regulariter omnes, *Carpzov. l. 2. def. 374* etiam 3
qui improviso casu perit, *Carpzov. l. 2. def. 381. vid. Friedlieb. d. l. cas. 1.* 4
Ludovic. Dunte de casib. consc. c. 22. sect. 1. quæst. 6. de cujus nece nihil 5
(2728) constat certi: *vid. Carpzov. l. 2. def. 375.* honesta enim sepultura favorabilis est, & ejus denegatio nota promeritæ (2729) pœnæ. *Carpzov.*
d. l. 2 d. 373. n. 9. def. 381. n. 1. *NON* etiam hæretici, (2730) *c. 12. X. de se-* 6
pult. c. 13. §. Credentes. X. de haeret. vid. Gerhard. Loc. Th. tom. 8. c. 7. num. 90. Carpzov. d. lib. 2. def. 383. Dunte de casib. consc. c. 22. sect. 1. quæst. 20. 23. 29. contemtores (2731) divini verbi & Sacramentorum, *c. 12. X. de sepult. Carpzov. lib. 2. def. 382. Dunte d. l. quæst. 19.* excommunicati, (2732) *c. 12. X. de sepultur.* qui in duellis (2733) periere, *c. 1. X. de torneamentis. vid. tamen c. un. Extrav. de torneamentis. Carpzov. l. 2. def. 381. n. 8. Franck lib. 1. resp. 23. vid. omnino Dunte de casib. conscient. cas. 22. sect. 1. quæst. 12. Balduin. de cas. consc. lib. 4. c. 11. cas. 5.* usurarii manifesti, *c. 3. X. de usur. c. 2. de usur. in 6.* propricidæ ob malam (2734) conscientiam. *vid. Carpzov. l. 2. def. 376. Dunte d. l. quæst. 30.*

D * *INHONESTA* fit sine Ceremoniis, vel in loco extra a. 7
cœmeterium, vel in loco remoto, & inhonesto cœmiterii.

† Et hæc quibusdam iterum est inhonesta in specie, & *ASININA*, sive 8.9
canina, quæ fit a carnifice, (2735) qui in loco inhonesto cadavera terra obruit. *Carpzov. l. 2. def. 375. n. 1. & def. 382. n. 1.* Hac sepeliuntur cadavera 10
reorum in reatu mortuorum; *Carpzov. l. 2. def. 371.* modo de crimine confessi vel convicti fuerint. *Carpzov. l. 2. def. 379. & seq.*

Si quis mortuum infert, ubi jus sepeliendi non habet, locum non 11
facit religiosum: *2. §. 7. L. 4. 7. 43. h. L. 2. C.* ille tamen propria (2736) 12
auctoritate effodi non potest, *8. pr. 39. h. vid. 1. C. h.* sine pœna sepulchri
(2737) violati. *L. f. de sepulchr. violat. Fr. h. num. 10. in f.* Sed datur hoc 13
D casu *ACTIO IN FACTUM*, (2738) *2. §. 2.* quæ est ex obligatione legali 14
& perpetua, *7 pr.* rei persecutoria, *arg. 7. pr. vid. Finckelth. de jur. sepult. concl. 45.* directa Domino loci, *2. §. 1.* utilis etiam reliquis, quo- 15
rum interest, qui Jus prohibendi habent, *6. §. 4.* illorum heredibus,
7. pr. adversus inferentem, *2. §. 1 & 2.* & heredes; *7. pr.* non etiam 16. 17
contra (2739) socium, *2. §. 1. h. 39. pro soc. Joh. Bapt. Asinius in d. L. 2. h. §. 1. vers. an & socius. num. 18. Finckelth. d. l. lit. B. vid. Bach. ad Tr.* 18

1 *An consensus Patroni requiritur, si quis in templo sepeliendus?* R. Affir.

2 *Quotuplex est sepultura,* (R. Duplex: Honesta & inhonesta) *& quid est sepultura honesta?* R. Quæ fit cum ritibus cujuscunque loci honestis.

3 *Quinam hac honesta sepeliuntur?* R. Regulariter omnes.

4 *Num etiam ii, qui improviso casu pereunt?* R. Affir.

5 *An & ille, de cujus nece nihil constat certi?* R. Affir. favorabilis enim est honesta sepultura, & ejus denegatio est nota pœnæ proveniens, quæ in jam dictis duobus casibus locum non invenit.

6 *Quinam vero honesta sepultura non sunt sepeliendi?* R. Hæretici, (non tamen, de quibus tantum hæreseos est suspicio. *Vid. Lauterb. Coll. th. pr. h. t. §. 13.*) Contemtores Verbi Divini & Sacramentorum: item Excommunicati, qui in duellis periere, Usurarii manifesti, & Propricidæ, qui sc. mala conscientia mortem sibi consciverunt.

7 *Quid est inhonesta sepultura?* R. Quæ fit sine ceremoniis consuetis, vel in loco extra cœmeterium, vel in cœmeterio, sed loco remoto & inhonesto.

8 *Quomodo sepultura inhonesta a quibusdam dividitur,* (R. In inhonestam in *specie* sic dictam, & in *Asininam*, sive Caninam: hinc omnis sepultura asinina sive canina est inhonesta, non autem omnis inhonesta est asinina sive canina) *& quid est inhonesta in specie sic dicta?* R. Quæ fit quidem ab honestis personis, sed in loco inhonesto, vel remoto cœmeterii.

9 *Quid vero est sepultura asinina, sive canina?* R. Quæ fit a carnifice, qui in loco inhonesto cadavera terra obruit.

10 *Quorumnam cadavera ita sepeliuntur?* R. Cadavera reorum delinquentium, in reatu mortuorum, modo de crimine confessi & convicti fuerint.

11 *An, si quis mortuum inferat, ubi jus sepeliendi non habet, locum faciat religiosum?* R. Neg. quia ad id, ut locus religiosus fiat, inter alia necessario requiritur, ut sepeliens jus inferendi habeat.

12 *An tamen loci Dominus, vel alius, cujus interest, sine justa causa, & privata authoritate corpus illatum ejicere potest?* R. Neg. & quidem sub pœna sepulchri violati.

13 *Quænam vero Actio* hoc casu *datur?* R. Actio in factum.

14 *Unde hæc Actio in factum descendit,* (R. Ex obligatione legali) *& qualis est hæc Actio?* R. Est perpetua & rei persecutoria.

15 *Quotuplex est hæc Actio?* R. Duplex: *Directa*, quæ datur Domino fundi, ejusque heredibus; & *Utilis*, quæ competit usufructuario & aliis, quorum interest, ne mortuus inferatur, & qui jus prohibendi habent, & illorum heredibus.

16 *Adversus quem hæc Actio datur?* R. Adversus eum, qui cadaver humanum intulit in locum, ubi inferendi jus non habet.

17 *An etiam datur adversus ejus heredes?* R. Affir. quia est rei persecutoria, qua dominus loci interesse suum persequitur; vel quia heredes commodum inde sentiunt. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 16.*

18 *An & hæc Actio in factum contra fiscum datur?* R. Neg.

ad Tr. V a. D. 10. h. t. lit. d. [*obs. 6. §. 4. commun. decid.*] ad loci (2740) pretium, vel ad mortuum tollendum, *7. pr.* utrum reus elegerit: *arg.* 1
10. § f. de jur. dot. vid. Afflict. ad L. 7. pr. n. 1 & 2. h. t. nam si reus pretium 2
solvit, Dominus locum vendere tenetur, (2741) perinde ut in *l. 12 pr. h.*
Qui dolo malo in locum publicum infert, arbitrarie punitur; qui sine do- 3
lo, absolvitur. *8. §. 2.* Utilis hæc actio adhuc (2742) in usu est. *¶. Hahn.* 4
ad W. h. n. 4.

Si quis impeditur inferre, ubi jus habet, potest uti Interdicto de 5
mortuo inferendo, (2743) vel potest alio inferre, & postea in factum acti- 6
one agere, quæ ipsi perpetuo contra impedientem, sed non heredibus, 7.8
& contra heredes competit, [*hoc est exemplum* (2744) *L. 20. de LL.*] ad 9
omne interesse. *8. § f. L. 9. h. & ibi Ant. Faber & Cujac. lib. 8 O. 12.* Si 10
quis propter debitum cadaver arrestet, [*vid. Hahn. h. n. 5.*] Jure novo,
[*vid. L. f. C. de sepulchr. viol.*] debitum amittit, tantundem debitoris he-
redibus solvere debet & tertia parte bonorum publicata perpetuo (2745)
infamatur. *N. 60. c. 1. pr. Nov. 115. c. 5. § 1. Mevius de arrestis c. 8 num. 115.*
N *vid. L. 43. h. Bobreus decis. 287.* In caussis sepulturam concernentibus 11
summariter (2746) proceditur, *arg. 43.* nec appellatio (2747) admitti- 12
tur. *arg. L. f. de appell. recip. Mev. d. l. num. 116. Carpzov. lib. 1. def. 395.*
Qui exequias funeris sequuntur, non vocantur in jus, *2. in f. 3. de in jus* 13
voc. neque inquietentur defuncti cognati, affines & fidejussores (2748) 14
ante IX dies. *Nov. 115. c. 5 §. 1. vid. Carpz. p. 3. const. 33. def. 2. n. 4.*

D Sumtus petuntur actione *FUNERARIA*, *14. §. 6 & 12.* quæ est præ- 15
toria, *12. §. 2.* Personalis, (2749) *arg. 1.* bonæ fidei, (2750) *arg. 14. § 9.* 16
n. 13 h. perpetua, (2751) *31. § f.* subsidiaria, (2752) *14. § 12 & 17.* pri-
vilegiata, (2753) *45. h. L. f. § 9. C. de jur. delib. L. 1 § f. ad L. Falcid. vid.*
Carpzov. p. 1. const. 28 def. 39. Bachov. V. 2. D. 24. l. 7 lit. B & G. qua quis
expensas funeris causa (2754) factas, repetit ab eo, ad quem res illa (2755)
† pertinet. *12 § 2. 14. § 13.* Est vel directa, vel utilis. *14. § 17.* 17
C Oritur ex quasi contractu, cum defuncto: *1 vid. 4.* unde heres non 18.19
(2756) potest prohibere, *14. §. 13. vid. Afflict. ad d. §. 13. n. 1. & seqq. vid.*
Carpz. p. 1. c. 28 d. 40. n. 1 dummodo hæ expensæ fiant animo repetendi; 20
(2757) de quo qui protestatur, bene (2758) facit. *14 §. 7. h.*
S Datur illis, qui in alienum funus sumtus fecerunt, nec ali- 21
am (2759) actionem habent, *14. §. 12 & 17.* illorumque heredi- 22
P bus, *31. §. 1.* adversus illos, ad quos hoc funus pertinuit: *12. §. 2.* 23
v. 8.

1 *Ad quid datur hæc Actio?* ℞. Ad id, ut inferens aut tollat illatum, aut præstet loci æstimationem vel pretium, utrum scil. Reus elegerit: hæc Actio enim non competit ad reum coercendum; sed potius ad damnum ab Actore avertendum, quod ipse ex mortui illatione sentit, dum alter cadavere locum occupavit. Lauterb. *d. l. § 15.*

2 *An ergo, si reus pretium solvet, dominus locum vendere tenetur?* ℞. Affir. quamvis enim iniquum videatur, quod Dominus invitus re sua carere debeat: in favorem tamen religionis hoc ita est receptum, *l. 43. ff. h. t.* sicut alius similis casus etiam habetur in *l. 12. pr. ff. h. t.* vid. Lauterb. *d. l.* ubi ad obst. *l. 2. §. 2. ff. h. t.* in qua pœna pecuniaria subjicitur Reus, respondet.

3 *Quomodo is punitur, qui mortuum in locum publicum infert?* ℞. Si dolo malo intulerit, arbitrarie (modica tamen coercitione) punitur, sin sine dolo, absolvitur.

4 *An utilis hæc Actio adhuc in usu est?* ℞. Affir. quamvis enim loca sepulturæ publice sint constituta, in illis tamen multi singularia habent sepulchra, in quæ si quis injuste intulerit, utili hac actione conveniri potest, & ita in Facultate Juridica Helmstadiensi judicatum refert Hahn. *ad Wesemb. h. t. N. 4. p. 305. f. 1.*

5 *Si quis impediatur inferre, ubi jus habet, quo Interdicto uti potest?* ℞. Interdicto de mortuo inferendo.

6 *Quid si vero moram non patiatur sepultura?* ℞. Tunc potest alio inferre, & postea ad omne interesse agere Actione in factum de mortuo inferendo, seu de funere ducendo.

7 *Quamdiu ipsi hæc Actio competit?* ℞. Perpetuo.

8 *Contra quem vero hæc ipsi perpetuo competit?* ℞. Contra impedientem.

9 *An hæc Actio etiam heredibus & contra heredes datur?* ℞. Neg. *Vid.* tamen Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 11.* ubi contrarium docet.

10 *Quomodo is, qui propter æs alienum, debitoris sepulturam impedit, & ejus cadaver arresto mox detinet, Jure novo punitur?* ℞. Debitum amittit, tantundem debitoris heredibus solvere debet, &, tertia parte bonorum publicata, perpetuam infamiæ notam incurrit.

11 *Quomodo in causis sepulturam concernentibus proceditur?* ℞. Summariter.

12 *An tamen appellatio admittitur?* ℞. Neg. si scil. periculum est in mora.

13 *Quo privilegio gaudent illi, qui exequias funeris sequuntur?* ℞. Non possunt in jus vocari, ob opus religiosum, quod facere dicuntur.

14 *Intra quantum tempus statim defuncti cognati, affines, & successores inquietari non possunt?* ℞. Intra novem dies.

15 *Quanam Actione sumtus funeris petuntur?* ℞. Actione funeraria.

16 *Quid est Actio funeraria?* ℞. Est Prætoria, personalis, bonæ fidei, perpetua, subsidiaria, & privilegiata, qua quis expensas, funeris causa factas, repetit ab eo, ad quem res illa pertinet.

17 *Quotuplex est hæc Actio funeraria?* ℞. Duplex: vel *Directa,* (quæ competit illi, qui sua sponte alterius funus curavit, & sumtus fecit) vel *Utilis,* quæ illi datur, qui mandato ejus, qui se obligare non potest, funus alterius curavit, & sumtus suppeditavit.

18 *Unde oritur hæc Actio funeraria?* ℞. Ex quasi contractu cum defuncto.

19 *An tamen heres prohibere potest, ne quis defuncti funus curet?* ℞. Neg.

20 *Quando vero sumtus, in funus alienum erogati, repeti possunt?* ℞. Si facti sint animo repetendi, & non pietatis atque misericordiæ causa: unde funerantem oportet de eo protestari, ne postea quæstionem patiatur.

21 *Quibus datur Actio funeraria?* ℞. Illis, qui in alienum funus sumtus fecerunt, nec aliam actionem habent.

22 *An etiam hæc Actio illorum heredibus datur?* ℞. Affir.

23 *Adversus quos hæc Actio datur?* ℞. Adversus illos, ad quos hoc munus pertinuit, sive quibus incubuit necessitas sepeliendi.

v. g. quibus hoc defunctus (2760) mandavit, *12. §. 4. b.* heredes, b. pos- 1
sess. & alios (2761) successores. *12. §. 4. L. 14. §. f.* Uxore mortua datur 2
contra maritum, apud quem dos manet, (2762) & uxoris heredes, pro ra-
ta: *22. & seqq. Carpzov. p. 3. c. 25. def. 19.* si vero ipsa neque dotem, neque 3
alia bona reliquit, nec pater ejus sit solvendo, datur hæc actio contra ma- 4
ritum, in quantum facere potest. *28. Carpzov. d. def. 19. n. 5.* [*obst.* (2763)
13. C. de N. G. L. 28. in f. b.] Idem est in (2764) uxoribus. *Carpzov. d. c.* 5
25. def. 7.

Ad sumtus, sine quibus funus honeste duci non potest, *14. §. 3 & 4.* 6
vid. Garsias de expens. & meliorat. c. 8. n. 9. pertinent hodie [*vid. 14. §. 3. 4.*
6. L. 37. vid. LL. XII tabb. tab. X.] vestes lugubres, fasciæ, pepla, quæ co- 7
gnatis dari solent, convivia, commendationes, &c. (2765) secundum lo-
ci consuetudinem. *arg. 14. §. 3. 4. 6. vid. Carpzov. p. 1. c. 28. def. 42. n. 3. vid.*
Alex. ab Alexandr. l. 3. c. 7. Asin. ad L. 12. §. 5. b. Modus æstimatur a (2766) 8
Judice. *12. § 5 L. 14. § 6. Garsias d. c. 8. n. 2.* Ornamenta, &c. cum cor- 9
poribus condi non (2767) decet; *14. §. 5. Arumaeus lib. 1 decis. in Coronid.*
Bernegg. ad Tacit. de mor. Germ. quæst. 144. etiamsi defuncti mandave-
rint. *113. § f. de Leg. 1. L. f. in f. de aur. argent. Eccles. 5. vers. 14. Sap. 7. vers.*
6. 1. Timoth. 6. vers. 7. vid. Carpzov. lib. 2. def. 391. Mindan. de interdict.
tit. 1. num. 31. Nimis modici in contumeliam defuncti facti, non (2768) 10
repetuntur *14. §. 10.* Salaria Chirurgorum, Medicorum, &c. in ulti- 11
ma curatione stricto jure huc non (2769) pertinent: *Carpzov. p. 1. c. 28.*
d. 43. num. 2. L. 37. pr. L. 14. §. 6. b. hodie tamen pertinent. *Carpzov. p. 1.*
c. 28. def. 41. Berlich. p. 1. concl. 64.

De hac (2770) actione cognoscit Judex secularis: *arg. 1. b.* de ipso 12
jure sepeliendi autem Judex Ecclesiasticus, *can. non æstimamus 13. quæst.* 13
2. vid. Carpzov. lib. 2. def. 390. num 1. Gruenew. ad L. f. C. de religios. Hodie
apud nos Consistoria Ecclesiastica. *Carpz. lib. 1. R. 96. in fin.*

DE MORTUO INFERENDO ET SEPULCH. ÆDIF. XI. 8.

INterdictum de *MORTUO INFERENDO* competit illi, qui prohibetur 14
mortuum inferre eum in locum, ubi inferendi Jus habet: *1. pr. vid.*
Barbos. ad W. b. lit. a. quod est prohibitorium. *1. § 4.* ne scilic. is ullo 15
(2771) modo impediatur. *Mindan. de interdict. tit. 1. num. 13. vid. 43. de*
relig. & sumt. fun. Besold. in Th. pr. voc. Begräbniß. Ne quis pro- 16
hibeatur per viam publicam ossa mortuorum ferre, Præses provinciæ
pro-

1 *Quibus vero incumbit hæc sepeliendi necessitas?* ℞. Illis, quibus hoc testator imposuit, (qui tamen jure spernere possunt ultimam voluntatem, si vero aliquid illis relictum sit, id per hoc amittunt. *l. 12. §. 4. ff. de relig.*) Sin testator in hac re nihil voluerit, tunc ad heredes, bonorum possessores, aliosve successores hoc pertinet sepeliendi officium: cum enim defunctus de suo funerari debeat, æquum omnino est, eos, qui ejus bona consequuntur, tale onus ferre oportere. Si vero hereditas nondum adita, sumtus ex hereditate sunt subministrandi. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 28.*

2 *Si uxor mortua fuerit & maritus dotem ex pacto, reliquam autem hereditatem pater vel alii cognati acceperint, an heredes tantum, an vero etiam maritus pro portione conveniri possit hac Actione?* ℞. Posterius affirmatur, si dos apud maritum manet.

3 *Quid si vero uxor nec dotem, nec alia reliquerit bona, & pater vivat atque solvendo sit?* ℞. Tunc pater tenetur. Lauterb. *d. l. §. 29.*

4 *Si vero pater mortuus, vel non solvendo sit?* ℞. Tunc datur hæc Actio contra maritum, in quantum facere potest, ut scil. ipsi competat beneficium competentiæ.

5 *Quid autem de matre hic constitutum est, an hoc velle etiam ad maritum extenditur?* ℞. Affirm. propter identitatem rationis.

6 *Ad quid datur Actio funeraria?* ℞. Ad sumtus, sine quibus funus honeste duci non potest, in aliquem funeri factos repetendos, v. g. qui impenduntur in vehendo cadavere ad sepulchra avita, si forte extra illum locum mors contigerit: nihil enim tam humanum & optatum, quam in patrio, avito, vel familiari sepulchro condi.

7 *Quænam hodie inter sumtus annumerantur?* ℞. Vestes lugubres, faces, pepla, quæ cognatis dari solent, convivia, commendationes &c. & quidem secundum cujusvis loci consuetudinem. Quod Jure Civili ratione horum sumtuum obtineat, vid. Lauterb. *d. l. §. 31.*

8 *A quo modus horum expensarum æstimatur?* ℞. A Judice, scil. ex dignitate & facultatibus defuncti, vel ex consuetudine loci: ut enim quis cum effectu hanc Actionem intentare possit, requiritur, ut legitimum modum expensarum observaverit, nec in excessu & defectu peccaverit.

9 *An igitur ornamenta &c. cum corporibus condi decet?* ℞. Neg. etiamsi defuncti mandaverint, (tales enim voluntates eorum, utpote quæ vivis noceant, & mortuis non prosint, ab heredibus impune spernuntur,) quod & sacris locis conveniens est: quamvis hoc in re personis illustribus indulgendum. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 32.*

10 *An vero sumtus etiam medici, in convalescentiam defuncti facti, repeti possunt?* ℞. Neg.

11 *An salaria Medicorum, Chirurgorum, & alii sumtus in morbum ultimum, ex quo decessit ægrotus, facti, huc pertinent?* ℞. Stricto jure huc non pertinent: hodie tamen pertinent, seu potius sumtibus funerum, quantum ad privilegium prælationis, æquiparantur.

12 *Quis de hac Actione funeraria cognoscit?* ℞. Judex secularis, quia est ex quasi-contractu. z. c. h. t.

13 *Quis vero de ipso jure sepeliendi, si controversia de illo oriatur, cognoscit?* ℞. Judex Ecclesiasticus, & hodie apud nos Consistorium Ecclesiasticum.

14 *Cui competit Interdictum de Mortuo inferendo?* ℞. Illi, qui prohibetur mortuum inferre eum in locum, ubi inferendi jus habet.

15 *Quale est hoc Interdictum?* ℞. Est prohibitorium, ne scil. illi vis fiat, vel, ut ulla ratione impediatur, molestetur, via vel itinere arceatur, vel quæ alia servitute in prohibeatur. *Vid.* Fred. Mand. *de Interdict. c. 2. n. 13 & 49.*

16 *An, ut quis ossa mortuorum per viam publicam transferre prohibeatur, Præsidis Provinciæ officium sit?* ℞. Affirm. ob favorem mortuorum, & ut eo citius sepulturæ tradantur.

prospicit. *38. de religios.* Hoc tamen hodie magistratui (2772) nunciandum. *Besold. th. pr. voc.* Durchführung der Verstorbenen. *Habn. ad W. tit. de religios n. 5.*

Alterum Edictum hic propositum est de *SEPULCHRO ÆDIFICANDO*, quo prohibet Prætor, ne vis fiat ei, qui eo in loco ædificat, ubi mortuum inferre potest: *1. §. 5.* nam monimenta exstruere religionis (2773) interest. *L. 1. §. 6. b. Mindan. d. tit. 2. n. 14. vid. Carpz. lib. 2. def. 392.* 2 3

DE REBUS CRED. SI CERT. PET. ET DE CONDICT.

XII. 1.

H CREDITUM in genere est, quando alienam fidem secuti contrahimus: *1. pr. 2. §. 3. & inf.* in specie denotat *MUTUUM*, *2. §. 1. Habn. b. n. 2.* 4 5

D quod est contractus nominatus realis, stricti juris, μονόπλευρος, (2774) quo res fungibilis (2775) ea lege datur, ut accipientis fiat, *arg. 1. de fund. dot. 15. b. 9. pr. de aur. arg. 27. §. 2. de aur. & arg. leg.* & ab eo tantundem ejusdem generis (2776) restituatur. *2. pr. §. 1. 2. b. L. 3.* 6

† Divisio in naturale, (2777) civile (2778) & mixtum: (2779) item in verum (2780) & præsumtum, (2781) *de quo Bachov. v. 1. D. 20. θ. 1. lit. D. Moz. de contract. tit. de divis. mut. Schneidew. ad tit. 1. J. quib. mod. re contrah. obl. pr. n. 22.* falsa (2782) est. *Stamler. colleg. contract. D. 2. θ. 20 & 21. Gæddeus de reb. cred. c. 2. num. 28. Habn. ad W. b. n. 9.* Mutuum fœneratitium non est vera (2783) species; nam usuræ debentur ex stipulatione, *vid. 24. de P. V.* 7 8 9

C Fit * *CONSENSU*: (2784) *32.* hinc errans non (2785) contrahit, *18. pr.* sed nummos vindicat solvens, vel condicit consumtos, condictione sine causa: hoc tamen casu exceptio doli nocet. *18. pr. Treutl. v. 1. D. 20. θ. 4. lit. a. & ibi Bachov.* Si unus tantum in translationem Dominii consensit, aliter est. *18. §. 1. b. vid. 36. de A. R. D. Fr. ad tit. de C. E. V. num. 40. Accurs. & Zas. ad L. 18. b. Bachov. v. 1. D. 20. θ. 4. lit. a. Vinnius ad §. 40. I. de R. D. num. 5.* A 10. 11 12 13 14

Et * *REI TRADITIONE*, *pr. I. quib. mod. re contrah. obl. 2. §. 3. b. vid. L. 30.* [ultra datum non (2786) contrahitur mutuum: *11. §. 1. b. 17. de pact. 9. C. de non num. pec. Carpzov. lib. 5. R. 9. num. 16.* & superfluum nec jure donationis, nec usurarum (2787) subsistit. *arg. 19. pr. b. 3. C. de usur. 24. de P. Verb. Recess. Imper. de anno 1577. Tit.* von den wucherlichen Contracten *17. verb.* wie bißhero im Heil. R. Reich. *Carpz. p. 2. dec. 146. Bach. V. 1. D. 20. θ. 2. lit. a.*] * Vera & naturali, secundum jus strictum. *34. pr. mand. 15. b.* * Ficta ex benignitate, quæ fit traditione (2788) brevis a. 15 16 B 17 b. 18

1 *Quid hodie circa hoc obtinet?* ℞. Hodie, quando per alienum Territorium funus ducitur, hoc ipsum loci illius Superiori vel Magistratui denunciandum est.

2 *Quodnam est alterum Edictum in hoc Titulo propositum?* ℞. De SEPULCHRO ÆDIFICANDO.

3 *Quid prohibet Prætor hoc Edicto?* ℞. Ne vis fiat ei, qui eo in loco ædificat, in quem mortuum inferendi jus habet: Monumenta enim extrui & ornari, religionis interest.

4 *Quid est Creditum in genere?* ℞. Quando alienam fidem secuti contrahimus.

5 *Quid Creditum in specie denotat?* ℞. Mutuum.

6 *Quid est Mutuum?* ℞. Est contractus nominatus &c.

7 *Quomodo Mutuum a quibusdam dividitur?* ℞. In Naturale, Civile, & Mixtum: item in Verum & Præsumtum.

8 *An tamen hæc divisio falsa est?* ℞. Affir. *vid.* omnino Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 3. seq.*

9 *An vero Mutuum fœneratitium est vera species?* ℞. Neg. nam usuræ stipulanti promissæ debentur non ex mutuo, sed ex stipulatione.

10 *Quid (1) ad Mutuum requiritur?* ℞. CONSENSUS.

11 *An ergo errans Mutuum contrahit?* ℞. Neg. quia in errante deficit consensus.

12 *Quodsi tamen errans nummos solverit?* ℞. Tunc extantes vindicat, consumtos vero condicit Condictione sine causa.

13 *Quænam tamen exceptio hoc posteriori casu nocet?* ℞. Exceptio doli; quia secundum voluntatem dantis, qui quasi donaturus dedit, nummi sunt consumti, atque etiam consumti sunt ab illo, qui accepit eos ex animo, ut suos fieri velit.

14 *An vero aliter se res habet, si unus tantum in translationem dominii consensit?* ℞. Affir. v. g. si dans tanquam depositum dedit, accipiens vero quasi ex donato accepit, eo enim casu, consumtis nummis, condictio datur, & quidem ita, ut exceptione doli non possit elidi: nam licet secundum voluntatem accipientis nummi sint consumti, noluit tamen dans donare, sed habuit animum saltem deponendi adeoque repetendi. *Vid.* Stryk. *h. t. in Notis.* verbo: *Aliter est.*

15 *Quid (2) requiritur ad Mutuum?* ℞. REI TRADITIO.

16 *An ergo ultra datum contrahitur?* ℞. Neg. ita ut superfluum nec jure donationis, nec usurarum subsistat.

17 *Qualis traditio, secundum jus strictum, in mutuo requiritur?* ℞. Vera & naturalis.

18 *Qualis vero traditio sufficit ex benignitate?* ℞. Ficta, quæ fit traditione brevis manus: v. g. quando pecuniam, quam quis ex alia causa apud se habet, nunc ipsi concedam habere ex mutuo.

brevis manus: *43. §. 1. de Jur. dot. vid.* (2789) *3. §. p. de donat. inter vir.*
& ux. vid. (2790) *11. 15. h. 8. C. ſi cert. pet. 34. pr. mandat. Bachov. V. 1.*
D. 10. §. 3. in pr. lit. A. & B. Fr. h. num. 23. 24. Bruſius ad L. 15. num. 2.
Vinn. lib. 1. quæſt. 40. modo hic pecuniam revera (2791) acceperit. 1
1. pr. §. 19. de P. V. Bruſius. ad 15. n. 16. L. 11. pr. 15. h. Carpz. p. 2. deciſ. 129. Paul.
Buſ. ad L. 15. n. 3. 4.

S Mutuum dare * *IMPEDIUNTUR* (2792) furioſi, mente capti, C 2
12. pr. pupilli, *19. §. 1. h. § 2. I. quib. alien. lic. 9. pr. de aut. tut.* minores curatorem habentes, *arg. 3. C. de in integr. reſt.* prodigi, *arg.*
d. l. 3. L. 6. d. V. O. qui ſi de facto dederint, nummi vindicantur; 3
(2793) *d. §. 2. L. 11. §. f.* ſi vero conſumti ſint, h. ſ. convaleſcit (2794) 4
mutuum, & datur condictio ex mutuo; *12. 19. §. 1. h. L. 24. de O.*
& A. d. §. 2. I. arg. L. 15. de reb. dub. ſin m. ſ. creditor poteſt (2795) 5
condicere, *arg. 3. C. de condict. ex L.* vel ad exhibendum (2796) agere. *11. §. f. h. d. §. 2.*

* *PROHIBENTUR* Provinciarum (2797) Præſides: c. 6
33. h. quod hodie non obtinet. *Gronew. ad L. 1. C. de contract. Judic. Bruſius ad L. 33. h. num. 5. Stamler. in colleg. contract. D. 2. §. 15. in f.* Poteſt 7
dari mutuum per nuncium, (2798) procuratorem, &c. *9. §. 8.* 8

F Accipiunt (2799) mutuum, qui contrahendo ſe obligant, nec ſpecia- 9
liter prohibentur: privatus & civitas; *arg. 15. ad SCt. Maced. 16. de V. S.* 10
Carpzov. p. 2. c. 6. d. 18. & lib. 2. Reſp. 106. num. 1 & 2. Bachov. V. 1. D.
10. §. 5. lit. a. Richter. deciſ. 71. num. 1. dummodo ipſi, aut qui eam 11
repræſentant, (2800) pecunia ſolvatur: nam ſi adminiſtratori, (2801) 12
tum demum obligatur civitas, ſi creditor probet, pecuniam eſſe in utilitatem civitatis verſam. *27. h. Aut. hoc jus. C. de SS. Eccleſ. Nov. 120. c. 6. Carpz.*
p. 2. conſt. 6. def. 19. Richt. deciſ. 71. n. 6. alias ſoli obligantur adminiſtrato- 13
res. *27. h.* * Qui *IMPEDIANTUR vid. ſupr. de poſt.* D 14

Lege * *PROHIBENTUR* filiifamil. *de quib. infr. ad tit. de SCt. Ma-* d. 15
ced. de luxurioſo adoleſcente. *vid. 12. §. 11. mandat. 24. §. 4. de minor.* 16
Procurator mutuum accipiens hic tantum naturam nuncii (2802) habet. 17
L. 6. §. 1. de N. G. Bachov. de act. D. 8. th. 11. pag. 110. Tabor. D. ad Wiſenb.
3. §. 3.

O Objectum ſunt res fungibiles; creditoris propriæ, vel illius nomine 18
D conſenſu domini ſolutæ. *2. §. 4. L. 9. § 8. h.* *FUNGIBILES* ſunt, quæ 19
functionem in ſuo genere recipiunt, uſu conſumuntur, adeoque poſt uſum in ſpecie reſtitui nequeunt. *2. §. 1.* Conſtant numero, pondere & 20
(2803) menſura: *pr. I. quib. mod. re contrah. obl.* inde dicuntur quantitates, 21

6. C. ſi

1 *An tamen hac sola traditio sufficit, etiamsi is pecuniam revera non acceperit?* R. Neg.

2 *Quinam mutuum dare impediuntur?* R. Furiosi, mente capti, pupilli, minores curatorem habentes, prodigi. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 14.*

3 *Quid vero, si hi de facto dederint?* R. Tunc nummi extantes ab accipientibus vindicantur.

4 *Quid vero, si nummi bona fide consumti sint?* R. Tunc convalescit mutuum, & datur Condictio ex mutuo.

5 *Si vero nummi mala fide sint consumti?* R. Tunc in arbitrio est creditoris, an Condictione, an Actione ad exhibendum adversus debitorem agere velit; quia cum hic mala fide quid consumserit, habetur pro eo, qui dolo desiit possidere.

6 *Quinam mutuum dare prohibentur?* R. Provinciarum Præsides, & quidem Lege speciali.

7 *An tamen hæc prohibitio hodiernis moribus observatur?* R. Neg. Cum enim hodie Magistratus sint perpetui, hinc quoque mutuum dare & accipere possunt. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 15.*

8 *An quoque mutuum per alios dare potest?* R. Affir. v. g. per nuncium, procuratorem &c. quod enim quis per alium facit, ipse fecisse censetur.

9 *Quinam mutuum accipere possunt?* R. Omnes, qui contrahendo valide sese obligare queunt, nec specialiter prohibentur.

10 *An ergo privatus & Civitas mutuum accipere potest?* R. Affir.

11 *Quid tamen in mutuo civitatis requiritur?* R. Ut civitati ipsi, aut qui eam repræsentant, pecunia solvatur. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 17.*

12 *Sed quid, si civitatis administratori pecunia sit soluta, annon etiam tunc civitas obligatur?* R. Hoc casu tum demum civitas obligatur, si creditor probet, pecuniam esse in utilitatem civitatis versam. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 18.*

13 *Quid si vero hoc probari non possit?* R. Tunc soli obligantur administratores.

14 *Quinam* IMPEDIUNTUR *mutuum accipere?* R. Furiosi, mente capti, infantes, ebrii, & dormientes. *Vid. supr. Tit. de Pactis.*

15 *Quinam* LEGE PROHIBENTUR *mutuum accipere?* R. Filiifamilias, per SCtum Macedonianum, quæ tamen prohibitio non ad omnes hujus contractus species, sed ad pecuniam tantum numeratam pertinet. *Vid. infr.* ad Tit. *de SCto Macedon.*

16 *An quoque* Jure Civili *prohibitum est Adolescenti* luxurioso *credere, & an contra facientis denegatur repetitio?* R. Affir. Sed hoc procedit, si sciens id fecerit, (scil. si quis sciens, ipso attendente, pro meretrice solverit: tunc enim non habet actionem, quia quasi perdituro pecuniam sciens credidit) secus ergo, si accipientis qualitatem ignoraverit, vel adolescens pecuniam habeat salvam. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 20.* ubi docet, an idem in *Majore* locum habeat.

17 *An procurator, mutuum accipiens, hic tantum naturam nuncii habet?* R. Affir. quia in hoc contractu omnino nihil hinc inde agendum occurrit, sed simpliciter tantum per dationem pecuniæ negotium absolvitur.

18 *Quæ res sunt objectum hujus contractus mutui?* R. Res fungibiles, creditoris propriæ, vel alieno nomine consensu domini datæ vel solutæ.

19 *Quid est Res fungibilis?* R. Quæ sua natura ita comparata est, ut necessario in eodem genere functionem recipiat, & ex necessitate hypothesis una pro alia ejusdem generis solvi, atque sic ejusdem vice fungi possit: & hoc propterea, quia hujusmodi rei usus natura sua in abusu, sive naturali, sive civili, consistit, quæ est mens JCti in *l. 2. §. 1. ff. h. t.* vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 25.*

20 *Quibus constant hæ res fungibiles?* Constant numero, pondere & mensura: quales sunt, non quæ ponderari, numerari, vel mensurari, sed quæ ex certo pondere, numero & mensura dignosci possunt.

21 *Quomodo ergo inde dicuntur?* R. Quantitates.

1 *Do*

6. C. ſi cert. pet. vid. 1. pr. de contrah. emt. v. g. nummi, (2804) panis, &c. 1
35. §. 5. de contrah. emt. non etiam grex. (2805) *arg. 69. §. f. & LL. ſeqq.* 2
de uſufr. *PROPRIÆ :* *2. §. 4. h. arg. 20. pr. de A. R. D.* nam de alieno 3
non (2806) ſubſiſtit mutuum. *13. in f. h.* Si tamen b. f. conſumtæ, da- 4
tur creditori condictio ex mutuo. *11. in f. L. 12. in f. 13. pr. h. 19. de reb. dub.*
vid. L. 7. C. ſi cert. pet. Dominus vero extantes vindicat, de M. F. con- 5.6
ſumtis agit ad exhibendum, *11. in f. §. 2. I. quib. alien. lic.* B. F. conſumtas 7
condicit ſine cauſa, *arg. 31. h.* aut actionibus a contrahente ſibi ceſſis
agit. *2. C. d. t.* Si dominus alieno nomine propriam pecuniam credat, 8
aut ejus conſenſu alius ſuo nomine, valet contractus, actioque acquiritur
illi, (2807) cujus nomine data eſt pecunia. *2. §. 4. h. 9. §. 8. h. 2. C. per quas*
perſonas

E Effectus primus eſt *OBLIGATIO*, (2808) de qua in D. poteſt tamen 9
debitor rem in ſpecie (2809) reſtituere, ſi velit; (2810) *8. in f. pr. mandat.* 10
niſi certam illius generis ſpeciem (2811) ſe reſtituturum promiſit. *2. §. 1.* 11
Carpz. l. 5. R. 8. n. 3. 10.

D Effectus ortus eſt *ACTIO*, ſc. condictio certi ex (2812) mutuo, quæ 12
eſt actio perſonalis, ſtricti juris, competens creditori, adverſus debitorem, 13
ad rem creditam ſive mutuam in eodem genere, eadem quantitate &
qualitate repetendam. Uſuræ de J. Civ. non niſi ex (2813) ſtipulatu de- 14
bentur. *24. de P. V. L. 3. C. de uſur.* Hodie etiam ex pacto & mora. *R. I. de*
an. 1654. §. anreichend die künfftige Zinſen. *Zang. de except. p. 3. c. 25. n. 6.*
Hæc actio eſt perpetua, neque extinguitur per caſum (2814) fortuitum. 15.16
L. 11. C. ſi cert. petat.

C *LITERARUM OBLIGATIO* non oritur ex præſumto mutuo, [*Diſ-* 17
ſent. Bach. ad tit. I. de lit. obl. & ad W. de reb. cred. n. 9. & ad Treutl. V. 1.
D. 20. th. 2. lit. B.] ſed ex ſingulari contractu, *vid. Hahn. h. num. 9.* qui fit 18.19
literis, *§. f. I. de obl. §. un. I. h.* ad exemplum verborum obligationis. *Fr.* 20
Ex. 10. quæſt. 9. Stamler. in colleg. contract. D. 8. th. 5. vid. 6. §. 1. L. 7. ff. de
novat. §. 2. I. de except. Licet enim actor ſe fundet in numeratione, eam
intra biennium probare debeat, eandem reus oppugnet: attamen nume-
ratio non eſt fundamentum actionis, ſed executionis; actionis autem
fundamentum ſunt literæ. *dd. LL. vid. L. 2. §. 3. de dol. exc. §. 2. I. de exc.*
L. 6. §. 1. & ſeqq. de novat.

Alias Scriptura accedit ſolennitatis aut probationis gratia: *pr. I. de* 21
E. V. 4. de pign. vid. Gloſſ. in c. 1. §. poſtquam autem. de cenſibus in 6. In ſolo 22
D *CONTRACTU CHIROGRAPHARIO* obligationem inducit;
qui

1 *Da exempla harum rerum fungibilium?* ℞. Tales sunt vinum, oleum, frumentum, pecunia numerata, æs, argentum, aurum, carnes, pisces, ova, panes, lana, pannus, linum, lapides & ligna ad domum exstruendam, & similia.

2 *An etiam grex est res fungibilis & mutuo dari potest?* ℞. Neg. Non obst. *l. 35. §. 6. ff. de contrah. emt.* ubi JCtus argumentatur non a genere ad speciem; sed a simili & comparatio. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 24.*

3 *Quid porro ad objectum hujus contractus mutui pertinet?* ℞. Ut res dantis sint propriæ: nam de rebus alienis non subsistit mutuum, quia hoc contractu dominium in mutuatarium est transferendum, quod in re aliena fieri non potest. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 25.*

4 *Quid tamen, si hæ res alienæ a bonæ fidei possessore sint consumtæ?* ℞. Tum, ex benignitate legum, mutuum convalescit, & creditori datur condictio ex mutuo. *Vid.* Lauterb. *d. l.*

5 *Quomodo vero hoc casu dominus verus superveniens agit nummis adhuc exstantibus?* ℞. Extantes vindicat, probato, illos suos fuisse.

6 *Quomodo autem de mala fide consumtis agit dominus?* ℞. De mala fide consumtos agit ad exhibendum.

7 *Quanam actione bona fide consumtos repetit?* ℞. Condictione sine causa, aut actionibus a creditore sibi mandatis. Lauterb. *d. l. §. 26.*

8 *Si dominus alieno nomine propriam pecuniam credat, aut ejus consensu alius suo nomine, an contractus est validus?* ℞. Affir. ita, ut actio acquiratur illi, cujus nomine data est pecunia.

9 *Quis est primus Effectus mutui?* ℞. Obligatio, ex hoc contractu descendens, qua mutuum accipiens adstringitur ad eandem rem, non quidem in specie, sed in eodem genere, & in eadem quantitate & qualitate restituendam: unde ipse, tanquam debitor generalis, per rei acceptæ interitum, licet casualem, non liberatur. Lauterb. *d. l. §. 32.*

10 *An tamen potest debitor rem in specie restituere, si velit?* ℞. Affir.

11 *An quoque debitor rem in specie restituere potest, etiamsi certam alius generis speciem se restituturum promiserit?* ℞. Neg.

12 *Quis est effectus mutui seu secundus?* ℞. Actio, (quæ ex dicta obligatione, quia perfecta est & efficax ad producendam obligationem descendit) quæ vocatur Condictio certi ex mutuo, seu Actio mutui.

13 *Quid est Condictio certi ex mutuo?* ℞. Est Actio personalis, stricti juris, competens creditori, adversus &c.

14 *An usuræ quoque in hoc contractu debentur?* ℞. De Jure Civili non nisi ex stipulatione debentur; hodie tamen etiam ex pacto & mora.

15 *Qualis est hæc Actio ratione durationis?* ℞. Est perpetua.

16 *An per casum fortuitum hæc Actio extinguitur?* ℞. Neg. *Vid. supr. num. 9. in fin.*

17 *Literarum obligatio an oritur ex præsumto mutuo?* ℞. Neg. vid. omnino Lauterb. *Coll. th. pr. l. 1. §. 43. seq.*

18 *Unde vero oritur?* ℞. Ex singulari contractu.

19 *Quomodo fit iste contractus?* ℞. Fit literis.

20 *Ad cujus exemplum?* ℞. Ad exemplum verborum obligationis. Licet enim Actor se fundet in numeratione, eam intra biennium probare debeat, eandem reus oppugnet: attamen numeratio non est fundamentum Actionis, sed exceptionis, Actionis autem fundamentum sunt literæ. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 45. seq.*

21 *Quotupliciter alias scriptura contractibus accedit?* ℞. Vel solennitatis, vel probationis gratia.

22 *In quonam autem contractu scriptura obligationem inducit?* ℞. In solo Contractu Chirographario.

qui novo Jure [*vid. Theophil. & Hotomann. ad pr. I. de lit. obl.*] eſt contra- 1
ctus nominatus, ſtricti juris, μονόπλευρ☉-, quo quis Chirographo al-
teri dato, ſe pecuniam accepiſſe fatetur, & eandem ſive aliam ſe reſtitu-
C turum promittit. *§. un. I. de lit. oblig.* Oritur ex conſenſu litteris decla- 2
C.i rato. *§. un. I. de obl. ex conſenſ.* Cauſa impulſiva eſt numeratio pecu- 3
niæ, quæ interveniſſe dicitur; non per modum conditionis (2815) adji- 4
citur: unde, licet non intervenerit, conſenſum tamen & obligationem 5
non (2816) ſuſpendit. *arg. §. un. I. de L. O. ... 1. C. de non num. pecun. §. 2.*
S *I. de except.* Subjectum ſunt perſonæ, quæ obligationem contrahere 6
O poſſunt. Objectum materiale eſt pecunia, late; (2817) *ut in L. 222. de* 7
V. S. formale, non tantum ex cauſa mutui, ſed etiam ex aliis (2818) 8
cauſis, [*obſt. L. 5. C. de non numer. pec.*] data vel ſperata. *d. § un. L. 14.*
pr. §. 1. C. de non num. pecun. Tabor. partit. Elem. p. 3. ſect. 4. th. 39. inf. Sola 9
confeſſio non ſufficit, ſed promiſſio (2819) quoque eſt neceſſaria. *arg.*
E *1. 4. C. de non numerat. pec. vid. omnino 26. §. f. depoſit.* Effectus primus 10
eſt obligatio ante biennium: *arg. 3. C. de non numer. pecun.* [*obſt. §. un. I.*
h.] ſi numeratio non intervenit, civilis (2820) tantum, poſt biennium 11.12
numeratio præſumitur, & eſt mixta. (2821) Effectus ortus, eſt con- 13
dictio certi ex (2822) Chirographo. *§. un. I. h.*

D *QUERELA NON NUMERATÆ PECUNIÆ* eſt remedium Juris, 14
quo quis pecuniam, quam ſpe futuræ numerationis accepiſſe confeſſus
eſt, ſe non accepiſſe queritur. Proponitur utplurimum per modum 15
Exceptionis; [quæ eſt perpetua (2823) ſive peremtoria. *arg. § 8. 9.* 16
I. de Except. L. 3. C. de non num. pecun.] Replicationis, contra (2824) 17
Apocham; *L. 14. § 2. C.* Denunciationis (2825) ſive proteſtationis; 18
d. 14. §. f. C. h. Nov. 100. c. 1. Per modum actionis, ſcil. condictio- 19
nis ſine (2826) cauſa, vel cauſa data, cauſa non ſecuta; *7. C. h. 1. §. 1.*
de condict. ſine cauſa. 3. C. de paſtul. aut mediante actione pignorati- 20
L.o tia, (2827) rei vindicatione. (2828) *1. C. h. n. §. 2. de pign. act.* Ju- 21
re novo hæc querela in cauſa dotis in ſcriptis eſt proponenda *Auth.* 22
Hanc autem. C. & ibi Aug. Barboſ. quod tamen hodie non obſervatur. 23
Groenew. ad d. Auth.

C Conceditur hæc querela ob ſummam æquitatem, *§. 2. I. de ex-* 24
S *cept. Sichard. ad rubr. C. h. num. 2. Carpzov. L. 2. R. 93 num. 14.* re- 25
gulariter omnibus, qui ſpe futuræ numerationis ſe aliquid accepiſſe con-
feſſi ſunt, & illud poſtea non acceperunt, illorumque heredibus, *1. 14. pr.* 26
C. mandatariis & (2829) fidejuſſoribus, *12. C. Raphael de Turri. de camb.* 27

D. 2.

1 *Quod nomen Juris est Contractus Chirographarius?* R. Est contractus innominatus, stricti juris, &c.
2 *Unde oritur hic Contractus?* R. Ex consensu literis declarato.
3 *Quaenam est Causa impulsiva hujus Contractus?* R. Numeratio pecuniae.
4 *An numeratio pecuniae per modum conditionis [illegible] censeatur in hoc contractu deduci?* R. Neg.
5 *An ergo, si haec pecunia numerata non fuerit, [illegible] causa & obligatio suspenditur?* R. Neg.
6 *Quaenam personae sunt Subjectum hujus Contractus?* R. Quibus per hunc contractum obligatio acquiritur, & quae obligantur. Utrique in genere omnes, qui se obligare & alias contrahere possunt.
7 *Quodnam est Objectum materiale hujus Contractus?* R. Pecunia, late sumta, ut in *l. 222. ff. de V.S.*
8 *Quodnam est Objectum formale?* R. Pecunia numerata, quam quis chirographo fatetur se accepisse spe futurae numerationis. Sunt quidem, qui hoc restringunt ad contractum mutui, per *l. 5. C. de N. N. P.* sed et alias quoque causas rem datam esse debitor fatetur, quandocunque [illegible] promittit. *Vid. Lauterb. d. l. §. 52. in fin.*
9 *An sola confessio sufficit?* R. Neg. sed promissio quoque est necessaria.
10 *Quis est effectus primus hujus Contractus?* R. Obligatio.
11 *Qualis obligatio ante biennium est, si numeratio non intervenerit?* R. Pure civilis, deficiente vinculo aequitatis & obligationis naturalis. Nec obstat, quod adsit utriusque consensus: ille enim est modificatus, & promissio facta est sub certo modo, si scil. numeratio secuta fuerit, qua causa deficiente, ipsum quoque obligationis hujus fundamentum deficit, numeratio scil. propter quam, & cujus spe Reus promisit, seque obligavit. *Vid. Lauterb. d. l. §. 53.*
12 *An post biennium numeratio praesumitur,* R. Affir. *& qualis ergo tunc est obligatio?* R. Mixta. Post biennium enim indistincte, sive numeratio intervenerit, sive non, haec literarum obligatio habetur pro mixta, & quidem illo in casu vere, hoc vero praesumtione & fictione juris, quia numeratio post biennium intervenisse praesumitur. *Vid. Lauterb. d. l. §. 54.*
13 *Quis est effectus alter seu secundus, qui scil. ex hac obligatione descendit?* R. Actio, quae dicitur Condictio certi ex literis sive chirographo, quae tamen interdum *Querela non numeratae pecuniae* excluditur.
14 *Quid igitur est haec Querela non numeratae pecuniae?* R. Est remedium juris, quo quis pecuniam, quam spe &c.
15 *Quomodo haec Querela ut plurimum proponitur?* R. Per modum exceptionis.
16 *Qualis est haec exceptio?* R. Est perpetua sive peremtoria. *Vid. Lauterb. Coll. th. pr. h. t. §. 55.*
17 *Quando dicta Querela per modum Replicationis proponitur?* R. Interdum, contra Apocham scil. creditoris.
18 *An & per modum denunciationis seu protestationis proponitur?* R. Affir.
19 *An & per modum Actionis proponitur?* R. Affir.
20 *An haec Querela interdum etiam proponitur mediante Actione pigneratitia?* R. Affir.
21 *An & mediante Rei vindicatione interdum proponitur?* R. Affir.
22 *Quomodo Jure Novellarum haec Querela in causa dotis est proponenda?* R. In scriptis, ut scil. ad Acta redigi possit.
23 *An vero hoc hodie ubique locorum observatur?* R. Neg.
24 *Quam ob causam haec Querela conceditur?* R. Ob summam aequitatem; maxime enim iniquum est, alterum ad id teneri, quod nunquam accepit.
25 *Quibus conceditur Querela non numeratae pecuniae?* R. Regulariter omnibus, qui spe futurae numerationis confessi sunt, se aliquid accepisse, quod postea non acceperunt.
26 *An haec Querela etiam illorum heredibus conceditur?* R. Affir.
27 *Num etiam in persona confessi mandatariis & fidejussoribus competit?* R. Affir.

D. 2. quaest. 16. num. 37. etiam invito (2830) debitore; *arg. 15. pr. de fide-* 1
juss. & aliis concurrentibus confessi (2831) creditoribus. *15. C. ibi Perez.* 2
Barbos.

P Adversus illos, a quibus se aliquid accepisse confessi sunt, & heredes, 3-4
8. C. h. ibi Barbos. etiam inter (2832) mercatores. *arg. 8. de Publ. in rem* 5
act. (2833) *Stracha de mercatur. tit. quomodo in caus. mercatorum procedendum. §. de exception. n. 9. Bach. V. 1. D. 30. Th. 2. lit. C. in fin. Turri d. l. n. 43. vid. Zanger de except. part. 3. cap. 4. n. 34.* [*Dissent. Berlich.* (2834) *p. 2. dec. 294. Carpz. p. 1. c. 32. def. 69 & 70.* ¶.]

O Ad objectum hujus querelae pertinet condictio certi ex mutuo, ex 6
(2835) stipulatione, *§ 2. I. de except.* ex literis; *§. un. I. de lit. obl.* dotis 7
confessio, *15. C. h. 3. C. de dote cauta non num.* pignoris (2836) constitutio, 8
1. C. h. L. 1 & 2. C. si pign. convent. num. pecun. sec. non sit. Apocha sive se- 9
curitas creditoris. *14. §. 2. C. h. Carpz. lib. 1. Resp. 90.* Datur etiam contra 10
partem Cautionis (2837) tantum, *2. C. ibi Sichard. & Barbos.* & regula- 11
riter in omnibus negotiis, in quibus spe futurae numerationis aliquid con-
fessus est, vel promisit, *14. pr. h. 15. C. h.* etiam (2838) Cambiis; *Turri* 12
de Camb. D. 2. quaest. 16. n. 3. Scaccias. tr. de commerc. §. 2. gloss. 8. n. 1. [*Dis-*
sent. Berlich. p. 2. decis. 294. Carpzov. L. 1. Resp. 90.] *vid. Barbos. ad L. 6. C. h.*
n. 3. licet instrumentum intervenerit, quod paratam (2839) habet execu- 13
tionem, *Turri d. quaest. 16. n. 53. Scaccias d. gloss. 8. n. 4. Carpz. lib. 1. Resp. 89.*
& p. 1. const. 32. def. 65. aut Juramentum (2840) accesserit. *L. f. C. h. ibi* 14
Barbos. NON etiam locum habet contra instrumentum depositi, (2841) 15
nec contra securitates functionum (2842) publicarum; *14. §. 1. C. h. Carpz.* 16
L. 1. Resp. 90. n. 2. Confessionem dotis acceptae, factam a marito post instru- 17
mentum (2843) dotale; *dd. LL.* Rationes argentariorum; *Nov. 136. c. f.* 18
(2844) Cautiones, quae anteriorem (2845) continent debiti causam; *f.* 19
13. C. h. 25. in f. de probat. Transactiones; (2846) *11. C. h. & ibi Barbos.* 20
Confessiones & Promissiones, quae non factae sunt spe futurae numeratio- 21
nis, nec se fundant (2847) in aliquo dato vel accepto. *Barbos. ad L. 5. n. 1.*
C. h. vid. L. 6. C. h.

R Adversarius numerationem probare (2848) debet; *3. C. h. Carpzov.* 22
p. 1. c. 32. def. 66. num. 5. hodie tamen non (2849) ubique; *Perez. in C. h.* 23
n. 7. Groenew. ad h. t. n. 5. & seqq. qui si probaverit eam per testes & instru- 24
menta, punitur negans: (2850) secundum *Aut. contra. C. h.* [quod hodie 25
etiam non ubique observatur, sed negans arbitrarie punitur. *Pe-*
rez. h. n. f. Groenew. ad d. Aut. contra. C. h. & ibi Barbos. num. 13.]
si me-

1 *An quoque datur seu scriptura, ut [illegible] confessio, sive principalibus debitoribus?* R. Affir.
2 *An etiam datur creditoribus debitoris, v. g. si contraxit [illegible]?* R. Affir.
3 *Adversus quos datur Querela non numeratae pecuniae?* R. Adversus omnes, quibus spe futurae numerationis talis scriptura tradita est.
4 *An etiam adversus [illegible] heredes hac Querela datur?* R. Affir.
5 *Num vero hac Querela etiam inter [illegible] datur?* R. Affir. *Vid.* Lauterb. d. l. §. [illegible].
6 *Quaenam Condictio pertinet ad Objectum hujus Querelae?* R. Condictio, quae ex mutuo, (si scilicet quis simpliciter numerationem confessus sit, nec redhibitionem promiserit. Lauterb. d. l. §. [illegible].) ex stipulatione, ex literis, sive ex chirographo.
7 *An & confessio accepta dotis Objectum hujus Querelae constituat?* R. Affir.
8 *An & pignoris vel hypothecae constitutio?* R. Affir.
9 *An & Apocha, seu securitas [illegible]?* R. Affir.
10 *An etiam contra partem Cautionis tantum hac Querela datur?* R. Affir.
11 *In quibus ergo negotiis regulariter datur?* R. Generaliter dicendum, hanc Querelam regulariter locum habere contra omnes confessiones, & in omnibus negotiis, in quibus quis, spe futurae numerationis, sive solutionis, aliquid accepisse confessus est, propterea que aliquid dedit, vel promisit.
12 *An etiam in Cambiis hac Querela N. N. P. locum habet?* R. Affir. *Vid.* Lauterb. [illegible].
13 *An quoque hac Querela datur, licet Instrumentum [illegible], quod [illegible] habet [illegible]?* R. Affir. quia debitor etiam ad hoc tradendum spe futurae numerationis deceptus esse potest.
14 *An etiam datur, licet Instrumentum juramenti [illegible] habet, v. g. [illegible], me accepisse [illegible], quae sub juramento me redditurum promitto?* R. Affir. Quia tacite subest conditio, si non accepero.
15 *An hac Querela etiam locum habet contra securitatem seu instrumentum depositi, si sc. quis scriptura data confiteatur, se depositum accepisse?* R. Neg. *Vid.* Brunnem. ad l. [illegible] C. h. t.
16 *An vero locum habet hac Querela contra securitates functionum publicarum?* R. Locum non habet. Hinc, si e. g. Fisci administratores, seu exactores collationum publicarum Apocham tributo soluto dederint, ipsi contra Apocham hanc exceptionem N. N. P. opponere haud possunt.
17 *An vero datur contra confessionem dotis acceptae, factam a marito post instrumentum dotale?* R. Non datur.
18 *An tamen haec exceptio N. N. P. contra Rationes argentariorum datur?* R. Neg.
19 *An vero haec exceptio locum habet contra Cautiones, quae [illegible] debendi causam?* R. Neg. [illegible] praesumitur confiteri, quod non accepit.
20 *Num tamen haec exceptio contra Transactionem conceditur, h. e. si ex causa transactionis quis confessus sit, se pecuniam accepisse?* R. Neg.
21 *An vero locum habet haec exceptio N. N. P. contra Confessiones & Promissiones, quae non factae sunt spe futurae numerationis, nec se fundant in aliquo dato vel accepto?* R. Neg. Item haec non spectant negotia, in quibus aliquis ex alia, quam numerationis causa se pecuniam accepisse confessus est, quamvis causa debendi in ipsam confessionem incidat, v. g. ex donatione, locatione, vel simili causa, quia hic cessat ratio ipsius Querelae introductae.
22 *Quis est effectus praecipuus dictae Querelae?* R. Ut adversarius numerationem, quam fecisse dicit, probare cogatur. Haec probatio onera propterea incumbit adversario, quia is, qui exceptionem N. N. P. allegat, nullum factum affirmat, sed negat, cujus per naturam nulla directa probatio.
23 *An tamen hoc adhuc [illegible] hodie observatur?* R. Neg.
24 *Quomodo, si ad versarius numerationem per ordinariam viam probaverit, sc. per testes vel instrumenta, negans [illegible] propter [illegible] punitur?* R. Secundum Auth. Contra. C. de.
25 *An hoc hodie [illegible] adhuc observatur?* R. Neg. sed negans arbitrarie punitur.

 1 *Quo-*

si mediante juramento neganti delato, tum negans tantum in expensas 1
condemnatur. *Aut. contra. C. h. Nov. 18 c. 8.* Si non probaverit adversa- 2
rius, [1] excipiens definitive absolvitur; *Sichard. ad L. 3. n. 1. C.* [2] a-
gens, replicans, vincit, & cautiones, apochas, &c. recipit; *1. C. h. 1. §. 1. de condict. sine causa.* [3] si denunciavit aut (2851) protestatus est, querela
hæc fruitur in perpetuum. *l. 14. § f. C. h.*

Exceptionem hanc (2852) EXCLUDIT * I PRÆSCRIPTIO biennii E 3.4
continui a tempore (2853) interpositæ confessionis · *§. un. I. de lit. obl. 14. pr. C. Sichard. ad rubr. C. h. n. 10.* elapso biennio querela hæc privilegiata 5
(2854) non movetur, *l. 10. 14. pr. C.* nec debitor creditori eo nomine 6
Juramentum deferre (2855) potest · *14. § 3. C. ibi Sichard. & Donell.* De- 7
bitor tamen auditur, si probare velit, numerationem non esse factam,
(2856) nam habet generalem doli exceptionem, *3. C.* quæ sua natura
perpetua est. *5. §. f. de dol. mal. exc. vid. not. ad d. tit. Bach. V. 1. D. 20. lit. c. Perez. in C. h. num. 14. Barbos. in 13. §. 10. C. h. Sichard. in 14. pr. C. h. num. 6. Riccius. part. 2. decis. collect. 250. vid.* (2857) *Carpz. p. 1. c. 32. d. 66 & 67.* ¶¶¶. *Vinn. lib. 1. quæst. 41. & ad l. h. n. 7. & seqq.* In dote præscribitur 8
hæc exceptio, si matrimonium solvitur intra biennium, anno continuo a
tempore soluti matrimonii. *L. f. & seq. Aut. quod locum habet. C. de dot. caut. non num.* Si vero matrimonium solvitur post biennium intra de-
cennium, tollitur hæc querela tribus mensibus; si matrimonium durat
ultra X annos, tum plane (2858) cessat hæc querela. *Aut. quod locum, C. d. t. ibi Barbos.* Contra Apocham Creditoris XXX diebus præscribitur, *14.* 9
§. 2. C. nec postea probaturus, nihil aut minus esse solutum, auditur. 10
(2859) *Carpz. p. 2. c. 29. def. 19.* ¶¶¶. *Sichard. ad L. 14. §. 2. C. h. num. 5. ibi Barbos. num. 31.* NON præscribitur contra (2860) minorem. *L. f. C. in* 11
quib. causis in integr. rest. non est necessaria. Absentes (2861) contra hanc 12
præscriptionem restituuntur in integrum. *arg. 1. Ex quib. caus. maj. junct. 14. in f. pr. C. h. Sichard. in d. 14. pr. num. 8. Donellus in d. 14. pr. n. 14.* Se- 13
mel mota (2862) est perpetua. *l. 14. §. f. C. h. Donell. ad rubr. C. h. in f. & ad L. 14. §. 2. num. 3. in fin.*

* II AGNITIO debiti, e. 14

* Expressa: (2863) *arg. 4. C. h. 13. C. h. Donell. ad L. 4. C. h. num. 6. & ad 14. §. 1. C. h. n. 9. Barbos. ad 4. C. h. n. 4. 5.* Debitor tamen auditur contra- F 15 16
rium (2864) probaturus. *arg. 13. C. h. 25. § f. d. probat.*

* Tacita: facta, v. g. usurarum, & partis solutione sine (2865) protesta- G 17
tione. *4. C. h. ibi Donellus. n. 5. 6.* ubi ad contraria resp. *vid. Barbos. ad L. 4. C. h. n. 6. 7.*

* III RE-

1 *Quomodo vero punitur negans, si adversarius extraordinario modo, mediante scil. juramento, neganti delato, (quod adversarius facere potest) numerationem probaverit?* ℞. Tunc negans non punitur, nisi in expensas, circa probationes factas, Actoris juramento declarandas, *cit. Auth.* & ibi Dn. Brunnem. quoniam nunc magis ob religionem, quam ex veritate confessus videtur: si vero tutor vel curator ita neget, non pupillo aut minori, sed sibi officit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 79.*

2 *Quid autem obtinet, si adversarius numerationem seu solutionem non probaverit?* ℞. Tunc diversus est effectus. Aut enim (1) Reus querelam hanc opposuit per modum exceptionis, & definitive absolvitur; vel (2) si Actor per modum replicationis eam contra apocham opposuerit, tunc Reus, solutione non probata, condemnatur, sin (3) per modum protestationis, querela hæc redditur perpetua; si vero (4) per actionem, creditor condemnatur, ut cautiones, apochas & pignora eo nomine accepta restituat. *Vid.* Lauterb. *cit. l. §. 80.*

3 *Quænam hanc querelam, seu exceptionem N. N. P. excludunt?* ℞. (1) Præscriptio, (2) Agnitio debiti, & (3) Renunciatio.

4 *Qualis autem Præscriptio eam excludit?* ℞. Præscriptio biennii, (olim quinquennii. *§. un. J. de lit. oblig.*) quod tempus est *continuum*, & incipit currere a tempore interpositæ confessionis vel cautionis.

5 *An ergo elapso biennio hæc exceptio moveri amplius non potest?* ℞. Privilegiaria amplius non potest moveri.

6 *An post biennium nec debitor creditori eo nomine juramentum deferre potest?* ℞. Non potest.

7 *An tamen debitor post biennium audiendus, si probare velit, numerationem seu solutionem non esse factam?* ℞. Affir. nam hic debitor habet generalem doli exceptionem, quæ sua natura perpetua est.

8 *Quonam temporis spatio hæc querela in dote præscribitur?* ℞. Si matrimonium intra biennium solutum sit, hæc querela præscribitur anno continuo, a tempore soluti matrimonii computando; si vero post biennium, & intra decennium solutum sit matrimonium, hæc exceptio tribus mensibus præscribitur; & si matrimonium ultra decennium duraverit, tunc plane cessat hæc querela.

9 *Quanto temporis spatio contra apocham creditoris præscribitur?* ℞. Triginta diebus; tum, quia Jus favet liberationibus, tum etiam, quia non præsumitur, creditorem adeo facilem fuisse ad tradendam apocham, si non accepisset pecuniam, quale quid in debitore, mutuam pecuniam petente & egente facilius præsumitur: nam non tam faciles sunt creditores in tradendis apochis, quam debitores in chirographis.

10 *An tamen transactis hisce 30 diebus creditor probaturus, nihil, aut minus esse solutum, auditur?* ℞. Neg. Ecclesiam tamen perpetuo hanc exceptionem *N. N. P.* opponere posse, tradit Carpzov. *p. 2. c. 29. d. 19.*

11 *An præscribitur quoque huic querela intra biennium contra minorem?* ℞. Neg.

12 *Quomodo absentibus contra hanc præscriptionem succurritur?* ℞. His in integrum restitutio datur.

13 *An hæc querela semel mota est perpetua?* ℞. Affir.

14 *Quid (2) excludit hanc querelam?* ℞. Agnitio debiti.

15 *Quotuplex autem est agnitio debiti, quæ querelam N. N. P. excludit?* ℞. Duplex: Expressa & Tacita.

16 *An tamen debitor, licet expresse debitum agnoverit, adhuc auditur contrarium probaturus?* ℞. Affir.

17 *Quomodo tacite agnoscitur debitum?* ℞. Factis, e. g. per usurarum, vel partis sortis solutionem, vel pignorum ex post facto constitutionem.

1 *Quid*

* III *RENUNCIATIO* facta e. 1
post cautionem ex (2866) intervallo: *arg. 4. C. h. Sichard. ad 3. C. h. n. 13.* 2
Scaccia de commerc. §. 1. gloss. 8. n. 3. Carpz. p. 1. const. 32. def. 65. Renunci- 3
ans in ipsa cautione nihil (2867) agit. *Sichard. ad L. 3. C. h. n. 10. Raphael de*
Turri Disp. 2. quaest. 16. n. 26. Scaccia d. l. Carpz. d. def. 65. ubi tamen jura- 4
tam (2868) renunciationem admittit. (2869)

DE JUREJUR. SIVE VOLUNT. SIVE NECESS. SIVE JUDICIALI. XII. 2.

H JUSJURANDUM [*vid. Benekendorf. in addit. ad praefat. Seraphin. de Se-* 5
D *raphin. tr. de privileg. Juram.*] est religiosa rei alicujus asseveratio, in
cujus majorem fidem Deus ipse, ut vindex & ultor perfidiae, invocatur.

N Jurare Christiani possumus, (2870) *Exod. 22. vers. 11. Deut. 6. vers. 13.* 6
& c. 10. vers. 20. c. 26. X. de jurejurand. Gerhard. loc. Theol. tom. 3. de lege mo-
ral. §. 116. Amesius de conscient. lib. 4. c. 22. quaest. 1. Balduin. de casib. consc.
lib. 2. c. 9. cas. 1. non tamen temere. *c. 26. circa fin. X. h. Gerhard. d. l.* 7
§. 118.

C Causa efficiens proxima est voluntas jurantis, quam exprimit verbis, 8. 9
literis, vel per intermediam personam, nuncium scil. & (2871) procura- 10
torem; *L. 9. §. p. L. f. §. f. h. c. f. de Jur. cal. in 6. Carpzov. p. 1. c. 12. d. 39.*
modo speciale (2872) mandatum habeat, *d. c. f. c. 4. de procurat. in 6.* ve-
litque procurator, *34. §. 3. h.* & deferens. (2873) *arg. 3. § f h. L. 12. §. 4.*
C. h. Carpzov. d. l n. 2. Bachov. V. 1. D. 21. θ. 1. lit. a. In foro Saxon. jura- 11
mentum per procuratorem & nuncium praestari nequit. (2874) *Carpz.*
d. l. & lib. 1. def. 50. n. 4.

S Jurant, qui juramenti vim & rem, de qua praestandum, intelligunt; 12
Balduin. d. c. 9. cas. 5 in pr. pubertati proximi, (2875) *26. pr. h. c. 1. X. de* 13
delict. pueror. junct. c. 28. X. h. Seraphin. de Seraphin. d. tr. privil. 83. num. 18.
& ibi Benekend. in addit. Carpzov. l. 2. R. 82. n. 1. & lib. 3. R. 62. n. 3. si ve-
lint; *Can. parvuli: 22. quaest. 5. Seraphin. d. l. num. 15.* minores; *L. 1. &* 14
seq. Aut. Sacramenta. C. si advers. vendit. arg. 26. pr. h. prodigi. *arg. 26.* 15
pr. h. c. 28. X. h. *NON FACILE* jurent suspecti (2876) de perjurio. *Can.* 16
ille, qui hominem. 22. quaest. 5. L. 2. C. de indict. viduit. Balduin. d. l. cas. 5.
§. 6. cas 19. num. 5. Carpzov. lib. 3. def. 50. num 6. vid. Ames. d. l. §. 38.

Plane

1 *Quid (3) excludit hanc querelam seu exceptionem N. N. P.?* ℞. Renunciatio hujus exceptionis.

2 *Quomodo autem hæc Renunciatio comparata esse debet, ut querelam N. N. P. excludat?* ℞. Debet post cautionem seu datum chirographum esse ex intervallo.

3 *An ergo renuncians in ipsa cautione, seu ipso chirographo hac exceptione N. N. P. privatur?* ℞. Non privatur: quia hæc renunciatio pariter fit spe numerationis, cum regulariter omnis obligatio scribatur ante acceptam pecuniam.

4 *Num tamen jurata renunciatio hanc querelam N. N. P. excludit?* ℞. Volunt hoc aliqui, cum sic renuncians, si contra hanc suam juratam promissionem veniret, perjurus fieret.

5 *Quid est Jusjurandum?* ℞. Est actus religiosus, quo quis, in alicujus enunciationis majorem fidem, invocat Deum, tanquam ultorem & vindicem, si fallat. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 3.*

6 *An Christianis jurare est permissum?* ℞. Affir. quia, cum juramentum ad veritatem eruendam fiat, ad gloriam Dei tendit.

7 *An tamen juramentum temere, h. e. absque necessitate ac justa causa præstari potest?* ℞. Neg. ne scil. ob hoc gravissimum delictum, pœna temporali & æterna afficiamur.

8 *Quænam est causa efficiens proxima Jurisjurandi?* ℞. Voluntas jurantis.

9 *Quomodo jurans hanc voluntatem exprimit?* ℞. Verbis, vel literis, h. e. scriptura & aliis signis æquipollentibus, licet juraturus loqui possit, & hoc quoad Jus Civile & Canonicum. Zœs. *ad tit. de Jurej. n. 11.* ubi addit, securum tamen esse, ut, qui loqui possit, præsens præsenti juret per verba.

10 *An etiam per intermediam personam hoc facere potest?* ℞. Affir. Per nuncium scil. & Procuratorem, modo *speciale* mandatum habeat, veluti que Procurator & deferens.

11 *An etiam in foro Saxonico juramentum per Procuratorem & nuncium præstari potest?* ℞. Neg.

12 *Quinam jurare & juramentum cum effectu præstare possunt?* ℞. Omnes, qui juramenti vim & rem, de qua illud præstandum, intelligunt, nec Lege specialiter prohibentur. *arg. c. ad.* ibi *Judicium. 2 de Jurejur.*

13 *An ergo pubertati proximi jurare cum effectu possunt?* ℞. Affir. si sc. velint: alias enim, si nolint, differtur juramenti præstatio ad annos plenæ pubertatis, postquam nempe annum decimum octavum sunt egressi.

14 *An etiam minores, qui sc. pubertatem, sed nondum 25 ætatis annum compleverunt, juramentum, quoad effectus juridicos, præstare possunt?* ℞. Affir. præsertim, si annum decimum octavum sunt egressi, uti modo dictum.

15 *An & prodigi cum effectu jurare possunt?* Affir. ita tamen, ut Jure Civili, ratione bonorum, sine Curatore exinde non obligentur. *arg. l. f. C. de LL.* vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 9.*

16 *Quinam non facile ad juramenti præstationem admittuntur?* ℞. De perjurio suspecti. Interdum tamen hujusmodi homini juramentum deferens non intendit ut juret, sed ut ejus metu veritatem forte eliciat. *Vid.* Lauterb. *d. l. in fin.*

Plane NON admittuntur infantiæ proximi, *arg. §. 9. I. de inutil. stip.* 1
furiosi, mente capti, ebrii. *Can. Honestum 16. c. 22. quæst 5 Balduin. d. l. cas. 5 & 19. num. 4.*

O Materia est alicujus rei assertio sine æquivocatione verbali aut (2877) 2
mentali, *vid. Ames. d. l. §. 18* secundum mentem deferentis. *can. quacunque* (2878) *extr. & seq. 11 & 12. c. 22. quæst 5. Balduin. d. l. cas. 7.* In Ju- 3
ramento veritatis de certa scientia; in Juramento credulitatis de justa o-
pinione. In rebus præteritis & præsentibus requiritur veritas; (2879) in 4
futuris justitia. (2880) *c. 26. X. h.* propter (2881) *c. 14. X. h.* Non obli- 5
gat ad turpia, naturaliter talia; *c 58 de R. J. in 6. Can. 3. 4. 5. 10. c. 22. qu. 4. vid. Balduin. d. c. 9. cas 8. n. 10. Ames. d. c. 21. §. 30.* & civiliter (2882) ta- 6
lia, secundum jus (2883) civile: *5. in f. C. de LL. 7. §. 16. de pact. vid. 42. de V. S.* obligat vero secundum Jus Canon. & (2884) hodiernum, nisi 7
tertio aut æternæ saluti præjudicium immineat. *c. 28. X. h. c. 2. de pact. in 6. Fr. h. n. 9. Bachov. V. 1 D. 11. h. 9. lit. C. & D. 11. th. 2. lit. B.* NON est ju- 8
randum de rebus exiguis: *Balduin. d. cas. 4.* si tamen juratum, servetur. 9
Balduin. d. c. 9. cas. 11.

R Verus DEUS est invocandus; *ut in D. Deut. 6. vers. 13. & cap. 10. vers. 20.* non etiam per Deastros jurandum: *Jerem. 5. vers 7. L. 5. §. 3. h.* obli- 10 11
gatur tamen (2885) per hoc, qui eos pro DEO colit. *5. §. 1. h. Balduin. d.* 12
c. 9. cas. 3. Hinc Christianus a Gentili in gravissima causa tale juramen- 13
tum accipere (2886) potest, exemplo Jacobi & Labanis. *Gen. 31. vers. 53. Ames. d. c. 22. § 40. Balduin. d. cas 3. Grotius de J. B. & P. lib. 2. c. 13. n. 12. Fr. h. n. 13.* De Judæorum (2887) Juramentis *vid. Ord. Cam. p. 1. tit.* 14
86. Mynsing. cent. 6. O. 20. Non per creaturas. *Matth. 5. vers. 34. c. 26. X.* 15
h. Balduin. d. c. 9. cas. 9. Gerhard. d. l. §. 119. vid. Nov. 8 in fin. Invocatur 16
autem vindicta Dei EXPLICITE: v. g. Deus me perdat, GOtt straffe 17
mich; ita me Deus adjuvet, Als mir GOtt helffe: *vid. Fr. h. num. 19.*
quod hodie requiritur ad solenne & corporale juramentum. *Carpzov. p.* 18
2. c 16. d. 6. num. 16. vid. Rauchbar l. 2. quæst 69 per tot. IMPLICITE: 19
v. g. Deus sit testis; Per Deum; Deus novit, So wahr GOtt lebt;
GOtt GOtt ist. *Berschamp. in Thesaur. pract c. 26. §. 1. num. 14. 15.*
per animam & propriam salutem, Ich will nicht selig werden; Ich will
GOttes Angesicht nicht schauen: *vid. Rom. 1. vers. 9. 2. Cor. 1. vers. 23. L.*
33. h. Ames. d. c. 22. §. 17. hæc tamen non sufficiunt, ubi solenne requiri- 20
tur juramentum. *Carpz. p 2. c. 16. d. 6. num. 12. Berschamp. d. tr. c 30. §. 1.*
n. 20. 28. 30. NON est juramentum, cum quis jurat per alienam (2888) sa- 21
lutem,

1 *Quinam ad juramentum praestandum plane non admittuntur?* R. Infantes, pupilli, furiosi, mente capti & ebrii, ob defectum judicii, & quia non intelligunt, quid agunt: quare, ut olim, ita hodie per aetatem a juramento exigendo exclusum est. Con. Hennsfurt. cl. c. 11. q. 5.

2 *Quaenam est materia juramenti?* R. Est vel aliorum affirmatio sine aequivocatione verbali aut mentali, secundum mentem deferentis juramentum.

3 *De quo juratur in juramento veritatis,* (R. De certa scientia) *& de quo juratur in juramento credulitatis?* R. De justa opinione.

4 *Quid, veritas juramenti, in rebus praeteritis & praesentibus requiritur,* (R. Verum) *& quid in futuris?* R. Praeter veritatem etiam Justitia. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 11.*

5 *An juramentum obligat ad turpia naturaliter talia?* R. Neg.

6 *An tamen juramentum secundum* Jus Civile *obligat ad turpia civiliter talia?* R. Neg.

7 *An vero juramentum obligat ad turpia secundum* Jus Canonicum *& hodiernum?* R. Affir. nisi turpia sint, aut aeternae saluti praejudicium inferant. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 13.*

8 *An de rebus incertis est jurandum?* R. Neg.

9 *Si tamen de illis rebus juratum, an servari debet?* R. Affir.

10 *Quis in juramento est invocandus?* R. Verus Deus, ut sc. sit vindex & ultor perjurii. Juramentum enim ideo interponitur, ut major fides habeatur, propterea que ille invocandus, qui scit verum aut falsum esse, quod affirmatur, & qui ex justitia sua impunem non sinit mendacem atque fallentem, quem omnino nemo potest, nisi unicus omniscius, justissimus & omnipotens DEus. *Deut. cap. 6. v. 13.*

11 *Annon ergo etiam per Deos falsos jurari potest?* R. Neg. quia juramentum est species cultus soli Deo debiti. Ipse enim Deus praecepit, ut tantum per suum nomen juretur.

12 *An tamen per tale juramentum obligatur, qui sic pro Deo colit?* R. Affir.

13 *An ergo Christianus a Gentili in gravissima causa tale juramentum accipere potest?* R. Affir. quia a tali homine, cum verum Deum non colat, juramentum aliud exspectandum, quale habere possit. Sed quoniam Gentiles quoque ex lumine naturae Deum agnoscunt, solitum ab ipsis Juramentum per Creatorem coeli & terrae, vel etiam in genere postulari. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 16.*

14 *Ubi de Judaeorum juramentis agitur?* R. In Ordin. Cam. & apud Mynsing. cent. loc.

15 *An etiam per creaturas jurari potest?* R. Neg. tale enim juramentum est idololatricum.

16 *Quotupliciter autem vindicta Dei invocatur?* R. Dupliciter: explicite & implicite.

17 *Quomodo explicite Dei vindicta invocatur?* R. E. g. Deus me perdat, GOtt strafe mich; vel Deus me adjuvet, Als mir GOtt helffe.

18 *Quaenam verba hodie ad solenne & corporale juramentum requiruntur?* R. Verba ultima *Juramenti praeced.* nempe, Als mir GOtt helffe, vel, So wahr mir GOtt helffe.

19 *Quomodo implicite invocatur Dei vindicta?* R. E. g. Deus sit testis. Per Deum. Deus novit: So wahr GOtt lebet, So wahr GOtt GOtt ist. Item, per animam & propriam salutem. Ich will nicht selig werden, Ich will GOttes Angesicht nicht schauen.

20 *An autem haec sufficiunt, ubi solenne requiritur juramentum?* R. Neg. quia in Imperio Romano tantum verba: So wahr mir GOtt helffe, und sein heiliges Wort, in juramentis solennibus adhibentur, in quibus hodie forma essentialis juramenti consistit.

21 *An etiam juramentum est, si quis jurat per alicujus salutem?* R. Neg. quamvis negandum non sit, hoc olim pro juramento habitum fuisse, uti id patet ex *l. 4. h. t. & l. 41. C. de transact.* nec non ex Sacra Scriptura, vid. Genes. *42. vers. 15.* ubi Josephus per salutem Pharaonis juravit.

lutem, *v. 3. §. f. 4. ff. 1. C. h. 41. C. de transact. L. 13. §. f. h.* item bey Kön. 1
Fürstl. Gräfl. rc. Treu und Glauben; (2889) item: So wahr ich ein
ehrlicher Mann bin; Ich will nichts werth, oder, Ein Schelm seyn:
(2890) *vid. Berlichamp. Th. pr. c. 30. §. 1 & 3. n. 57. & seqq. Amts. d. l. & §. 16.*
quamvis priora a personis illustribus facta, de consuetudine (2891) vim 2
juramenti habeant. *Gail. l. 2. O. 59. n. 2. Carpzov. p. 2. c. 16. d. 5. num. 2. Berlichamp. d. c. 31. § 2 4. num. 54. vid. omnino* (2892) *Carpzov. d. d. 5. & p. 2. c. 36. d. 9 & 10. Fr. h. num. 25. Rauchb. p. 2. quaest. 2. num. 58.* Neque jura- 3
mentum est asseveratio loco juramenti, an Eydes statt, facta; *Ruland. de commiss. p. 2. l. 2. cap. 11. n. 32. Berlichamp. Thesaur. pr. c. 30. §. 1. Carpzov. p. 2. c. 16. def. 6.* licet proxime ad juramentum accedat, & secundum quosdam
ejus vim habeat: *Rauchb. p. 2. quaest. 2. num. 59. Berlichamp. d. tr. c. 29. §. 4. num. 48.* nec est, cum quis execratur, Diabolus me abripiat. (2893) *Fr.* 4
h. n. 33.

R Ad Juramentum corporale & *SOLENNE*, zu einem zierlichen, ge- 5
lehrten, (2894) cörperlichen oder leiblichen Eyd, *vid. Rauchb. p. 2. quaest. 2. num. 90.* [quod quandoque requiritur, *Ruland. d. l. num. 34. Berlichamp.* 6
d. tr. c. 30. §. 1. Carpzov. d. d. 6.] omnino necessariæ (2895) sunt solennita- 7
tes: *dd. DD. vid. Alex. ab Alexandr. lib. 5. gen. dier. c. 10. Balduin. lib. 2. c. 9. cas. 6. Berlichamp. d. l. Hahn. h. n. 6.* Erectio digitorum in viris; *Ord.* 8
Crim. art. 107. manus mulieris dextræ ad sinistrum (2896) pectus impo- 9
sitio. *Carpz. p. 2. c. 16. def. 6. n. 3. & lib. 3. Rf. 49. n. 4. Balduin. d. l. & dd. DD.*
Adducuntur etiam alia (2897) solennia: *vid. dd. DD.* tamen etiam sine his 10.11
juramentum dicitur corporale, dummodo priora adsint. *Rauchb. Carpz. dd. LL. vid. Fr. h. n. 18. Anne. Robertus lib. 1. rerum judicat. c. 1.* Hæc so- 12
lennia juraturus explicentur. *vid. Balduin. d. l. in fin. Berlichamp. Thesaur. pract. c. 30. §. 1. num. 25.*

E Omne licitum (2898) juramentum obligat jurantem ad sui impleti- 13
onem, *c. 28. X. de jurejur. c. 2. de pact. in 6.* & ratione perjurii est persona- 14
lissimum, *Carpzov. p. 2 c. 36. def. 7.* nec heredem (2899) onerat: *Amts. lib. 4. c. 22. num. 31. Ant. Matth. de crimin. lib. 47. tit. ult. c. 1. n. 3.* quod si
dolo [*vid. infr. 3.*] contra fiat, (2900) committitur perjurium. (2901) 15
vid. omnino Balduin. d. l. c. 9. c. 17. Matth. d. l. c. 1. n. 1. Berlichamp. d. c. 30. §. 1. Carpz. tr. crim. p. 1. qu. 46. per tot.

O Juramenti vim impediunt, (2902) furor & ebrietas; de quibus 16
supr. in S. [de Errore jurantis, (2903) *vid. Amts. d. c. 22. §. 18. Rauchb.* 17
d. p. 2. quaest. 4. num. 35.] Superioris prohibitio; (2904) *Rauchb. d. l.* 18
num. 30.

1 *An vero pro juramento est habendum, si quid asseratur* bey Königl. Fürstl. Gräfl. *&c.* Treu und Glauben; *Vel sub verbis:* So wahr ich ein ehrlicher Mann bin; *Vel:* Ich will nichts werth, oder ein Schelm seyn? ℞ Neg. quia etiam in his deficit invocatio nominis Divini in vindictam.

2 *An tamen priora verba, a personis* illustribus *prolata, de consuetudine vim juramenti habent?* ℞. Affir. & ita in Camera Imperiali An. 1543 judicatum. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 20.*

3 *An & asseveratio loco juramenti facta est juramentum?* ℞. Neg. licet talis asseveratio proxime ad juramentum accedat, & secundum quosdam Dd. ejus vim habeat. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 19.* & Schilter. *ad ff* Ex. 23. *§. 24.*

4 *An juramentum est, si quis execratur, Diabolus me abripiat?* ℞. Neg.

5 *Quomodo* germanice *vocatur Juramentum corporale & solenne?* ℞. Ein zierlicher, gelehrter, cörperlicher oder leiblicher Eyd.

6 *An tale juramentum quandoque requiritur?* ℞. Affir. toties nempe, quoties juramentum pro confessione actus, per se validi, requiritur.

7 *An vero ad hoc* corporale *juramentum omnino necessariae sunt solennitates?* ℞. Affir. unde etiam *solenne* dicitur.

8 *Quaenam solennitas requiritur in viris?* ℞ Ut tres priores digiti erigantur, vel liber Evangeliorum tangatur.

9 *Quaenam solennitas requiritur in foeminis?* ℞. Ut manus dextra ad pectus sinistrum ponatur.

10 *An etiam alia solennia adduntur?* ℞. Affir.

11 *An tamen etiam sine his juramentum corporale dicitur?* ℞. Affir. dummodo *priora* adsint: contra inconsuetas enim ceremonias excipi potest. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 21.*

12 *An haec solennia juraturis sunt explicanda?* ℞. Affir. ut sc. eo magis a perjurio abstineant.

13 *An omne juramentum* licitum *obligat jurantem ad sui impletionem?* ℞. Affir. ne scil. nomen Dei profanetur, si contra fiat.

14 *An vero omne juramentum licitum ratione perjurii est personalissimum, nec heredes onerat?* ℞ Affir. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 23.*

15 *Quando perjurium committitur?* ℞. Si dolo contra fiat.

16 *Quaenam juramenti vim impediunt?* ℞ Furor & ebrietas.

17 *An & error jurantis juramenti vim impedit?* ℞. Affir. ob veri consensus defectum, si sc. error circa substantiam vel propriam promissionis causam intervenerit. si enim circa circumstantiam aliquam & partem accidentalem contigerit error, tunc vinculum & obligationem non impedit. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 32.*

18 *An vero perjurii reus sit, si superior, cui res promissae sunt subjectae, sc. vi supereminentis dominii ex que justis & legitimis causis prohibeat, vel ne promissum praestetur, vel, ne ille, cui jurato aliquid promissum, illud, licet ultro oblatum, accipiat, idque vel in poenam, vel ob publicam utilitatem?* ℞. Neg. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 25 & 26.*

num. 30. Amef. d. c. 22. §. 35. Grot. lib. 2. c. 13. n. 20. Matth. d. c. 1. n. 7. L. 19. § 1. de pollicitat. aliudve impedimentum; (2905) *Matth. d. l. n. 7. in f.* 1
Defectus causæ, (2906) propter quam quis juravit; *Amef. d. l. §. 36.* Re- 2
missio illius, cujus causa unice (2907) juratum. *Amef. d. l. §. 36. vid. Balduin. d. c. 9. cas. 17. 18.* 3

Juramentum, quod vi extortum, non quidem ipso (2908) jure nul- 4
lum, dummodo honestam (2909) causam contineat: *Bachov. V. 1. D. 11. §. 4. lit. d. & V. 3. D. 11. §. 1 lit. c. Carpzov. p. 2. c. 35. d. 3. Rauchb. part. 1. qu. 4. n. 34.* per restitutionem tamen in integrum sive absolutionem (2910) rescinditur. *Aut. Sacramenta. C. si advers. vend. c. 2. §. 15. 28 X. h. t. c. 2. 4. X. de his, quæ vi met. caus. §.* Multi tamen volunt, hoc juramentum consci- 5
entiam obligare: *Gerh. loc. Theol. tom. 3. de Leg. mor. §. 123. Amef. lib. 2. c. 22. §. 27. Grot. lib. 2. c. 13. n. 14. Ant. Matth. d. c. 1. num. 5. Balduin. d. c. 9. cas. 11.* Idem est in Juramento dolo (2911) exacto. *c. 28. X. h. t. quamvis. 2. de pact. in 6. Bachov. V. 1. D. 11. §. 10. lit. a. Rauchb. d. q. 4. n. 35. Matth. d. c. 1. num. 5. vers. idem fere censendum. &c. vid. tamen Balduin. d. c. 9. cas. 14.* 6

† Juramentum dividitur ratione objecti & finis in promissorium, as- 7
D sertorium & mixtum. * *PROMISSORIUM*, in quo futurum aliquid A 8
† promittitur, est judiciale vel extrajudiciale. *Tab. ad W. h. quæst. 7. Benekend. in addit. ad præfat. Seraph. de Seraphin. tr. d. priv. jur. num. 27.* 9

D * *JUDICIALE*, quod respicit judicium, (2912) præstant Judex & As- B 10.11
sessores; (2913) *de quo in L. 14. pr. & seq. Aut. hodie. C. de judic. Ord. Cam. p. 1. tit. 57.* Secretarii & Scribæ; *Ord. Cam. p. 1. tit. 59. 79.* Advocati; *14. §. 1. C. de judic. Ord. Cam. p. 1. tit. 62. 64.* Procuratores, *Ord. Cam. p. 1. tit. 63.* Testes; *Ord. Cam. p. 1. tit. 77.* Nuncii & similes. *Ord. Cam. p. 1. tit. 80. 83. 84.* Huc pertinet etiam Juramentum respondendorum. (2914) 12
Ord. Cam. p. 1. tit. 71.

D * *EXTRAJUDICIALE* respicit causas extrajudiciales, quæ sunt b. 13.14
vel * *PUBLICÆ*, & quidem vere tales: v. g. Juramentum Regis Rom. C 15.16
de quo A. B tit. 2. Capitul. Imperat. in f. Carpz. ad L. Reg. c. 1. sect. 9. 10. Electorum, *de quo A. B. d. l. Carpz. d. tr. c. 11. sect. 9.* Homagium, *de quo Speidel in spec. Histor. voc.* Huldigung, Erb-Huldigung, Landes-Huldigung. *Ritter. tr. de homag. c. 1. concl. 20. 30.* Vasallitium, Lehens-Pflicht, *vid. Speidel. d. l. & voce* treu zu seyn. *Schrader. de feud. p. 6. c. 6. Ritter. d. c. 1. concl. 31.* Familiaritatis, sive domesticitatis, (2915)
vel

1 *An quoque cessat perjurii reatus, si promissor vel natura, vel alio modo, e. g. morbo, carcere, &c. juramento promissum præstare impediatur, vel Juris dispositione illud fiat illicitum?* ℞. Affir. hæc enim conditio ab initio tacite inesse videtur. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 27.*

2 *An & defectus causæ, propter quam quis juravit, juramenti vim impedit?* ℞. Affir.

3 *An quoque ille perjurii reus non fit, cui id, quod jurato promisit, remissum est?* ℞. Non fit.

4 *An juramentum, quod vi metuque extortum, est* ipso jure *nullum?* ℞. Tale juramentum non quidem ipso jure nullum est, si sc. honestam causam contineat: per restitutionem tamen in integrum, sive absolutionem rescinditur. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 29.*

5 *An tamen tale juramentum extortum conscientiam obligat?* ℞. Hoc multi volunt, quia coacta voluntas etiam est voluntas, & ne nomen Dei profanetur. Hinc multi Theologi & JCti consultius putant, ut tale juramentum, quantum est penes jurantem, servetur, nec pecunia soluta secundum permissionem Juris Canonici per *c. 6. x. h. t.* repetatur. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 29. seq.*

6 *An idem est de Juramento dolo exacto?* ℞. Affir. cum omne juramentum, quod in alterius præjudicium non redundat, nec in salutis æternæ dispendium vergit, sit servandum. Notabile exemplum *hujus Quæstionis* occurrit in sacris literis *Jos. 9. v. 3. seqq.* & *Sam. 21 v. 1. seqq.*

7 *Quomodo dividitur Juramentum ratione objecti & finis?* ℞. In Promissorium, Assertorium & Mixtum.

8 *Quid est Juramentum Promissorium?* ℞. In quo futurum aliquid promittitur.

9 *Quotuplex est hoc Juramentum Promissorium?* ℞. Duplex: vel Judiciale, vel Extrajudiciale.

10 *Quid est Juramentum Promissorium Judiciale?* ℞. Quod pertinet ad causas judiciales, & respicit Judicium.

11 *Quinam hoc juramentum præstant?* ℞. Judex & Assessores, Secretarii & Scribæ, Advocati, Procuratores, Nuncii & similes, quorum formulas, in Camera Imper. usitatas, vid. in Concept Käyserl. Cammer-Gerichts-Ordn. *p. 1. tit. 71. & mult. seqq.*

12 *An huc etiam pertinet Juramentum respondendorum?* ℞. Affir.

13 *Quid est Juramentum Promissorium Extrajudiciale?* ℞. Quod respicit causas Extrajudiciales.

14 *Quotuplices sunt hæ causæ extrajudiciales?* ℞. Duplices, vel Publicæ, vel Privatæ.

15 *Quotuplices sunt causæ Publicæ?* ℞. Sunt vel vere tales, vel quasi publicæ.

16 *Da exempla juramentorum, quæ causas vere publicas, h. e. vere tales respiciunt?* ℞. V. g. Juramentum Regis Roman. Electorum, Homagium, seu juramentum subjectionis, quod subditi Domino territorii præstant, Vasallagium, sive fidelitatis, quod Vasalli Dominis suis ratione feudi præstant, die Lehns-Pflicht, Familiaritatis, sive domesticitatis, vel assecurationis, Raths- Amts- oder Dienst-Pflicht.

1 An

vel assecurationis, Raths, Amts, oder Dienst-Pflicht: *Ritter. d. c. 1. concl. 32. Speidel. d. l. voc.* Huldigung. Pacificationis & confœderationis: 1
Ritter. d. c. 1. concl. 33. Waremund *ab* Ehrenberg *de fœderib. lib. 2. c. 1. num. 117.* Protectionis & clientelare, Schutz- und Schirm-Pflicht. 2
Ritter d. c. 1. num. 35. Magerus de advocat. arm. c. 9. num. 139. Speidel. d. l.
* *QUASI* publicas causas respicit Juramentum tutorum & curatorum; c. 3
de quo *in Ord. Imp. polit. de anno 1548. & 1577. tit. 32. §. item,* daß er. *Ord. Cam. p. 1. tit. 76. vid.* (2916) *Carpz. p. 2. c. 11. def. 6. n. 4. Rauchbar. lib. 2. qu. 2. num. 95.* vel

D * *PRIVATÆ*, quo pertinet Juramentum, quod * *PROMISSORIUM* in c.D 4.5
specie dicitur, quo aliquid obligationis inducendæ gratia promittitur; *c. 9. x. h. c. 9. x. de arbitr. Fr. h. n. 48.* quamvis jure civili nuda (1917) tantum sit promissio. *Fr. h. num. 49. Barbov. V. 1. D. 21. §. 2. lit. a. Beneckend. d.* 6
D *tr. priv. 19. n. 11.* & * *CONFIRMATORIUM*, d. 7
(2918) quod actum aliquem separatum præsupponit, illiusque confirmandi gratia accedit: *1. C. si advers. vendit. 41. C. de transact. cap. 28. X. h. cap. 2. de pact. in 6.* modo pietatem non offendat. *vid. Vinn. lib. 1. quæst. 15. Fr. lib. 2. Resol. 5. 6.* Jure Civili nihil (2919) civile addit. *arg 56. pr. de fidejuss. Fr. h. num. 37. & seq. 7. §. 16. de pact. 5. C. de LL.* 8 9

D Juramentum * *ASSERTORIUM*, quo quis aliquid esse, vel non esse asseverat, respicit rerum controversarum vel * *ÆSTIMATIONEM*, v. g. juramentum in litem, de quo *tit. seq.* Juramentum expensarum, (2920) de quo *Ord. Cam. p. 1. tit. 66. 67.* minorationis sive minutionis, quo in foro Sax. reus ob vim expulsivam & ablativam conventus, æstimationem ab actore factam, si illam præstare nolit, minuere tenetur, (2921) de quo *Carpzov. lib. 3. R. 56. & in tr. de process. tit. 12. art. 4. num. 11.* 2.. E 10 11 12 13
vel * *DECISIONEM*, & quidem per * *INDIRECTUM*, [1] Juramentum *DANDORUM*, (2922) de quo *in Ord. Cam. p. 1. tit. 69.* e. F 14 15 16
D [2] Juramentum *MALITIÆ*, der Eyd der Boßheit, quo quis asseverat, se illud, quod proposuit, & petiit, non malitiose proposuisse. *Ord. Cam. p. 1. tit. 74. vid. Carpz. de process. tit. 12.* 17
C *art. 1. n. 26.* Hoc oritur ex jure civili, nominatur a jure (2923) Canonico. *c. 2. §. f. de jur. Cal. in 6. Becer. cl. 6. D. 18. th. 17.* propter *Nov. 49. c. f. Rittersh. ad Nov. 9. cap. 19. num. 5. Fr. h. num. 61. Carpzov. p. 1. c. 12. def. 21. Vult. de judic. lib. 3. cap. 2. num. 20.* Exigitur vel a parte adversa, 34. §. 4. *vid.* 18.19 20

1 *An hoc quoque spectat Juramentum purificationis & confoederationis?* ℞. Affir.

2 *An & Juramentum protectionis & cloaticare,* die Schutz und Schirm Pflicht?

3 *Da exemplum Juramenti, quod causas quasi publicas respicit?* ℞. E. g. Juramentum Tutorum & Curatorum, quod initio suscipiendi officii praestandum.

4 *Quotuplex est Juramentum circa res privatas?* ℞. Duplex: Promissorium & Confirmatorium.

5 *Quid est Juramentum Promissorium in specie sic dictum?* ℞. Quo ipso aliquid, obligationis inducendae gratia, promittitur.

6 *An hoc Juramentum admittitur, quatenus sua natura & Jure Civili in ordine ad hominem non aliam producat obligationem, quam nuda promissio?* ℞. Affir. quoad Jus Canonicum tamen aliud dicitur per *c. 9. X. h. t. & c. 9. X. de arbitr.*

7 *Quid est Juramentum Confirmatorium?* ℞. Est, quod actum aliquem separatum praesupponit, illique confirmationis gratia accedit.

8 *An hoc Juramentum valet, si pietatem offendat?* ℞. Neg. tendit enim in salutis aeternae dispendium.

9 *An hoc Jure Civili quicquam* civiliter *addit?* ℞. Neg. quamvis enim interdum firmiorem reddat obligationem, inde tamen negotium invalidum ne quidem *Jure Canonico confirmat.*

10 *Quid est Juramentum Assertorium?* ℞. Quo quis aliquid esse, vel non esse asseverat.

11 *Quid respicit hoc Assertorium Juramentum?* ℞. Respicit ut plurimum rerum controversarum vel Aestimationem, vel Decisionem.

12 *Da exempla Juramentorum, quae rerum controversarum* Aestimationem *respiciunt?* ℞. V. g. Juramentum in litem, Juramentum expensarum, Juramentum minorationis, sive minutionis.

13 *Quid est Juramentum minorationis, sive minutionis?* ℞. Quo in foro Saxonico Reus, ob vim expulsivam & ablativam, conventus, aestimationem ab Actore factam, si illam praestare nolit, minuere tenetur.

14 *Quotuplici modo Juramentum Assertorium rerum controversarum* Decisionem *respicit?* ℞. Duplici: vel per *indirectum*, vel *directe.*

15 *Da exempla Juramentorum Assertoriorum, quae rerum controversarum Decisionem per in*directum *respiciunt?* ℞. Talia sunt (1) Juramentum Dandorum, (2) Juramentum Malitiae, der Eyd der Bosheit, (3) Juramentum Perhorrescentiae, (4) Juramentum Appellationum, (5) Juramentum Diffessionis, & (6) Juramentum Purgationis, seu Purgatorium.

16 *Quid est Juramentum* Dandorum? ℞. Quod praestat ille, qui offert positiones, easque hoc suo juramento confirmat.

17 *Quid est Juramentum* Malitiae, *seu Juramentum Calumniae speciale?* ℞. Quo quis asseverat, se illud, quod ponat & petat, non malitiose posuisse & petiisse.

18 *Unde originem habet hoc Juramentum Malitiae?* ℞. Ex Jure Civili.

19 *Ex quo vero Jure hoc Juramentum nomen habet?* ℞. Ex Jure Canonico.

20 *A quo hoc Juramentum Malitiae exigitur?* ℞. Vel a parte adversa, vel etiam a Judice ex officio.

vid. Carpzov. p. 1. c. 12. d. 23. vel a judice (2924) ex officio; *c. 2. §. f. de*
Q *juram. Calum. in 6. Carpzov. tit. 12. art. 1. num. 13.* quoties scil. malitia ali- 1
cujus petitionis aut propositionis præsumitur; *c. 2. §. f. de juram. Calum.*
in 6. Gail. 1. O. 87. n. 3. Carpzov. p. 1. c. 12. d. 20. n. 2. etiam post præstitum 2
juramentum calumniæ generale. (2925) *c. 2. §. f. de juram. Calum. in 6.*
Videtur quidem obst. *Nov. 49. c. f.* Sed Rx. Exceptio est, si justa causa 3
hoc (2926) suadeat: *Nov. 73. c. 7. Fr. b. n. 60. Carpzov. p. 1. Const. 12. def. 20.*
n. 6. v. g. Si quis Juramentum litis decisorium deferat, *34. §. 4. L. 37. h.* 4
L. 11. §. 1. rerum amot. 9. C. de reb. cred. f. C. de fideicommiss. Fr. b. num. 99.
Carpzov. p. 1. c. 12. def. 23. & tit. 12. art. 1. num. 59. rationes argentarii petat,
L. 6. §. 2. 9. §. 9. de edend. aut cautionem de damno infecto, *13. §. 3. de*
damn. infect. aut testamenti exhibitionem, *L. 9. C. quemadmodum test.*
aper. aut Instrumenti editionem, (2927) in casu *L. f. C. de fid. instr.* aut
comparationem literarum; *Nov. 73. c. 7.* aut nunciet novum opus, *5. §.*
14. de nov. op. nunc. aut offerat satisdationem alio loco: *8. §. 5. de his, qui*
satisd. cog. item in Casu (2928) *L. 15. ad exhib. c. 31. X. de testib. c. 15. & p. t.*
eodem. Aut. atqui semel. C. de probat. vid. Gail. lib. 1. O. 87. num. 3. Mynsf. Cent.
1. O. 73. Bocer. cl. 6. D. 8. th. 17. in quacunque judicii parte. *c. 2. §. f. de ju-* 5
P *ram. Calum. in 6. Carpzov. de process. tit. 12. art. 1. n. 2.* Regulariter ab 6
omnibus personis, quæ non exceptæ. Excipiuntur autem Parentes, Pa- 7
troni, *8. §. 5. qui satisd. cog. 16. h. 7. §. 3. de obseq. parent. præstand. 13. §. 14.*
de damn. infect. [*obst.* (2929) *34. §. 4.*] *C. J. A. tit. de Calumniator. th. 12.*
Carpzov. p. 1. c. 12. def. 24. Bachov. V. 1. D. 21. th. 4. lit. C. Vasalli & feudo-
E rum Domini. (2930) *c. un. § 1. 2. feud. 33. Bocer. cl. 6. D. 18. th. 19.* Re- 8
liqui hoc Juramentum delatum præstent, aut quoad eum articulum pro 9
confessis habentur: *Gail. 1. O. 87. C. J. A. de Calumn. th. 33. in addit. Bocer.*
cl. 6. D. 18. th. 20. si deferens Juramentum decisorium jurare recuset de 10
malitia, tum principale Juramentum habetur pro (2931) præstito. *37.*
Carpz. p. 1. Const. 12. def. 28.

D Huc etiam [3] pertinet Juramentum *PERHORRESCENTIÆ*, (2932) 11
quo quis asseverat, se valde timere, (2933) ne non ab inferiore judice im-
petret justitiæ administrationem. Rosenthal. *de feud. c. 12. Concl. 4. num.*
D *63. Tennagel. tr. de decern. process. class. 3. c. 13.* [4] Juramentum *APPEL-* 12
LATIONIS, (2934) quo quibusdam in locis jurare tenentur appellantes,
se causæ suæ bonitati confisos appellasse. *Vult. lib. 3. c. 2. num. 31.* [5] Ju- 13
D ramentum *DIFFESSIONIS*, (2935) quo scripturam diffitentur Saxones
(2936) de quo *Carpz. tit. 12. art. 5. n. 26.*

Et

1 *Quando vero hoc Juramentum exigitur?* ℞. Quoties contra aliquem est præsumtio, quod malitiose aliquid petat vel proponat.

2 *An & hoc Juramentum post jam præstitum Juramentum Calumniæ generale exigi potest?* ℞. Affir.

3 *Videtur tamen obstare Nov. 49. c. f.?* ℞. Exceptio est, si justa causa suadet, ut super speciali articulo hoc juramentum deferatur.

4 *Quibus ergo in casibus hoc Juramentum regulariter, post jam præstitum Juramentum Calumniæ generale, deferri potest?* ℞. Si Actor vel Reus adversario Juramentum litis decisorium deferat, si quis petat editionem rationum argentarii, aut cautionem de damno infecto, aut testamenti exhibitionem, aut instrumenti editionem, in casu *l. f. C. de fide instrum.* aut comparationem literarum, aut nunciet novum opus, aut offerat satisdationem in alio loco; item in casu *l. 15. ad exhibend.*

5 *An vero hoc Juramentum Calumniæ speciale in quacunque Judicii parte exigi potest?* ℞. Affir. quoties enim nova malitiæ suspicio emergit, toties hoc Juramentum deferri potest.

6 *A quibus hoc Juramentum exigitur?* ℞. Regulariter ab omnibus personis, quæ exceptæ non reperiuntur.

7 *Quinam itaque excipiuntur?* ℞. Parentes, Patroni, Vasalli, & Feudorum Domini.

8 *An ergo reliqui hoc Juramentum delatum præstare tenentur?* ℞. Affir. Nemo enim, qui se exemtum esse docere nequit, præstationem hujus Juramenti declinare potest, sed pœnam, in ejusmodi contumaces statutam, incurrit.

9 *An, si jurare nolint, quoad eum articulum pro confessis habentur?* ℞. Affir. nam contra jurare nolentem, semper illa præsumtio locum habet, quæ ipsi est noxia.

10 *Sed quid, si deferens Juramentum litis decisorium de malitia jurare recuset?* ℞. Tum principale Juramentum habetur pro præstito.

11 *Quid est Juramentum Perhorrescentiæ?* ℞. Quo quis, ad superioris Judicis delationem, asseverat, se valde timere, ne non ab inferiore Judice æquam & incorruptam impetret Justitiæ administrationem.

12 *Quid est Juramentum Appellationis?* ℞. Quo quibusdam in locis jurare tenentur appellantes, se causæ suæ bonitati confisos appellasse.

13 *Quid est Juramentum Diffessionis?* ℞. Quo in foro *Saxonico*, scripturas recognoscere recusantes, illas diffiteri tenentur. *Vid.* Lauterb. *Disp. de Juramento Credulitatis. th. 33.*

Et [6] Juramentum *PURGATIONIS*, (2937) vel purgatorium, 1
Fr. h. n. 55. quod propter approbationem vocatur purgatio Canonica; 2
(2938) *c. 33. X de testib. Rubr. & c. 1. X. de purgat. Canon. Fr. h. num. 66.* cui
opponitur purgatio vulgaris, (2939) per duellum, aquam, ferrum can- 3
dens &c. prohibita. *c. 1. X. de vulgari purgatione. can. 7 c. 2. quæst. 4. DD.* 4
D *ad d. tit. de purgat. vulg.* Est autem purgatorium, quo jubente judice
suspicionibus gravatus illud, quod sibi objicitur, falsum esse asseverat, at-
que sic innocentiam suam ostendit. *c. f. in f. X. de jurejur. c. 5. X. de pur-*
† *gat. canon.* Estque vel simplex, quod solius suspecti religioni commit- 5
titur: *Can. Mennam. caus. 2. quæst. 4. Aut. Novo Jure. C. de pœn. Jud. qui*
male judicavit. L. f. § 5. C. de jur. dom. impetr. vel non simplex, cui scilic. 6
accedunt compurgatores (2940) conjurantes, sive sacramentales. *c. 5. X.*
de purgat. Canon. tot. caus. 2. quæst. 4. Lib. 1. Feud. tit. 4. § 2. lib. 1. F. tit. 10.
lib. 1. F. tit. 26. § 2. lib. 2. F. tit. 18. lib. 2. F. tit. 33. §. Et cum datur Ord. Cam.
part. 2. tit. 10. § 1. Quod hodie non ubique observatur. *Berlich. part. 1.* 7
concl. 52. num. 18. Vultej. de feud. lib. 2. c. 3. num. 38. Vallensis, de J. Can. tit.
de purgat. Can. n. 6

C Ortum est Jure (2941) civili; *6. § 4. vers. fin. ubi. C. de his, qui ad Ec-* 8
clesi. confug. Aut. Novo Jure. C. de pœna Judic. qui male. L. f. § 5. C. de jur.
dom. impetr. L. f. § 10. C. de jur. delib. auctum jure canonico; *c. 5. de pur-* 9
gat. canon. tot. caus. 2. quæst. 4. Fr. h. num. 66. approbatum novissimo jure, 10
R. I. de An. 1548. tit. Wie gegen denen &c. *Ord. Cam. p. 2. tit. 10.* propter 11
defectum aliarum probationum. *L. f. § 10. C. de jur. delib. can. 10. & seq.*
2. quæst. 4. Defert Judex, etiam ex (2942) officio, *6. § 4. vers. fin. ubi. C.* 12
de his, qui ad Ecclesi. confug. c. 5. c. 10. vers. nec illud. c. 15. in f. X. de purgat.
canon. Ord. Cam. p. 2. tit. 10. §. es sollen und mögen. *Carpzov. de process. tit.*
12. art. 3. n. 1. & partibus non (2943) petentibus: *Berlich. p. 1. concl. 53.* 13
num. 36. Gail. lib. 1. O. 104. num. 5. & seq. Carpzov. p. 1. c. 22. def. 15. Fr. h. num.
69. Tabor. racemat. 4. in resp. Facult. Jurid. Argent. § 30. p. 159. vid. Carpz.
B *de process. tit. 12. art. 3. num. 6.* modo aliæ probationes legitimæ (2944) 14
deficiant; *arg. 3. C. h. 30. h. L. f. § 10. C. de jur. delib. c. 6. X. de purgat. can.*
can. 12. & seq. caus. 2. quæst. 4. tales vero adsint suspiciones, quæ aliquem
graveant, (2945) *d. l. 6. § 4. vers. fin. ubi C. de his, qui ad Ecclesi. confug. c. f.*
in f. X. de jurejur. Can. 19. vers. ipse ergo. caus. 2. quæst. 4. R. I. d. Anno
1548. tit. wie gegen denen &c. *§ 1. Ord. Cam. p. 2. tit. 10. § 1. Carpzov. de*
process. tit. 12. art. 3. num. 7. neque tamen torturæ, (2946) aut jura-
mento suppletorio (2947) locum faciant: *Carpzov. d. a. 3. num. 18. & p. 1.*
c. 22.

1 *Quid est Juramentum Purgationis, seu Purgatorium?* ℞. Quo, jubente Judice, suspicionibus gravatus, illud, quod sibi objicitur, falsum esse asseverat, atque sic innocentiam suam ostendit.

2 *Cur hoc Juramentum Purgationis* Purgatio Canonica *vocatur?* ℞. Propter approbationem.

3 *Quæ huic Purgationi Canon. opponitur?* ℞. Purgatio *Vulgaris*, e. g. per duellum, aquam, ferrum candens &c.

4 *An hæc Vulgaris est prohibita?* ℞. Affir.

5 *Quotuplex est Juramentum Purgatorium*, (℞ Duplex: Simplex, & Non simplex) & *quid est Purgatorium simplex?* ℞. Quod solius suspecti religioni committitur.

6 *Quid est Juramentum Purgatorium Non simplex?* ℞. Cui accedunt compurgatores conjurantes, sive sacramentales.

7 *An hoc Juramentum hodie ubique observatur?* ℞. Neg. sed multis in locis in desuetudinem abiit.

8 *Quo Jure ortum est Juramentum Purgationis?* ℞. Ex Jure Civili.

9 *Quo Jure hoc Juramentum est auctum, variæque extensum?* ℞. Ex Jure Canonico.

10 *Quo Jure vero est approbatum?* ℞. Jure novissimo, h. e. Imperii Constitutionibus & Provinciarum Statutis atque Ordinationibus.

11 *Quapropter autem hoc Juramentum defertur?* ℞. Propter defectum aliarum probationum.

12 *Quis illud defert?* ℞. Judex, etiam ex officio.

13 *An etiam Judex illud ex officio defert partibus non petentibus?* ℞. Affir., cum publice intersit, suspiciones tolli & veritatem dici.

14 *Quid vero requiritur, ut deferri possit hoc Juramentum Purgationis?* ℞. Ut aliæ probationes legitimæ deficiant, suspiciones autem tales adsint, quæ aliquem quidem gravent, neque tamen torturæ, aut Juramento suppletorio locum faciant.

c. 22. def. 14. quæ tales sint, judex cognoscit. *c. f. X. de jurejur. Carpzov. d.* 1
art. 3. num. 11 & lib. 3. def. 47. num. 3. Fr. b. num. 68. His suspicionibus 2
aliter purgatis non defertur hoc juramentum, *Carpzov. p. 1. c. 22. d. 16. &*
d. tit. 12. art. 3. num. 8. ne quidem in causis matrimonialibus, *Carpzov. d.* 3
art. 3. num. 40. & l. 3. def. 47. num. 1. Neque defertur stuprum confesso 4
(2948) ratione promissi matrimonii, si aliæ istius promissionis non
(2949) adsint conjecturæ. *Carpzov. lib. 3. def. 47.* vide tamen *Carpzov. p.*
1. c. 22. def. 4. 5. in f. & p. 2. quæst. 68. num. 96. Fr. b. num. 70. Berlich. p. ult.
concl. 38. num. 85.

P Injungitur gravato suspicionibus, utplurimum reo; *L. f. §. 5. C. de* 5
jur. dom. impetr. Aut. Novo Jure. C. de pœna judicis, qui male judicavit. c. 1.
f. X. de purgat. canon. interdum actori, *Carpzov. lib. 3. def. 46. num. 14.* ratione
scil. exceptionis; (2950) fictis (2951) personis; *Ord. Cam. p. 2. tit.*
10. §. 1. Berl. p. 1. concl. 52. num. 8. Gail de pac. publ. l. 2. c. 7. num. 16. masculis
& fœminis, quorum ille prius (2952) jurat: *Carpzov. p. 1. c. 22. def. 18.* 6
NON etiam infamibus. (2953) *arg. c. 11. X. de purgat. canon. Carpzov. p. 3. q.* 7
116. num. 61. Wesenb. consil. 98. num. 29.

O Ex causa Criminali, (2954) *can. nobilis. can. quanto. 6. can. si legitimi.* 8
2. quæst. 4. cap. nos inter. X de purgat. canon. Carpzov. p. 3. quæst. 116. num. 58.
Tabor. racemat. 4. d. respons. §. 30. p. 158. Civili, (2955) *6. §. 4. C. de his,*
qui ad Eccles. confug. L. f. §. 5. C. de jur. dom. impetr. c. f. X de jurejur. Carpzov.
p. 1. c. 22. def. 13. Fr. b. num. 68. Matrimoniali, (2956) *c. 10. X. de desponsat.
impub. Carpzov. p. 1. c. 22. def. 3. & lib. 3. def. 45.* Injuriarum, (2957)
Carpzov. p. 1. c. 22. def. 2. Berlich. p. 1. concl. 52. num. 20. & p. 5. concl. 60. num.
3. Crimine fractæ pacis, *Ord. Cam. p. 2. t. 10. vid. Gail. 2. de pac. publ. c. 7.*
Stupri, *Carpzov. p. 1. c. 22. def. 5.* Adulterii, *c. significasti. X. de adulter.*
can. interrogatum. can. statuit. 2. quæst. 4. Homicidii, *c. ex tuar. 1. X de*
purgat. can. Defensionis, (2958) *Carpzov. p. 1. c. 22. def. 9.* Furti, *Carpz.*
p. 1. c. 22. def. 7. prætensæ (2959) Ignorantiæ, *Carpzov. p. 1. c. 22. def. 6*
& 7.

E * Delatum est præstandum, regulariter in loco publico coram judice, G 9
adversario præsente; *Carpzov. tit. 12. art. 3. num. 58.* ita, ut nec re- 10
ferri (2960) possit, *Carpzov. tit. 12. art. 3. num. 65. Rauchbar. part. 2. quæst.*
3. num. 14. nec ejus nomine Juramentum calumniæ (2961) alteri defer- 11
ri. *Carpzov. p. 3. quæst. 116. num. 72. Rauchbar l. 2. quæst 3. num. 35.* Recu- 12
sans pro convicto (2962) habetur: *c. inter solicitudines, in f. c. cum dilectis,*
X. de purgat. canon. Ord. Cam. p. 2. tit. 10. §. würde sich. *Tabor. Racemat. 4.*
pag.

1 *Quis autem cognoscit, quænam tales suspiciones sint?* R. Judex.

2 *Num vero hisce suspicionibus deficientibus, vel aliter purgatis, deferri adhuc potest hoc Juramentum Purgationis?* R. Neg. quia saltem in defectum aliarum probationum defertur; quæ si adsint, Purgatorio non opus est.

3 *An nec in causis matrimonialibus hoc Purgatorium defertur, si suspiciones aliter sunt purgatæ?* R. Non defertur, ob jam dictam rationem.

4 *An hoc Juramentum Purgationis deferri potest stuprum confessæ, ratione promissi matrimonii, si aliæ conjecturæ non adsint?* R. Neg.

5 *Cui injungitur Juramentum Purgationis?* R. Suspicionibus gravato, & quidem utplurimum Reo, interdum vero etiam Actori, ratione scil. exceptionis. Porro non solum veris, sed etiam fictis personis, Universitatibus scil. Item Masculis & Fœminis defertur.

6 *Si vero masculo & fœminæ hoc Juramentum simul injunctum, quis eorum prius jurat?* R. Masculus.

7 *An etiam infamibus hoc juramentum injungitur?* R. Neg.

8 *In quibus causis hoc Juramentum locum habet?* R. Regulariter & *in genere* in omnibus causis, maxime criminalibus. Item in civilibus, & matrimonialibus. In *specie* vero in causa injuriarum, crimine fractæ pacis, stupri, (ubi tamen caute procedendum, uti notat Carpz. *cit l.* add. Lauterb. *Ex. 23. th. 11.*) adulterii, homicidii, defensionis, furti, prætensæ ignorantiæ. &c.

9 *Quis est effectus hujus Juramenti delati?* R. Ut præstetur, & quidem regulariter in loco publico, coram Judice, & Adversario præsente.

10 *An quoque hoc Juramentum Purgationis referri potest?* R. Neg.

11 *An tamen ejus nomine Juramentum Calumniæ alteri deferri potest?* R. Neg. cum enim hoc Juramentum purgatorium non pars deferat, sed Judex, hinc etiam illi nulla calumnia imputari poterit.

12 *An hoc Juramentum recusans pro convicto habetur?* R. Affir. quia in genere contra illum, qui jurare recusat, ut noxium præsumitur.

1 An

pag. 100. §. 33. Carpzov. tit. 12. art. 3. num. 46. vid. tamen Carpzov. p. 3. quæst. 116. num. 81. Menoch. de arb. Jud. quæst. lib. 2. cent. 3. cas. 274. n. 5. Brunnem. de process. c. 23. num. 36. Testibus tamen aut alter probaturus innocen- 1
tiam, auditur *Ord. Cam. p. 2. tit. 10. §.* würde sich aber ꝛc. vers. es wäre
dann ꝛc. *Rauchbar. part. 2. quæst. 3. num. 11. Carpzov. p. 3. quæst. 116. num. 64. & p. 1. const. 22. def. 16. Tabor. d. racemat. p. 160. §. 34.*

* Præstito hoc, absolvitur qui juravit, definitive; *c. ex tuarum. 5. X. de purgat. canonic. C. Menuam. can. quatuor. 1. quæst 4. Tabor. racemat. 4. p.* G. 2
159. th. 31. etiam quoad (2963) expensas; *Carpzov. p. 1. c. 22. def. 17. & tit.* 3
12. art. 3. num. 49. nisi sua culpa suspicioni causam dederit. *Vallens. de jur.*
Can. tit. de purgat. canon. num. 6. Expensæ autem ipsi non (2964) etiam 4
adjudicantur. *Tabor. racemat 4. pag. 160. §. 32.* Reus ita absolutus re- 5
stituitur in pristinum statum & (2965) officium; *c. 8. 10. X. de purgat. ca-*
nonic. Vallens. de jur. Can. tit de purgat canonic. num. 6. v. effectus. contra- 6
ria tamen probatio non (2966) excluditur. *arg. 31. de jurejur. Carpzov. p. 1. c. 22. def. 10, & tit. 12. art. 3. n. 75.*

* *DIRECTO* controversiarum decisionem respicit juramentum F. 7
D *LITIS DECISORIUM*, quo quis directo litis decidendæ causa intentio- 8
nem suam veram esse asseverat: quod defertur vel a * *PARTIBUS*, *1. h.* H 9
idque vel * *EXTRA JUDICIUM*, *Bachov. V. 1. D. 31. th. 6. lit. c.* hoc di- I 10
citur,

D *VOLUNTARIUM*, (2967) *rubr. h.* seu conventionale, quia per mo- 11.12
dum conventionis a parte parti extra judicium defertur. *17. pr. 28. §. f.*
C *26. §. f.* Defertur & suscipitur libera voluntate: *arg. dd. LL. Fr. h. num.* 13
110. unde deferens non jurat de calumnia. (2968) *Schneidew.* [*Differentiis* 14
Bocer. cl. 6. D. 18. th. 53. Mastertius ad L. 31. h. quæst quomodo & quando Jus-
E *jurand. deferatur. Fr h. num 99.*] Delatum & susceptum omnino præ- 15
standum, *arg 17. pr h. junct. 5. C. de O. & A. Fr. h. num. 93. Carpzov. p. 1. c. 14. def 3 & 17.* & quidem statim, *5. § f L. 6. h. Vid. Fr. h. n. 90.* in forma, 16.17
qua delatum: *3. § f & LL. seqq. h.* neque referri (2969) potest; *17. Fr.* 18
h. num. 110. potest tamen remitti; *9. 11. C h. 5. § f. & L. seq. L. 9. § 1. 41.* 19
Fr. h. num 92. non etiam revocari, (2970) *Carpzov. p. 1. c. 13. def. 4. Bach.* 20
V. 1. D. 31. th. 8. lit. C. nisi novæ probationes supervenerint. *arg. 11. C. h.* 21
Carpz. d. l.

S Deferunt hoc juramentum, qui de re controversa transigere (2971) 22
possunt, *arg. 16. §. f. h.* dominus, tutor, (2972) curator, *17. §. 2. 35 pr. h.*
vid. L.

1 *An vero hoc Juramentum recusans pro convicto habetur, si innocentiam testibus, vel aliunde docere velit?* ℞. Neg. quia sic non deficerent alia probationes, in quarum subsidium hoc Juramentum purgationis tantum defertur.

2 *An præstito hoc Juramento, is definitive est absolvendus, qui juravit?* ℞. Affir.

3 *An etiam est absolvendus quoad expensas?* ℞. Affir. nisi sua culpa suspicioni causam dederit.

4 *An vero ipsi etiam expensæ adjudicantur?* ℞. Regulariter juranti non adjudicantur, sed a Judice compensantur, quia jurans tantum præsumtive innocentiam suam probavit, & causa ad minimum fuit dubia.

5 *An Reus, ita absolutus, in pristinum statum & officium suum est restituendus?* ℞. Affir. nec alterius sese purgare tenetur; quia per Juramentum hoc præstitum innocentiam suam satis probavit. *Vid. Lauterb. Coll. th. pr. h. t. §. 71.*

6 *Num tamen contraria probatio contra Juramentum purgationis excluditur?* ℞. Neg.

7 *Quodnam Juramentum directo respicit causarum controversarum decisionem?* ℞. Juramentum litis decisorium.

8 *Quid est hoc Juramentum litis decisorium?* ℞. Quo quis *directo* litis decidendæ causa intentionem suam veram esse asseverat.

9 *A quibus defertur hoc Juramentum?* ℞. Vel a Partibus, vel a Judice.

10 *Quotupliciter a Partibus defertur?* ℞. Dupliciter: vel extra Judicium, vel in Judicio.

11 *Quomodo illud Juramentum dicitur, quod* extra Judicium *defertur?* ℞. Voluntarium seu Conventionale.

12 *Cur dicitur voluntarium, seu conventionale?* ℞. Quia per modum conventionis a parte parti defertur.

13 *Quomodo hoc Juramentum voluntarium defertur & suscipitur?* ℞. Libera voluntate.

14 *An ergo deferens de calumnia jurare tenetur?* ℞. Neg. quia Juramentum calumniæ tantum locum habet in Juramentis judicialibus, quæ partes sibi invicem in Judicio deferunt.

15 *An Juramentum voluntarium delatum & susceptum omnino est præstandum?* ℞. Affir. cum enim hoc Juramentum ex conventione dependeat, & semel placuerit, hinc necessitatis est factum, quod ab initio erat voluntatis.

16 *Quando hoc Juramentum est præstandum?* ℞. Statim.

17 *In qua forma est præstandum?* ℞. In forma, qua delatum: nam secundum intentionem deferentis est jurandum.

18 *An hoc Juramentum referri potest?* ℞. Neg. si scil. semel acceptatum vel susceptum, idque ob conventionem, a qua, altera parte invita, recedere non licet.

19 *An tamen potest remitti?* ℞. Affir. omnis enim obligatio alteri ab altero remitti potest, si tertii præjudicium non concurrat.

20 *An vero revocari potest?* ℞. Neg. quia alteri per acceptationem jam jus est quæsitum, quod ipsi invito auferri nequit.

21 *Num vero hoc Juramentum voluntarium revocari potest, si novæ probationes supervenerint?* ℞. Affir. ne scil. ubi interim probationibus ostendi potest, conscientiæ periculo committatur, & occasio perjurii detur.

22 *Quinam hoc Juramentum deferre possunt?* ℞. Omnes de re controversa disponendi potestatem habentes, ut: Dominus, nec non Tutor & Curator.

vid. L. 9. §. 4. h. junct. 47. de minorib. Carpzov. tit. 11. art. 1. num. 91. Pro- 1
curator omnium bonorum & in rem suam, *17. §. f.* vel cum speciali man-
dato. *17. § f. 34. §. 1.* *NON* etiam furiosi, pupilli, minores, &c. sine tu- 2
P toribus & Curatoribus. *17. §. 1. 35. §. 1. h. 4. C.* Defertur omnibus cujus- 3
cunque ætatis, sexus & conditionis, etiam res suas non (2973) admini-
O strantibus. *34. pr. 23. & seq. h.* Regulariter in omnibus causis civilibus, 4
(2974) *arg. 3. §. 1. 34. pr.* matrimonialibus affirmative, (2975) *arg. dd. LL.* 5
Carpz. lib. 3. def. 44. n. 9. & tit. 11. art. 1. n. 67. non negative. *arg. c. f. 8. de*
transact. Carpz. L. 3. d. 44. n. 10. & tit. 11. art. 1. n. 72. Brunnem. de process.
civ. c. 23. n. 5.

De causis criminalibus (2976) vid. infr. *in seq. juram. p. 183.* 6

Inde descendit actio vel exceptio in factum ex jurejurando. *9. §. 1. 28.* 7
D *§ f. 8. C. h. § 11. I. de act.* * *ACTIO* similis (2977) rei judicatæ, K 8
4. C. quæ est prætoria, *§ 11. I. de act.* personalis, qua is, qui adversario 9
extra judicium postulante, juravit sibi dari vel tradi oportere, agit adver-
sus deferentem, ut conditioni delationis satisfiat. *§. 11. I. de act.* Dicitur 10
in factum, (2978) *11. §. 1. 29. vid. Vinn. ad §. f. I. de L. Aquil. n. 2. & ad §.*
C *11. I. de act. n. 1.* Descendit ex juramenti voluntarii præstatione, dela- 11
tione & remissione, *5. § f. 9. §. 1. v. L. 6. h.* quæ conventionem conti-
nent, auctoritate prætoris (2979) confirmatam: *26. § f.* unde in hac acti- 12
one tantum quæritur, an juratum sit: *5. §. 2. L. 9. §. 1. §. 11. I. de act. C. J.*
A. h. th. 91. n. 1. eaque semper est (2980) personalis, *d. §. 11.* licet de reali 13.14
actione prior (2981) controversia fuerit: *11. §. 1.* nam hæc actio nova est,
specie & realiter a priore distincta; *9. § 1. 28. §. f. 30. inf. pr.* priorem ta- 15
men non tollit, sed actor potest pro arbitrio vel hanc vel illam (2982) in-
stituere. *30. pr. Vinn. ad §. 11. I. de act n. 1. & 2. Bach. de act. D. 8. th. 4. fere in*
S *fin. vid. Fr. h. n. 157.* Datur illi, qui secundum conditionem delatam ju- 16
ravit, [aut cui juraturo hoc juramentum remissum (2983) est, *9. § f. L. 9.*
§. 1. h. 4. C. vid. 6. h.] *11. §. 1. 28. § f. h. §. 11. I. de act.* & successoribus, *arg. 7.* 17
P *8. vid. 13. §. 3. Fr. h. n. 161.* adversus deferentem & ejus successores (2984) 18.19
O *9. § f. h.* *NON* etiam contra tertium (2985) possess. *9. § f. 10.* ad omne 20.21
id, quod venit in priorem actionem; *Fr. h. n. 162.* nisi prior inficiando
crescat, (2986) tum enim hæc (2987) tantum in simplum datur *propter*
S *30. pr.* * *EXCEPTIO* jurisjurandi datur (2988) k. 22
P reo, *§. 4. I. de exc.* similis exceptioni pacti, (2989) *15. A.* contra deferen- 23.24
E tem (2990) & successores, *7* etiam singulares. (2991) *8. h.* Si de ju- 25.26
ramento præstito vel remisso constet, actionem Prætor statim (2992) ne-
gat: *9. pr.* Civilis vero obligatio & prior actio ipso jure (2993) non ex- 27
tinguuntur.

1 *Quisnam porro hoc Juramentum deferre potest?* ℞. Procurator omnium bonorum & in rem suam, vel qui speciale ad Juramentum deferendum mandatum habet.

2 *An etiam deferre possunt furiosi, pupilli, minores &c. sine tutoribus & curatoribus?* ℞. Neg. quia hi nec ullum aliud negotium, sine tutoribus & curatoribus valide expedire possunt.

3 *Quibus deferri potest?* ℞. Omnibus, cujuscunque sint aetatis, sexus & conditionis, etiamsi rerum suarum administrationem non habeant, & quidem tam personis, quam negotiantibus. *l. 26. §. f. ff. h. t.* Setler *l. 4. c. 1. n. 6.*

4 *In quibus causis hoc Juramentum voluntarium locum habet?* ℞. Regulariter in omnibus causis civilibus, etiam matrimonialibus.

5 *Quomodo vero in hisce causis matrimonialibus deferri potest?* ℞. Affirmative, non negative.

6 *An etiam in causis criminalibus deferri potest?* ℞. Neg. uti infr. in seq. Juramento, *Judiciali* scilic. pag. 183. patebit.

7 *Quaenam Actio, vel Exceptio ex hoc Juramento voluntario descendit?* ℞. Actio vel Exceptio in factum ex jurejurando: praestito scil. vel remisso hoc Juramento.

8 *Cui autem Actioni similis est haec Actio ex jurejurando?* ℞. Actioni rei judicatae.

9 *Quid igitur est Actio ex jurejurando?* ℞. Est Actio praetoria, personalis, quae ei, qui &c.

10 *Quomodo haec Actio dicitur?* ℞. In factum.

11 *Unde descendit?* ℞. Ex juramenti voluntarii praestatione, delatione & remissione, quae conventionem continent, auctoritate Praetoris confirmatam.

12 *Quid ergo in hac Actione tantum quaeritur?* ℞. An juratum sit: aequum enim est stare conventioni, quae delationi inest, nec ferendum, ut quis infirmet, quod ipse procuravit.

13 *An haec Actio semper est personalis?* ℞. Affir.

14 *Num etiam personalis est, licet de Actione reali prior controversia fuerit?* ℞. Affir. nam haec Actio nova est, specie & realiter a priore distincta: hic enim non amplius curatur pristina obligatio, vel jus, ob quod Juramentum delatum, sed tantum factum Juramenti praestiti, & tantum quaeritur, an juratum.

15 *An tamen haec Actio novam priorem Actionem tollit?* ℞. Neg. sed Actor potest pro arbitrio vel hanc vel illam instituere: pluribus enim Actionibus vel Remediis ad rem consequendam competentibus, semper electio est Actoris, quo uti velit.

16 *Cui datur haec Actio?* ℞. Illi, qui secundum conditionem delatam juravit, aut cui jurandi hoc Juramentum remissum est.

17 *An etiam ejus successoribus?* ℞. Affir. subest enim hic vinculum transactionis, quod etiam ad heredes transit.

18 *Adversus quem datur?* ℞. Adversus deferentem.

19 *An etiam datur adversus ejus successores?* ℞. Affir.

20 *Num quoque contra tertios possessores?* ℞. Neg.

21 *Ad quid haec Actio competit?* ℞. Ad omne id, quod venit in priorem Actionem, nisi prior inficiando crescat, tum enim haec tantum in simplum datur.

22 *Cui datur Exceptio jurisjurandi?* ℞. Reo.

23 *Cui Exceptioni haec Exceptio similis est?* ℞. Exceptioni pacti, cum tamen ex conventione oriatur.

24 *Contra quem datur haec Exceptio?* ℞. Contra deferentem & successores.

25 *An etiam contra successores singulares?* ℞. Affir. quia est Exceptio realis.

26 *Num, si de Juramento praestito vel remisso aperte constet, Praetor Actionem statim negat?* ℞. Affir.

27 *An vero obligatio & prior Actio ipso jure extinguitur?* ℞. Neg.

tinguitur. *§. 4. I. de except. vid. 35. §. 4. de solut.* Interdum reo etiam de- 1
tur actio in factum ex jurejur. contra deferentem. *11. §. 1.*

Juramentum litis decisorium a parte parti in * *JUDICIO* defertur, L 2
vel in (2994) jure, [quod ratione actionis & exceptionis in factum inde 3
competentis ad voluntarium refertur, *26. §. f. h. 8. C. de R. C. Bachov. V. 2.*
D. 21. th. 6. lit. c. vid. Fr. h. n. 75.] vel in judicio, quod in specie vocatur 4
D *JUDICIALE,* (2995) quod scil. a parte parti in (2996) judicio, judice 5
comprobante, directo litis decidendæ causa defertur. *12. pr. & §. 1. C. de*
R. C. Carpzov. tit. 11. art. 1. num. 71. vid. Carpzov. tit. 11. art. 2. n. 2. Bocer. cl.
6. D. 15. th. 56. lit. a.

C Defert actor & reus; modo hoc fiat citra calumniam & Judex in- 6
terloquendo confirmet (1997) eam delationem; *12. pr. §. 1. C. h. Carpzov.*
d. l. art. 1. num. 71. 133. & art. 2. num. 2. etiamsi deferens nihil (2998) pro- 7
baverit, *35 pr. h. f. C. de fideicommiss. 15. §. 9. de probat. L. 12. pr. C. h. 11. §. 1.*
rerum amot. arg. 34. §. 6. 38. h. propter. *5. § 2.* [*obst.* (2999) *4. C. de e-*
dend.] *Vinn. l. 1. quæst. 42. Fr. h. num. 103. Carpzov. p. 1. c. 12. d. 2. & lib. 1. Rf.*
77. Berlich. p. 1. concl. 29. num. 8. vel actor probaturus (3000) defecerit; 8
Fr. h. num. 108. arg. 11. 12. pr. C. Bachov. V. 1. D. 21. th. 9. lit. c. vers. imo e-
tiamsi &c. neque enim dd. LL. distinguunt. Ergo: *L. 9. de publ. in rem.*
R vid. tamen *Carpzov. tit. 11. art. 1. num. 36.* modo juret deferens de calu- 9
mnia, (3001) adversario (3002) petente, *34. §. 4. 37. h. 9. C. h. f. C. de f-*
deicommiss. Carpzov. p. 1. c. 12. d. 23. vid. 37. h. Carpzov. d. l. d. 28. & habeat
potestatem de re controversa transigendi; *vid. supra de juram. S. & supr.*
de transact. S. etiamsi sit infamis aut (3003) perjurus: *vid. 8. de con-* 10
dit. instit nam relationis impedimentum non statim impedit dela-
tionem: *11. §. f. rerum amot. Bachov. V. 1. D. 21. th. 9. lit. a. verb. non*
etiam &c. Fr. h. num. 118. post. Vinn. Duaren. Brunnem. de process. c. 23.
num. 4. *NON* etiam mente captus, prodigus, minor (3004) &c. *vid.* 11
supr. de juram. S. Defertur omnibus, qui aliquem rei controversæ in- 12
tellectum habent, cujuscunque sint sexus, ætatis (3005) & conditio-
nis: *20. 26. h. Carpzov. tit. 11. art. 7. num. 10.* non etiam, qui inten- 13
tionem suam plene probavit: *c. 2. X. de probat.* igitur neque in ca- 14
su (3006) *L. 14. §. 3. C. de non num. pec.*
O De omnibus causis (3007) & actionibus personalibus & realibus, 15
rei persecut. & pœnal. petitor. & possess. ordinariis & extraordinari-
is, *3. §. 1. l. 34. pr. Carpzov. tit. 11. art. 1. num. 3. 14.* popularibus, *30.*
§. 3. causis famosis, (3008) *arg. 3. §. 1. 28. §. 4. 9 §. 2. Carpzov. d. l.*
num.

1 *An interdum Reo, qui juravit, rem suam esse, etiam datur Actio in factum ex jurejurando contra Juramentum deferentem?* ℞. Affir. si nempe, cum possideret, adversario deferente, rem suam esse juraverit, postea vero possessionem amiserit, & alter, qui detulit, eam nactus fuerit.

2 *Quotupliciter Juramentum litis decisorium a parte parti defertur Judicialiter?* ℞. Dupliciter: vel in Jure, vel in Judicio.

3 *Ad quodnam Juramentum illud, quod in* Jure *defertur, ratione Actionis & Exceptionis in factum inde competentis refertur?* ℞. Ad Juramentum voluntarium.

4 *Quomodo illud Juramentum, quod a parte parti in* Judicio *defertur, vocatur?* ℞. Judiciale.

5 *Quid ergo est Juramentum Judiciale?* ℞. Quod a parte parti in Judicio, Judice comprobante, directo, litis decidendæ causa, defertur.

6 *Quis defert hoc Juramentum Judiciale?* ℞. Actor & Reus; modo hoc fiat bona fide, & non calumniandi vel vexandi animo, & Judex hanc Juramenti delationem interloquendo confirmet.

7 *An deferri potest hoc Juramentum, etiamsi deferens nihil probaverit?* ℞. Affir.

8 *An etiam deferri potest, etiamsi Actor aggressus probationem, & in ea defecerit?* ℞. Affir. quia enim Leges non distinguunt; ergo nec nostrum est distingvere.

9 *Quid autem requiritur in deferente, ut cum effectu deferre possit Juramentum?* ℞. Ut juret de calumnia, adversario petente, & habeat potestatem de re controversa transigendi.

10 *An etiam infamis & perjurus Juramentum hoc deferre potest?* ℞. Affir. nam relationis impedimentum non statim impedit delationem. *Vid.* tamen Carpz. *p. 1. c. 14. d. 6.* & *de Process. t. 11. art. 1. n. 25. seqq* ubi dissentit.

11 *An quoque deferre potest mente captus, prodigus, minor?* ℞. Neg. quia hi omnes transigere non possunt.

12 *Quibus defertur hoc Juramentum?* ℞. Omnibus, qui aliquem rei controversæ intellectum habent, cujuscunque sint sexus, ætatis & conditionis.

13 *An etiam defertur ei, qui intentionem suam plene probavit?* ℞. Neg. quia tunc demum ad hujusmodi subsidium est recurrendum, si aliæ probationes deficiant, &, si veritas intentionis jam demonstrata sit, quid amplius opus Juramento?

14 *An ergo in casu* l. 14. § 3. C. de N. N. P. *Juramenti delatio denegatur?* ℞. Affir. quia alter ex Chirographo & lapsu biennii intentionem suam jam probatam habet.

15 *De quibus causis & Actionibus hoc Juramentum defertur?* ℞. De omnibus civilibus, personalibus & realibus, rei persecutoriis & pœnalibus, petitoriis & possessoriis, ordinariis & extraordinariis, etiam popularibus & causis famosis.

num. 35. injuriarum, (3009) *5. §. 8. 11. §. 1. de injur. Carpzov. L. 3. R. 44.* 1
& tit. 11. art. 1. num. 41. Depositi ob dolum depositarii, *10. C. h. Carpz.* 2
d. l. num. 60. & in quacunque judicii parte (3010) super quocunque arti- 3
culo: *12. pr. C. h. Carpzov. tit. 11. art. 1 num. 30. 97. & p. 1. c. 13. d. 1.* NON 4
etiam in (3011) criminalibus; [nam reus facile pejerabit: *Carpzov. d. l.*
n. 33. Bach. V. 1. D. 11 th. 10. lit. a. verb. non vero in Criminalib. &c. Actoris 5
autem Juramentum ad pœnam corporalem non (3012) sufficit; *arg. l. f.*
C. de probat. Berlich. P. 2. D. 297. num. 4. Bocer. cl. 6. D. 18. §. 51. lit. B. de Co-
stro ad L. admonendi, h. num. 10. Brunnem. d. l. num. 5.] nisi tantum de pe- 6
cuniaria pœna agatur. *Brunnem. d. l. num. 5.* Reum quoque super ex- 7
ceptionibus in causa criminali, accusatori interdum Juramentum defer-
re posse, vult (3013) *Carpzov. Lib. 3. R. 45. Berlich. l. 2. d. 297.* [in causis 8
matrimonialibus idem est, quod in Juramento voluntario. (3014) *Bocer.*
cl. 6. D. 18. §. 51.] Neque defertur juramentum veritatis super facto ali- 9
eno, e. g. heredi super facto defuncti: *11. §. 2. verum amat. arg 4. de in*
lit. Jur. Carpzov. part 1. const. 12. def. 40. 41. & c. 14. def. 1. potest tamen de
hisce deferri Juramentum credulitatis. (3015) *Carpzov. d. l. Berl. p. 1. c. 32.*
num. 19. 20.

Q Modus deferendi duplex est, [1] illud, de quo controversia, con- 10
scientiæ alicujus committendo, (3016) sc. in Juramento veritatis: [2] il-
lud committendo conscientiæ, & simul credulitati, scil. in Juramento
credulitatis. (3017) *Carpzov. tit. 11. art. 1. num. 33. & p. 1. c. 13. d. 40. 41.*

E Delatum non potest (3018) recusari, *1. §. 8. de jurejur.* nisi [1] de- 11.12
ferens recuset jurare de calumnia; *37. h. vid. supr. R.* [2] delatum sit &
revocatum iterum (3019) deferatur; *11. C.* [3] deferens non habeat po-
testatem deferendi; *35 § 1.* [4] sub ea formula delatum, sub qua, salva
pietate, jurari non possit; *5 §. 3.* [5] præstitum nihil (3020) operetur;
Carpzov. tit 11. art. 1. num. 73. [6] ille, cui delatum, alio modo intentio-
nem suam probare velit; *arg. c. 2. X de probat. 30. pr. Fr. h. num. 119. vid.*
Carpzov. p. 1. c. 14. d. 14. & tit. 11 art. 5 num. 1. [7] factum alienum
ignotum (3021) alicujus conscientiæ sit commissum. *Vid. 34. pr. h. 11. §. 2.*
verum amat. Fr. h. num. 121. Si recusetur sine causa, habetur recusans pro 13
confesso, adeoque si reus, condemnatur; si actor, absolvitur reus. *34.*
§. 6. & §. 38. h. 9. C. h. Carpz. l. 6. R. 110. n. 2. Si hic appelletur, in secunda 14
instantia nihil agitur, quam, an justa causa fuerit recusationis, nec ne?
12. §. 2. C. Sed vel * referendum (3022) est, *34. §. 6. 7. L. 38. Carpzov. tit.* L 15
11. art. 4. num. 3. [quo in casu referens non jurat de (3023) calumnia: *34.* 16
§. 7.

1 *In quibus causis & Actionibus* porro *hoc Juramentum defertur?* ℞. In causis & Actionibus injuriarum.

2 *An & in causa depositi ob dolum depositarii?* ℞. Affir.

3 *An vero in quacunque Judicii parte, & super quocunque articulo hoc Juramentum deferri potest?* ℞. Affir.

4 *An etiam hoc Juramentum defertur in causis criminalibus, si scil. ad pœnam corporalem agatur?* ℞. Neg. nam Reus, ad pœnam criminalem evitandam, facile pejerabit.

5 *An vero Actoris Juramentum in causa criminali ad pœnam capitalem infligendam sufficit?* ℞. Neg.

6 *Quando vero in criminalibus hoc Juramentum admittitur?* ℞. Si tantum de pœna pecuniaria agatur.

7 *An interdum Reus quoque super exceptionibus in causa criminali Accusatori Juramentum deferre potest?* ℞. Hoc vult Carpz. & Berlich. *citt. ll.*

8 *An & quomodo in causis matrimonialibus hoc Juramentum deferri potest?* ℞. In his causis idem est, quod in Juramento voluntario. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 55 & 65*

9 *An etiam super facto alieno Juramentum* veritatis *deferri potest?* ℞. Neg. e. g. heredi super facto defuncti; potest tamen de hisce factis deferri Juramentum *credulitatis.*

10 *Quotuplex est modus Juramentum hoc & alia deferendi?* ℞. Duplex: (1) illud, de quo controversia, conscientiæ alicujus committendo, scil. in Juramento veritatis: (2) illud committendo conscientiæ, & simul credulitati, scil. in Juramento credulitatis. *Vid.* omnino Lauterb. *d. l. §. 66.*

11 *An Juramentum delatum recusari potest?* ℞. Neg.

12 *In quibus specialibus casibus vero recusari potest hoc Juramentum?* ℞. (1) Si deferens recuset jurare de calumnia. (2) Si delatum sit, & revocatum iterum deferatur. (3) Si deferens non habeat potestatem deferendi. (4) Si sub ea formula delatum, sub qua, salva pietate, jurari non possit. (5) Si præstitum nihil operetur. (6) Si ille, cui delatum, alio modo intentionem suam probare velit, & (7) si factum alienum ignotum alicujus conscientiæ sit commissum.

13 *Quid vero obtinet, si Juramentum delatum sine causa recusetur?* ℞. Tunc habetur recusans pro confesso; adeoque si Reus est recusans, condemnatur; si Actor, absolvitur Reus.

14 *Si autem ab hac Judicis sententia appelletur, quid in secunda instantia agitur?* ℞. Ibi nihil amplius agitur, quam, an justa causa fuerit recusationis, nec ne.

15 *Cum ergo Juramentum delatum non possit recusari, quid faciendum?* ℞. Vel referendum est delatum Juramentum vel suscipiendum: manifestæ enim turpitudinis & confessionis est, nolle nec jurare, nec jusjurandum referre.

16 *Si vero Juramentum referatur, an referens de calumnia jurare tenetur?* ℞. Neg. hoc enim tantum ab eo fieri debet, qui defert Juramentum.

An

§. 7. Carpzov. tit. II. art. 4. num. 16. ille autem, cui refertur, etiam tutor, 1
Carpz. d. l. n. 30. Fab. in C. lib. 4. tit. 1 def. 10. n. 3. hoc omnino præstare te-
netur, *34. §. 7. h. 12. § 1. C. d. R. C.* & in Saxonia (3024) etiam de calu- 2
mnia jurare: *Carpzov. p. 1. c 14. def. 5.* neque potest referre, *arg. L. 34.* 3
§. 7. h. L. 12. §. 1. C. h. neque innocentiam aliter (3025) probare: *arg. 12.* 4
§ 1 C. 34. § 7. h. Berlich. p. 1. concl. 33. n. 11 Carpz. p. 1. c. 14. def 4. & d. art.
5. n. 43. nam recusans habetur pro confesso, neque (3026) appellat. *12. §. 1.* 5
C. Referri tamen non potest, quod respicit proprium (3027) factum 6
ejus, cui defertur, *34. §. 8. h. 11. §. 1. & f. L. 12 & 13. verum aliter Carpzov.*
p. 1. c. 14. d. 10. vid. t. f x b junct. 6. § 7. de her, qui not. infam. aut factum
tertii, cujus notitiam deferens minorem habet, quam adversarius, *arg.*
34. §. 8 h. Fr. h. num. 102. aut si quis affirmantis matrimonium hoc (3028)
deferat. *vid. sup. O.*]

vel * suscipiendum, quo suscepto, *vid. Carpz. p. 1. c. 12.* I. 7
d. 6. & tit. 11. art. 3. n. 1. deferens illud revocare & ordinariis probationi-
bus uti non (3029) potest, *arg. 5 C. de O. & A. Struv. Ex. 17. §. 39. Carpzov.*
p. 1. c. 12. d 3. nisi novæ probationes (3030) supervenerint: *11. C. h. Carp-*
zov. p. 1 c. 12. d. 4. & tit 11 art 1. num. 135. nec ille, qui suscepit, referre 8
(3031) potest, *arg. 5. C. de O. & A. Fr. num. 93. Carpz. p. 1. c. 14. d. 3.* sed præ- 9
stare debet in (3032) continenti. *5 §. f. Fr. h. n. 90. vid. Carpz. p. 1. c. 12. d.*
7. In forma, quæ (3033) delatum, *3. §. f. vid. Carpz. tit. 11. art. 3. n. 111.* 10
regulariter in loco Judicii coram Judice & adversario, *12. in f pr §. 4. C.* 11
[nisi jurent egregii (3034) vel valetudinarii: (3035) tum enim ad eos mit-
titur, & in ædibus, quas inhabitant, jurant. *15. vid. Gravenw. ad d. l. 15 h.* I-
dem est in (3036) senibus. *Berlich. p. 1. dec 116. per L. 5 de jur. immun.*] ipsi- 12
met; (3037) *arg 3. §. f h. l 12. §. 4. C.* propter *12. pr C. Bach. v. 1. D. 11. th.*
6. lit. a. verbis: moribus vero receptum. & §. 10. lit. F. qui si absit, evocatur, 13
vel volente judice jurat, ubi degit, coram actis publicis, præsente (3038)
adversario vel ejus procuratore. *12. §. 4. C Bachov. v. 1. D. 11. th. 10. lit. f.*
Berlich. p. 1. decis. 117. num. 2 Bocer. cl. 6. D. 10. th. 49. Potest tamen, si 14
adversarius consentiat, aut hisce primum delatum sit, præstari per
(3039) volentes, [*34. §. 3. Bocer d. l. thes 47.*] Procuratorem, *9. §. 6.*
Bocer. d. l. thes. 49. Brunnem. de process. cap. 23. num. 21. vid. Carpzov.
p. 1. c. 12. def. 39. num. 1. Syndicum, (3040) *Bachov. v. 1. Disp. 11.*
th. 10. lit G. vers. quod si colleg. vid. 97. de condit. & demonstrat. 14. ad
municip. Gail. 2. de pac. publ. c. 7. num. 17. 18. Carpzov. tit. 11. art. 2. n.
51. Tutorem & (3041) Curatorem; *arg. 4. princ. de jur. in lit.* secus est, 15
si ipsi pupillo (3042) delatum sit; *arg. 3. §. f. h. L. 12. §. 4. C. h. Carpzov.*

1 *An vero ille, cui Juramentum refertur, hoc omnino præstare tenetur?* ℞. Affir. etiamsi sit Tutor: nec enim debet displicere conditio jurisjurandi ei, qui alteri illud detulit.

2 *An in Saxonia is, cui Juramentum relatum, etiam de calumnia jurare debet?* ℞. Affir. Juramentum enim calumniæ ab illo est præstandum, qui detulit Juramentum judiciale, ut scil. se liberet a suspicione, quod non malitiose detulerit; referens vero non defert, sed tantum remedio, in Jure ipsi permisso, utitur, quo se a præstatione Juramenti delati liberet, adeoque nulla suspicio malitiæ in eo est, sed hæc potius in deferente remanet.

3 *An vero deferens Juramentum sibi relatum iterum referre potest?* ℞. Neg.

4 *An tamen deferens hoc casu innocentiam suam aliter probare potest?* ℞. Neg.

5 *An ergo recusans, cui Juramentum relatum, habetur pro confesso, nec appellare potest?* ℞. Affir.

6 *Quodnam autem Juramentum referri non potest?* ℞. Quod respicit proprium factum ejus, cui Juramentum delatum; item, quod respicit factum tertii, cujus adversarius majorem habet notitiam, quam deferens; item, si quis affirmanti matrimonium hoc deferat.

7 *Si autem suscipiatur Juramentum delatum, potestne deferens illud revocare?* ℞. Neg. nisi novæ probationes supervenerint.

8 *An vero ille, qui suscepit Juramentum sibi delatum, illud referre potest?* ℞. Neg. quod enim ab initio est voluntatis, id ex post facto fit necessitatis: imputet enim sibi, quod Juramentum delatum susceperit, & non statim retulerit.

9 *An ergo hoc susceptum Juramentum suscipiens in continenti præstare debet?* ℞. Affir.

10 *Quomodo autem, & in qua forma Juramentum susceptum est præstandum?* ℞. In forma, qua delatum: secundum intentionem enim ejus est jurandum, qui Juramentum detulit.

11 *Ubi, & coram quibus hoc Juramentum est præstandum?* ℞. Regulariter in loco judicii, coram Judice & adversario: sin vero juraturi sint egregii vel valetudinarii, tunc ad illos mittitur, ut in propriis ædibus jurent. Idem de senibus tradit Berlich. *cit. l.* per *l. 5 ff. de jur. immunit.*

12 *Quis autem præstare debet Juramentum delatum & susceptum?* ℞. Ipse, scil. ille, qui Juramentum delatum suscepit.

13 *Quid vero, si absit, qui Juramentum suscepit?* ℞. Tunc ad jurandum evocatur, vel, volente Judice, jurat, ubi degit, & quidem coram actis publicis, & præsente adversario, vel ejus Procuratore.

14 *An tamen Juramentum hoc per alios volentes præstari potest, si adversarius consentiat, aut hisce primum delatum fuerit?* ℞. Affir. v. g. per Procuratorem, Syndicum, sc. nomine Universitatis, (alias per ejus Administratores) Tutorem & Curatorem in causa scil. pupillari. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 70.*

15 *An vero ratum est, si Juramentum ipsi pupillo delatum?* ℞. Affir. licet enim hic nondum justæ ætatis sit, imputet tamen sibi alter, quod pupillo detulerit.

tit. 11. art. 1. num. 17. & p. 1. c. 12. d. 42. qui si nolint, *vid. LL. alleg.* nec 1
pupilli velint, *vid. 34. §. 2.* differendum est juramentum in tempus
(3043) pubertatis. *Carpzov. tit. 11. art. 2. num. 14.* Si mortuus sit, cui de- 2
latum fuit, heres non (3044) potest praestare, *12. pr. C. h. Bachov. v. 1. D. 21.*
th. 10. lit. G. in f. vid. Carpzov. d. l. num. 11. neque susceptum habetur pro 3
praestito, *arg. 44. ff. de condit. & demonstrat. Bachov. v. 1. Disp. 21. th. 10. lit.*
G. in f. nec omnis moriens est Johannes Evangelista. (3045) *Polider. Ri-*
pa. tr. de ass. in mort. artic. 1. 30. n. 1. Menoch. de praesumt. lib. 3. praesumt. 3.
[*Gail. 2. O. 43.* ¶ *Berlich. p. 1. c. 57. num. 14. Carpzov. l. 6. R. 110.* putant tum
pro impleto (3046) haberi ejusmodi Juramentum.] Praestitum aut re- 4
missum hoc Juramentum est legitima probatio, *5. §. 2. 11. §. 3. h.* quam 5
sequitur absolutio (3047) vel condemnatio, *34. §. f. Carpzov. tit. 11. art.*
3. n. 20. neque ab illa (3048) appellatur, *12. §. 3. C. arg. 56. de re judic.* 6
Carpz. p. 1. c. 17. def. 7. neque propter nova instrumenta de perjurio (3049) 7
quaeritur. *1. C. h. 31. h. arg. 19. C. de transact. junct. 2. h. Carpzov. p. 1. c. 19.*
def. 1. 2. 3. Excepto casu (3050) *L. f. C. h. quo respicit L. 1. in f. C. h. vid.* 8
Fr. h. num. 169. Bachov. v. 1. D. 21. §. 3. lit. B. vers. nec perjurio. Post senten- 9
tiam non datur actio ex jurejurando, sed actio vel exceptio (3051) judica-
ti. *Bach. d. l. th. 3. verb. an vero actio &c.*

D Juramentum litis decisorium, * a *JUDICE* delatum, dicitur h. 10
NECESSARIUM, (3052) *vid. Vinn. l. 1. quaest. 43.* quod Judex alieni ad im- 11
perfectam suae intentionis probationem confirmandam (3053) & sup-
plendam defert; unde etiam *SUPPLETORIUM* vocatur *Berlich. p. 1. c. 57.* 12
num. 4.

C Defert Judex, *31. h. 3. C.* partibus petentibus, (3054) *vid. Gail. 1. O.* 13
109. n. 1. 2. & ex officio, *3. C. h. 31. h. c. f. X. de jurej. Berl. d. l. n. 41. Carpzov.*
p. 1. c. 13. d. 1. Bocer. cl. 6. D. 18. th. 76. Statut. Hamb. p. 1. tit. 34. art. 16. ita,
ut praesentibus (3055) requisitis illud praetermittere non (3056) possit: *3.* 14
C. Vinn. l. 1. quaest. 43. Carpz. d. l. d. 2. alias enim ab ejus sententia appellari 15
(3057) potest. *Carpz. d. l. & tit. 11. art. 2. num. 16.* Ob inopiam probatio- 16
nis, *3. C.* semiplenae tantum, *Vinn. l. 1. quaest. 44. Carpz. p. 1. c. 13. def. 3.*
¶¶¶. *Bach. V. 1. D. 21. §. 10. lit. A. verb. sed quae hoc dicendo.* v. g. unum te- 17
stem, (3058) exceptione majorem, *Vinn. d. l.* libros mercatorum; (3059)
vid. Carpz. p. 1. c. 17. d. 55. &c. de quibus judex (3060) cognoscit. *Carpz.* 18
tit. 11. art. 2. num. 16. Bach. d. l. *NON* etiam defertur, si probatum fuerit 19
plene, *arg. 3. C. arg. 1. 2. X. de probat. 9. C. de O. & A.* aut minus
quam (3061) semiplene, *Carpzov. p. 1. c. 13. def. 3.* aut factae proba-
tiones per contrarias alterius elisae, & utrinque aequales (3062) sint: *arg.*
1. 3. §. f.

1 *Quid vero, si neque tutores, neque pupilli jurare velint?* ℞. Tunc (quia pupillo invito Juramentum non defertur. *l. 34. §. 2. ff. h. t.*) differendum est Juramentum in tempus pubertatis, sc. plenæ, h. e. usque dum annum ætatis decimum octavum adimpleverit.

2 *An heres Juramentum defuncto delatum præstare potest?* ℞. Neg. quia heres justam & probabilem rerum, a defuncto gestarum, ignorantiam habere censetur.

3 *An tamen Juramentum a defuncto susceptum pro præstito habetur?* ℞. Neg. non enim omnis moriens est sanctus Johannes Evangelista. *Gail.* quidem *Berl.* & *Carpz.* citt. ll. putant, eum pro impleto haberi quatenus Juramentum: sed hi Dd. de eo casu sunt intelligendi, si ille, cui delatum est Juramentum, illud non tantum acceptaverit, sed etiam se ad jurandum obtulerit, & postea mortuus sit.

4 *Præstitum autem vel remissum hoc judiciale Juramentum an cedit in plenam probationem?* ℞. Affir.

5 *Quid ergo hanc probationem sequitur?* ℞. Absolutio vel condemnatio.

6 *An tamen ab illa appellari potest?* ℞. Neg.

7 *Num propter instrumenta noviter reperta de perjurio quæritur?* ℞. Neg.

8 *Quinam vero casus a præcedenti Quæst. excipitur?* ℞. Casus *Legis fin. C. h. t.*

9 *Quænam Actio post sententiam jam datur?* ℞. Non datur Actio vel exceptio ex jurejurando, sed Actio vel exceptio judicati.

10 *Quomodo Juramentum litis decisorium, a* Judice *delatum, dicitur?* ℞. Juramentum *Necessarium.*

11 *Quid ergo est hoc Juramentum Necessarium?* ℞. Quod Judex uni ex litigatoribus, ad imperfectam intentionis suæ probationem confirmandam & supplendam defert.

12 *An ergo hoc Juramentum necessarium etiam* Suppletorium *vocatur,* der Erfüllungs-Eyd? ℞. Affir.

13 *Quis defert hoc Juramentum, & quibus defertur?* ℞. Judex, partibus petentibus, & quidem ex officio.

14 *An Judex, si cætera requisita adsint, illud prætermittere potest?* ℞. Neg.

15 *An igitur, si Judex, præsentibus requisitis, hoc Juramentum non deferat, ab ejus sententia appellari potest?* ℞. Affir.

16 *Quam vero ob causam Judex defert hoc Juramentum necessarium?* ℞. Ob inopiam probationis semiplenæ tantum; h. e. quando intentio ad minimum semiplene probata, tunc per illud Juramentum suppletur, secundum communem & in praxi receptam opinionem.

17 *Da Exemplum hujus semiplenæ probationis?* ℞. E. g. quæ fit per unum testem omni exceptione majorem; item per libros Mercatorum.

18 *Quis de aliis modis semiplenæ probationis judicat?* ℞. Judex: ab hujus enim arbitrio in genere dependet, an semiplene probatum sit.

19 *An etiam defertur hoc Juramentum, si probatum fuerit plene, aut minus quam semiplene, aut unius probationes per contrarias alterius probationes elisæ, & ex utraque parte æquales fuerint?* ℞. Neg. quia in his omnibus non adest semiplena probatio, quæ tamen requiritur, ut hoc Juramentum deferri possit.

c. 3. §. f. 2. de probat. L. 119. de R. J. c. cum sunt. 11. de reg. jur. in 6. Prævia (3063) cognitione, 3. C. etiam post (3064) causæ conclusionem, *Bocer. cl. 6. D. 18 §. 77. Gail. 1. O. 108. n. 4. 5. Carpz. p. 1. c. 23. d. 9.* vel per (3065) interlocutoriam, *Merckelbach. ad Klock. Vol. 2. cons. 50. Carpz. tit. 12. art. 2. num. 44 & 72.* vel in ipsa (3066) definitiva. *Carpz. tit. 12. art. 2. num. 14. 15. 43. 53. 93. & p. 1. c. 23. def. 7. Brunnem. de process. c. 23. n. 32.* 1

S Actori & (3067) reo, uter semiplene probavit, *Bachov. d. l. lit. c. in f. Carpzov. d. l. num. 36. & p. 1. c. 23. d. 4.* modo sit fide (3068) dignus, & veritatem sciat: *Berl. p. 1. c. 53. num. 17.* nam de veritate (3069) jurare debet. *Berl. d. l. 99. Frackmann. V. 1. c. 10. num. 93 & 118. & V. 2. c. 18. num. 10. Brunnem. de process. c. 23. num. 25. [dissent. Carpzov. p. 1. c. 23. d. 8.]* NON etiam usurariis, perjuris, falsariis. (3070) *Carpzov. tit. 12. art. 2. num. 60.* Digniores hic præferuntur (3071) indignioribus. *arg. c. 10. sub §. ult. d. V. S. L. 3. pr. §. 1. de test. Carpz. p. 1. c. 23. d. 7. Berl. p. 1. concl. 53. n. 19.* 2 3 4

O In causis civilibus, dubiis, 3. C. licet ex delicto vel crimine agatur. 5
3. §. 1. in h. Bach. V. 1. D. 21. §. 10. lit. a. verb. non. Excipiuntur tamen arduæ 6
& (3072) magnæ: *Gail. 1. O. 108.* [nisi plus quam semiplene (3073) pro- 7
batum sit. *Gail. d. l. Brunnem. de process. c. 23. num. 28.*] e. g. matrimonia- 8
les; (3704) *Vinn. l. 1. quæst. 44. in f. Gail. l. 2. O. 94. n. 4. Carpz. p. 1. c. 23. d. 10. & Tit. 12. art. 2. num. 61. Berl. p. 1. c. 54. num. 14.* nisi negans consentiat, 9
(3075) aut pro affirmante præter semiplenam probationem, concurrat alia insignis conjectura. *Berlich. d. l. num. 16. Carpzov. d. art. 2. num. 67. & lib. 3. def. 46.* NON etiam criminalibus; (3076) *arg. L. f. C. de probat.* 10
Vinn. l. 1. quæst. 44. in fin. Bachov. V. 1. D. 21. §. 10. lit. a. verb. non vero in criminal. fere in f. Carpzov. d. c. d. 11. & d. art. 2. num. 73. Gail. 2. O. 94. num. 3. Berlich. d. l. num. 5. Matth. de crimin. lib. 48. ff. tit. 15. c. 7. num. 1. nisi agatur tantum ad pœnam (3077) pecuniariam. *Berlich. d. l. num. 8. 12. Carpzov. d. c. d. 11. vid. omnino Berlich. d. l. ubi plures exceptiones.*

E Delatum est omnino (3078) præstandum: nec offerendo alias 11. 12
probationes recusari (3079) potest; *Carpzov. tit. 12. art. 2. num. 54.*
nec referri. (3080) *c. f. 2. h. Bachov. d. l. lit. D. Carpzov. tit 12. art.* 13
2. num. 57. Vinn. 1. quæst. 43. Si vero adsit recusationis causa, (3081) 14
potest a delatione appellari: *11. §. 2. C. Bocer. cl. 6. D. 18. §. 79.* qui sine 15
justa causa recusat, causa (3082) cadit, nec judex remittere potest; 16
Vinn. 1. quæst. 43. nisi ex justissima causa, e. g. si postea suspicio accedat, futurum, ut pejeret ille, cui delatum. *Vinn. 1. quæst. 43. pag. 197.* 17
Brunnem. de process. c. 23. n. 29. Præstitum sequitur sententia (3083) pro 18
juram-

1 *Quomodo autem & quando defertur hoc Juramentum a Judice?* ℞. Prævia cognitione, etiam post causæ conclusionem, & quidem vel per sententiam interlocutoriam, vel in ipsa sententia definitiva.

2 *Quibus hoc Juramentum deferri potest?* ℞. Actori & Reo, uter intentionem vel exceptionem semiplene probaverit; modo sint personæ fide dignæ, & probabiliter veritatem sciant: nam de veritate, non de credulitate præstari debet.

3 *An etiam defertur usurariis, perjuris, falsariis &c.?* ℞. Neg.

4 *Quinam vero hic præferuntur?* ℞. Digniores indignioribus, quia major fides in illis præsumitur.

5 *In quibus causis hoc Juramentum locum habet?* ℞. In causis *Civilibus*, ob minus plenas probationes, dubiis & modicis, licet ex delicto vel crimine agatur.

6 *Quænam autem causæ excipiuntur?* ℞. Causæ arduæ & magnæ.

7 *An tamen in hisce causis arduis deferri potest hoc suppletorium, si plus quam semiplene probatum sit?* ℞. Affir.

8 *An vero in causis matrimonialibus defertur?* ℞. Neg. quia hæ causæ pro arduis habentur.

9 *An tamen in hisce causis matrimonialibus hoc Juramentum suppletorium deferri potest, si negans consentiat, aut pro affirmante, præter semiplenam probationem, concurrat alia insignis conjectura?* ℞. Affir.

10 *An vero hoc Juramentum etiam in Criminalibus deferri potest?* ℞. Neg. nisi agatur tantum ad pœnam pecuniariam.

11 *An hoc Juramentum delatum omnino est præstandum?* ℞. Affir.

12 *An tamen hoc Juramentum, offerendo alias probationes, a parte, cui delatum, recusari potest?* ℞. Neg.

13 *An vero referri, sive in adversarium rejici potest?* ℞. Neg. cum hoc Juramentum a parte non deferatur, sed a Judice, ut sic semiplena probatio per id suppleatur.

14 *Si tamen justa recusationis causa adsit, quid remedii contra hoc Juramentum delatum superest?* ℞. Tunc potest a delatione appellari.

15 *Quænam autem est pœna illius, qui sine justa causa in supplementum jurare recusat?* ℞. Causa cadit.

16 *An tamen Judex hoc Juramentum remittere potest?* ℞. Neg.

17 *An tamen Judex remittere potest ex justissima causa, e. g. si postea suspicio accedat, futurum, ut pejeret ille, cui delatum?* ℞. Affir.

18 *Quid sequitur hoc Juramentum præstitum?* ℞. Si præstitum, imperfecta probatio confirmatur, & sequitur sententia pro jurante.

juramento: *30. h.* quæ tamen eliditur appellatione (3084) intra decendium, 1
arg. 12. § 3. C. h. l. 1. de appell. Barbos. V. 1. D. 21. th. 10. lit. E. verb. an autem a sententia. & c. Carpzov. p. 1. c. 19. d. 2. Boeer. cl. 6. D. 18. §. 21. ¶ vel etiam 2
retractatur, (3085) & causa ex integro agitur propter instrumenta novi-
ter (3086) reperta; *31. pr. Boeer. d. l. Carpzov. p. 1. c. 19. d. 5.* etiam sine re- 3
stitutione in integrum. (3087) *Tr. v. 1. D. 21. th. 10. lit. E. ibi Barbos. Carp-zov. d. l. & tit. 12. art. 1. num. 104. [dissent. Boeer. cl. 6. D. 18. §. 21.* ubi *th. 25.*
subjicit, hoc juramentum pro præstito haberi, si moriatur, cui delatum 4
(3088) erat.]

* *MIXTUM* dicitur, quod partim promissorium, partim assertori- e. 5
D um est, quale est Juramentum *CALUMNIÆ* generale, (3089) *Fr. h. num.* 6
56. Valrej. lib. 3. c. 2. num. 33. quod est Juramentum a litigantibus super 7
causa sincere & B. F. suscepta & prosequenda præstandum. *Umm. D. 22. ad process. th. 7.*
C Introduxit hoc [*vid. l. 2. pr. & §. 5. C. de Jur. propter Ca-lumn. dando.*] Justinianus, *Nov. 49. c. s. vid. Fr. h. num. 56. Valrej. d. l. n. 36.* adeoque abrogari rursus (3090) potest, *arg. 32. d. LL. Gail. 1. O. 85.* 8 9
num. 4. Grav. l. 2. concl. 25. num. 1. Valr. d. l. num. 34. propter frequentium 10
perjuriis, *arg. 2. in f. C. de indict. vid. tot. c. 3. X. de cohab. cleric.* quod cir-
ca hoc Juramentum frequens: *Gail. 1. O. 85. num. 4. Parthen. litig. lib. 1. c. 15. num. 34. & l. 1. c. 6. num. 19. Carpzov. p. 1. c. 12. d. 12. num. 1. Fr. h. num. 62.* quod factum in Saxonia: (3091) *Carpzov. d. l. & tit. 12. art. 1. num. 7.* 11
Fr. h. num. 67. Barbos. v. 1. D. 21. th. 3. lit. c. in f. in Camera vero & ubique 12
est in usu. *R. I. de anno 1654. §.* über dieses verordnen wir, &c. *43.* Jure 13
Civili etiam non (3092) petitum, omnino præstandum est: *2. pr. C. de Jur. propter cal.* Jure Canonico autem tacite omitti potest, *c. 1. §. 2. de* 14
Jur. Cal. in 6. non etiam expresse, (3093) *arg. 2. §. 4. C. de Jur. propter cal. dand. 38. de pact. junct. c. 1. de Juram. Cal. in 6. Valrej. L. 3. c. 2. num. 36. Boeer. cl. 6. D. 18. th. 12. lit. B.* Defertur a Judice ex officio, vel ad partis 15
(3094) petitionem, *R. I. de anno 1654. §.* über dieses verordnen wir, &c.
in pr. Valrej. l. 3. c. 2. num. 40. 41. viva voce factam: [nam in scriptis fa- 16
cta negligi (3095) potest.] *Recess. deput. de anno 1600. §.* Als auch. *arg. Gail. 1. O. 84. num. 7. Grav. 1. concl. 84. Besold. ad Jus Würtemb. D. 1. th. 64.*

S Actori & (3096) reo, *2. pr. §. 4. & 7. Aut. principal. pr. C. de Jurejur. propter cal.* cujuscunque sexus & dignitatis; *2. §. 1. C. d. t. Ord. Cam. p. 1. tit. 15. Valrej. de judic. l. 3. c. 2. num. 49. vid. Grav. 1. concl. 38. consid. 1. circa fin.* 17

1 *An tamen hæc sententia eliditur appellatione, intra decendium interposita?* ℞. Affir.

2 *An etiam hæc sententia retractari, & causa ex integro agi potest propter instrumenta noviter reperta?* ℞. Affir.

3 *An etiam sine restitutione in integrum retractatur?* ℞. Affir. quia in *L. Admonendi. 31. ff. de jurejur.* dicitur, eum, qui post hoc Juramentum nova instrumenta invenit, causam ex integro agere posse: atqui ex integro dicitur agi causa, non per restitutionem in integrum, sed cum sententia lata *ipso jure* nulla sit, pristinaque actio & causa instituatur, perinde, ac si nulla sententia lata fuisset.

4 *An hoc Juramentum pro præstito habetur, si ille, cui delatum, mortuus fuerit?* ℞. Affir. *vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 73. in fin.*

5 *Quodnam Juramentum* Mixtum *dicitur?* ℞. Quod partim promissorium, partim assertorium est.

6 *Da exemplum hujusmodi Juramenti?* ℞. Tale est Juramentum *Calumniæ generale*, Eyd der Boßheit?

7 *Quid igitur est hoc Juramentum calumniæ generale?* ℞. Quod a litigantibus, super causa sincere & bona fide suscepta & prosequenda, præstandum.

8 *Quis hoc Juramentum introduxit?* ℞. Imperator *Justinianus.*

9 *An ergo hoc Juramentum, jure positivo introductum, contrario jure positivo, Lege vel Consuetudine rursus tolli & abrogari potest?* ℞. Affir.

10 *Quam ob causam autem rursus abrogandum?* ℞. Ob frequentiam perjurii, quod circa hoc Juramentum frequens est.

11 *Ubi hoc Juramentum est abrogatum?* ℞. In Saxonia.

12 *Ubi vero adhuc in usu est?* ℞. In Camera Imper. & plurimis aliis Provinciis.

13 *An hoc Juramentum calumniæ generale, de Jure* Civili, *etiam non petitum, præstandum est?* ℞. Affir.

14 *An vero Jure* Canonico *hoc Juramentum omitti potest?* ℞. Licet Jure Canonico, quod hodie observatur, expresse a partibus remitti nequeat, tacite tamen omitti potest.

15 *A quo autem hoc Juramentum defertur?* ℞. A Judice, & quidem vel ex officio, vel ad partis petitionem.

16 *Quomodo vero hæc petitio fieri debet?* ℞. Viva voce, nam in scriptis facta negligi seu præteriri potest.

17 *Quibus defertur hoc Juramentum?* ℞. Actori & Reo, eorumque heredibus, cujuscunque sint sexus & dignitatis.

1 *Qui-*

fin. & concl. 90. num. 1. Clericis, (3097) *c. 5. & f. it. h. Unm. D. 12. th.* 1
8. num. 34. Brunnem. c. 15. num. 12. universitatibus, *2. §. 5. C. d. t.* Tu-
toribus, Curatoribus & aliis legitimis administratoribus, *1. §. 2. Aut.*
principali §. 6. C. d. t. cap. 2. §. 1. eodem. in 6. Ord. Cam. part. 1. tit. 65.
ibi : In eine eigene Seelen, licet ex officio (3098) constitutis, *Bach.*
V. 1. D. 21. th. 4. lit. d. vers. procurat. fisc. &c. vid. tamen Gail. 1. O. 88.
num. 9. aut nomine fisci agentibus ; *Bachov. d. l. Grav. l. 1. concl. 90.*
num. 3. 5. qui tamen hodie non (3099) jurant. *Gail. 1. O. 90. num. 4.*
Mynf. c. 1. O. 74. Vultej. l. 3. c. 2. num. 61. Klock. tom. 3. conf. 191. num.
41. vid. tamen Grav. l. 1. concl. 90. num. 6. Advocatus Jur. civ. in 2
singulis causis, ¶¶ propter *2. §. 4. in f. C. d. t. §. 1. L. de pen. tem. li-*
tig. 14. §. 1. C. de judic. Vultej. l. 3. c. 2. num. 53. hoc desuetudine 3
(3100) abolitum, *Vultej. d. c. 2. num. 58. Mev. ad J. L. l. 5. tit. 2. art.*
6. num. 10. in Camera tamen renovatum est. *R. I. de anno 1654. §.*
Uber dieses. De advocatorum ordinariorum juramento uno ad singu- 4
las causas *vid. Ord. Cam. part. 1. Tit. 62 & 64. Ummius de process.*
Disp. 12. num. 36. in fine. Ab hoc Juramento immunes sunt Electo- 5
rum, Principum & Statuum Consiliarii, (3101) *R. I. de anno 1654. §.*
Uber dieses ordnen wir. Feudi Dominus & Vasallus, (3102) *c. un. §.*
1. lib. 2. F. tit. 33. Berlich. p. 1. concl. 31. num. 12. Grav. 2. concl. 156. Bo-
cer. cl. 6. D. 18. th. 36. Umm. D. 12. th. 8. num. 35. Parentes & (3103)
Patroni. ¶¶¶. *Umm. D. 12. th. 8. num. 35. Brunnem. c. 15. num. 13.* [*dis-*
sent. Bachov. V. 1. D. 21. th. 4. lit. c. vers. Hoc jusjurandum &c. per L. 2.
§. 4. C. d. t. Nov. 49. c. ult. ibi : adversus omnem person.]
O Regulariter in omnibus (3104) causis, *2. pr. C. d. t. Nov. 49. c. f.* 6
feudalibus, *arg. c. un. l. 2. feud. tit. 1. Vultej. l. 2. de Feud. c. 3. num.*
8. Umm. D. 12. th. 8. num. 37. matrimonialibus, *Berlich. p. 1. c. 31. n. 7.*
spiritualibus, *c. 1. §. f. de Jur. Cal. in 6.* quo corrigitur *c. 2. X. eodem.*
Bachov. V. 1. D. 21. th. 4. lit. B. Brunnem. c. 15. num. 14. Vult. l. 3. c. 2.
num. 77. criminalibus : *2. pr. C. d. t. c. 1. vers. praeterea. X. de Jur. Cal.*
c. 2. §. f. eodem. in 6. Const. Fred. Imperat. de incend. §. si quis. lib. 5.
Feud. tit. 10. Berlich. p. 1. concl. 31. num. 17. Clar. §. f. quaest. 49. num. 3.
Damhoud. prax. crim. c. 128. num. 3. 4. Bocer. cl. 6. D. 18. th. 13. lit. f. Umm. D.
12. th. 10. num. 44. Harppr. ad pr. I. de publ. Jud. num. 19. Wurmf. tit. 14. O. 4.
Klock. tom. 3. conf. 191. num. 41. Vultej. lib. 3. c. 2. num. 87. ¶. [a reo tamen 7
capitis non (3105) exigitur : *Brunnem. c. 15. num. 15.*] sive agatur ordinario, 8
sive summario (3106) processu : *Clem. saepe. §. Citationem. de V. S. Berl. p. 1.*
c. 31. n. 8. Brunnem. d. c. 15. num. 14. coram judice ordinario, delegato, sive 9
com-

1 *Quibus porro hoc Juramentum deferri potest?* ℞. Clericis, Universitatibus, Tutoribus, Curatoribus & aliis legitimis Administratoribus; item Procuratoribus, (*modo speciale ad hoc habeant mandatum, & probe desuper sint instructi*) licet ex officio constitutis, (*scil. quoad processum,*) aut nomine fisci agentibus, qui tamen hodie jurare non tenentur. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 83.*

2 *An Advocatus quoque hoc Juramentum calumniæ præstare debet?* ℞. Affir. & quidem *Jure Civili*, in singulis causis.

3 *An hoc adhuc hodie obtinet?* ℞. Hoc desuetudine quidem hinc inde abolitum erat, postea vero in *Camera Imper.* renovatum est.

4 *Ubi agitur de Advocatorum Ordinariorum Juramento uno ad singulas causas?* ℞. In Ordin. Camer. *part. 1. tit. 62 & 64.*

5 *Quinam ab hoc Juramento calumniæ sunt immunes?* ℞. Electorum, Principum & Statuum Consiliarii actuales in causis suorum Principalium; *porro*, Feudi Dominus & Vasallus, inter quos scil. lis intercedit; *item*, Parentes & Patroni. De furiosis, infantibus, pupillis, minoribus & prodigis, item de liberis contra Parentes agentibus *vid.* Obrecht. *de Juram. Calumn. c. 5. num. 10. & c. 6. n. 5.*

6 *In quibus causis defertur hoc Juramentum?* ℞. Regulariter in omnibus causis, etiam feudalibus, matrimonialibus, spiritualibus, criminalibus.

7 *An ergo etiam a Reo criminis capitalis exigitur?* ℞. Neg.

8 *An hoc Juramentum deferri potest, sive causæ agantur in ordinario, sive in summario processu?* ℞. Affir. quia in utroque calumniari potest.

9 *An quoque defertur sive agatur coram judice ordinario, delegato, sive compromissario?* ℞. Affir.

compromissario, *2. §. 4. C. d. t.* in prima & secunda (3107) instantia; *c. 2.* 1
pr. de Jur. Cal. in 6. Ord. Cam. p. 3. tit. 32. & p. Berlich. p. 1. c. 31. num. 26. Vult.
3. c. 2. num 89. in Judicio revisorio. (3108) *Recess. Deput. de anno 1600. §.* 2
und obwohl. *Umm. D. 12. §. 10. n. 43. Grav. L. 1. concl. 84. n. 7.*

fr. Ratio formalis est, ut supr. in D. (3109) In specie vero jurat quis 3
[1] se credere, se justam causam fovere; *§. 1. L. de pen. tem. lit. L. 2. pr.*
C. de jur. propter Cal. dand. Ord. Cam. p. 1. tit. 65. R. I de anno 1654. § über
dieses verordnen. [2] se interrogatum nolle veritatem diffiteri, (3110)
Ord. Cam. p. 1. tit 65 R. I. d. §. 1. [3] se nihil corrumpendi gratia dedisse,
vel daturum; *Aut. principales. pr. C. d. t. Ord. Cam. d. l.* [4] falsa probatio-
ne se non usurum; *Nov. 49. c f. Borcr. cl. 6. D. 18. th. 10.* [5] se nullam
non necessariam probationem exacturum: *Aut. In isto. C. d. tit.* nec alio
modo se litem temere protracturum: *2. pr. d. t. Ord. Cam. p. 1. tit. 65. R.*
I. de anno 1654. § über dieses: Illud juretur, quod lis sibi justa videtur; 4
Et si quæretur, verum non inficietur. Nil promittetur, nec falsa pro-
batio detur. Ut lis tardetur, dilatio nulla petetur. *Vult. de Judic. l. 3.*
c. 2. num. 96.

Q. Petitur ac præstatur statim, ab initio litis, ante vel paulo post (3111) li- 5
tem contestatam. *2. pr. § f. C. d. t. Nov. 49. c. f. pr.* Nec actori delibera- 6
tio (3112) conceditur: *Ruland. de commiss. p. 4. l. 6. c. 10. m. 4. num. 16.*
omissum vero semper (3113) petitur usque ad causæ conclusionem: *c. 1.* 7
pr. de Jur Cal. in 6. R. I. de anno 1654. d. §. Borcr cl. 6. D. 19. th. 11. Vultej. l.
3. c. 2. num. 70. petitum vero, sed non præstitum Judex injungit etiam 8
post, rescissa (3114) conclusione; *Gail. 1. O. 84. num. 6. ¶. Borcr. d. l. lit. B.*
non etiam ante (3115) litem contestatam; *2. pr. C. d. t. Vultej. d. l. num. 71.* 9
Umm. d. 12. §. 11. num. 47. Ruland. d. l. ¶. vid. tamen Brunnemann. de
process. c. 15. num. 20. in Judicio; *2. § 3. § 5 Aut. principal. §. 1 & 4. C. d. t.* 10
nisi sint personæ egregiæ, & aliæ, quæ ad judicem venire impediuntur:
nam hæ domi coram deputatis adversario præsente jurant. *2. §. 1. C. d. t.* 11
Vultej. d. l. 3. c. 2. num. 90. Honestæ fœminæ Jur. Civili domi, etiam 12
absente adversario, jurant. *2. §. 1. Aut. principal. §. 3. C. d. t.* Hodie non 13
(3116) observ. *Umm D 12. th. 11 num 48. vid. Gruncw. ad 15.* De absen-
tibus. *vid. Auth. princ. §. 4. C. de jurej. propt. calumn.*

E Exactum omnino præstandum, & quidem J.Civ. primum ab actore: 14
2. pr §. 4. in f. §. 6. C. d. t. Umm D. 12. §. 8. n. 32. in f. hodie a primo (3117) 15
deferente. *Vult. l. 3. c. 2. n. 62.* J. Civ. ipso onere: *2. §. 3. 4. C. h. Bach. V. 1. D. 12.* 16
th. 4. lit. d. vers. alias quoque. Grav. L. 1. concl. 83 n. 1. 2. hodie etiam a procurato- 17
ribus

1 *An & in prima & secunda instantia?* ℞. Affir. licet in prima jam juratum sit, vel in secunda instantia Juramentum calumniæ, de non frivole appellando, præstitum fuerit.

2 *An & in Judicio revisorio?* ℞. Affir. nam & Revisio Actorum potest calumniose petita esse.

3 *Quænam est ratio formalis hujus Juramenti,* (℞. Vid supra in Definitione) *& quid in specie jurare debet is, cui hoc Juramentum delatum?* ℞. (1) se credere, se justam causam fovere; (2) se interrogatum nolle veritatem diffiteri; (3) se nihil corrumpendi gratia dedisse, aut daturum; (4) falsa probatione se non usurum, & (5) se nullam non necessariam probationem exacturum, nec alio modo se temere litem protracturum.

4 *Quibus Versiculis hæc omnia comprehenduntur?* ℞. Sequentibus:

Illud juretur, quod lis sibi justa videtur;
Et si quæretur, verum non inficietur.
Nil promittetur, nec falsa probatio detur.
Ut lis tardetur, dilatio nulla petetur.

5 *Quando petitur & præstatur hoc Juramentum?* ℞. In ipso litis exordio, eo sc. termino, quo lis contestata, vel paulo post, eo sc. fine, ut communis utilitas propagetur, & in judicium via calumniis præcludatur.

6 *An hoc Actori deliberatio conceditur?* ℞. Neg. quia is, cui hoc Juramentum delatum, hoc non referre, nec alio modo ab illo sese liberare potest, sed illud præcise præstare tenetur.

7 *Num vero omissum hoc Juramentum peti potest usque ad causæ conclusionem?* ℞. Affir.

8 *An vero petitum, sed non præstitum, Judex injungere potest?* ℞. Affir. etiam post, rescissa conclusione.

9 *An quoque ante litem contestatam præstatur?* ℞. Neg.

10 *Ubi est præstandum hoc Juramentum?* ℞. In loco judicii publico, nisi sint personæ egregiæ, & aliæ, quæ ad judicem venire impediuntur.

11 *Ubi ergo hæ personæ jurant?* ℞. In propriis ædibus coram deputatis, adversario præsente vel citato.

12 *An honestæ fœminæ Jure* Civili *domi, etiam absente adversario, jurare possunt?* ℞. Affir.

13 *An hoc adhuc hodie observatur?* ℞. Neg. nam hodie regulariter juramentum in judicio, & quidem præsente adversario, est præstandum: quod si tamen fœmina ejus dignitatis sit, quæ alias masculis hoc beneficium tribuit, ut domi jurare possint, vel ipso impedimento detineatur, nec ipsi denegandum, ut domi præsente adversario juret.

14 *An exactum hoc Juramentum omnino est præstandum,* (℞. Affir.) *& a quo primum Jure Civili?* ℞. Ab Actore, deinde a Reo.

15 *A quo vero* hodie *primum est præstandum?* ℞. A primo deferente.

16 *An Jure* Civili *ab ipso deferente in propria persona est præstandum?* ℞. Affir.

17 *An tamen* hodie *etiam a Procuratoribus præstari potest?* ℞. Affir.

ribus cum ſpeciali mandato, *c. f. de jur. Cal. in 6. Gail. 1. O. 83. Grav. l. 1.* 1
concl. 83. conſid. 1. jurantibus in propriam (3118) & Principalis animam; 2
d. c. f. R. I. d. l niſi judex a Principalibus præſtari ſingulariter (3119) ve-
lit. *c. 3. X. de Jur. Cal.* Univerſitatis nomine, J. Civili jurat major pars: 3
2. §. 5. in f. C. d. t. Jure Canonico Syndicus (3120) cum ſpeciali mandato:
c. 4. X. d. t. vid. Berlich. p. 1. concl 31. num. 23. recuſans actor cauſa cadit, 4
(3121) expenſas ſoluturus. *2. §. 6. Aut principal. §. 5. C. d. t. junct. L. 79. de
jud. c. f. §. 1. X. eod.* Reus in civilibus condemnatur, *2. §. 7. Aut. princip.
§ 5. C. d. t. c. f. §. 1. X. eod.* ſententia judicis abſolutoria vel condemnato-
ria: *dd. LL. Barbov. v. 1. D. 21. th. 4. lit. G. verb. ſententia declarat.* [non
tantum (3122) declaratoria. *Gail. 1. O 86. num. 1. Grav. l. 1. concl. 86.* ¶¶.]
poteſt autem recuſans ante hanc ſententiam (3123) moram purgare: 5
(3124) *Gail. 1. O. 86. num. 2. Grav. l. 1. concl. 86. num. 4.* nec, ſi contumex 6
ante hanc ſententiam moriatur, pœna hujus recuſationis ad heredes (3125)
tranſit. *arg. 29. pr. de Jur. fiſc Gail. 1. O. 86 num. 6. Grav. l. 1. c. 86. conſid. 1.
n. 3. Bocer. cl. 6. D. 18. §. 16. lit. B.* De contumacia & recuſatione Procura- 7
toris, *vid. Gail. 1. O. 89. Grav. 1. concl. 89. Bocer. cl. 6. D. 18. §. 16. lit. B. Umm.
D. 12. th. 9. num. 39.* De Advocati, *Mevius ad Jus Lubec. l. 5. t 2. art. 5. n.* 8
11. Si exactum neglectum fuerit, ſententia fit ipſo jure (3126) nulla: *Gail.* 9
1. O. 84. n. 1. Grav. 1. c. 84. conſ 1. nam nec partes, nec judex illud ſine nul-
litate omittere (3127) poſſunt, *Umm. D. 12. th. 9. num. 40.* hacque ratione
eſt ſubſtantiale judicii. *Gail. 1. O. 84. n. 1.* In Camera hæc nullitas in infe- 10
rioribus judiciis admiſſa non (3128) attenditur. *arg. Ord. Cam. p. 3. tit. 34.
§. 1. Gail. 1. O. 84. n. 3. Umm. D. 12. th. 9. n. 40.* Præſtitum in eadem cauſa 11
& inſtantia non (3129) repetitur: *Nov. 49. c f* liberat a ſuſpicione calu- 12
mniæ; *Seraph. de Seraph. pr. 12. per tot.* non etiam ab ipſa calumnia, (3130) 13
neque a præſtatione ſumtuum propter (3131) temeritatem. *79. de jud. Be-* 14
*ckend. in addit. ad Seraph. d. l. pr. 13. num. 1. Aſin. in prax. §. 32. c. 1.
ampl. 73.* ¶¶.

DE IN LITEM JURANDO. XII. 3.

H JUramentum *IN LITEM* (3132) varia ſignificat: *vid. Joh. Bapt. Plot.* 15
D *tr. de in lit jur. §. 52. num. 1. 2.* hic eſt Juramentum, quo judice defe- 16
rente, ab actore lis ſive res in judicium deducta æſtimatur. *1. & t. t. h.*
† *Borcholt. tr. de in lit. Jur. c. 1. num. 3. 4. Umm. disp. 20. th. 1. num. 2.* Habet 17
duas ſpecies: *2. §. 1. L. 5. pr. §. f. L. 6. Borcholt. d. tr. c. 2. num. 2. Brunnem.*

c. 23.

1 *Sed quale mandatum hi habere debent?* ℞. Mandatum speciale.
2 *Quando vero tales Procuratores jurant?* ℞. In propriam & Principalis animam; nisi Judex ab ipsis Principalibus hoc juramentum praestari singulariter velit.
3 *Si universitati hoc Juramentum deferatur, quis illius nomine jurat?* ℞. Jure Civili hoc Juramentum praestat major, vel idonea ejus pars; Jure vero Canonico Syndicus cum speciali mandato.
4 *Quid vero, si is, cui hoc Juramentum delatum, illud praestare renuat?* ℞. Tum, si Actor, causa cadit, expensas soluturus; Reus vero recusans in expensis condemnatur, sententia Judicis absolutoria vel condemnatoria, non tantum declaratoria. h. e. poena tamen non jurantis haud contingit ipso jure, verum ex communi DDrum opinione, non tantum declaratoria, sed absolutoria vel condemnatoria Judicis sententia requiritur. Lauterb. Coll. th. pr. h. t. §. 9.
5 *Possitne autem renuens ante hanc sententiam moram purgare?* ℞. Affir.
6 *An tamen, si renuens ante hanc sententiam moriatur, poena hujus recusationis ad heredes transit?* ℞. Neg. quamvis enim aliae poenae a Lege ipso jure illatae transeant ad heredes, L. 5. ff. de Calumn. & l. 14. de publican. Gail. cit. l. n. 7. attamen ubicunque quis ob contumaciam, ex Lege vel Statuti dispositione, pro confesso habetur, ibi poena non transit ad heredes. arg. L. 29. pr. de jure fisc. Lauterb. d. l.
7 *Quid de contumacia & recusatione Procuratoris agit?* ℞. Gail. Lib. 1. Obs. 79. ubi dicit: Talis contumacia domino praejudicium affert, quia, cum Lex velit, ut Procurator domini jurare de calumnia in propriam animam, per consequens velle videtur, si non juret, quod noceat ei perinde non jurantis. Proinde haec contumacia Procuratoris domino nocebit in iis rebus, quae ad Judicii processum pertinent, licet in fine addat, se meminisse, contumaciam Procuratoris, jurare nolentis in animam propriam, poena tantum pecuniaria in Camera Imperii punitam fuisse.
8 *Quid de contumacia Advocati agis?* ℞. Vide ad Jus Lub. cit. l.
9 *An, si hoc Juramentum in actu omissum vel neglectum fuerit, sententia ideo sit ipso jure nulla?* ℞. Affir.
10 *An in Camera Imperii hoc nullitas in inferiorum Judicum actis tam attenditur?* ℞. Neg.
11 *An hoc Juramentum calumniae generale semel praestitum in eadem causa & instantia sit repetendum?* ℞. Neg.
12 *An hoc Juramentum eum, qui juravit, a suspicione calumniae liberat?* ℞. Affir.
13 *An etiam liberat ab ipsa calumnia?* ℞. Neg.
14 *An liberat quoque a praestatione sumtuum & expensarum propter temeritatem?* ℞. Neg. tum, quia expensae non tantum ob calumniosam litem, cujus praesumtionem hoc Juramentum excludit, sed etiam ob temeritatem debentur: tum, quia olim etiam, de Jure Civili, in expensas condemnari poterat, cum, hoc Jure, omnes de calumnia jurare tenerentur.
15 *Quid significat Juramentum in litem?* ℞. Varia significat: nam in lata significatione & popularīter acceptum, omne denotat Juramentum, quod propter litem in judicio praestatur; interdum vero denotat Actionem, L. 13. §. 1. ff. de jud. L. 2. ff. judic. solv. l. 16. C. de transact. & interdum exstantiam sive exercitium judicii a litis contestatione usque ad sententiam. C. Fanct. de V. S. l. ult. C. ut intra cert. temp. crim. caus. term. L. 13. pr. C. de jud. vid. Lauterb. Coll. th. pr. h. t. §. 1.
16 *Quid hic est hoc Juramentum?* ℞. Proprie & juridice Juramentum in litem est, quo, Judice deferente, ab Actore lis, sive res, in judicium deducta aestimatur. Et sic Litis vocabulum hic non significat actionem, aestimationem, aut actionis exercitium, sed per Metonymiam continentis pro contento, ipsam rem in litem deductam, & hoc Juramento aestimatam. Jurare igitur in litem idem est, ac jurato litem aestimare, & ejus pretium constituere. Lauterb. d. l.
17 *Quot formas habet hoc Juramentum?* ℞. Duas.

c. 23. num. 40. ¶. quarum * I in Jure κατ' ἐξοχὴν Juramentum in litem A 1
dicitur; 2. §. 1. 4. §. f. 5. §. 3. L. 8. in f. h. 68. de R. V. Bocer. cl. 6. D. 18. th.
58. a DD. vero ORDINARIUM appellatur, Mejer in ἐνδέξεις Justin. 2
D decad. 4. c. 3. num. 1. seu AFFECTIONIS, Bachov. V. 1. D. 21. th. 11. lit. B.
quo actor ad dolum rei (3133) coercendum pro suo arbitrio & affectione 3
etiam ultra (3134) verum rei pretium & interesse litem æstimat. 1. 2. §. 1.
l. 5. h. 68. de R. V.

C Introductum Jur. Civ. Umm. D. 20. th. 1. num. 1. æquitatis (3135) cau- 4
sa. 5. h. 70. de R. V. 9. verum autem 25. §. 1. sol. matrim. Umm. D. 20. th. 5.
num. 22. Bachov. de act. D. 7. th. 10. p. 60. vers. porro. Defert solus (3136) 5
Judex, 4. §. 1. vel sine taxatione, vel cum illa: (3137) 4. §. 2. 5. §. 1. Gail.
de pignor. c. 18. num. 1. Umm. D. 20. th. 6. num. 24. Brunnem. c. 23. num. 44.
vid. Carpzov. tit 13. art. 4. num. 21. [potest etiam non (3138) deferre, 4. §. 6
2. 5. §. 1. Bachov. V. 1. D. 21. th. 11. lit. c. Borch. d. tr. c. 3. num. 2. si aliunde
de rei æstimatione constat. arg. dd. LL. vid. tamen (3139) Borchols. d. tr.
c. 3. num. 3. Mejer. d. l. Umm. D. 20. th. 2. num. 4.] Ob dolum (3140) rei, 7
5. §. 3. h. 68. de R. V. Borch. d. tr. c. 5. num. 1. præteritum, (3141) 1. §. 1. si sc.
dolo possidere desiit, 68. de R. V. 25. §. 10. de her. petit. vel præsentem,
(3142) sive contumaciam, qua rem restituere nolit: 36. in f. de perul. 1. 2.
§. 1. 8. Borch. d. tr. c. 5. num. 2. latam (3143) culpam; 2. C. arg. 32. depos. 8
226. de V. S. 1. §. 1. si mens. fals. mod. 1. §. 2. si is, qui test. lib. esse juss. Borch. d.
tr. c. 5. num. 6. Bocer. cl. 6. D. 18. th. 59. lit. a. Umm. D. 20. th. 3. num. 13. Carpz.
p. 1. c. 23. def. 18. num. 5. vid. tamen Barbos. in C. ad L. 2. C. h. num. 5. 6. non 9
etiam (3144) levem. 4. §. f. 5. §. 3. h. Borch. d. tr. c. 5. num. 9. vid. Gail. 2.
O. 64. num. 8.

S Actori, qui litis sive actionis est (3145) Dominus; 7. licet rei Domi- 10
nus non (3146) sit: arg. 16. §. 3. de pign. 18. pr. de dol. 5. §. 1. si quid. in fraud.
patron. 3. § 2. 5. §. 2. ad exhib. 10. h. Mejer. d. tr. decad. 7. c. 1. Bachov. de act.
D. 7. th. 16. p. 74. Umm. D. 20. num. 22. etiam minori, 4. in f. pr. h. volen- 11
ti tutori & curatori, 4. in f. pr. Borchols. tr. de in litem jur. c. 3. num. 12. Umm.
D. 20. th. 2. num. 9. matri tutrici, (3147) Borch. d. c. 3. num. 12. Umm. D. 20. th. 12
2. num. 7. [obst. (3148) 4. pr.] heredi: arg. 7. h. Berlich. p. 1. concl. 55. num. 13
10. Bocer. cl. 6. D. 18. th. 90. Plot. tr. de in litem jurand. §. 29. n. 1. Seraph. de Se-
raph. de priv. juram. priv. 31. num. 93. & ibi Benekend. num. 63. vid. Bachov.
V. 1. D. 21. th. 12. lit. c. verb. juram. a defunct. NON etiam (3149) procura- 14
tori; [vid. 22. 23. C. de procur. Ziegler. in Comm. concl. prælud. num. 3 & 30.]
quæ

1 *Quomodo* [illegible] *in Jure vocatur?* ℞. Juramentum in litem κατ' ἐξοχὴν sic dictum.

2 *Quomodo a Doctoribus vocatur?* ℞. Ab his communiter, docendi gratia, Juramentum in litem *Ordinarium* sive *Affectionis* dicitur.

3 *Quid igitur est hoc Juramentum κατ' ἐξοχὴν in Jure ita dictum, seu Ordinarium & Affectionis?* ℞. Quo Actor ad dolum rei coercendum, pro suo [illegible].

4 *Quo Jure hoc Juramentum est introductum,* (℞. Jure Civili) *& quam ob causam est introductum?* ℞. *Æquitatis causa. Vid. Lauterb. Coll. th. pr.* [illegible] *§. 4.*

5 *Quis defert hoc Juramentum,* (℞. Solus Judex) *& quomodo defert?* ℞. Sine taxatione, vel cum illa.

6 *An tamen Judex hoc Juramentum etiam potest non deferre, si aliunde de æstimatione constat?* ℞. Affir. Defertur enim in subsidium: si ergo de rei æstimatione constet, non opus est, ut juretur.

7 *Quid vero requiritur pro Causa* impulsiva ordinaria, *ut Judex hoc Juramentum in litem affectionis deferre possit?* ℞. Dolus adversarii, rem restituere vel exhibere non valentis, & quidem vel dolus *præteritus*, qui in specie dolus dicitur, vel *præsens*, qui dolus contumaciæ vocatur. Cæterum hoc notandum, quod, quandocunque in Jure mentio fit Juramenti in litem, regulariter intelligatur hoc Ordinarium, quod præstatur propter *solum* dolum. *Vid. Lauterb. d. l. §. 6 & 8* ubi de causa impulsiva extraordinaria agit.

8 *An etiam ob latam culpam Judex hoc Juramentum deferre potest?* ℞. Affir. quia in causis pecuniariis dolus & lata culpa æquiparantur.

9 *Num quoque ob culpam levem?* ℞. Neg. quia hæc dolo nunquam æquiparatur, qui tamen hic tantum requiritur. *Vid. Gail.* [illegible] *l. 1. & Mynf. Cent. 5. O. 7*[illegible] qui optime inferunt, spoliatum contra Dominum territorii, in quo spoliatus est, non posse jurare in litem.

10 *Cui defertur hoc Juramentum?* ℞. Actori, qui litis h. e. actionis est Dominus, licet ipsius rei in judicium deductæ Dominus non sit.

11 *An etiam Minori,* (℞. Affir. quia regulariter omne Juramentum Minoribus deferri potest) *& num quoque ejus Tutori & Curatori defertur?* ℞. Affir. Quamvis enim tutores & curatores non sint Domini litis, quia tamen Dominorum loco habentur, hinc, si [illegible] facere velint, admittuntur; (& hac formula jurant, quod rem ita æstiment, si ipsi loco pupillorum essent, vel, si Minorum conditionem sustinerent, et pro tanto carere nollent.) inviti autem jurare non coguntur. *Vid. tamen Carpz. p. 3. dec. 265* ubi refert casum, quo compulsi ad Juramentum, sed tantum credulitatis.

12 *An etiam Matri liberorum tutrici hoc Juramentum defertur?* ℞. Affir.

13 *Num quoque hæredi?* ℞. Affir. quia & hic est litis Dominus, & suo nomine litem contestatur. Quamvis enim in hærede probabilis sit ignorantia; quia tamen hic res æstimatur non ex sententia, sed ex sua affectione, non autem defuncti: hinc potestas in litem jurandi Actori competens transit in hæredem. *Vid. Lauterb. d. l. §. 13.*

14 *An etiam Procuratori hoc Juramentum deferri potest?* ℞. Neg. licet enim hic per L. C. [illegible] *l. 22 & 23. C. de Procurat.* non tamen Actionis sit Dominus: illa enim absolute hinc non perit, nam suo nomine litem contestatus non est, & hinc de *Jure Civili* ad hoc juramentum non admittitur. Item, qui in litem jurat, ille rem vel affectionem æstimat & vendit, quod Procurator in litem facere nequit. *Vid. l. 25.* [illegible] *de Jurejur.*

1 An

quia non suo nomine (3150) litem agit: *arg. 7. h. Umm. D. 20. th. 2. num. 6.*
Borch. d. c. 3. num. 6 [hodie tamen per procuratorem cum speciali man- 1
dato in litem juratur (3151) *Gail. de pign. c. 18. num. 1* ¶¶. *vid. Ord. Cam.*
p. 1 tit. 66. Bus. ad l. 7. in f. h. ¶.] neque pupillo. (3152) *4. pr. h. arg. 26. de* 2
jurejur. Borch. d. c. 3. num. 9. Cui hoc Juramentum delatum est, illud 3
pro arbitrio præstare, *4. pr. in f. h. 2. C.* vel omisso Juramento petere
potest adversarium condemnari, quanti (3153) res est. *71. de R. V. Borch.*
d. tr. c. 3 n. 17.

P Adversus quoscunque dolosos, etiam Principem, (3154) *Beuthend.* 4
d. l. num. 66. 71. Barbos. ad L. f. C. h. num. 4. 5. 7. matrem & fratrem: *NON* 5
etiam contra non dolosos: *Beuthend. d. l. num. 23.* inde nec contra here- 6
dem ob dolum (3155) defuncti; *9. f. C. h. arg. 1 §. 1. L. 8. h. junct. 12. C. de*
pœn. L. un. C. ex delict. defunct. 15 § 3. ad SCt Turpill. Plot. d. tr. §. 48. num.
20. Borch. d. tr. c. 5. num. 13. nisi lis cum defuncto sit (3156) contestata, *p.* 7
C. h. arg. L. un. C. ex delict. defunct. f. in f. de fidejuss. & nomin. tut. Hahn. ad
W. h. num. 4. Perez. in C. h. num. 3. Plot. d. tr. §. 48. num. 21. Borch. d. tr. c. 5.
num. 13. Barbos. in C. ad L. 4. h. num. 4. Mynf. decad. 3. th. 21. num. 89. [*Diss.*
Umm. D. 20. th. 3. num. 13. Bachov. ad W. h. num. 4.] aut ex proprio (3157) 8
dolo adversus ipsum agatur. *4. C. ibi Barbos. num. 6. Plot. d. tr. §. 48.*
num. 21.

O De omni re (3158) corporali & incorporali, *7. si serv. vind.* mobili 9
& immobili, *arg. 68 de R. V. 16. § 3. de pign. Plot. de in lit. jur. §. 4. num.*
84. C. J. A. h. §. 7 num. 2. vid. Bocer. cl. 6. D. 18. th. 57 affectionem recipien-
te, & non certam (3159) æstimationem habente, *3. h. Umm. D. 20. th. 5 n. 20.*
quæ est deducta in judicium * Bonæ fidei *5. pr.* * *DIRECTUM* (3160) BC 10
5. pr. depos. e. g. Commodati, *3. §. 2. commod.* Depositi, *1. §. 26. depos.* Lo- 11
cati, *48. § 1. locat.* Tutelæ, *8. h. 7. de admin. tut. & 1. 2. C. h.* Repe-
tendæ dotis, *25. §. 1 sol. matr.* Hereditatis petitionis; *20. §. f. 25 § 10. de he-*
red. pet. Negotiorum gestorum, *arg. 1 3. C. h. C. J. A. h. §. 6. n. 1.* Pigno-
ratitiæ, *C. J. A. h. th. 6. num. 1.* Emti, (3161) *arg. 8. 12. C. de act. emt. 13. §.*
18. ff. eod. 14. § f. d. Serv. corr. 38. pr. de Ædil. edict. 38. §. 8 de usur. 82. §. 1.
de V. O. §. 1. I. de interdict. Borcholt. d. tr. c. 4. num. 70. ¶¶. *Bitsch. Tabor.*
C. J. A. h. §. 6. in f. num. 1. Plot. d. tr. §. 4. num. 58 [*Dissent. Duarenus. Donell.*
Hilliger. Borch. d. tr. c. 4. num. 70. Bachov. V. 1. D. 21. §. 13. lit. a. Fr. h. n. 14.]
Grav. h circ. fin. Secus, si in * *CONTRARIUM*, (3162) C. 12
ubi non de fide rupta, sed de indemnitate agitur. *5. pr. depos. 6. §. f. de his,*
quæ not. infam. Bus. ad L. 5. pr. h. Umm. d. D. 20. th. 4. num. 17. vid. Plot. de in
lit. jur. §. 20. n. 1.

1 *An tamen hodie per Procuratorem speciale mandatum habentem, in autorem constitutum, in litem jurari potest?* ℞. Affir. cum enim hodie omne Juramentum per Procuratorem, speciali mandato instructum, præstari possit, nulla causa subest, cur hoc Juramentum in litem affectionis sit exceptum. Secus in *Saxonia*, ubi omne Juramentum ab ipso Principali est præstandum.

2 *An nec pupillo hoc Juramentum deferri potest?* ℞. Non potest.

3 *An ille, cui hoc Juramentum delatum est, illud pro arbitrio præstare, vel, omisso Juramento, petere potest, adversarium condemnari, quanti res est?* ℞. Affir.

4 *Adversus quos hoc Juramentum defertur?* ℞. Adversus quoscunque dolosos, (nihil enim refert, cujuscunque sint conditionis, modo illorum dolus intervenerit.) etiam adversus Principem, matrem & fratrem. Contra Patrem vero locum non habere hoc Juramentum tradit Phanucc. *de jurej. in lit. p. 1. memb. 1. n. 40.* per *l. 11. ff. de dol. mal.* & *l. 5. §. 1. de obs. par.* & idem de Matre dicit per *l. 4. ff. de curat. fur.* & *l. 6. ff. de in jus voc.*

5 *Num vero contra non dolosos, h. e. qui in dolo non sunt, defertur?* ℞. Neg. quia ad hoc Juramentum deferendum præcise requiritur dolus, vel talis culpa, quæ dolo æquiparatur.

6 *An ergo nec contra heredem ob dolum defuncti deferri potest?* ℞. Non potest: præstatur enim hoc Juramentum ad dolum Rei coërcendum, & sic principaliter tendit ad pœnam, quæ morte Reorum extinguitur. Et quamvis heres etiam ob dolum, qui scil. incidit in contractum, conveniri possit, hoc tamen tantum est intelligendum quoad rei persecutionem, non vero quoad pœnam. *Vid.* Lauterb. Coll. *th. pr. h. t. §. 15.*

7 *An tamen contra heredem defertur, si lis cum defuncto contestata?* ℞. Affir.

8 *An etiam deferri potest contra heredem, si ex proprio dolo adversus ipsum agatur?* ℞. Affir.

9 *De quanam re defertur hoc Juramentum ordinarium in litem?* ℞. De omni re corporali & incorporali, mobili & immobili, affectionem recipiente, neque certam æstimationem habente, quæ deducta est in judicium bonæ fidei, vel arbitrarium, h. e. cujus restitutio petitur bonæ fidei judiciis & arbitrariis actionibus.

10 *In quale vero Judicium bonæ fidei res deducta esse debet, ut ejus nomine hoc Juramentum in litem deferri possit?* ℞. In Judicium bonæ fidei directum.

11 *Da exempla talium Judiciorum?* ℞. E. g. Commodati, Depositi, Locati, Tutelæ, Repetendæ dotis, Hereditatis petitionis, Negotiorum gestorum, Pignoratitiæ, Emti. &c. De Emti judicio multi quidem negativam amplectuntur, sed *vid.* Lauterb. Coll. *th. pr. h. t. §. 17.*

12 *An vero etiam ob rem, in Judicium bonæ fidei* contrarium *deductam, in litem jurari potest?* ℞. Neg. nam in his secus est, ubi non de fide rupta, sed de indemnitate agitur. *Vid.* Carpz. *p. 1. c. 23. d. 19. vid. tamen* Struv. *h. t.*

* Arbitrarium, (3163) sive sit * *REALE*, e. g. rei Vindicatio h. D. *46. 68. 71. de R. V. 60. §. 1. ad L. Falc.* Publiciana, *arg. 7. §. 8. de publ. 16. §. 3. de pignor. Borchols. d. tr. c. 4. num. 15.* Confessoria & negatoria, *7. si servit. vind. Borchols. d. c. 4. num. 14.* Hypothecaria, (3164) *16. §. 3. de pign. Bachov. de act. D. 7. th. 16. Mejer. in ἐνδόξοις decad. 7. c. 1.* aut alia in rem actio. *5. pr. h. 16. §. 3. de pign. Vinn. ad §. 31. num. 7. I. de act.* 1 2

Sive * *PERSONALE*, e. g. actio doli & metus causa, *18. pr. de dol. Bachov. d. l. th. 10. 15 Mejer. d. dec. 7. c. 1. & dec. 2. c. 5. Vinn. D. 20. th. 4. num. 18.* ad exhibendum, (3165) *3. §. 2. 5. §. 2. ad exhib. 10. h.* etiamsi alius, quam rei dominus, exhibitionem petat, (3166) *arg. dd. LL. Vinn. D. 20. th. 4. num. 16. Bachov. d. l. th. 14.* Rerum amotarum, *8. § 1. rerum amot.* Condictio furtiva, *9. ibi gloss. & Zas. n. 3. C. J. A. h. th. 6. n. 1.* Actio Faviana, (3167) *5. §. 1. si quid in fraud. patron.* Interdictum quod vi aut clam, *15. §. 9. quod vi aut clam.* de tabulis exhibendis, *arg. 2. §. 1. h. L. 68. de R. V. junct. 3. § 14. de tab. exhib.* & aliud remedium, quo arbitratu judicis aliquid (3168) restituitur: *68. in f. de R. V.* NON etiam juratur, (3169) quando est deducta in judicium stricti (3170) juris. *5. pr. junct. § 5. & L. 6. h. Borchols. tr. de in lit. jur. c. 4. num. 76 & 77. Vinn. D. 20. th. 4. num. 10.* Hæc differentia inter actiones bonæ fidei & stricti juris, directas & contrarias, hic hodie non (3171) est sublata. [*dissent. Carpz. p. 1. c. 23. def. 19. n. 9. & tit. 12. art. 4. n. 7. ubi adducit Rauchb. l. 1. quæst. 9. n. 32. & Plot. de in lit. jur. §. 20. 39. qui de J. Civ. disputant.*] Actor jurare potest in infinitum, (3172) *68. de R. V. 4. §. 2. h.* ultra verum rei pretium: *1. 2. §. 1. L. 8.* nec rescinditur, quod duplum (3173) excedat: *Vinn. D. 20. th. 6. num. 26. in f. Duaren. ad L. 5. num. 27. h. Bocer. cl. 6. D. 18. th. 69. lit. a.* judex tamen terminum figere (3174) potest, quem non licet excedere. *4. § 2. 5. §. 1. h. 18. pr. de dol. Bachov. de act. D. 7. th. 13. Carpzov. p. 1. c. 23. def. 20. & tit. 12. art. 4. num. 17. Brunn. c. 23. num. 44.* d. 3 4 5 6 7 8 9

E Præstito hoc juramento judex reum condemnat in quantitatem juratam, *1. 2. § 1. L. 8. h. 18. pr. de dol. 41. § 1. de re judic.* quo transfertur statim dominium, (3175) si res actoris est propria, & reus illam possidet, propter præsumtam (3176) venditionem; *9. rerum amotarum. 15. §. 1. sol. matr. 46. 47. de R. V. Borchols. d. tr. c. 5. num. 5. vid. L. 69. 70. de R. V.* neque rescinditur prætextu perjurii, nisi subsit magna (3177) causa. *4. §. 3. L. 5. § 2. h. vid. Bocer. cl. 6. D. 18. th. 98. C. J. A. th. 10. num. 1. & Vinn. D. 20. th. 6. num. 24.* 10 11 12

Simi-

1 *In quale Judicium arbitrarium res deducta esse debet, ut ejus nomine hoc Juramentum in litem affectionis deferri possit?* ℞. Hic nihil interest, utrum judicium arbitrarium sit reale, an personale.

2 *Da exempla hujusmodi judiciorum realium?* ℞. E. g. Rei vindicatio, Publiciana, Confessoria & Negatoria, Hypothecaria, & alia in rem actio.

3 *Da exempla talium judiciorum personalium?* ℞. E. g. Actio doli, & metus causa; Ad exhibendum, etiamsi alius, quam ipse rei dominus exhibitionem petat; item Actio rerum amotarum, Condictio furtiva, Actio Faviana, Interdictum quod vi aut clam, Interdictum de tabulis exhibendis, & aliud Remedium, quo arbitratu Judicis aliquid restituitur.

4 *An etiam juratur in litem, quando res deducta est in Judicium stricti juris?* ℞. Neg. quia in his judiciis plerumque agitur non de re nostra restituenda, sed de tradendo vel solvendo.

5 *An hæc differentia inter Actiones bonæ fidei & stricti juris, directas & contrarias hodie, quoad hoc Juramentum est sublata?* ℞. Neg. *vid.* omnino Lauterb. *Tract. Synopt. ad h. t. §. 2. th. 11.* add Brunnem. *ad d. l. 5. n. 9.*

6 *In quantum vero Actor hic jurare potest?* ℞. In infinitum, quod tamen *civiliter* accipiendum, ut in similibus verbis generalibus fieri solet, ubi certa quantitas Lege definita non est: arbitrium enim jurantis refrenare debet ipsa Juramenti religio. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 20.*

7 *An ergo ultra verum rei pretium jurare potest?* ℞. Affir.

8 *An nec rescinditur, quod duplum excedat?* ℞. Non rescinditur.

9 *An tamen Judex terminum præfigere potest, quem excedere non licet?* ℞. Affir. hinc, ne arrepta occasione in immensum juretur, Judex modum jurejurando statuere potest, ut intra certam quantitatem hoc Juramentum præstetur: in arbitrio enim Judicis positum est, num certum modum præscribere velit, an non. Ordinarie ergo prius liquidat seu æstimat Actor, deinde moderatur Judex, & subsequitur Juramentum. Richter. *Dec. 58.*

10 *Præstito hoc Juramento, in quid Judex reum condemnat?* ℞. In quantitatem juramento definitam.

11 *An hoc Juramento præstito statim transfertur dominium?* ℞. Affir. Actor enim hoc Juramento rem vel prætensionem vendere videtur, ut si res controversa Actoris sit propria, & Reus illam possideat, statim illius dominus fiat.

12 *An vero hæc condemnatio Judicis retractatur prætextu perjurii?* ℞. Neg. nisi magna subsit causa.

SS Simile huic juramento est Zenonianum, (3178) *Fab. in tr. de error.* 1
*pragm. decad. 18. Error. 8. 9. de quo in l. 9. C. unde vi. & c. f. x. de his, quæ vi
met. cauſ. Bachov. V. 1. D. 21. th. 12. lit. g. verb. de jur. Sax. Brunnem. c. 23.
num. 45.* Minorationis, (3179) *de quo Rauchb. 1. quæſt. 9. & Carpzov. tit. 12.
art. 4.* & Taxationis expenſarum. *de quo Ord. Cam. p. 1. tit. 66.*

D • II Juramentum in Litem *EXTRAORDINARIUM* ſeu *VERITATIS*, 2. 2
(3180) *Mejer. in ἐνδόξοις Juſtin. decad. 4. c. 3. num. 1. Bachov. V. 1. D. 21. th.
11. lit. B. Carpzov. tit. 12. art. 4. num. 1. C. J. A. h. th. 3.* eſt, quo Lis, quanti
revera eſt, vel quanti actoris vere intereſt, ſecundum communem valo-
rem æſtimatur. *2. §. 1. Umm. D. 10. th. 7. num. 30. th. 8. num. 36. Berch. d. tr.*
C *c. 2. num. 5. 7.* Defertur a judice, *4. §. 1.* etiam propter levem rei cul- 3
pam & moram; *2. §. 1. L. 5. §. f.* modo neceſſitas hoc urgeat, & judex rem 4
aliter æſtimare non poſſit. *4. §. f. 5. §. f. L. f.* Unde a quibusdam vo- 5
P catur juramentum in litem neceſſitatis. Datur etiam contra heredes ex 6
dolo & culpa defuncti; (3181) modo actio in heredes competat; *Hahn. ad
W. h. num. 4.* etiam in ſtricti juris (3182) & b. f. judiciis contrariis, *5. §. f.* 7
E *Umm. D. 10. th. 7. num. 23. Berch. d. tr. c. 4. num. 79. 80.* Quo præſtito re- 8
us condemnatur, quanti actor juravit, nec facile quæritur de perjurio.
(3183) *L. f. h. Bachov. de Act. D. 7. th. 13. p. 69. & th. 16. p. 72. vid. Umm. D.
20. th. 10. num. 46.*

• III Tertiam ſpeciem, quam ſingularis intereſſe, vel affectionis 2. 9
extra rem (3184) vocant, *Plot. tr. de in litem jurand. §. 52. n. 3.* non agno- 10
ſcimus. (3185) *Vid. Borcholt. d. c. 2. num. 15. 23. 24. Umm. d. D. 10. th. 1. n. 3.*

DE CONDICTIONE CAUSA DATA CAUSA NON SECUTA. XII. 4.

D Condictio cauſa data cauſa non ſecuta, ſive ob cauſam datorum, eſt a- 11
ctio perſonalis, qua id, quod ob rem, (3186) ſive cauſam futuram ho-
neſtam in alium translatum eſt, cauſa illa non ſecuta, (3187) repetitur.
N Hæc actio eſt civilis, ſtricti juris (3188) & perpetua. 12
C Oritur ex obligatione, quæ deſcendit ex quaſi contractu; (3189) 13
*arg. pr. & §. 3. Inſtit. de oblig. quæ quaſi ex contract. Bachov. ad Tr. vol. 1. D.
22. th. 1. lit. a. & lit. f. verb. ex contractu innominato. Franzk. h. in Comm. n.
h. t. num. 7.* nam tacite hoc conveniſſe, ex æquitate præſumitur;
(3190) *3. §. 7. h. 65. §. 4. de condict. indebit. vid. 13. §. f. in fin. com-
mod.*

1 *Quænam Juramenta huic Juramento in litem affectionis sunt similia?* Rf. (1) *Juramentum Zenonianum*, quod ex Constitutione Imperat. Zenonis a Judice illi, qui violentiam probavit, res autem ablatas, aut damna data probare non potest, prævia taxatione, super ipsis rebus, damnoque dato, aut illorum æstimatione defertur. (2) *Juramentum Minorationis*, quo is, qui per vim damnum alicui intulit, æstimationem ejus, ab adversa parte factam, si eam præstare nolit, deminuere tenetur. (3) *Juramentum taxationis expensarum*, quo is, cui ab adversa parte expensæ sunt restituendæ, illas æstimat.

2 *Quid est Juramentum in litem Extraordinarium seu Veritatis?* Rf. Quo lis, quanti re vera est, vel quanti Actoris vere interest, secundum communem valorem æstimatur.

3 *A quo defertur hoc Juramentum?* Rf. A Judice, & quidem non solum propter dolum, sed & propter culpam levem & moram.

4 *An tamen necesse est, ut necessitas hoc urgeat, & Judex rem aliter æstimare non possit?* Rf. Affir.

5 *Quomodo hinc a quibusdam hoc Juramentum vocatur?* Rf. Juramentum in litem necessitatis.

6 *An etiam hoc Juramentum datur contra heredes ex dolo & culpa defuncti?* Rf. Affirm. modo Actio in heredes competat.

7 *An vero hoc Juramentum in litem* veritatis *non tantum in* directis *bonæ fidei & arbitrariis actionibus, sed etiam in stricti juris & bonæ fidei* contrariis *judiciis locum habet?* Rf. Affir.

8 *Qualem effectum habet præstitum hoc Juramentum?* Rf. Præstito hoc Juramento Reus tanti condemnatur, quanti Actor in litem juravit, nec de ejus perjurio facile quæri solet: Reo tamen licitum est, ostendere, Actorem rem non recte æstimasse sive probando verum rei pretium, sive docendo, Actoris intentionem falsam fuisse. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 19.*

9 *Quomodo Dd.* tertiam *speciem Juramenti in litem vocant?* Rf. Juramentum singularis interesse vel affectionis extra rem.

10 *An hæc tertia species agnoscenda est?* Rf. Neg.

11 *Quid est Condictio causa data, causa non secuta, sive ob causam datorum?* Rf. Est Actio personalis &c.

12 *Qualis est hæc Actio?* Rf. Est civilis, (*quia a Jure Civili est introducta*) stricti Juris, (*quia in hac Judicis potestas ad naturam negotii & partium conventionem est adstricta*) & perpetua, *quia triginta annos durat.*

13 *Unde hæc Actio oritur?* Rf. Ex obligatione, quæ descendit ex quasi contractu: nam *tacite* hoc convenisse ex æquitate præsumitur.

1 *An.*

vid. Barb. d. l. & in tr. de Act. disp. 2. th. 19. & seq. Vinn. l. 1. select. quaest. c.
46. licet hoc ipsum expresse (3191) inter partes actum fuerit. *arg. 3. de* 1
leg. 1. l. 3. C. de fideicomm. Bach. ad Tr. vol. 1. disp. 22. th. 4. lit. b. Hahn. ad We-
semb. h. t. n. 2.
R Requiritur igitur * I Rei translatio naturalis, (3192) *1. pr. & §. 1. l. 3.* A 2,3
pr. h. §. h. C J. A. h. t. th. 4. n. 1. Franck. in comment. tr. de praescript. verb. n.
14. & seqq. vel civilis, (3193) scil. per promissionem, *4. C. h. vid. 24. in fin.*
de Acq. vel Omitt. hered. ibi; nam & stipulando capit. vel per acceptilati-
onem (3194) *4. l. in. h. vid. 19. pr. de R. J. Clud. tr. de condict. caus. dat.*
caus. non secut. c. 1. num. 10. 12. & seqq. nudum factum (3195) huic actioni 4
locum non (3196) facit. *Vinn. lib. 1. select. quaest. cap. 46. Franck. in Comm.*
tr. de Praescript. verb. num. 47.
* II Ut aliquid translatum sit ob causam futuram a,, 5
similem: *52. de condict. indeb.* quae in conventionibus, *RES*; *l. 52. ff. de* 6
condict. indeb. in ultimis vero voluntatibus, *MODUS*, *17. §. 4. de con-* 7
dit. & demonstr. 1. C. de his, quae sub. mod. juncl. 1. C. de donat. quae sub mod.
vid. Valent. Riemer tr. 1. de contract. c. 7. §. 34. num. 4. & interdum etiam,
quamvis improprie, *CONDITIO* (3197) & *LEX* dicitur, *3. 5. 7. C. h.* at- 8
que communiter per particulam *UT* (3198) effertur, *Riemer d. l. vid. sup.* 9
tit. de pact. p. 57. ut scil. vicissim aliquid detur, *§. h. 5. §. 1. de P. V.* vel fiat, 10
65. §. 4. de cond. indeb. 4. 5. C. h. Boecr. class. 3. disp. 20. th. 9. C. J. A. h. l. 4. n.
2. aut non fiat. *3. pr. ff. 3. C. h.* Haec tamen causa est exprimenda. (3199) 11
7. C. h. 3. §. 7. in fin. h. 27. C. de transact. Clud. tr. de condict. caus. dat. caus.
non secut. c. 2. num. 50. & seqq. Res in dotem data, matrimonio non secu- 12
to, hac actione repetitur; (3200) *l. 6. pr. ff. l. 1. C. h. t.* licet nulla ma- 13
trimonii facta fuerit mentio. Eo ipso enim, dum res dotis nomine da-
tur, etiam causa futuri matrimonii expressa censetur. *arg. 3. l. 21. de jur.*
dot. Boecr. cl. 3. D. 20. th. 10. Vinn. Jurispr. contr. lib. 1. c. 28. Causa prae- 14
terita ad hanc actionem non pertinet. *52. de condict. indeb. arg. rubr. & t.*
t. h. Hinc venditor rem venditam & emtori traditam hac actione repe- 15
tere haut potest, etiamsi emtor pretium solvere cesset: (3201) *8. C. de*
contrah. emt. 14. C. de resc. vend. venditor enim rem tradidit propter prae-
teritam causam; quia scil. ex venditione ad hoc fuit obligatus. (3202)
* III Ob causam honestam. *1. pr. h. l. 1. §. 1. de* a,, 16
cond. ob turp. caus.
Et * IV Ut Res, sive Causa, propter quam aliquid da- a. 17
tum, non sit secuta. *rubr. l. 1. pr. l. 3. §. 2. ff. 6. 8. C. h. 52. de cond. indeb. Boe.*
cl. 3. D. 20. th. 8. Hic tamen distinguendum est, an causa non sit secuta,
* ob

1 *An, licet expresse inter partes actum sit, ut liceat rem condicere, si causa non secuta, nihilominus haec Actio ex quasi contractu est?* ℞. Affir.

2 *Quid igitur ad hanc Actionem requiritur?* ℞. (1) Rei translatio, (2) ob causam futuram finalem, (3) honestam, & (4) quae non secuta.

3 *Qualis vero translatio rei requiritur, ut hic quasi contractus initus videatur, & haec Actio seu Condictio competat?* ℞. Naturalis, (*quae fit per rei corporalis translationem,*) vel Civilis, nimirum per promissionem, vel per acceptilationem. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 6.*

4 *An etiam* nudum factum *huic Actioni locum facit?* ℞. Neg. quia hic nihil adest, quod repeti possit, cum nudum factum ita sit comparatum, ut in alium nihil juris transferat, nec jus, quod adversus alium habui, extinguat.

5 *Ob qualem causam translatio facta esse debet?* ℞. Ob causam futuram finalem.

6 *Quomodo haec causa futura finalis, quae praeter alia ad hanc Condictionem requiritur, in* conventionibus *vocatur?* ℞. RES.

7 *Quomodo in ultimis voluntatibus vocatur?* ℞. MODUS.

8 *Quomodo improprie dicitur?* ℞. Conditio & Lex.

9 *Per quam particulam haec causa futura effertur?* ℞. Per particulam UT.

10 *Quid vero hoc UT innuit?* ℞. Ut vicissim aliquid detur, vel fiat, aut non fiat.

11 *An tamen haec Causa futura finalis est exprimenda?* ℞. Affir.

12 *Num res in dotem data, matrimonio non secuto, hac Actione repetitur?* ℞. Affir.

13 *An idem dicendum, etiamsi matrimonii nulla facta fuerit mentio?* ℞. Affir. eo ipso enim, dum res dotis nomine datur, etiam causa futuri matrimonii expressa censetur.

14 *An causa praeterita ad hanc Actionem quoque pertinet?* ℞. Neg. quia, quae ob causam praeteritam dantur, ex obligatione dantur, a qua regulariter altero invito recedere non licet.

15 *Num ergo venditor rem venditam & emtori traditam hac Actione repetere non potest?* ℞. Non potest, etiamsi emtor pretium solvere cesset: Venditor enim rem tradidit propter praeteritam causam, quia scil. ex venditione ad hoc fuit obligatus.

16 *Quid (3) requiritur, ut hic quasi contractus initus videatur, & haec Condictio competat?* ℞. Ut aliquid datum, sive in alium translatum sit propter causam honestam.

17 *Quid tandem (4) requiritur?* ℞. Ut res sive causa, propter quam aliquid datum, non sit secuta.

1 *Quo-*

* ob Cessationem accipientis, qui promissum non implet, vel B 1
  * quia non vult; & datur condictio. (3203) *4. C. h.* vel C 2.3
  * quia non potest; & hoc, quia causa c.
    * ab initio fuit impossibilis (3204) D 4
      * jure: & quidem E 5
        * absolute; e. g. adulterium committere; & cessat (3205) repetitio. *4. de condict. ob turp. caus. Bachov. V. 1. Disp. 22. th. 1. verb. quid si &c.* F 6.7
        * secundum quid, & respectu certæ (3206) personæ; & datur condictio. *1. 5. C. h. Bach. d. l.* f. 8
      * facto, & distinguendum: an dans hoc e. 9
        * sciverit; (3207) & denegatur hæc actio *4. C.* quia donasse videtur, (3208) *Bach. d. l. Habn. ad W. h. n. 2.* G
        * ignoraverit; (3209) & datur condictio, *3. §. 5. Bach. Habn. dd. ll.* g.
    * postea impossibilis facta, & quidem d.
      * vel culpa H 10
        * dantis; & repetitio non habet locum, *arg. 2. h. 15. C. de donat. ant. nupt. Habn. d. l.* I 11.12
        * accipientis; (3210) & datur repetitio; *3. §. 3. 5. §. fin. h. 4. 9. f. C. h.* etiamsi hanc culpam vel moram (3211) casus fuerit secutus, (3212) *3. §. 3. 5. §. f. h.* i. 13
      * vel casu, & tunc h. 14
        * si causa consistit in dando, (3213) cessat condictio; *5. §. 1. de P. V. L. 9. C. h. Fr. h. n. 11. Habn. d. l.* nisi res simpliciter data sit ob rem, sine conventione, (3214) *f. vid. Fr. tit. de P. V. n. 4. Bach. V. 1. D. 22. th. 2. lit. d.* K
        * si causa consistit in faciendo, & casus contingit k.
          * tantum circa accipientis personam: (3215) condictio quidem non videtur locum habere; *5. pr.* illa tamen conceditur ex capite pœnitentiæ. (3216) *5. pr. Fr. h. n. 15. Bach. d. th. 2. lit. a. vid. L. 15. §. 6. Locat.* L
          * sin vero casus est absolute (3217) talis, vel ratione *dantis* contingat: tunc regulariter non datur condictio, (3218) causaque tum habetur pro impleta; (3219) *9. C. h. 3. §. 3. 4. L. 5. §. 2. h. Carpzov. p. 2. c. 35. d. 24.* nisi æquitas aliud suadeat. (3220) *Vid. 5 §. 3 & 4. h. Bach. d. th. 2. lit. a. Fr. §. n. 13. Habn. h. n. 2.* l.

* An

1 *Quomodo vero in hoc* quarto *requisito hujus Actionis, quod nempe res sive causa, ob quam quid datum, non sit secuta, est distinguendum?* ℞. An causa non sit secuta ob cessationem *accipientis*, qui promissum non implet; An vero ob pœnitentiam *dantis*.

2 *Quotuplici modo accipiens promissum non implet?* ℞. Duplici: vel quia non vult, vel quia non potest.

3 *An priori modo, si nempe accipiens promissum complere non vult, hæc Condictio datur?* ℞. Affir. Nemo enim cum alterius damno debet locupletari.

4 *Quotuplici autem modo quis ex causa, quia non potest, promissum non implet?* ℞. Duplici: vel, quia causa *ab initio* fuit impossibilis, vel quia *postea* impossibilis est facta.

5 *Quotupliciter causa* ab initio *impossibilis potest esse?* ℞. Dupliciter: vel *Jure*, vel *Facto*.

6 *Quotupliciter Jure?* ℞. Dupliciter: vel *absolute*, e.g. adulterium committere, vel *secundum quid*, & respectu certæ personæ.

7 *An ergo* priori *casu, si nempe causa ab initio* absolute *impossibilis, cessat repetitio?* ℞. Affir.

8 *An vero* posteriori *casu, si scil. causa ab initio* secundum quid, *& respectu* certæ personæ *fuit impossibilis, datur Condictio?* ℞. Affir. sufficit enim, quod causa non possit sequi, licet saltem respectu certæ personæ; cum sic conditio vel modus deficiat.

9 *An, si causa, ob quam quid datum, ab initio* facto *fuit impossibilis, datur hæc Condictio?* ℞. Distingvendum an dans hoc *sciverit*, & denegatur hæc Actio, quia donasse videtur; an vero *ignoraverit*, & datur Condictio.

10 *Quotupliciter autem causa, ob quam quid datum, postea impossibilis fieri potest?* ℞. Dupliciter: vel culpa, vel casu.

11 *Quorum vero culpa?* ℞. Vel dantis, vel accipientis.

12 *An ergo repetitio locum habet, si culpa* dantis *impossibilis est facta causa?* ℞. Neg. quia sibi imputare debet, quod culpam talem admiserit, nec accipienti, qui extra culpam est, quid imputari potest.

13 *An vero locum habet repetitio, si culpa* accipientis *causa impossibilis facta?* ℞. Affirm. etiamsi hanc culpam vel moram casus fuerit secutus.

14 *Si vero casu causa postea impossibilis est facta, an datur repetitio?* ℞. Si causa consistit in *dando*, cesset Condictio, nisi res nude & simpliciter data sit ob rem, sine conventione, e.g. da hast du dieses Buch, gieb mir das deine ꝛc. Si vero causa consistit in *faciendo*, & casus contingit *tantum* circa accipientis personam, Condictio quidem non videtur locum habere, illa tamen conceditur ex capite pœnitentiæ: sin vero casus est *absolute* talis, non datur Condictio, causaque tum habetur pro impleta; nisi æquitas aliud suadeat.

• ro vero ob pœnitentiam dantis; (3221) & datur condictio: *3. §. 2. 3. h.* 1
L. 5. pr. & §§. seqq. h. nam qui ob rem dat, non se alteri, sed alterum sibi obligat; adeoque vel præscriptis verbis agit ad implementum contractus, vel hac conditione suum repetit. *Vid. 5. §. 1. de P. V. Fr. h. n. 17.* Et hoc locum habet, etiamsi accipiens promissum implere velit, vel præparatoria fecerit, (3222) *3. §. 2. 3. L. 5. pr. §. 1. 2. h. Fr. h. n. 19. Chud. ad h. t. c. 2. num. 16.* modo repetens illum indemnem (3223) servet; *5. pr. & §§. seqq.* aut res non sit data, ut a lite recedatur, (3224) *39. C. de transact. Chud. ad h. t. c. 1. num. 24. Borbon. V. 1. D. 22. th. 2. lit. b. in f.* aut dans quoque ad causam implendam non (3225) sit obligatus. *8. h. Haber. h. n. 2.* 2

S Datur hæc condictio illis, qui aliquid ob rem honestam dederunt, & illorum heredibus; *2. 3. C. h.* ita tamen, ut heredes ex propria (3226) pœnitentia rem petere non possint, sed in voluntate, in qua defunctus perseveravit, acquiescere (3227) debeant. *vid. 3. de serv. export. 32. §. 2. & seqq. de donat. inter vir. & uxor. 4. locat. C. l. A. h. th. 5. n. 1. Bacov. cl. 3. D. 20. th. 22. Fr. h. n. 20.* 3

P Adversus illos, qui aliquid dicto modo acceperunt, & illorum heredes; (3228) *5. C. h. Chud. d. tr. de cond. caus. dat. cap. 4. num. 115. & seqq.* 4
non contra successores singulares. (3229) *4. C. de rer. permut. Chud. d. cap.* 5
4. num. 10. & num. 170. Si quis falso procuratori debitum solvit, ea in- 6
tentione, ut nummi procuratoris fiant, *43. §. 1. in fin. de furt.* & dominus illud non ratum habet, datur hæc condictio contra procuratorem. (3230) *14. Chud. d. c. 4. num. 44. & seqq. ubi ad contraria respondet.*

O Objectum (3231) hujus condictionis sunt res mobiles & immobiles; 7
1. §. 1. l. 7. §. 1. h. Chud. d. tr. cap. 5. num. 5. & 10. etiam incorporales, ut: cautiones, (3232) *4. C.* liberationes; (3233) *4.* si obligatio remissa fuerit pura, res ipsa (3234) debita statim hac condictione peti potest. (3235) *10. Borbon. 1. D. 22. th. 1. lit. f. verb. item in acceptilatione. vid. Chud. d. cap. 5. num. 13. & seqq.* Præterea veniunt in hanc actionem accessiones & (3236) 8
fructus, *7. §. 1. l. 12. h. Chud. d. c. 5. num. 36. & seqq.* etiam ante litem contestatam (3237) percepti; *38. §. 1. de usur. vid. d. l. 38. §. 7. & l. 31. pr. d. R. C. Chud. d. c. 5. num. 50. & seqq. Bacov. cl. 3. D. 20. th. 22. lit. d.* sed NON usu- 9
ræ. (3238) *arg. 24. de Præscr. verb. 3. C. de usur. 1. C. de cond. indeb. 4. C. de cond. ob turp. caus. Chud. tr. de cond. caus. dat. c. 5. num. 73. & seqq.*

SS Interdum cum hac actione concurrit utilis rei vindicatio, in casu 10
(3239) *sc. l. 1. C. de donat. quæ sub mod.*

DE

1 *Si vero ob* pœnitentiam dantis *causa non est secuta, an datur Condictio?* ℞. Affirm. Nam qui ob rem dat, non se alteri, sed alterum sibi obligat, adeoque vel *Praescriptis verbis* agit ad implementum contractus, vel hac Condictione suum repetit.

2 *An etiam dans ob pœnitentiam rem datam repetere potest, etiamsi accipiens promissum implere velit, vel praeparatoria fecerit?* ℞. Affir. modo repetens illum indemnem servet, aut res non sit data, ut a lite recedatur, aut dans quoque ad causam implendam non sit obligatus. *Vid.* omnino Lauterb. *Coll. th.pr. h. t. pag. 445. Tab. lit. A.*

3 *Quibus datur haec Condictio?* ℞. Illis, qui aliquid ob rem vel causam futuram honestam dederunt, (*sic, qui, conditionis implendae causa, dedit, si legatum ademtum, vel hereditas evicta fuerit, datum repetit hac actione.* l. 1. §. 1. ff. h. t.) & illorum heredibus, ita tamen, ut heredes ex propria pœnitentia rem repetere non possint, (*pœnitentia enim est posterior voluntas ejus, cujus fuit prior, ergo est aliquid personale, & per consequens ad heredes non transit,*) sed in voluntate, in qua defunctus perseveravit, acquiescere debeant.

4 *Adversus quos haec Condictio datur?* ℞. Adversus illos, qui aliquid ob rem futuram honestam acceperunt, & illorum heredes.

5 *An etiam datur contra successores singulares?* ℞. Neg.

6 *Si quis falso Procuratori debitum solvit ea intentione, ut nummi Procuratoris fiant, & dominus illud ratum non habet, an datur haec Condictio contra Procuratorem?* ℞. Affir.

7 *Quaenam res sunt Objectum hujus Condictionis?* ℞. Res, ob causam futuram honestam datae, mobiles & immobiles, etiam incorporales, ut: cautiones, liberationes, ita tamen, ut, si obligatio remissa fuerit pura, omissis ambagibus, res ipsa debita statim hac Condictione peti possit; quia si causa non sequatur, res iterum venit in eum statum, quo ante remissionem fuit.

8 *An etiam in hanc Actionem veniunt accessiones & fructus etiam ante litem contestatam percepti?* ℞. Affir.

9 *An etiam usurae in hanc Actionem veniunt?* ℞. Neg. Fructus enim facilius assignantur quam usurae, quia fructus ex ipsa re nascuntur, usurae vero occasione rei.

10 *Qualis Actio interdum cum hac Condictione concurrit?* ℞. Utilis rei vindicatio in casu scil. *l. 1. C. de donat. quae sub mod.*

DE CONDICTIONE OB TURPEM, VEL INJUSTAM CAUSAM. XII. 5.

Hic duæ proponuntur actiones, (3240) *Bacov. cl. 3. D. 20. th. 33. C. J. A. h. th. 1. n. 4.* 1

D * I Condictio ob *TURPEM* causam, quæ est actio personalis, qua A 2
repetitur id, quod ob rem, sive causam futuram, (3241) ratione solius
N accipientis inhonestam, datum est. (3242) Hæc actio est civilis, stricti 3
juris, perpetua, & non famosa. (3243) *arg. 36. d. O. & A.*
C Oritur ex obligatione: ex quasi (3244) contractu. *Bacov. d. cl. 3.* 4
disp. 20. th. 32. C. J. A. h. num. 3. Hahn. h. num. 3. in fin.
R Requiritur * I ut aliquid naturaliter vel civiliter (3245) sit datum. B 5
1. ff. 1. C. h. vid. tit. praeced. R. 1.
* II Ob rem inhonestam. *1. pr. h.* [quæ scil. naturaliter b.
vel civiliter (3246) est turpis. *vid. l. 42. de V. S. Franck. h. num. 2. Hahn. h. n. 2. verb. ob turpem*]
* III Ut res illa ratione solius accipientis sit turpis, *1. §. 2.* b.
l. 4. §. 2. ff. 4. 6. C. h. v. g. ne furtum committat, (3247) ne alteri injuriam 6
faciat, *2. pr. h.* aut ut depositum, commodatum, rem furtivam restituat. *2. §. 1. l. f. h. l. pen. l. f. C. h.* Hæc si concurrunt, etiamsi dominium 7
sit (3248) translatum; *arg. §. 14. I. de action. l. f. usufr. quemadm. cav. Bach. 1. d. 21. th. 3. lit. a. in fin.* attamen re contrahitur obligatio, & accipiens
danti ad rem restituendam obligatur; idque sive causa sit secuta, sive 8
non. *1. §. f. ff. l. 4. C. h.* Si causa respectu utriusque, & dantis & accipi- 9
entis, inhonesta sit, melior (3249) est conditio possidentis, & datum hac
condictione non (3250) repetitur. *3. 4. pr. & § 1. l. 8. ff. 2. 5. C. h.* e. g. si 10
quis judici aliquid dederit, ut male, *3.* vel etiam in bona causa pro se
(3251) judicet. *2. §. 1. vers. sed hoc quoque. h. arg. 1. & seq. Auth. novo jure. ibi: veniam meretur C. de poena judic. qui mal. jud. Bachov. & Hahn. h. num. 3. Zas. h. num. 3. C. J. A. h. th. 4.* Item, si in adulterio deprehensus, *4. pr.* 11
vel fur, ne proderetur, aliquid dederit, *4. §. 1.* quamvis hisce in casibus,
si justus metus (3252) intervenerit, actio quod metus causa competat. *7. §. 1. l. 8. quod met. caus. C. J. A. h. th. 4. Hahn. d. 1. num. 4. Bes. ad d. l. 7. §. 1. vid. Monter. decis. Arrag. 45.* Quia vero iniquum videtur, ut accipiens 12
prædicto in casu ex sua turpitudine lucrum sentiat, proinde fiscum datum repetere posse, multi (3253) statuunt, *per. 32. §. f. de donat. inter vir. & uxor. 9. in fin. de jur. fisc. 5. de calumniat. 1. C. de naturalib. lib. Oldend. de Action. class. 6. act. 7. Hahn. ad Wesenb. h. num. 4. verb. in pari ca.*

Ex

1 *Quot Actiones hic proponuntur?* R. Duæ (1) Condictio ob turpem causam. (2) Condictio ob injustam causam.

2 *Quid est Condictio ob turpem causam?* R. Est Actio personalis, qua repetitur &c.

3 *Qualis est hæc Actio?* R. Est civilis, (*quia a Jure Civili est introducta*) stricti juris, (*quia in ea Judex non perstat ad æquitatem respicere, & partium conventioni est adstrictus,*) perpetua, (*durat enim per triginta annos,*) & non famosa.

4 *Unde oritur hæc Condictio?* R. Ex obligatione, quæ non ex vero, sed potius ex quasi contractu descendere censetur, quæ perficitur sola re, præsumta conventione, quæ fundatur in aliquo humano facto, quod hic est solutio ob turpem causam. *Vid.* Lauterb. Coll. th. pr. h. t. §. 3.

5 *Ut autem hæc obligatio contracta videatur, quænam requiruntur?* R. Tria (1) ut aliquid numeratum vel traditum sit datum, (2) ut aliquid datum sit ob eam causam, quæ & bonis moribus est contraria, & quidem vel naturaliter (*quæ sic turpis esse demonstratur ipsa naturali ratione omnium hominum moribus adversa, propter intrinsecam & moralem turpitudinem,*) vel civiliter, h. e. quæ quidem non moraliter & intrinsece turpis est, sed propter aliam causam a LL. politicis pro tali habetur, cujus exemplum occurrit in *l.* [illegible] *de V. O.* (3) ut [illegible] alia ratione accipientis tantum sit turpis.

6 *Da exemplum ex turpi & inhonesta ratione solius accipientis tantum?* R. E. g. si quid datum sit, ut accipiens omittat ea, quæ ex Jure necessitate & amore Justitiæ omittere tenetur, v. g. ne furtum committeret, ne alium occideret, [illegible] quod alium probro non est, quia lenitur est [illegible] alium a maleficio deflectere, qui alias non deterreretur. Aut, si quid datum, ut accipiens faciat, quod Juris constitutio & amore Justitiæ gratis facere debet, e. g. ut depositum, commodatum, & rem deperditam, furtivam restituat. Aliud vero est, si v. g. inventori rei meæ, deperditæ, &c. sponte remunerandi causa aliquid dederim. *Vid.* Lauterb. d. l. § 6.

7 *An igitur, si hæc tria requisita concurrant, ex parte alterius obligatio?* R. *Affir.* [illegible] dantem vel datio in accipientem sit translatum: adest enim utriusque voluntas, & quidem in dante [illegible] donandi; accipientis in [illegible] non [illegible] causa, sed voluntas transferendi & acquirendi.

8 *An ergo accipiens dantis ad rem restituendam obligatur?* R. Affir. idque indistincte, sive causa sit secuta, sive non, cum is, qui fecit id, quod Legibus est interdictum, jus agendi vel retinendi inde consequi non potest.

9 *An, si causa respectu utriusque & dantis & accipientis sit inhonesta, melior est conditio possidentis, & an datum hac Condictione repeti potest?* R. Non potest repeti, quia in pari causa melior est conditio possidentis: ille enim turpiter dedit, hic vero turpiter accepit.

10 *An igitur, si quis Judici dederit aliquid, ut male, vel etiam ut bene causa pro se judicet, id, quod datum, hac Condictione repeti potest?* R. Neg. quia in utroque tam in dante, quam in accipiente turpitudo adest, & sic repetitio cessat.

11 *Si in adulterio deprehensus, vel fur, ne proderetur, aliquid dederit, an illud repetere potest?* R. Neg. quoniam hisce in casibus, si solus metus intervenerit, Actio quod metus causa competit.

12 *Quid tamen alii hisce in casibus statuunt?* R. Falsum datum repetere & extorquere posse; quia iniquum videtur, ut accipiens lucretur rem turpiter acceptam [illegible], vel ex sua turpitudine lucrum faciat, cum dans propter suam turpitudinem nihil repetere possit.

Ex causa utrinque (3254) turpi promissum exigi non potest: sed causa 1
turpi in cautione expressa, ipso jure nulla est promissio; *26. 27. 123. de V.*
O. alia vero honesta, aut nulla plane causa addita ipso jure quidem sub- 2
sistit promissio, verum, si de turpi causa aperte constat, statim actio dene-
gatur, (3255) *5. C.* aut si de illa ambigitur, exceptio doli opponitur, qua
probata, (3256) reus absolvitur. *8. h. 1. C. vid. Franck. h. t. num. 13. Bachov.*
v. 1. d. 22 §. 3. lit. a. verb. & in turpi. Praeterea non competit haec condi- 3
ctio, si causa, propter quam aliquid datum, tantum ratione dantis (3257)
est inhonesta: v. g. si quis meretrici mercedem (3258) dederit, *4. §. 3.*
vid. Bachov. V. 1. D. 22. §. 3. lit. d. verb. puta si quid meretrici. in fin. Fr. h. n.
8. Masterr. de Justit. LL. Roman. l. 2. dub. 15. quam promissam antiquo 4
(3259) jure meretrix exigere poterat; *arg. 4. §. 2 & 3. vid. Bachov. v. 1.*
D. 22. th. 3. lit. d. verb. si quid meretrici. & in tr. d. Act. D. 4. th. 18. Fr. h. n.
7 & 10. Zoes h. num. 8. quae ipsa tamen castitati temporum nostrorum haud
conveniunt. *Fr. d. l.*

S Datur haec actio illis, qui aliquid dederunt, vel promiserunt, aut ac- 5
cepto tulerunt, ob causam ratione solius accipientis inhonestam, & illo-
P rum heredibus; (3260) *Oldend. class. 6. act. 7. C. J. A. h. t. th. 5.* adversus 6
accipientes & illorum heredes. (3261) *Oldend. d. l. C. J. A. d. th. 5. in fin.*

O Ad id, quod turpiter acceptum, cum fructibus & accessionibus; *arg.* 7
38. §. 1. & seqq. de usur. Bocer. cl. 3. Disp. 20. §. 31. lit. b. sed sine (3262) usu-
ris, *4. C.* repetendum.

D * II Condictio ob *INJUSTAM* causam est actio personalis, qua id, 8
quod quis ex injusta (3263) causa consecutus est, repetitur. *6.* Unde 9
hac actione repetitur, quod ex coacta stipulatione solutum est. *7. vid.*
Struvch. Exerc. 6. ad 50. decis. Just. cap. 2. num. 24. & c. 1. num. 33. Item 10
fructus a malae fidei possessore consumti. (3264) *3. C. de condict. ex lege.*
Perez. d. t. num. 6. C. J. A. h. t. num. 5.

DE CONDICTIONE INDE-BITI.

XII. 6.

D CONdictio indebiti (3265) in specie (3266) ita dicta, est actio persona- 11
N lis, qua quis repetit indebitum per errorem (3267) solutum. Haec 12
actio est stricti juris, (3268) *arg. §. 28. I. de action. Clud. de condict. indeb.*
cap. 2. num. 89. & seq. Bachov. v. 1. D. 22. §. 7. lit. c. verb. ante litem contesta-
tam. & perpetua. (3269) *Barb. d. d. th. 10. lit. g.*

Divi-

1 *Sin ex causa utrinque turpi aliquid* promissum *solutum fuerit, an hoc exigi potest?* ℞. Neg. sed, si causa illa turpis in ipsa stipulatione vel cautione fuerit expressa, tunc *ipso jure* nulla est promissio: turpis enim rei promissio nullius est valoris.

2 *Quid vero, si promissioni praeter turpem causam alia adhuc honesta, aut etiam plane nulla causa addita sit?* ℞. Tunc ipso jure quidem subsistit promissio, verum, si de turpi causa aperte constet, statim actio denegatur, aut si de illa ambigatur, exceptio doli opponitur, qua probata, Reus absolvitur.

3 *An tamen haec Condictio competit, si causa, propter quam aliquid datum, tantum ratione dantis est inhonesta, v. g. si quis meretrici mercedem dederit?* ℞. Non competit, quia in pari causa melior est conditio possidentis: hoc casu autem uterque & dans & accipiens in turpi causa versatur.

4 *An vero meretrix mercedem meretriciam sibi promissam exigere potest?* ℞. Jure antiquo exigere poterat, (*licet enim meretrix turpiter faciat propter vilissimam conditionem, quod sit meretrix; veteri tamen Romanorum Jure, & JCti* ULPIANI *tempore, quae semel meretriciam vitam elegerat, ex moribus illius seculi, & secundum principia Legis tum permittentis, non turpiter quaestum inde accipiebat:*) sed hinc, seu Jure naturali, maxime inter Christianos, utrinque turpia, *c. Meretrices. q. 4. c. 32.* castitati temporum nostrorum haud conveniunt.

5 *Quibus datur haec Actio?* ℞. Illis, qui aliquid dederunt vel promiserunt, aut acceptolaverunt, ob causam ratione solius accipientis inhonestam, & illorum heredibus.

6 *Adversus quos haec Actio datur?* ℞. Adversus illos, qui ob turpem causam aliquid acceperunt, & illorum heredes.

7 *Ad quid datur?* ℞. Ad id repetendum, quod turpiter acceptum, & quidem cum fructibus & accessionibus, sed tantum naturalibus, non etiam civilibus, ut sunt usurae, *cit. l. 4.* C. *h. t.* quia hoc Judicium est stricti juris, Brunnem. *ad d. l. 4.* & hac ratione differt haec Actio ab aliis Condictionum speciebus. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 13.*

8 *Quid est Condictio ob* injustam *causam?* ℞. Est Actio personalis, qua id, quod &c.

9 *An ergo hac Actione quoque repetitur, quod ex* coacta *stipulatione solutum est?* ℞. Affir. licet tanta vis vel tantus metus non intercesserit, qui in Edicto quod metus causa exigitur; cum hic semper *injusta* causa subsit: nemo enim ad paciscendum seu contrahendum cogi debet.

10 *An etiam hac Actione repeti possunt fructus, a malae fidei possessore consumti?* ℞. Affir.

11 *Quid est Condictio indebiti in specie ita dicta?* ℞. Est Actio personalis &c.

12 *Qualis est haec Actio?* ℞. Est stricti juris & perpetua.

I *Quo-*

† Dividitur in condictionem certi, qua certum quid, & incerti, qua in- 1
certum (3270) repetimus. *40. §. 1. Chud. d. tr. cap. 2. num. 56. & seqq.*

C Causa efficiens proxima est obligatio. *§. 1. I. quib. mod. re contrah.* 2
oblig. §. 6. in f. I. de obl. quæ quasi ex contr. ex quasi contractu; (3271) *d. §.*
6. l. 5. §. 3. de O. & A. Chud. d. tr. c. 1. num. 73. & seqq. Bachov. V. 1. D. 22. th.
4. lit. b. & de Action. disp. 4. th. 17. vid. 25. pr. de probat. 13. §. f. l. 14. 66. h. 13.
in fin. ff. commodat. Bachov. dd. ll. quamvis hoc interdum verbis (3272) 3
exprimatur. *1. h. 3. C. de fidejuss. l. 3. de legat. 1. l. 56. pr. in fin. mandati. Ba-*
chov. ad Tr. 1. D. 22. th. 4. lit. b. C. L. A. h. 1. th. 2. Vocatur autem hic quasi 4
D contractus *INDEBITI SOLUTIO*, (3273) quæ est quasi contractus, quo 5
is, qui indebitum per errorem solutum accepit, ad ejus restitutionem
(3274) obligatur. *§. 6. I. de obligat. quæ quasi ex contract.*

R Requiritur * I *DATIO*, (3275) *§. 1. I. quib. mod. re contr. oblig. §. 6. I.* A 6
de oblig. quæ quasi ex contr. & quidem ad condictionem certi, translatio 7
dominii; (3276) *arg. §. 14. I. de act. l. f. in fin. usufr. quemadmod. cav. l. 33.*
ibi: quia nihil accipientis facit. l. 53. ibi: manente nummis domini, eoque non
per condictionem. h. ad condictionem incerti, sufficit possessionis (3277) 8
translatio, *15. §. 1. l. 40. §. 1.* promissio, (3278) *31. ff. 2. 3. 4. C. h. 6. C. de jur.*
& fact. ignor. Chud. de cond. indeb. cap. 1. num. 104. & seqq. non obstante. 2 &
4. C. de cond. ex leg. & acceptilatio. (3279) *arg. 4 & 10. ff. de cond. caus.*
dat. caus. non secut. junct. 115. de R. I.

R * II *TANQVAM DEBITUM*, sive ex causa præterita a. 9
(3280) & necessaria; (3281) *§. 1. I. quib. mod. re contr. ibi: qui solvendi*
animo. l. 1. ff. de condict. ob turp. caus. alias censetur voluisse donare. *52.* 10
65. §. 2. Bus. ad d. l. 52. Quod ex obligatione naturali imperfecta (3282) 11
[*vid. Grot. de jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 11. num. 3. Strauch. dissert. 12. aph.*
17. & seqq.] solvitur, tanquam indebitum non (3283) repetitur. *arg. dd. ll.*
Hinc ex obligatione ad ἀντίδωρα datum, licet nullum præcesserit bene- 12
ficium, hac tamen actione non (3284) repetitur. *arg. dd. ll. Mastert. in*
varr. rer. ad h. t. quæst. an repetat, qui ad remunerandum. Vid. Bachov. de
Action. disput. 4. th. 16. in fin. & ad Tr. v. 1. D. 22. th. 6. lit. D. verb.
an ei condictio.

R * III Requiritur, ut solutum sit *INDEBITUM*: distingue a. 13
tamen: * *ABSOLUTE* indebitum est, quod nullo jure, neque na- B 14
turali, neque civili, neque a solvente, neque accipienti debe-
tur, omnino (3285) repetitur. *41. L. 7. h. 9. C. ad L. Falcid.* 15

Tale

1 *Quomodo dividitur?* ℞. In Condictionem indebiti *Certi*, qua certum quid, sc. certa quantitas vel species; & *Incerti*, qua incertum quid repetitur, e. g. possessio translata, *l. 15. §. 1. l. 40. §. 1. π. h. t.* vel etiam servitus. *l. 22. §. 1. π. h. t.*

2 *Quid est causa efficiens proxima hujus Condictionis indebiti?* ℞. Est obligatio, quæ ex quasi contractu oritur. Nam licet partes expresse consentiant, consensus tamen ille, indebiti solutione, dirigitur non ad obligationem constituendam, sed potius dissolvendam, utpote quæ conditio hic ex autoritate Juris & per se inest. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 4.*

3 *An hæc Condictio nihilominus ex quasi contractu oritur, licet hoc verbis exprimatur, h. e. licet partes de restitutione expresse convenerint, seu conditio interdum expresse adjiciatur, & verbis exprimatur?* ℞. Affir. nam hæc conditio nullum producit effectum, nec eo ipso causa hujus obligationis mutatur. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 5.*

4 *Quomodo hic Quasi-contractus vocatur?* ℞. Indebiti solutio.

5 *Quid est Indebiti solutio?* ℞. Est quasi contractus, quo is, qui &c.

6 *Quænam vero requiruntur, ut ex hoc quasi contractu obligatio nascatur, & Condictio indebiti competat?* ℞. (1) Solutio, vel ut aliquid datum sit. (2) Ut aliquid datum sit tanquam debitum. (3) Ut solutum sit indebitum, & (4) in solvente error, sive ignorantia.

7 *Qualis vero datio ad Condictionem* certi *requiritur?* ℞. Translatio dominii, h. e. ut dominium rei solutæ sit translatum, quia hic res ipsa condicitur, quæ condici non posset, si dominium non translatum, sed vindicari deberet. *Vid.* Cocceji *Jus controv. h. t. q. 1.*

8 *An hæc translatio dominii etiam requiritur ad Condictionem incerti?* ℞. Neg. sed ad hanc sufficit possessionis translatio, promissio & acceptilatio: cum hic regulariter non res ipsa, sed interesse saltem petatur.

9 *Quid (2) requiritur, ut ex hoc quasi contractu obligatio nascatur, & Condictio indebiti competat?* ℞. Ut aliquid datum sit tanquam debitum, & quidem ex causa præterita & necessaria.

10 *Num igitur ad hunc quasi contractum pertinet & hæc Condictio locum invenit, si quis ex causa* futura *aliquid dedit?* ℞. Neg. censetur enim sic voluisse donare.

11 *An id, quod ex obligatione naturali* imperfecta *solvitur, tanquam indebitum repeti potest?* ℞. Neg.

12 *An ergo ex obligatione ad antidora datum, licet nullum præcesserit beneficium, hac Actione repeti potest?* ℞. Neg.

13 *Quid (3) requiritur, ut ex hoc quasi contractu obligatio nascatur, & Condictio indebiti competat?* ℞. Ut causa illa, ex qua solutio facta, sit falsa, & solutum indebitum.

14 *Quotuplex autem est indebitum?* (℞. Duplex: Absolute & secundum quid tale) *& quid est indebitum absolute tale?* ℞. Quod nullo jure, neque naturali, neque civili, neque a solvente, neque accipienti debetur.

15 *An hoc indebitum* absolute *tale repetitur?* ℞. Omnino repetitur.

Tale est regulariter, quod pupillus sine tutoris auctoritate (3286) pro- 1
misit: *l. 41. ff. h. t* [*dissent. Vinn. ad §. 9. I de inutil. stip. num 4.*] Lega-
tum in imperfecto testamento relictum, (3287) *7. C.* aut quod dodran-
tem (3288) excedit *vid. §. 7. ibi, vel reperere solutum. I. de fideicommiss.
hered. l. 9. C. ad L. Falcid. 21. 68 §. 1. ad SCt. Trebell. arg. l. 4 ff. de usur vid.
Strauch. ad 50. dec. Just. Exerc. 6. c. 2. num. 13.* Debitum sub (3289) con-
ditione, *213. pr de V. S. 16. pr. 18. h. Clud. de cond. indeb. c. 2. num. 7. & c. 3.
num. 105 & seqq.* aut die incerto an extiturus (3290) sit, solutum ante ejus
existentiam (3291) *arg. 16. §. 1. 56. h. 75. de condit. & demonstr. Clud de cond.
indeb. cap. 2. num 9. 37 & seqq. vid. sup. de pact. lit. X x.* Quod vero in 2
diem incertum tantum quando, (3292) promissum, illud etiam ante di-
em solutum, non repeti, *10. 17.* [*vid. tamen (3293) 1. §. 2. de cond. & dem. 4.
pr. quando dies leg. ced.*] nec interusurium ob citiorem solutionem exigi 3
(3294) potest *arg. l. 1 C. h. 26 pr. C. de usur 49. §. 1. de act. emt. Mastert.
in varr. err. ad h. t. quaest. an ut sortis, ita etiam accessionum. Gerhard. Exerc.
Just. decad. 16. quaest. 5. Zas. h. t. num. 12. post Bald. Ang. Salicet. Castal. ad d.
l. 10. h. t in fin. Dissent Barbos. V. 1. D. 22. th. 5. lit. d. & e. Clud. de Cond. in-
deb. cap. 2 num 19. & seqq.*

Indebitum * *SECUNDUM QVID* est, b.

vel ratione * *JURIS*, quod scilicet certo tantum jure non debetur, alio C 4
D vero jure debetur; Indebitum * *NATURALE tantum* (3295) dicitur, D 5
quod quidem ex stricta juris civilis ratione debetur, sed vinculo natura-
lis aequitatis destituitur. Et hoc solutum repetitur: *47. ibi, quoniam* 6
*indebitam jure gentium pecuniam solvit. h. arg. 26. §. 3. 66. h. L. 29. §.
5. mandat.* Tale est ab initio, quod vi metuve, vel spe futurae nu- 7
merationis promissum (3296) aut ex post facto, quod nudo pacto 8
remissum, (3297) aut si juratum sit, nihil deberi. *32. §. 1. l. 1. 43. h.
95. §. 4. de solut. Barbos. V. 1. Disp. 22 th. 4. lit. a. & V. 2. Disp. 24. th. 3.
lit. C. Vinn. lib. 1. quaest sel. cap. 47. Clud. de cond. indeb. cap. 2. num.
15. & seqq. Strauch ad 50. decis. Just. Exerc. 6. cap. 2. num. 19. & seqq.*
Idem dicendum, si naturalis quidem obligatio subsit; illam vero jus 9
civile simpliciter reprobaverit: v. g. si foemina, (3298) quod inter-
cedendo promisit, solverit; (3299) *40. pr. h. 16. §. 1. in f. ad SCtum
Vellej 9. C. eod. Barbos. v. 1 Disp. 22. th. 4. lit. a. in fin.* *NON* etiam 10
quod ex judicis sententia, licet iniqua, debetur. Hoc si quidem ex
juris praesumtione & dispositione pro mixto & naturali quoque de-
bito habetur. (3300) *arg. 25. de stat. homin. 65. §. 2. ad SCt. Trebell. 1.
C. h. 29. §. 5. vers. nisi ex condemnatione, mandati, 36. ff. fam. ercisc.*

Clud.

1 *Da exemplum indebiti* absolute *talis?* ℞. Tale est regulariter, quod pupillus, sine tutoris auctoritate, promisit. Legatum in imperfecto testamento relictum, aut quod dodrantem excedit: Debitum sub conditione, aut die incerto, an & quando, vel an extiturus sit, solutum ante ejus existentiam.

2 *An tamen id, quod in diem certum, vel incertum quidem, sed tantum* quando, *promissum, adeo debitum est, ut etiam ante diem solutum, tanquam indebitum repeti non possit?* ℞. Affir. quia in tali obligatione dies *statim* cedit, atque sic obligatio jam revera existit, & hinc, licet id, quia dies nondum venit, exigi non possit, non tamen dici potest, indebitum fuisse solutum.

3 *An nec interusurium hoc casu ob citeriorem solutionem exigi potest?* ℞. Non potest. Ubi enim non debetur principale, ibi nec debetur accessorium: neque aliud condicitur, quam quod indebite solutum, jam autem interusurium non fuit solutum, quia non erat tempore translationis.

4 *Quotuplici ratione Indebitum est* secundum quid *tale,* (℞. Duplici: vel ratione *JURIS,* vel ratione *HOMINIS*) *& quid est Indebitum secundum quid ratione* Juris *tale?* ℞. Quod tantum certo Jure non debetur, alio vero Jure debetur.

5 *Quotuplex autem est hoc Indebitum secundum quid ratione Juris,* (℞. Duplex: sc. Naturale tantum, & Civile tantum) *& quid est Indebitum* Naturale *tantum?* ℞. Quod quidem ex stricta Juris Civilis ratione debetur, sed vinculo naturalis æquitatis destituitur.

6 *An hoc indebitum naturale tantum* (si per errorem) *solutum repetitur?* ℞. Affir. quia ubi vinculum naturalis æquitatis deficit, ibi quoque nulla efficax obligatio adest, per consequens solutum ut indebite solutum hac Actione repeti poterit.

7 *Da exemplum ejusmodi indebiti* ab initio *talis?* ℞. Tale est id, quod vi, metuve, vel spe futuræ numerationis promissum.

8 *Da quoque exemplum dicti indebiti* ex post facto *talis?* ℞. Tale est, quod nudo pacto liberatorio remissum, aut si juratum sit, nihil deberi.

9 *An idem dicendum, si naturalis quidem obligatio subsit, illam vero Jus Civile* simpliciter *reprobaverit?* ℞. Affir si sc reprobata in favorem illius, qui se obligavit: e. g. si fœmina, quod intercedendo promisit, solverit.

10 *An etiam indebitum naturale est, si quid ex Judicis sententia, licet iniqua, debetur?* ℞. Neg. Hoc siquidem ex juris præsumtione & dispositione pro mixto & naturali quoque debito habetur, & hoc quidem ob auctoritatem rei judicatæ, & quod semper vera & justa debiti causa hic subfuisse præsumatur: Judex enim neminem sine causa condemnaret, & condemnatus quoque appellationem sine dubio non omitteret, nisi causam suam esse injustam certo sciret; & sic hoc ipso tacite approbat hanc Judicis sententiam.

Chud. de cond. indeb. cap. 4. num. 104. & seqq. num. 122. & seqq. Bacov. cl. 2. D. 8. thes. 17.

D Indebitum * *CIVILE tantum* dicitur, quod quidem ex æqui- d. 1
tate naturali, sed non plene & efficaciter de jure civili debetur. Tale 2
est, de jure civili, quod nudo pacto promissum; *5. § 2. de solut. vid.*
Chud. de cond. indeb. cap. 2. num. 44. & seqq. quod licet ex errore fa- 3
cti (3301) solutum, tamen per hanc condictionem non repetitur: *Zaes.*
h. num. 7. hic enim debitum & indebitum æstimatur ex naturali ra-
tione & æquitate. (3302) *15. pr. 66. Chud. de cond. indeb. cap. 1. num. 122.*
19. pr. 26. § 12. 64. h. 10. de O. & A. 16. § 4. de fidejuss. 3. C. de Usur.
non obstante (3303) *§. ad SCt. Macedon.* Hinc qui pecuniam contra 4
SCtum Macedonianum acceptam solvit: [quia ad illam reddendam
naturaliter est obligatus, & jus civile hanc naturalem obligationem in
totum non (3304) reprobavit, *10. ad SCt. Maced.*] solutum non repe-
tit. *9. § 4 & 5. d. t. 40. pr. h.* Item in eo, qui injuste Judicis senten- 5
tia est absolutus: manet enim etiam hoc in casu naturalis obligatio,
jure civili, non simpliciter (3305) reprobata. *60. pr. Chud. de cond. in-*
deb. c. 2. num. 49. & c. 4. num. 104. Vinn. l. 1. sel. q. c. 47. Bachov. v. 1.
d. 22. th. 4. L. h. Regula in *l. 26. § 3.* proposita [quod scilic. illud, 6
cui perpetua obstat exceptio, indebitum dicatur, & per errorem so-
lutum repetatur] tunc demum locum habet, & procedit, si obliga-
tio naturalis [plenam jure naturali potestatem exigendi tribuens] non
subsit, (3306) vel illam jus civile reprobaverit. *60. pr. 40. pr. h. 9. §.*
4 & 5 junct. l. seq. ad SCt. Maced. Vinn. lib. 1. sel. quæst. cap. 47. Bach.
V. 1. D. 22. th. 4. L. h. Unde etiam fidejussor, omissa divisionis ex- 7
ceptione, totum solvens, partem confidejussoris a creditore non (3307)
repetit. *49. § 1. de fidejuss. ibi Bartol. num. 2. & seqq.* Imperfecta ve- 8
ro & minus plena obligatio naturalis hunc effectum non producit:
sed si donatarius doni oblitus, (3308) se mutuum accepisse, vel ex 9
alia necessaria causa obligatum esse credat, & tantundem reddat at-
que solvat, non obstante obligatione ad ἀντίδωρα, solutum repete-
re non prohibetur. *Bachov. tr. de Act. disp. 4. th. 16. vers. Et hinc de-*
cidendo p. 141 & seq. Mastert. in varr. tr. ad h. t. quæst. an repetat,
qui ad remunerandum. Sarbolt. Differt. 12. aph. 18. Zaes. h. t. num. 8. In- 10
debitum *SECUNDUM QUID,*
ratione * *HOMINIS* est, quod quidem jure debetur, sed non e.
a solvente, vel non accipienti. *65. § 5.* Et hoc, si per errorem solutum, 11
repetitur; *65. § 5. 19. § 1. h. l. 5. C.* nisi non debitor, veri debitoris nomi-
ne,

1 *Quid est Indebitum, ex ratione Juris Civilis tantum?* ℞. Quod quidem ex aequitate naturali, sed non plene & efficaciter de Jure Civili debetur.

2 *Da exemplum hujusmodi indebiti civilis tantum?* ℞. Tale est, de Jure Civili, quod pacto nudo promissum.

3 *An, si hoc indebitum ex errore facti solutum, repeti potest?* ℞. Hoc, licet ex errore facti solutum sit, per hanc tamen Condictionem repeti nequit: in hac enim Actione debitum & indebitum aestimatur ex naturali ratione & aequitate.

4 *An igitur is, qui pecuniam, contra SCtum Macedonianum acceptam, solvit, solutum repetere potest?* ℞. Neg. quamvis enim is, qui pecuniam mutuam contra SCtum Macedon. solvit, exceptionem perpetuam habeat, quia tamen ad illam reddendam naturaliter est obligatus, nec Jus Civile hanc naturalem obligationem in totum reprobavit, propterea solutum non repetit.

5 *Num quoque in eo, qui injusta Judicis sententia est absolutus, manet obligatio naturalis, Jure Civili non simpliciter reprobata?* ℞. Affir.

6 *Quando Regula in l. 26. § 3. ff. h. t. proposita, quod scil.* illud, cui perpetuo obstat exceptio, indebitum dicatur, & per errorem solutum repetatur, *locum habet?* ℞. Tunc demum, si obligatio naturalis (plenam sc. jure naturali potestatem tribuens) non subsit, vel illam Jus Civile non reprobaverit. Caeterum, ubi obligatio naturalis, Jure Civili non reprobata, adhuc existit salva, ibi, licet perpetua competat exceptio, non tamen datur *Condictio.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 14.*

7 *An ergo fidejussor, omissa divisionis exceptione, totum solvens, partem a confidejussore solvendam a Creditore repetere potest?* ℞. Neg.

8 *Num vero imperfecta & minus plena obligatio naturalis hunc effectum quoque producit?* ℞. Neg. quia talis obligatio nullum *plane* effectum habet: quod enim hactenus de naturali obligatione dictum est, (*illam sc. solam exceptionem impedire,* illud intelligendum de obligatione naturali *perfecta & plena,* quae Jure naturali sive communi efficax est ad actionem & petitionem, ita, ut ille quoque, cui aliquid debetur, jus habeat ob obligationem debitum exigendi. Vid. l. 45. § 1. ff. de R. J. Lauterb. Coll. th. pr. h. t. § 15.

9 *An ergo, si donaturus, doni oblitus, se mutuum accepisse, vel ex alia necessaria causa obligatum esse credat, & tantundem reddat atque solvat, an solutum repetere potest?* ℞. Affir. non obstante obligatione ad antidora.

10 *Quid est Indebitum secundum quid, ratione* Hominis *tale?* ℞. Quod quidem Jure debetur, sed non a solvente, vel non accipienti.

11 *An hoc indebitum per errorem solutum hac Actione potest repeti?* ℞. Affir. nisi non debitor, veri debitoris nomine, vero creditori solverit, & de hoc casu accipienda est *l. 44. ff. h. t.* ubi dicitur, quod *suum* receperit: ergo solutum est veri debitoris nomine; nam si solutum esset alterius nomine, non suum debitum recepisset: quicquid enim non-debitor suo nomine, ac si ipse deberet, solvit, id mihi revera non debetur; & quamvis sit summa aequalis, tamen non est idem debitum, quod alius debet; nam, quae sunt debitorum, qui non sunt correi, ea diversa sunt debita. *Deinde,* quia Creditor in casu *d. l.* suum recipit, ergo soluta est obligatio, & liberatur Debitor, quod accidit tantum, si hujus nomine, &c. hic autem consideratur tantum persona, cujus nomine soluta. *Vid.* Lauterb. *d. l. § 16.* vid. tamen Cocceji *Jus controv. h. t. q. 13.*

1 *Quid*

ne, vero creditori solverit, (3309) *arg. 13. de solut. 39. de neg. gest.* & de hoc casu accipienda est *l. 44* (3310) *ff. h. t. Carpzov. p. 2. c. 24. d. 10. Chud. de cond. indeb. c. 1. num. 37. & seqq. c. 4. num. 94. Bes. & Costal. ad d. l. 19. §. 1. h.*

R. IV * Requiritur in * *SOLVENTE ERROR* sive ignorantia, ita, ut sol- a.B 1
vens causam debendi veram, & sese obligatum esse existimaverit, facti er- 2
rore lapsus. *l. 7. C. h. 6. 10. C. de jur. & fact. ign. 9. C. ad L. Falcid. Chud. de cond. indeb. c. 1. num. 14. & seqq.* Qui *SCIENS* indebitum solvit, hac actio- 3
one non repetit, *1. § 1. 24. 26. § 3. 62. h. 9. C. eod. 9. C. ad L. Falcid.* cum donaverit; (3311) *53. de R. I. Chud. de cond. indeb. c. 4. num. 63. & seqq. Costal. de fact. scient. & ignor. cent. 2. dist. 17. num. 9. & seqq.* etsi ea mente (3312) 4
datum sit, ut postea repetatur. *50. h. arg. 7. C. de cond. ob caus. dat. Chud. d. tr. cap. 1. num. 6. & c. 4. num. 64. vid. tamen 13. de R. C. Fr. h. 13.* Cessat 5
(3313) hæc regula [1] si alia, quam donationis præsumtio capi potest, *Fr. d. l. num. 14.* e. g. in debitore immoderatas usuras solvente. (3314) *post Bald. Dec. & alios Sand. decis. Fris. lib. 3. t. 14. d. 7. Tiraquell. tr. de retract. convent. § 36. gl. 2. num. 172.* [2] si solvens donare non (3315) possit: ut est pupillus, &c. *Chud. de cond. indeb. cap. 5. num. 19.* *IN JURE ERRANS*, 6
similis est scienti, (3316) *9. C. ad L. Falcid. 42. pr. de fidejussor. Cost. de fact. scient. & ignor. inspect. 65. num. 2. l. 9. § 5. vers. quod si ideo. 7. de jur. & fact. ignor.* neque condicit: (3317) *10. 6. C. de Jur. & fact. ignor. 6. ibi. Si per* 7
ignorantiam facti C. h. 9. C. ad leg. Falcid. arg. 2. C. si advers. solut. arg. 25. pr. ibi vel aliquam justam ignorantiæ causam deprobat. Chud. tr. de condict. indeb. c. 1. num. 27. & seqq. c. 3. num. 90. & seqq. Bacov. cl. 2. D. 2. th. 18. lit. b. Gerhard. Exerc. Justin. decad. 16. q. 6. Bes. ad l. 1. § 1. h. Mastert. in verr. str. ad hunc tit. quæst. an ei, qui errore juris indebitum solvit. Struvch. ad 50. decis. Just. exerc. 6. c. 1. num. 27. & seqq. Zoes. h. num. 14. a Sand. ad l. 53. de R. I. Carpzov. p. 2. c. 18. d. 10. vid. Franzk. ad § 1. Inst. quib. mod. re contr. obl. ¶. *EXCIPIUNTUR* [1] Pupilli, (3318) *29.* minores in integrum restituun- 8
tur *2. C. si advers. solut. 25. pr. de minor. Chud. de cond. indeb. c. 1. num. 52. & seq. c. 5. num. 50. & seqq.* [2] Fœminæ SCto Vellejano se munitas esse ignorantes: *9. C. ad SCt. Vellej. junct. 9. de juris & fact. ignor. Chud. d. tr. cap. 1. num. 56.* idem est in militibus, rusticis, (3319) & aliis, quibus jus ignorare licet. *Bacov. d. disp. 2. th. 9. Mastert. d. quæst. in fin. Chud. d. c. 1. n. 57. & seqq. Sand. ad d. l. 53. de R. I. fere in fin.* [3] si testator heredi necessitatem remisit cavendi de legatis præstandis, & heres ignorans testatorem posse hoc facere, cavit (3320) legatariis, *1. in pr. vers. si vero hoc non potuisse,*

ut

1 *Quid (4) requiritur, ut ex hoc quasi contractu obligatio nascatur, & Condictio indebiti competat?* ℞. Ut indebitum solutum sit per *Errorem*, sive *Ignorantiam*, & quidem, ut ignorantia sit in solvente, non vero in accipiente.

2 *Qualis vero* Error *sive ignorantia in* Solvente *ad hanc Actionem producendam requiritur?* ℞. Talis, ut *solvens*, causam debendi veram, & sese obligatum esse, existimaverit, facti errore lapsus.

3 *An igitur, qui* Sciens *indebitum solvit, hac Actione illud repetere potest?* ℞. Neg. cum sic donaverit.

4 *Num idem dicendum, si ea mente datum sit, ut postea repetatur?* ℞. Affir. si scil. id tantum cogitaverit, nec verbis expresserit.

5 *In quibus hac Regula cessat?* ℞. Cessat (1) si alia, quam donationis præsumtio capi possit, e. g. in debitore immoderatas usuras solvente. (2) Si solvens donare non possit, ut est pupillus, &c.

6 *Cui hic in Jure errans similis est?* ℞. Scienti, debebat enim scire, imo etiam poterat scire in jure errans, consultis scil. peritioribus.

7 *An ergo in Jure errans non condicit solutum?* ℞. Non condicit: sibi enim imputare debet, quod ex errore juris, quem facile corrigere potuisset, solverit.

8 *Quinam vero hic excipiuntur?* ℞. (1) Pupilli; Minores vero hoc in casu in integrum restituuntur. (2) Fœminæ, SCti Vellejani beneficio se munitas esse ignorantes, quod ipsum Ddres etiam de Militibus, Rusticis & aliis, quibus Jus ignorare permissum est, verum esse statuunt. (3) Excipitur casus, quo testator heredi necessitatem remisit cavendi de legatis præstandis, & heres ignorans, testatorem posse hanc Cautionem remittere, cavit legatariis.

ut in poss. legat. Paul. Bus. ad l. 1. §. 1. h. num. 3. Mastert. d. l. Strauch. d. l.
Sand. ad d. l. 53. [4] excipiuntur casus, quibus etiam scientes indebitum so- 1
lutum repetunt. (3321) *arg. 9. C. ad leg. Falcid. Sand. dec. Frisic. l. 3. tit. 14.*
def. 7. v. quod si debitori sciens. Cæterum [5] sententia veterum, (3322) 2
& nonnullorum neotericorum JCtorum, *Vid. Bach. de action. D. 4. th.*
17. Franck. in comm. h. t. num. 28. & seqq. Vinn. in Comm. ad §. 6. num. 3. I.
de oblig. quæ quasi ex contract. & lib. 1. select. q. c. 47. qui in jure erranti-
bus hanc actionem concedunt omnibus in casibus, ubi nulla subest natu-
ralis obligatio jure civili agnita, contrariatur generalitati *10. C. de jur. &* 3
fact. ign. a quo hi casus non reperiuntur excepti, & tollit differentiam,
inter facti & juris errorem, contra tot textus. *Vid. tamen Carpzov. part. 2.*
const. 28. def. 10. & part. 3. const. 15. d. 42. ¶¶. In *FACTO PROPRIO* er- 4
rans condicit. (3323) *l. 21. pr. l. 31. §. 1. ff. h. t. Carpzov. p. 2. c. 28. def. 11. n.*
5. Clud. de condict. indeb. c. 10. num. 36. & seqq. vid. Cost. tr. de facti sciens. &
ignor. inspect. 48. Barbos. thesaur. locupl. libr. 5. cap. 14. ax. 12. *DUBITANS* 5
in jure interdum (3324) pro sciente habetur: *6. §. 4. de A. vel O. H.* quia
tamen donare non videtur, *10. C. de don.* hic pro ignorante & errante
(3325) habetur. *f. C. h. vid. 14. 15. qui testam. facere poss. f. §. 2. C. de furt.*
Clud. de condict. indeb. c. 5. num. 2. & seqq. Strauch. ad 50. decis. Just. exerc.
6. c. 5. Barbos. thesaur. locupl. lib. 4. c. 52. ax. 2. Cost. tr. de fact. sciens. & ign.
inspect. 82. num. 1. & seqq.

In * *ACCIPIENTE* nihil refert, sive juris, sive facti erro- e. 6
re se creditorem esse (3326) existimaverit, & pecuniam acceperit: *arg.*
§. 1. vers. item si 11. I. de Usucap. Vinn. ad §. 6. Inst. de oblig. quæ quasi ex
contr. num. 1. si vero simulans (3327) alterum induxerit, *43. pr. de furt.* 7
atque pecuniam lucrandi animo acceperit, *38. §. 1. de solut.* tunc ipse fur-
tum (3328) committit, *d. l. 18. de cond. furt. Tab. in Racem. crim. ad d. l.*
43. pr. Vinn. d. l. & ad solutum repetendum non datur hæc nostra; *arg.*
§. 14. I. de Action. f. usufr. quemadm. cav. sed condictio furtiva. *18. ff. de*
cond. furt. Clud. de condict. indeb. c. 10. num. 52. vid. tamen Bachov. V. 1. D. 11.
th. 4. lit. E.

Concurrentibus his IV requisitis, rei solutæ dominium [si aliud non 8
(3329) impediat] in accipientem transfertur, (3330) *Clud. de cond. indeb.*
c. 1. num. 30. & seqq. c. 9. num. 5. & seqq. Fr. in Comm. tr. h. t. num. 26. Kremer.
decad. 9. q. Illust. 7. arg. 29. accipiens tamen ex dicto quasi contractu ad 9
restitutionem obligatur. (3331) *§. 6. I. de obl. quæ quasi ex contr.*

Re-

1 *An (4) & isti casus hic excipiuntur, quibus etiam scientes indebitum solutum repetunt?* ℞. Affir.

2 *In quibus casibus (5) sententia Veterum JCtorum concedit hanc Condictionem in Jure errantibus?* ℞. Omnibus illis in casibus, in quibus nulla subest naturalis obligatio *Jure Civili* agnita.

3 *Quid vero de hac sententia JCtorum sentiendum?* ℞. Huic sententiæ haut leviter obstat textus *generalis* in *l. 10. C. de jur. & fact. ignor.* a quo hi casus non reperiuntur excepti: deinde, admissa hac veterum JCtorum sententia, sequeretur, quod, quoad hanc Actionem, inter facti & juris errorem nulla esset differentia, contra tot expressos Juris textus.

4 *An in facto* proprio *errans condicit?* ℞. Affir.

5 *Pro quo* dubitans *habetur?* ℞. Dubitans in *Jure* interdum quidem pro sciente habetur, quia tamen dubitans donare non videtur, proinde in hac materia pro ignorante & errante habetur: sic quoque testis dubitative deponens nil probat, & probatio non est probatio. *C. in præsentia. x. de probat.*

6 *An in* Accipiente *refert, utrum juris an facti errore se creditorem esse existimaverit, & pecuniam acceperit?* ℞. Nihil refert.

7 *Quid vero, si simulans alterum induxerit, atque pecuniam lucrandi animo acceperit?* ℞. Tunc ipse furtum committit, & ad solutum repetendum non datur hæc nostra, sed Condictio furtiva. *Vid. tamen* Bachov. *cit. l.* ubi putat, quod cum Actione furti concurrat Condictio indebiti: sed hæc Condictio præsupponit dominium esse translatum, ergo non furtum commissum: ubi autem furtum, ibi dominium non transit. *l. 38. §. 1. ff. de solut.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 22.*

8 *An concurrentibus IV requisitis,* supra ad pag. 200 Quæst. 6 *recensitis, rei solutæ dominium transfertur?* ℞. Affir. si aliud hoc non impediat.

9 *Ad quid tamen accipiens ex dicto quasi contractu obligatur?* ℞. Ad rei restitutionem.

pr. Ratione probationis notandum, quod primum requisitum, *SOLUTIONEM* scil. actor probare debeat: *l. 25. pr ff. de probat. arg. l. 7. §. f. de curat. furios. Carpzov. p. 2. c. 28. def. 21. num. 3.* quoad probationem vero *DEBITI* vel Indebiti, (3332) distinguendum est, 1 2

* An res fuerit soluta; & tum F
  * si Reus ab initio se aliquid accepisse negaverit, actor vero contrarium probaverit, Reus indistincte solutum debitum fuisse, ostendere compellitur, (3333) *25. pr. de probat.* G 3
  * si vero reus ab initio solutionem confessus fuerit, videndum; g. 4
    * An actor omne, quod solutum, indebitum dicat, & quidem H
      * simpliciter; & tunc I 5
        * si solvens fuerit homo diligens, actor indebitum probare (3334) debet; *25. in f. pr de probat.* K
        * si vero solvens fuerit homo minus (3335) diligens, mulier, pupillus, minor, miles, rusticus, &c. tum Reo imponitur probatio, solutum fuisse debitum. *25. §. 1. de probat.* k.
      * si actor non simpliciter solutum debitum fuisse negat, sed vel ante extinctum (3336) aut se exceptione munitum (3336*) fuisse dicat; tum actor cujuscunque sit conditionis, probare (3337) debet indebitum. *25. §. 2. de probat. Clud. de cond. indeb. c. 9. n. 39.* i.
    * An vero Actor partem tantum soluti indebitam prætendat; & tum quoque actor sine distinctione probare debet, partem non fuisse (3338) debitam. *25. §. 2 de probat.* h. 6
* An vero tantum promissa; & tum, si cautio £ 7
  * indiscrete (3339) loquitur, illi, qui eam accepit, probatio incumbit, fuisse debitum, *25. §. f. de probat. c. 14. ii. de fid. Instr. vid. Carpz p. 1. c. 17. d. 39.* L
  * si vero cautio continet debiti causam, tunc debitor, qui cautionem dedit, causam falsam esse, probare debet, & quidem literis. (3340) *25. §. f. d. c. 14. L. 13. C. de non num. pecun.* l.

Qui probare debet, licet nihil (3341) probaverit, potest adversario juramentum judiciale deferre, ita ut adversarius vel jurare, vel illud referre teneatur. *l. 25. §. p. de probat. Clud. de condict. indeb. cap. 9. num. 44. & seqq.* ¶¶. Quartum Requisitum, *ERROR* scilic. regulariter etiam ab actore probandum (3342) dicitur, *d. C. b. 25. pr. in fin. de probat. Bachov. V. 1. d. 22. th. 6. in pr. Franck. ad §. 1. Inst. quib. mod. re contr. oblig. num. 17. & seqq. vid. tamen Clud. tr. de condict. indeb.* 8 9

1 *Quis in hoc Judicio primum requiſitum, SOLUTIONEM ſc. probare debet?* R. Actor, ſi ſcil. Reus illam negat: Regulariter enim *Actori* incumbit probatio.

2 *Quoad probationem autem* Debiti *vel* Indebiti *quomodo eſt diſtinguendum?* R. Hic diſtingvendum eſt, an res fuerit ſoluta, an vero tantum promiſſa.

3 *Quid itaque circa probationem debiti vel indebiti obtinet, ſi res fuerit ſoluta?* R. Tum, ſi Reus ab initio, ſe aliquid accepiſſe, negaverit, Actor vero contrarium probaverit, Reus indiſtincte, ſolutum debitum fuiſſe, oſtendere compellitur, *cit. l. 25. pr. de Probat.* & quidem in pœnam mendacii.

4 *Quid vero obtinet, ſi Reus* ab initio *ſolutionem confeſſus fuerit?* R. Tunc videndum, an Actor *omne*, quod ſolutum, indebitum dicat, an vero *partem tantum* ſoluti indebitam prætendat.

5 *Quid in* priori *caſu obtinet?* R. Hic videndum, an Actor id *ſimpliciter* dicat, an vero *non ſimpliciter* ſolutum debitum fuiſſe neget; ſed fateatur illud debitum, verum antea extinctum, aut ſe exceptione munitum fuiſſe. Si *ſimpliciter* id dicat, tunc, ſi ſolvens fuerit homo diligens, Actor indebitum probare debet; ſi vero ſolvens fuerit homo minus diligens, mulier, pupillus, minor, miles & ruſticus &c. tum Reo imponitur probatio, ſolutum fuiſſe debitum; ſi vero Actor *non ſimpliciter* ſolutum debitum fuiſſe neget; ſed fateatur illud debitum, verum antea extinctum, aut ſe exceptione munitum fuiſſe, tunc Actor, cujuscunque ſit conditionis, probare debet indebitum, quia etiam ante ſolutionem horum probatio incumbit allegandi.

6 *Quid in* poſteriori *caſu obtinet, ſi nempe Actor* partem tantum *ſoluti indebitam fuiſſe prætendat?* R. Tunc quoque Actor ſine diſtinctione probare debet, partem non fuiſſe debitam.

7 *Quid vero circa probationem debiti vel indebiti obtinet, ſi res tantum fuerit promiſſa?* R. Tum, ſi cautio *indiſcrete* loquatur, illi, qui hanc cautionem accepit, probatio incumbit, fuiſſe debitum; ſin vero contineat debiti cauſam, tum debitor, qui cautionem dedit, cauſam falſam eſſe probare debet, & quidem literis.

8 *An is, cui hoc onus probandi incumbit, licet nihil probaverit, tamen adverſario juramentum judiciale deferre poteſt?* R. Affir. ita quidem, ut, ſecundum *communiſſimam* ſententiam, adverſarius vel jurare, vel illud referre teneatur.

9 *A quo quartum Requiſitum, ERROR ſcil. eſt probandum?* R. Hoc regulariter etiam ab Actore probandum dicitur.

deb. cap. 10. num. 33. & ſeqq. & Carpzov. p. 2. c. 29. d. 11. num. 5. adde Barboſ. theſ. locupl. L. 5. c. 16. ax. 1. litt. a.

S Competit illis, qui indebitum per errorem (3343) ſolverunt, & 1
illorum heredibus. (3344) *11. ff. 1. C.* Pupillo, ſine tutore (3345) 2
ſolventi, quoad conſumtos nummos, *29. Chud. de condict. indeb. cap.*
5. num. 22. & ſeq. [nam extantes etiam ſcienter indebite ſolutos pu- 3
pillus vindicat, (3346) *dd. LL.*] aut ſi tutor pupilli nomine (3347) 4
indebitum ſolvit, *l. 57. pr. h. t.* licet de ſuo; (3348) *6. § f.* ſi ve- 5
ro tutor, tutela finita, quod indebite ſolvit, pupillo non imputa- 6
verit, tunc ipſi tutori (3349) utilis datur indebiti condictio. *f. §. 1.*
Bruſ. ad. d. l. 57 pr. h. Chud. d. tr. cap. 5 num. 72. & ſeqq. Procura- 7
tore domini nomine indebitum ſolvente, competit hæc condictio il-
lius domino, qui in ſpecie ſolutionem illam mandavit, aut poſtea
ratam (3350) habuit; *arg. 6. pr. 47. h. 6. C.* etiamſi procurator pro- 8
priam (3351) ſolverit pecuniam. *l. 6. § f. ff. h. t. vid. l. 9. ƒ. 1. d. & C.*
Cæterum, ſi dominus ſolutionem illam in ſpecie non manda- 9
vit, aut ratam habuit, datur utilis condictio ipſi (3352) procuratori.
6. pr. Chud. d. c. 5. num. 94. & ſeqq. Si Fidejuſſor, principalis nomi- 10
ne, ſolvit indebitum, competit condictio reo principali; fidejuſſor 11
vero habet actionem mandati contra reum principalem, pro quo
(3353) ſolvit: *47.* ſi vero fidejuſſor ſuo nomine indebitum ſolviſſet, 12
ipſe ab accipiente ſolutum condicere poſſet. *d. l. 47. 38. § f. Chud. de*
condict. indeb. c. 5 num. 94. & ſeqq. Interdum licet quis ſuo nomine 13
ſolverit indebitum, tamen ſolutum alius (3354) condicit. *5.* Exem-
pla (3355) ſunt *in d. l. 5 l. 2. §. 1. & 8. ſeqq. l. 61. h. 8. §. 16. de inoff.*
teſt. Si duo rei, qui unam (3356) ſummam debebant, aut reus & 14
fidejuſſor, diverſo tempore ſolverint, qui poſterior (3357) ſolvit, ha-
bet repetitionem; *25.* modo prior ſolutio liberationem pepererit: *39.* 15
h. vid. 34 § f. de ſolut. ſin ſimul ſolverint, ſinguli partem (3358) repe- 16
tunt: *19. § f. l. 20.* ſi vero aliud, aut aliud (3359) debeatur a duobus re- 17
is, & uterque ſolverit, creditor eliget, (3360) utri reddat *21. Chud. d. c.*
5. num. 129. Strauch. ad 50. deciſ. Juſt. Exerc. 6. c. 5 n. 29. & ſeq.

P Datur autem adverſus indebitum accipientes (3361) vel delegantes; 18
(3362) *57. §. 1 h. t. C. eod. 11. 13. ff. de novat.* modo tales ſint, qui ſeſe con-
trahendo obligare (3363) poſſint [Pupilli &c. (3364) non conveniun- 19
tur, niſi in quantum (3365) locupletiores facti ſunt. *§. 1. verſ. unde pu-*
pillus,

1 *Quibus Condictio indebiti competit?* ℞. Illis, qui indebitum *per errorem* solverunt, & illorum heredibus.

2 *An hæc Condictio competit* Pupillo, *sine tutore solventi, quod nummos consumpserit?* ℞. Affir. nam in hac & similibus personis tali casu *in genere* hæc Condictio locum invenit.

3 *Num vero Pupillus nummos extantes, etiam specie indebite solutos vindicat?* ℞. Affir.

4 *An & Pupillo hæc Condictio competit, si tutor* pupilli nomine *indebitum solvit?* ℞. Affirm. nam in hac Actione persona, cujus nomine numeratio facta, consideratur.

5 *An quoque Pupillo competit, licet tutor de suo solverit?* ℞. Affir. non enim attenditur, cujus fuerit pecunia, sed cujus nomine sit soluta.

6 *Si vero tutor, finita tutela, quod indebite solvit, pupillo non imputaverit, an tunc ipsi tutori utilis indebiti condictio datur?* ℞. Affir. quia non suo nomine indebitum solvit.

7 *Cui hæc Condictio competit, Procuratore Domini nomine indebitum solvente?* ℞. Illius domino, qui in specie solutionem illam mandavit, aut postea ratam habuit: ubi enim ex re nascitur obligatio, ibi & per procuratorem illa acquiri potest.

8 *An quoque domino competit hæc Condictio, etiamsi procurator* propriam *pecuniam solverit?* ℞. Affir. Non enim attenditur, cujus fuerit pecunia, sed cujus nomine sit soluta.

9 *Si vero Dominus solutionem illam* in specie *non mandaverit, aut ratam habuerit, cui tunc competit hæc Condictio?* ℞. Tunc Condictio *utilis* ipsi procuratori datur.

10 *Cui competit hæc Condictio, si fidejussor principalis nomine indebitum solverit?* ℞. Reo principali.

11 *Quam vero Actionem fidejussor hoc casu habet?* ℞. Actionem mandati contra Reum principalem, pro quo solvit.

12 *An tamen, si fidejussor suo nomine indebitum solvit, ipse ab accipiente solutum repetere potest?* ℞. Affir.

13 *An interdum, licet quis suo nomine solverit indebitum, tamen solutum alius condicit?* ℞. Affir. si sc. ejus intersit. v. g. Si redeat filius, quem pater, putans eum mortuum esse, in testamento præterierit, aliumque instituerit, qui legata exsolvit, hæc filius condicit.

14 *Si duo Rei, qui unam summam debebant, aut Reus & Fidejussor diverso tempore solverint, quis eorum habet repetitionem?* ℞. Is, qui posterior solvit.

15 *An tamen requiritur, ut prior solutio liberationem pepererit?* ℞. Affir. alias enim de posteriori dici non posset, quod indebite solverit, & sic Condictio indebiti cessaret.

16 *Sed quid, si duo isti* simul *solverint?* ℞. Tunc singuli *partem* repetunt.

17 *Si vero aliud aut aliud debeatur a duobus Reis, & uterque solverit, cujus est in restituendo electio, an creditoris, an debitorum?* ℞. Tunc Creditor eligit, utri velit solutum reddere.

18 *Adversus quos datur Condictio indebiti?* ℞. Adversus illos, qui indebitum naturaliter & civiliter acceperunt, vel illud alteri delegarunt; modo tales sint, qui sese contrahendo obligare possint.

19 *An ergo Pupilli &c. hac Actione conveniri possunt?* ℞. Neg. nisi in quantum locupletiores facti sunt.

pilat. l. quib. mod. re contr. Obl. junct. 59. de O. & A. 13. §. f. h. Chud. de cond.
indeb. c. 6. n. 11. 40 & 45] Si procurator ex speciali domini mandato inde- 1
bitum accipit, aut dominus illud postea ratum habet, competit condictio
contra ipsum (3366) dominum: *57. §. 1. junct. 6. § 1.* idem est, si adjecto 2
(3367) indebitum solvitur. *34. pr. de solut.* Si vero dominus hoc in spe- 3
cie non mandavit, sed tantum jussit, ut debitum exigatur, nec postea il-
lud ratum habet, datur condictio tantum contra ipsum (3368) procura-
torem. *6. § 1. 2. l. 57. §. 1. Chud. d. c. 6. num. 16. & seqq.* Contra succes- 4
sores universales (3369) competit hæc actio, *arg. 49. de Obl. & Act. C. J.*
A. b. l. 8. in fin. Chud. d. c. 6. num. 69. sed non adversus singulares. (3370) 5
arg. l. 49. h. l. fin. § 1. d. contr. emt. Chud. d. c. 6. num. 3 & 71. qui tamen num.
6 & 73. limit. addit

Petuntur hac actione res indebite solutæ, (3371) corporales & incor- 6
porales: illæ certi, hæ vero incerti condictione, *12. de novat. Chud. de* 7.8
condict. indeb. c. 7. num. 1 & seqq. c. 2. num. 59 & seq. ut: possessio, *15. §. 1.*
40. §. 1. Chud. c. 7. num. 6. & seqq. c. 2. num. 60. & seq. ubi Ex. ad l. 33. l. 51. ff.
h. t. servitus, *12. 22. § 1. h. junct. 75. § 3. de V. O.* liberatio. (3372) *31. ff.*
l. 3. C. 12. ff. de novat. Chud. d. c. 7. num. 17 & seq. Si quantitas (3373) in- 9
debite soluta, tantundem in eodem (3374) genere, *7. 19. §. 2. h. 25. in fin.*
de praesc. Verb. vid. 65. §. 6. sine (3375) usuris: *1. C. h. C. J. A. h. th. 9. in fin.* 10
si vero species (3376) soluta, illa ipsa repetitur, *7.* cum omnibus fructi- 11
bus & accessionibus, *15. pr. 26. §. 12. vers. utputa fundum. 65. §. 5. h. 38. §. 2.*
de Usur. deductis impensis. *65. §. 5.* Si vero res in specie restitui non 12.13
potest, b. f. possessor extra moram non tenetur, (3377) nisi in quantum
locupletior factus est: *26. §. 12. vers. vel hominem. 65. § 8.* malæ fidei pos-
sessor, aut morosus ad verum (3378) pretium. *65. §. 8. vid. Chud. d. c. 7.*
num. 11. Si ex alternativa utrumque simul (3379) solvitur, solvens 14
(3380) eligit, quod repetat. *5. C. h. vid. 26. §. 13. in fin. Strauch. ad 51. de-*
cis. Just. Exerc. 6. cap. 3. 4 & 5. Si una ex illis perierit, ille, qui solvit, 15
alteram, quæ superest, jure non (3381) petit. *32. in pr. Strauch. d. c. 5. n. 2.*
Si diversis temporibus utrumque solutum sit, repetitur posterius. (3382) 16
arg. 25.

CESSAT hæc condictio [1] si aliquid transactionis causa (3383) so- 17
lutum fuerit; *65. §. 1. ff. arg. 2. C. h. arg. 6. C. de jur. & fact. ignor. Chud. de*
cond. indeb. c. 4. num. 24. nisi evidens calumnia (3384) detegatur, vel
transactio imperfecta sit, *65. § 1. Chud. d. c. 4. num. 25. & seqq.* aut quis sol-
verit, tanquam ex praecedenti (3385) transactione, quæ tamen nunquam
intervenerit. *23. pr. Chud. d. c. 4. n. 27. in fin.* [2] si ex causa, in qua lis infici- 18
ando

1 *Si procurator ex speciali domini mandato indebitum accipit, aut dominus illud postea ratum habet, contra quem Condictio competit?* ℞. Contra ipsum dominum: ab illo enim indebitum est repetendum, cui profuit.

2 *An idem est, si adjecto indebitum solutum?* ℞. Affirm. quia etiam ex hac solutione commodum non ad adjectum, sed ad principalem redundat.

3 *Si vero dominus hoc in specie non mandavit, sed tantum jussit, ut debitum exigatur, nec postea illud ratum habet, contra quem tunc datur hac Condictio?* ℞. Contra ipsum procuratorem.

4 *An contra successores* universales *hac Actio competit?* ℞. Affir.

5 *An etiam contra successores* singulares *datur?* ℞. Neg. etiamsi successor singularis ex causa lucrativa rem autori suo indebite solutam possideat. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 28. in fin.*

6 *Quaenam res hac Condictione petuntur?* ℞. Res indebite solutae, corporales & incorporales.

7 *Quaenam autem res Condictione* certi *repetuntur?* ℞. Res corporales.

8 *Quaenam vero res Condictione* incerti *repetuntur?* ℞. Res incorporales, ut: possessio, servitus, liberatio, &c.

9 *Si* quantitas *indebite soluta, quantum & quale hac Condictione repetitur?* ℞. Tantundem in eodem genere.

10 *An etiam cum usuris repeti potest?* ℞. Neg.

11 *Quid vero hac Condictione repetitur, si* species *indebite soluta?* ℞. Illa ipsa, & quidem cum omnibus fructibus & accessionibus.

12 *An tamen impensae deduci possunt?* ℞. Affir. fructus enim demum sunt deductis impensis.

13 *Si vero res in specie restitui non potest, ad quid tenetur is, qui illam indebite accepit?* ℞. Tunc bonae fidei possessor, qui nullam moram admisit, non tenetur, nisi in quantum locupletior factus est: malae fidei vero possessor, aut qui moram admisit, verum pretium restituit, & moribus nostris in Condictione indebiti & Condictione sine causa, ex tempore morae, etiam usurae quincunces petuntur. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 29.*

14 *Si ex alternativa utrumque simul solvitur, an solventis est electio, quod repetere velit?* ℞. Affir. per *cit. l. pen. C. h. t.* qua, *Juliani* retenta, reprobatur *Ulpiani* sententia, quae extat in *l. 26. §. 13. in fin. ff. h. t.*

15 *Si una ex illis perierit, an ille, qui solvit, alteram, quae superest, jure petit?* ℞. Neg.

16 *Quaenam vero repetitur, si non uno, sed diversis temporibus utrumque solutum fit?* ℞. Quod posterius est solutum, & prius solutum pertinet ad accipientis periculum. *arg. cit. l. 25. h.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 30.*

17 *Quando* (1) *hac Condictio cessat?* ℞. Si aliquid transactionis causa solutum fuerit; nisi evidens calumnia detegatur, vel transactio imperfecta sit, aut quis solvent tanquam ex praecedenti transactione; quae tamen nunquam Jure aut facto intervenerit. *Obst. l. 36. ff. famil. ercisc.* ubi Condictio locum habet in divisione, quae similis transactioni. ℞. infirmum esse argumentum a similitudine ad ipsam naturam, qua invicem differunt. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 31.*

18 *Quomodo* (2) *cessat hac Condictio?* ℞. Si ex causa, in qua lis infitiando in duplum crescit, indebitum quis solverit.

2 An

ando in duplum (3386) crescit, indebitum quis solverit. (3387) *4. C. h. §.*
fin. I. de Obl. quæ quasi ex contract. Clud. d. c. 4. num. 61. & seqq. Vid. Grœn.
de leg. abrog. ad d. §. fin. n. 1 & 2. & ad l. 4. C. h. ubi hanc exceptionem ho- 1
die non observari (3388) scribit. [3] ubi pietatis causa (3389) subest. *32.* 2
§. 2. ibi Bas. *NON* etiam cessat, ob promissionem solventis, (3390) 3
quod soluti nomine nihil movere vellet; (3391) *f. §. 3.* neque ob renun- 4
ciationem expressam: (3392) *19. de inoffic. test.* hæc enim renunciatio
venit ex eodem errore, quo facta est solutio. (3393) *Bocer. class. 2. disp. 8.*
§. fin. Duaren. h. t. cap. ult. vers. quæritur etiam. ¶.

DE CONDICTIONE SINE CAUSA.

XII. 7.

D Condictio sine causa, (3394) est actio personalis, (3395) qua quis repe- 5
tit rem ad se pertinentem, & apud alium sine causa existentem. (3396)
† Dividitur in condictionem Certi, qua res certa; (3397) *vid. Clud. tr.* 6
de condict. proœm. n. 41. c. 1. & seqq. & condictionem Incerti, qua res incer-
ta (3398) petitur. *3. vid. Clud. tr. de condict. incerti. c. 1. & seqq.*
C Oritur ex obligatione, ex quasi (3399) contractu: *Boc. cl. 3. D. 20. §.* 7
36. æquum enim est, restitui mihi rem meam, quæ est apud alium sine 8
causa, *32. de R. C.* ab initio, *1. §. 2 & 3. l. 4. f. §. 1. h.* vel quia illa causa
non secuta, *1. §. 1. 2. l. 2. 4. h.* aut postea finita. (3400) *1. §. 2 & 3. l. 2. h. 2.*
C. de condict. ex leg. Hinc concurrit cum præcedentibus. (3401) *1. pr. §.* 9
1. 2. L. 4. h. Bach. ad W. h. lit. A. in fin. Sola autem competit in casu (3402) 10
2. ff. 2. C. h. 15. §. 1. de furt. Bach. V. 1. disp. 22. §. 11 Boc. d. disp. 20. §. 38 seqq.
S Datur hæc actio illis, qui rem promiserunt, vel dederunt, quæ sine 11
causa apud alium existit, illorumque heredibus, *Oldend. de Action. cl. 6.* 12
P *act. 5 n. 5.* adversus illos, penes quos sine causa res existit, illorumque he- 13 14
O redes, (3403) *Oldend. d. l.* ad obligationem (3404) vel rem illam repe- 15
tendam, *1. 3. Oldend. d. class. 6. act. 5. n. 6.*

DE CONDICTIONE FURTIVA.

XIII. 1.

f Condictio furtiva interdum, quamvis improprie, etiam vocatur actio 16
furti; (3405) [*vid. 9. de in lit. jurand. 14. §. 16. l. 71. pr. de furt. 3. §. ult.*
naut. caup. stabul. Tabor. Racemat. crim. 2. §. 55. Racem. 3. §. 24. & ad d. l. 71.
pr. v. & si fures astum. Vinn. in not. ad Petr. Peck. Comm. in tit. de reb. naut.
ad d. l. 3.

1 *An hæc exceptio etiam* hodie *observatur?* ℞. Greenew. *cit. l* hoc negat.

2 *Quonam in casu (3) cessat hæc Condictio?* ℞. Ubi pietatis causa subest.

3 *An etiam cessat hæc Condictio ob promissionem solventis, quod soluti nomine nihil movere vellet?* ℞. Neg.

4 *An tamen cessat ob renunciationem expressam?* ℞. Neg. hæc enim renunciatio venit ex eodem errore, quo facta est solutio.

5 *Quid est Condictio sine causa?* ℞. Est Actio personalis, qua quis &c.

6 *Quomodo dividitur hæc Condictio?* ℞. In Condictionem certi, (qua res certa petitur) & Condictionem incerti, qua res incerta petitur.

7 *Unde Condictio sine causa oritur?* ℞. Ex obligatione, quæ extra id, quod expresse agitur, ex bono & æquo, atque conventione tacita, sive *quasi contractu*, nascitur: æquum enim est, rem ad me pertinentem, & apud alium sine causa existentem, mihi restitui.

8 *Quotupliciter autem res apud alium sine causa esse potest?* ℞. Res sine causa apud alium existere dicitur, sive illa *ab initio* nulla aut invalida, sive postea non secuta, sive postea finita sit. Requiritur ergo (1) ut aliquid datum naturaliter vel civiliter, & (2) sine causa apud alium existat.

9 *An igitur hæc Condictio concurrit cum præcedentibus?* ℞. Affir. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 5.*

10 *Quonam vero in casu hæc Condictio* sola *competit?* ℞. In casu *l 2. π. h. t. l 2. C. eod. & l. 25. §. 1. π. de furt.*

11 *Quibus datur hæc Actio?* ℞. Illis, qui rem promiserunt, *l 1. §. 1. π. h. t.* vel dederunt, quæ sine causa apud alium existit.

12 *An etiam illorum heredibus datur?* ℞. Affir. quia hæc Actio est rei persecutoria, seu rem persequitur, quæ ex patrimonio defuncti abest.

13 *Adversus quos hæc Condictio datur?* ℞. Adversus illos, penes quos res sine causa existit.

14 *An etiam contra illorum heredes datur?* ℞. Affir.

15 *Ad quid datur hæc Actio?* ℞. Ad obligationem vel rem illam repetendam, & quidem cum fructibus & accessionibus, uti cognosci potest ex Condictionibus prioribus; sed sine usuris. *l. 1 & 3. π. h. t.* Lauterb. *d. l. §. 7.* Varios casus, in quibus hæc Condictio locum habet, *vid. apud* Hahn. *h. t. n. 2.*

16 *Quomodo Condictio furtiva interdum (quamvis improprie & in latissima significatione) vocatur?* ℞. Actio furti.

ad d. l. 3. §. f. lit. b. Clud. tr. de cond. furt cap. 3. num. 1. & cap. 4. num. 6.] &
D est actio personalis, (3406) quæ a fure ejusque heredibus res furtiva repe- 1
N titur. (3407) *5. 7 pr §. 1.* Estque civilis. *Clud. d. tr. c. 1. n. 3. Habn. ad* 2
W. h. n. 6. rei persecutoria, (3408) *7. § 1. 1. Barbos. de action. D. 4. th. 21.* 3
in fin. Fr. h. n. 6. non famosa, (3409) *arg 36. de O & A. Habn. ad W. h. n. 1.* 4
Clud. c. 3. n. 29 & 30. c 51. n. 18 & 19. perpetua, *21. §. 5. rer. amotar. Clud. d. tr.* 5
c. 21. n. 8. & condictio irregularis, (3410) utpote quæ domino, (3411) ad- 6
versus non dominum, competit. *§. 14. I. de Action. f. in fin. Usufr. quem-*
adm. cav. Fr. h. n. 1 & 5. Clud. d. tr. c. 7. n. 19. vid. Groenew. ad d. §. 14. I. de
Action.

f Hæc condictio, æque ac reliquæ, dividitur, quod alia sit Certi, alia 7
(3412) Incerti. *12. §. f. vid. Barbos. de Action. D. 4. th. 23. Tabor in Racem.*
Crim. ad l. 59. verb. ideoque furti actionem. ff. de furt. Fr. h. n. 19. & seq. Clud.
tr. de cond. furt. cap. 2 per tot.

C Datur a lege, (3413) *Bach. V. 1. D. 22. th. 12. lit. b. & tr. de Action. D. 4.* 8
th. 20. lit a. C. J. A. h. th. 1. in fin. in odium furum; (3414) *§. 14. I. de action.* 9
4. 5 f. h. 13. §. 2. de Jurejur. C. I. A. h. th. 4. pr. Bach. de act. D. 4. th. 21. in fin.
Fr. h. n. 6. Habn. h. n. 1. 7. in fin. C. I. A. h. th. 1. in fin. licet res furtiva casu 10
(3415) perierit; *§. ult. I. de oblig. quæ ex delict. 8. pr. §. 1. l. f. ff. 2. C. h. Fr. h.*
num. 3. Vinn. ad § 14. n. 3. I de action. Clud. de cond. furt. c. 18. n. 1. & seqq.
nisi antea mora, in qua fur semper esse dicitur, *8. §. 1. l. f.* per realem ob-
lationem (3416) fuerit purgata, *8. pr. ff 2. C. h. 73. §. 2. de V. O. Clud. d. tr.*
c. 11. num. 21. & seqq. aut hæc actio novatione (3417) in aliam obligationem 11
(3418) sit translata. *17. Clud. d. c. 11. n. 28. & seqq.*

S Condictio furtiva * *CERTI* datur soli rei furtivæ domino, (3419) A 12
cui illa est subrepta. *1. 11.* Requiritur itaque in Actore [1] ut sit rei furti- 13
væ dominus; *1 h. 14. §. 16. ff. de furt.* quod ipsum tamen actor in hac acti- 14
one probare non tenetur. (3420) *Barbos. de action. D. 4. th. 23. pr. ¶.*
Vinn. ad §. 14. I. de act. num. 3. C. J. A. h. t. th. 5 n. 1. in fin. Hinc 15
excluduntur, qui postea proprio facto (3421) domini rei furtivæ esse
desierunt: *10. §. 2. arg. 12. pr Clud. d. tr. c. 11. num. 2. & seqq. & c.*
27. num. 4. & seq. heredes ratione rei in specie (3422) legatæ; *10. §.*
f. item commodatarii, (3423) conductores, (3424) &c. *12. §. f. de U-*
sufr. 14. §. 16. de furt. vid (3425) *38. §. 1 de furt Clud. d. tr. c. 13.*
num. 12. & seqq. [2] requiritur, ut ipsi actori res sit subrepta, *11. na-* 16
turaliter, (3426) vel civiliter. (3427) *12. pr. 18. vid. Clud. c. 27. num. 3.*
Hinc ille, cui res nullo modo subrepta est, licet postea rei furtivæ 17
dominus fiat, eam tamen condicere non (3428) potest. *11. Wesenb.*
n. h. t.

1 *Quid autem est Condictio furtiva?* R. Est Actio personalis, qua &c.

2 *Estne hæc Condictio Civilis, an Prætoria?* R. Est Civilis, quia a Jure Civili est introducta.

3 *Estne pœnalis, an rei persecutoria?* R. Est rei persecutoria: ea enim rem, quæ nobis ex patrimonio abest, tantum persequimur.

4 *Estne famosa?* R. Neg. nulla enim Condictio infamat.

5 *Estne temporalis, an perpetua?* R. Est perpetua, quia triginta annos durat.

6 *Estne Condictio irregularis & extraordinaria?* R. Affir. utpote quæ domino adversus non dominum, & in effectu ac re ipsa tantum ad restituendum competit, & tamen sub illa quoque formula intenditur: *Si apparet, Rem dare oportere.* §. 14. J. de Action. *vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t.* §. 1.

7 *Quomodo dividitur hæc Condictio furtiva?* R. Hæc Condictio, æque ac reliquæ, dividitur, quod alia sit *Certi*, alia *Incerti*.

8 *Unde datur hæc Condictio?* R. A Lege, seu potius ex *facto extraordinario*, nempe apprehensione, vel detentione rei furto ablatæ, vel ob causam furtivam.

9 *In quorum odium datur?* R. In odium furum.

10 *An hæc Condictio furtiva quoque datur, licet res furtiva casu perierit?* R. Affir. (*sufficit enim semel pervenisse, vel apud furem, vel alium extitisse*) nisi antea mora, in qua fur semper esse dicitur, per realem oblationem fuerit purgata.

11 *An hæc Actio datur, si novatione in aliam obligationem sit translata?* R. Neg. nam novatione facta, pristina actio exspirat, & tantum nova institui potest.

12 *Cui datur Condictio furtiva Certi?* R. Soli rei furtivæ domino, cui res illa est subrepta.

13 *Quid igitur (1) in Actore requiritur?* R. Ut sit rei furtivæ dominus.

14 *An vero Actor in hac Actione probare tenetur, quod sit rei furtivæ dominus?* R. Neg. quia iniquum esset, furi quæstionem de dominio permittere, aliqualis tamen demonstratio domini requiritur, cum alias quilibet se alienæ rei dominum dicere posset.

15 *Quinam autem ab hac Actione excluduntur?* R. Qui postea proprio facto domini rei furtivæ esse desierunt (Eo ipso enim, dum quis rem & dominium alienat, & scit aut scire debet, hanc Actionem soli Domino competere, simul hanc Actionem renunciare videtur; si vero sine facto suo amiserit dominium, tunc retinet hanc Actionem.) E. g. Heredes ratione rei in specie legatæ; item Commodatarii, Conductores, Creditores pignoratitii, & Usufructuarii ratione fructuum nondum perceptorum. Unde nec ratione hominis liberi hæc datur Condictio, furti tamen Actio. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t.* §. 7.

16 *Quid (2) in Actore requiritur?* R. Ut ipsi Actori res sit subrepta; idque vel *naturaliter*, si scil. ipse dominus rem suam penes se habeat, & ipsi auferatur; vel *civiliter*, si nempe alius in possessione sit nomine Domini, v. g. si tertio commodaverit, oppignoraverit, vel apud eum deposuerit.

17 *An ergo ille, cui res subrepta non est, si postea rei furtivæ dominus fiat, non condicere potest?* R. Neg.

pr. h. t. num. 6. Clud. d. tr. c. 31. num. 5. Zaf. h. num. 2. Verum si il- 1
le, cui res est subrepta, (3429) postea acquisiverit illius dominium,
tunc sententia *Barbosii & Hahnii ad Wesenbec. d. l.* admittenda vide-
tur, quod scilic. hic quoque rem condicere possit. (3430) *arg. 27. §. 1.*
de R. V. 7. §. 4. ad exhibend. cap. Abbate. 3. verf. porro præfata, de sen-
tentia & re judic. in 6. Heredibus, si ipsi in dominium rei subre- 2
ptæ successerint, datur hæc actio. (3431) *10. §. ff. 11. Clud. d. tr. cap. 34.*
num. 1. & seqq.

Condictio furtiva * *INCERTI* (3432) datur etiam non dominis, a. 3
qui jus in re furtiva habent, ut: creditoribus pignoratitiis; *12. §. ff.*
h. 22. pr. de pign. action. Clud. d. tr. cap. 24. per tot. & aliis, quorum
interest, rem non esse subreptam, ut: commodatario, *5. §. 3. C. de*
furt. Tabor in Ration. crim. ad l. 59. ad verb. ideoque furti actionem fo-
re in fin. ff. de furt. Berer. cl. 4. D. 1. th. 81. lit. D. Diff. Clud. d. tr. cap.
30. ubi tamen nostram sententiam de jure Saxonico (3433) verum es-
se asserit.

b Adversus furem, *5.* tam manifestum, quam non manifestum; 4
10. pr. etiam raptorem sive prædonem, *2. §. pen. vi bonor. raptor. 10.*
§. 1. Clud. d. tr. de cond. furtiv. cap. 36. per tot. & cujus ope, auxilio
& consilio furtum est commissum: *L. 53. § 1. de V. S.* secus, si quis con- 5
silium tantum (3434) dederit. *6. junct. 5. Bachov. ad W. h. num. 7. lit. g.*
Tabor. Ration. crimin. 4. th. 17 pag. 125 in fin. Hahn. ad W. d. l. Si plures 6
rem contrectaverint, datur contra singulos in solidum, *1. C. h. Carpzov.*
p. 4. c. 34. d. 5. ¶¶. ita ut nec exceptione divisionis (3435) sese defendere 7
possint. *Clud. d. tr. cap. 44. num. 13.* Unius tamen solutio liberat reli- 8
quos, (3436) *1. C.* a quibus solvens nihil (3437) repetit. *arg. 38. §. ff. de* 9
admin. & peric. tut. post Cyn. Sichard. Clud. d. c. 44. num. 14. & seq. Con- 10
tra heredes, & similes successores, etiam infantes & furiosos, (3438) *2.*
datur hæc actio in solidum; (3439) *7. § 2. 9. Clud. d. tr. cap. 45. per tot.*
Marb. de Crimin. lib. 47 tit. 1. cap. 4. num. 2. Bachov. V. 1. D. 22. th. 13. lit. D.
& de Altenstb. Disp. 4. th. 21. ¶. *Koppen. lib. 2. observ. 70. Harpr. ad §. fin. Inst.*
de obl. quæ ex delict. num. 5. & seq. ¶. etiamsi nihil ad illos ex delicto per- 11
venerit, (3440) & fur laqueo suffocatus (3441) fuerit. *l. 7 § 2. h. 45. pro* 12
soc. l. un. C. quando civil. act. crim. præjud. Nec Judex ex cerebrina æqui-
tate jus tertio quæsitum sine illius facto intervertere ipsi debet. *Harpr. ad*
d. §. ult. I. de oblig. quæ ex delict. num. 16. Besold. in delibat. ex lib. 47. ff.
quæst. 7. Berlich. p. 5. concl. 45. num. 6. & seqq. Richter. part. 1. decis. 96. num.
14. ¶. *Tabor. Sylog. I. Benedict. 4.* ¶. *a Peguera. dec. 27. in addit.* ¶¶.
In

1 *An vero, si ille, cui res est subrepta, postea acquisiverit dominium illius, ipsi hæc Condictio est concedenda?* ℞. Hoc casu sententia Bachovii & Hahnii ad Wesenb. d. l. admittenda videtur, quod scil. hic quoque rem condicere possit.

2 *Daturne etiam heredibus hæc Condictio?* ℞. Affir. si ipsi in dominium rei subreptæ successerint, (h. e. *si defunctus eam non alienaverit, v. g. alteri legaverit, quia heredes tunc amplius non interest, cum dominium transierit in legatarium*) aut sine facto domini dominium amissum sit, non quidem jure dominii, sed obligationis. Unde hæc Condictio ratione *Subjecti* differt ab Actione furti, quæ datur, uti dictum, omnibus, quorum interest. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 9.*

3 *Quibus datur Condictio furtiva Insuper?* ℞. Etiam non dominis, qui jus in re furtiva habent, ut: Creditoribus pignoratitiis, & aliis, quorum interest, rem non esse subreptam, ut: Commodatario. Dissent. Clud. *cit. l.* ubi tamen nostram sententiam de *Jure Saxonico* veram esse assent. *Vid.* Bachov. *ad Wes. h. t. num. 6. lit. q.* ubi dicit, relationi *Justiniani in d. l. f.* non credendum esse, & ad *d. l. 3.* ℞. quod loquatur de Actione ad exhibendum. Verum Actio ad exhibendum non datur ad rem recuperandam, sed exhibendam. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 10. in fin.*

4 *Adversus quem datur Condictio furtiva?* ℞. Adversus furem, tam manifestum, quam non manifestum, etiam contra raptorem sive prædonem (quia est magis improbus fur *cit. B.*) & cujus ope, auxilio & consilio furtum est commissum.

5 *An etiam hæc Condictio contra illum datur, qui consilium tantum dedit?* ℞. Neg. per *cit. l. 6.* ibi: *Proinde, & si ope consiliove*, & sic disjunctive. Lauterb. *d. l. §. 11.*

6 *Contra quem hæc Actio datur, si plures rem contrectaverint?* ℞. Contra singulos in solidum: quia singuli sunt Rei debendi; & in delictis, quæ a pluribus commissa sunt, in damnum passi arbitrium positum est, quem ex illis convenire velit, cum omnes æqualiter deliquerint.

7 *An vero exceptione divisionis sese defendere possunt?* ℞. Neg. Fures enim hoc beneficio indigni sunt.

8 *An tamen unius solutio reliquos liberat?* ℞. Affir.

9 *An is, qui solidum solvit, a reliquis quid petere potest?* ℞. Neg.

10 *Daturne hæc Actio etiam adversus alios adhuc?* ℞. Affir. scil. contra heredes quoque & similes successores, etiam infantes & furiosos, & quidem non pro ea parte, quæ ad illos pervenit, sed in solidum.

11 *An quoque hæc Actio contra illos datur, etiamsi nihil ad eos ex delicto pervenerit?* ℞. Affir.

12 *Num etiam contra illos datur, etiamsi fur laqueo suffocatus fuerit?* ℞. Affir. pœnalia enim non tollunt remedia rei persecutoria; nec Judex ex cerebrina æquitate Lege mitior esse, & jus tertio quæsitum sine illius facto intervertere ipsi debet.

In foro tamen Saxonico, hoc in casu, si scil. fur laqueo punitus 1
sit, & res furtiva ad heredem non pervenerit, heres hac actione con-
veniri nequit. (3442) *Carpzov. prax. crim. p. 2. quaest. 80. num. 104. & seqq. & I. F part. 4. const. 32. def. 23. ¶. Berlich. p. 4 conclus. 19. num. 37. & seqq. & p. 5. c. 45 num. 16.* Contra successores singulares non 2
datur haec actio. (3443) *arg. 5. h. arg. 25. pr. de O. & A. §. 18. in fin. I. de Action. Non obstante §. 26. in f. I. de R. Div. vid. Bachov. & Vinn. ad d. §. 26.*

Competit haec actio ad repetendas res furtivas, cum omnibus (3444) 3
fructibus, *8 § 2.* etiam percipiendis, (3445) *arg. 2. C. de fruct & lit. expens. Clud. de condict furt. c 17 num 3.* & omni interesse. (3446) *3.* Si 4
res adhuc extant, repetuntur ipsa corpora, *8 pr.* licet in aliam formam
sint mutata, *13.* nullis refusis expensis in rem (3447) factis. *1 C. de infant. expos. arg 13.* 5
Si vero res non extant, petitur illarum aestimatio, (3448) 6
3. 8 pr. 16. quanti res plurimi fuit a tempore furti commissi; *8. §. 1. non obstante 2. § 3. de privat. delict. Bachov. de Action. disp. 4. th. 10. lit. b. & ad Treutl. V. 1. D. 22 th. ult. lit g Clud. d. tr. c. 18. num. 13. & seqq.* etiamsi aesti-
matio cura & sumtibus furis creverit. (3449) *13. in fin.* Haec aestimatio 7
fieri potest etiam ab actore per juramentum in litem. *9. de in litem jurand. Borcholt. tr. de in litem jurand. c. 4. num. 78. Clud. d. tr. c. 3. num. 1. c. 4. num. 6. & c 18. num. 42. ¶¶¶. Bachov. V. 1. D. 22. th. ult. lit. g.* Concurrit cum 8
hac condictione elective (3450) Rei vindicatio, *7. §. 1. h. §. 5. I. de oblig. quae ex delict* & interdum etiam depositi, (3451) commodati, pro socio,
vel similis actio; *ut h. 45. pro soc. 5. §. quin imo, & tum seq. commod. 40. 72. 96. de furt 29. depos Clud. de cond. furt. c. 31. num. 11. & seqq.* cumulative, 9
actio ad (3452) exhibendum, *7. §. 1. h. § ult. I. de Obl. quae ex delict* actio
furti poenalis, *7 §. 1. h. §. 5. I. de Obl. quae ex del.* & extraordinaria crimina-
lis. *un. C quand. civilis act. crim. praejud. Clud. d. c 31. num. 11.* Unde nec 10
fur, qui fustigatur, de carcere relaxandus, nisi prius rem restituerit fur-
tivam. *Peguera decis. 17. in addit. Clud. d. tr c. 30. num. 63. vid. tamen Carpz. (3453) prax. crim. p. 2. quaest 80. num. 100. & seqq. & I. F. p. 4. c. 32. d. 23.*
Non etiam in bonis furis tacita (3454) est hypotheca. *arg. eorum, quae tradit in Carpz. p. 1. c. 28 d. 118. num. 4 [Dissent post Bald. Salicet Negusant. Carpz. prax. crim. part. 2. quaest 80. num. 119. & seqq. ¶. & in I. F. p. 4. c. 32. def. 10.]* 11
Consuetudo, quae rem furtivam magistratui addicit, irrationa- 12
bilis est. (3455) *Ord. Crim. art. 207 & 218. Recess. Imp. de Anno 1559. §* und
nachdem. *non obstante 9. de jure fisc. (3456) & ratione addita in C. L. A. h. t. in fin.*

1 *Quid autem in foro Saxonico hoc in casu circa hanc Actionem obtinet?* ℞. Ibi, si fur laqueo punitus sit, & res furtiva ad heredem non pervenerit, heres hac Actione conveniri nequit.

2 *Contra quos non datur hac Actio?* ℞. Contra successores singulares, quia est Actio personalis, quæ contra tertium possessorem non datur: nec singulares successores defunctum repræsentant, adeoque nec factum ejus, ex quo hæc Actio oritur, illos obligat.

3 *Ad quid hac Condictio competit?* ℞. Ad repetendas res furtivas, cum omnibus fructibus, etiam percipiendis, & omni interesse.

4 *Quid repetitur, si res adhuc extant?* ℞. Tunc repetuntur ipsa corpora, licet in aliam formam sint mutata.

5 *An tamen Actor expensas, in rem factas, refundere tenetur?* ℞. Neg.

6 *Quid vero petitur, si res amplius non extant?* ℞. Tunc petitur earum æstimatio, quanti res plurimi fuit a tempore furti commissi, etiamsi æstimatio cura & sumtibus furis creverit.

7 *An hac æstimatio fieri etiam potest ab Actore per juramentum in litem?* ℞. Affir. idque non tantum ob difficultatem probationis, sed etiam in odium furum.

8 *Quænam Actiones cum hac Condictione* elective *concurrunt?* ℞. Rei vindicatio, (*præsuppositis sc. terminis habilibus*) & interdum etiam Depositi, Commodati, pro Socio, vel similis Actio.

9 *Quænam vero Actiones cum hac Condictione* cumulative *concurrunt?* ℞. Actio ad exhibendum, Actio furti pœnalis, & extraordinaria criminalis.

10 *An hinc fur, qui fustibus cæsus, de carcere non est relaxandus, nisi prius rem restituerit furtivam?* ℞. Non est relaxandus: pœna enim publica non tollit interesse privatum, sed & huic a fure est satisfaciendum, alias fur cum damno alterius locupletaretur, quod non est permittendum. *Vid. tamen* Carpz. *cit. l.*

11 *An furtum passus in bonis furis* tacitam *quoque habet hypothecam?* ℞. Neg.

12 *An Consuetudo, ex qua rem furtivam ad Magistratum vel Judicem loci pertinere, & hanc Actionem excludi, quidam contendunt, tanquam irrationalis recte reprobatur?* ℞. Affir. & quidem per Ord. Crim. & Rec. Imp. *de Anno 1559. citt. ll.* vid. tamen Mev. *cit. l.* ubi casus, quo ex jure retorsionis duæ tertiæ domino restituuntur, & una pars Judicio ceditur.

1 *Quid*

in fin. Richter. p. 2. decis. 96. num. 164. & seqq. Carpzov prax. crim. p. 2. quaest. 90. num. 10. & seqq. Ant. Matth. de crim. l. 47. tit. 1. c. 4. num. 4. vid. Mev. ad Jus Lubec. lib. 4. tit. 1. art. 2. num. 6. Jure Saxonico quid obtineat, (3457) 1
tradit *Coppen. lib. 2. observ. 69. num. 6.* Nec magistratus ob expensas in in- 2
quisitionem & executionem ex officio factas, res furtivas retinere pot-
est. (3458) *Richt. d. dec. 96. num. 177.* ¶. Si tamen Magistratus in ipsam 3
rem furtivam expensas fecerit, aut ad petitionem (3459) partis proces-
sum instituerit, rem furtivam, donec expensae ipsi restitutae (3460) fu-
erint, retinere potest. *arg. art. 207. & art. 213. Ord. Crim. Richt. d. dec. 96. n. 175. & seqq.* ¶¶.

DE CONDICTIONE EX LEGE. XIII. 2.

D Condictio ex Lege in specie & τεχνικῶς ita dicta, [*vid. Fr. in Comm. tit. h. t. num. 3.*] est actio personalis, competens ad id, quod debetur ex 4
obligatione, quam lex nova introduxit, sed de genere actionis, quo expe-
N riundum, nihil cavit. Estque civilis, stricti juris, (3461) & generalis, 5
utpote quae competit ex variis obligationum (3462) speciebus. *Franck. h. num. 2.*

C Descendit haec actio ex obligatione, nova Lege (3463) introducta, 6
genere actionis non expresso. *nn.* Ut itaque haec actio locum habeat,
R *REQUIRITUR* [1] obligatio; *nn.* adeoque actio ex *L. dissamari. 5. C. de ingen. manumiss.* non est haec actio, (3464) sed imploratio officii judi- 7.8
cis. *Bachov. V. 1. D. 23. th. 1. lit. d. verb. exempla. Dissentit Blarer in repetit. l. dissamari. C. de ingen. manum. cap. 1 num. 4.* An vero lex obligationem in- 9
troducat, (3465) an vero tantum implorationem (3466) officii judicis
concedat, illud ex mente legislatoris dijudicandum. (3467) *Wesenb. h. n.*
R *3. & ibi Bach. lit. C.* [2] requiritur, ut obligatio introducta sit, non jure 10
praetorio; (3468) *vid. tit. de praescr. verb. Franck. h. num. 5.* sed lege, *nn.*
h. e. jure civili, universali, vel speciali, sive singulari: *Schroder. in Comm. ad l. un. ff. h. t. num. 90.* statuto, (3469) per ea, quae supra dicta sunt ad
tit. de Constit. Princip. l. n. *Bachov. V. 1. Disp. 23. th. 1. lit. b. verb. quid igitur de caeterorum.* A lege autem introducta dicitur obligatio, quae vim effi- 11
caciter obligandi a lege accepit; etiamsi illa antea, sed inefficax, extite-
rit. *arg. 35. §. 5. C. de donat. Bachov. ad Tr. d. §. 1. lit. d. verb. novam autem intellige. in fin.* Nec refert, sive lex obligationem producat 12
immediate, (3470) sive mediante hominis facto. (3471) *arg. d. l. 35.*
R *§. 5. Hahn. ad W. h. num. 3.* [3] oportet legem illam esse novam. *nn.* 13

Quid

1 *Quid circa hæc Jure* Saxonico *obtinet?* ℞. Hoc tradit Joh. Coppen. *Lib. 2. Obs. 69. num. 6.*

2 *An vero Magistratus ob expensas, in inquisitionem & executionem ex officio factas, res furtivas retinere potest?* ℞. Neg.

3 *An tamen, si Magistratus in ipsam rem furtivam expensas fecerit, aut ad petitionem & accusationem partis processum instituerit, rem furtivam retinere potest, donec expensæ ipsi restitutæ fuerint?* ℞. Affir. indemnis enim & ipse Magistratus est servandus, ne officium suum ipsi sit damnosum.

4 *Quid est Condictio ex Lege in specie & τεχνικῶς ita dicta?* ℞. Est Actio personalis, competens ad id, quod &c.

5 *Qualis est hæc Condictio ex Lege?* ℞. Est Actio Civilis, (*quia a Jure Civili est introducta*) stricti juris, & generalis, non quidem, quia continet diversas species, sed quia competit ex variis obligationum speciebus Lege introductis. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 1.*

6 *Unde hæc Actio descendit?* ℞. Ex obligatione, quam Lex nova introduxit, nec genus actionis expressit.

7 *Quid igitur (1) requiritur, ut hæc Actio locum habeat?* ℞. Obligatio.

8 *An itaque Actio ex* L. Diffamari. 5. C. de ingen. manumiss. *est hæc Actio, seu Condictio ex Lege?* ℞. Neg. sed est imploratio officii judicis, scil. ut alter ad agendum, vel silentium compellatur; nec petit hic diffamatus, quod sibi debetur, quod tamen omnium Actionum proprium est, sed petit, ut alter adigatur ad probandum id, quod a me prætendit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 3.*

9 *Unde vero est dijudicandum, an Lex obligationem inducat, an vero tantum implorationem officii Judicis concedat?* ℞. Hoc ex mente Legislatoris est dijudicandum.

10 *Quid (2) requiritur, ut hæc Actio locum habeat?* ℞. Ut obligatio introducta sit non jure *Prætorio*, utpote quod Actionem in factum producit, sed *Lege*, h. e. Jure Civili, universali, vel speciali, sive singulari, aut statuto, per ea, quæ supra dicta sunt *Tit. de Constit. Princip.* l. n.

11 *Quænam autem obligatio a* Lege *introducta dicitur?* ℞. Quæ vim efficaciter obligandi a Lege accepit, etiamsi illa antea, sed inefficax extiterit.

12 *An etiam nihil refert, sive Lex obligationem producat immediate, sive mediante hominis facto?* ℞. Nihil refert: quia utroque casu Lex nova obligationem producit, nec hic attendendum, quo modo illam producat, sed sufficit præter alia requisita ad hanc Actionem producendam, si obligatio a Lege nova sit introducta.

13 *Quid (3) requiritur, ut hæc Actio locum habeat?* ℞. Oportet Legem illam esse novam, non quidem ratione essentiæ, sive materiæ, sed efficaciæ. *l. un. ff. h. t.*

Quid novum dicatur, *vid. Schrad. in d. Comm. num. 37. & seqq.* Hic o- 1
mnes leges novæ dicuntur, quæ post Leges XII tabul. sunt latæ. *arg. 7.* 2
R *pr. de capit. minut. Frantk. h. num. 7.* [4] requiritur, ut lex nova non ca- 3
veat, quo genere actionis experiundum (3472) sit. *nn.*

X Inde datur hæc actio in casu (3473) *35. §. ult. C. de donat. Bocer. cl. 3. disp. 11. th. 3. l. 30. pr.* (3474) *l. 35. §. 2. C. de inoff. testam. junct. Nov. 115. cap. 5. in pr.* (3475) *vid. sup. tit. de inoff. testam. pag. 111. circa fin. tit. l. ult. §. 1. in fin. C. de hered. pet.* (3476) *Bachov. ad Wesenb. h. t. num. 4. Lit. C. l. ult. §. 6. C. de jur. deliber.* (3477) *Bachov. d. l. Bocer. d. disp. th. 4. l. 27. §. ult.* (3478) *l. 28. ff. ad L. Jul. de adulter. vid. Hahn. ad Wesenb. h. t. num. 4. verb. id est, post ll. 12. tab.* 4

SPO Quibus & adversus quos; item ad quid hæc actio competat, regula definiri nequit, sed ex ipsis legibus, quibus obligationes sunt introductæ, est addiscendum. 5

SS Ad exemplum hujus actionis etiam datur condictio ex consuetudine, *Schrader. in Comm. ad l. un. ff. h. t. num. 87.* vel ex (3479) canone. *Hahn. h. n. 5. Schrad. d. Comm. n. 89.* 6

DE CONDICTIONE TRITICIARIA.

XIII. 3.

UNde hæc ita dicatur, nihil certi habemus. *Bachov. ad Wesenb. h. num. 1. lit. a. & in tr. de action. disp. 4. th. 13. vid. Groenew. tr. de Leg. abrog. ad h. t. vid. Bachov. d. th. 13. pag. 138. & Frantk. in Comm. ff. h. t. num. 6. in fin.* 7

D Describitur, (3480) quod sit actio personalis, qua quis, præter pecuniam, (3481) res alias ex quacunque causa debitas, sibi dari oportere intendit, ita tamen, ut judici res illas pro ratione loci & temporis ex arbitrio æstimare, & reum in æstimationem condemnare (3482) liceat. *1. & 2. seqq.* 8

N Hæc actio censetur (3483) esse prætoria, *Bachov. V. 1. disp. 23. th. 2. Lit. a. Frantk. h. n. 1. & seqq.* arbitraria, (3484) *Frantk. d. t. n. 7. Bachov. d. disp. 23. thes. 2. lit. b. C. l. A. h. t. th. 3. n. 1.* & generalis: utpote quæ cum omnibus (3485) reliquis condictionum speciebus concurrit. *1. & seqq. Chol. tr. de condict. in gener. proam. n. 53.* 9

C Competit ex omnibus illis obligationibus & causis, ex quibus reliquæ descendunt condictiones, & quidem in illis casibus, in quibus propter moram Rei, vel aliam justam causam, æquum est, ut res æstimetur, (3486) & Reus in æstimationem condemnetur. (3487) *3. 4. Frantk. d. t. n. 5. ibi: quod condictio hæc rei æstimandæ causa.* 10

Datus

1 *Quid dicitur Novum?* ℞. Novum in jure, pro diversitate materiarum, varie accipitur, & in *facto* potius, quam in *jure* consistit: quid vero novum, quidque vetus dicatur, *vid.* Schrad. *cit. l.*

2 *Quænam vero Leges hic dicuntur novæ?* ℞. Omnes, quæ post Leges XII Tabularum sunt latæ seu constitutæ.

3 *Quid (a) requiritur, ut hæc Actio locum habeat?* ℞. Ut Lex nova non caveat, quo genere Actionis experiundum sit.

4 *In quibus itaque casibus datur hæc Actio?* ℞ In casu *l. 35. §. ult. C. de donat.* &c.

5 *Quibus autem & adversus quos, item, ad quid hæc Actio competit?* ℞ Hoc in specie & certa regula definiri nequit, sed ex ipsis Legibus, quibus obligationes, & hujus Actionis species sunt introductæ, est addiscendum, & suis locis explicandum.

6 *Quænam Condictiones ad exemplum hujus Actionis, seu Condictionis ex Lege etiam dantur?* ℞. Condictio ex consuetudine, (seu ex moribus) vel ex Canone; item Condictio ex privilegio seu statuto Principum Imperii. *Vid.* Hahn. *h. t. n. 5.* & Schrad. *d. Comm. num. 89 & 90.*

7 *Unde hæc Condictio Triticiaria ita dicitur?* ℞. De hoc nihil certi habemus: alii enim eam ita denominatam dicunt a Tritico Prætore; alii ab objecto primario, *tritico*, vel quod in antiqua Formula tritici mentio, quod generaliter pro omni frumenti genere sumatur, facta fuerit; alii a trito, quod scil. hæc Condictio trita & usitata valde fuerit, &c. quæ tamen omnia in conjecturis subsistunt, nec ex iis certum quid concludi potest. Si vero causa denominationis aliqua ex his arripienda sit, illa sane optima erit, quæ a tritico deducitur, cujus solius in antiqua Formula mentio facta fuit. In Gallia hæc Condictio a quibusdam jocose *Actio Franciscanorum* vocatur, ut quæ secum pecuniam non ferat *l. 1. pr. ff. h. t.* Groenew. *Tr. de LL. abrog. ad h. t.* existimat, quod hanc Condictionem introduxerit *Frater minor*, qui omnes res, præter pecuniam, acceperit, & quia ille ordo nondum tunc temporis erat institutus, tamen fuisse Philosophum ejusdem conditionis, qui pecuniam spreverit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 1.*

8 *Quomodo describitur hæc Condictio?* ℞. Quod sit Actio personalis &c.

9 *Qualis autem hæc Actio est?* ℞. Censetur esse Civilis, arbitraria, & *generalis*, quia cum omnibus reliquis Condictionum speciebus concurrit.

10 *Ex quibus obligationibus & causis hæc Condictio competit?* ℞. Ex omnibus illis, ex quibus reliquæ descendunt Condictiones, & quidem in illis casibus, in quibus propter moram Rei, vel aliam justam causam æquum est, ut (1) Res æstimetur, & (2) Reus in æstimationem condemnetur.

S Datur illis, & adversus illos, quibus & adversus quos reliquæ quoque 1
P competunt condictiones.
O Et quidem de rebus omnibus, corporalibus & incorporalibus, mobi- 2
libus & immobilibus; *1. pr.* excepta sola pecunia numerata, (3488) *1. pr.*
& re actoris propria, quæ nec furto, nec vi est ablata aut occupata. *1. §. 1.*
l. 2. h. vid. 3 & 4. h. C. I. A. h. th. ult.

DE EO, QUOD CERTO LOCO DARI OPORTET. XIII. 4.

D Actio de eo, quod certo loco, (3489) est personalis & arbitraria, qua 3
id, quod ex causa stricti juris, certo in loco est solvendum, alio in lo-
co, facta commemoratione (3490) illius loci, quo dari debuit, petitur.
N *§. 33. vers. loco plus. I. de action. l. un. C. l. 1. & seq. h.* Hæc actio, ab actio- 4
nibus directis, sive puris, quibus debitum in loco solutioni destinato pe-
titur, non specie, sed tantum adjectitia differt qualitate; (3491) *arg. 2. §. 1.*
Bachov. V. 1. D. 23. §. 3. lit. b. & in tr. de Action. disp. 7. part. 2. §. 2. dicitur
etiam utilis, *1. in f. h.* & prætoria atque arbitraria: *4. §. 1. h. §. 31 & 33.* 5
vers. propter quam causam. I. de action. 2. pr. & §. f. h. quia pendet ex arbi-
trio judicis, reum propter loci adjectionem pluris, vel minoris conde-
mnare, aut etiam interdum absolvere. (3492) *2. §. f. 4. §. 1. Bachov. de actio-*
on. disp. 7 part. 2. §. 1. & ad Tr. d. disp. 23. §. 3. lit. c. Franzk. Exercit. 13. q. 9.
n. 16. & seqq. & in Comm. tr. h. t. n. 9. & seqq.

C Oritur ex stricti juris conventionibus, quibus certus solutionis locus 6
R est adjectus. *§ 33. I. de action. 1 §. 1. junct. 7.* *REQUIRITUR* itaque [1] 7
ut aliquid ex stricti juris conventione, vera vel quasi debeatur: e. g. ex sti-
pulatione. *1. 2. §. 1. l. 7 §. 1.* ex mutuo *6.* constituto, *16. §. 1. de const. pec.*
donatione; *arg. 22. de don.* item ex legato & fideicommisso. (3493) *5.*
Bachov. V. 1. disp. 23. §. 3. lit. c. & in tr. de Action. disp. 7. §. 3 pag. 90. & seqq.
(Bonæ fidei judicius hoc per se (3494) inest, ut alibi intentata pro æstima- 8
R tione loci definiantur. *7 pr. Fr. h. n. 13.*) [2] requiritur, ut conventioni 9
certus solutionis locus (3495) sit adjectus. *2. §. 1. & passim. ff. l. un. C. h.*
Quo casu actio stricti juris, pure, tantum in loco solutioni destinato, insti- 10
tui potest: (3496) *propter §. 33 I. de act. 3. h.* quod quia quandoque (3497)
iniquum est, *Vid. 1.* ideoque (3498) Prætor has actiones arbitrarias con-
cedit. *8. pr. de præt. stipulat. §. 33. I. de act. L. 2. §. f. h.* Inde sequitur sua
sponte, hanc actionem non dari ob temporis adjectionem: cessat enim 11
in

1 *Quibus & adversus quos hæc Condictio datur?* R. Illis, & adversus illos, quibus & adversus quos reliquæ quoque competunt Condictiones.

2 *De quibus autem rebus datur?* R. De rebus omnibus, corporalibus & incorporalibus, mobilibus & immobilibus, excepta sola pecunia numerata, & re Actoris propria, quæ nec furto, nec vi est ablata aut occupata.

3 *Quid est Actio de eo, quod certo loco?* R. Est personalis & arbitraria, qua &c.

4 *Quomodo hæc Actio ab Actionibus directis sive puris, quibus debitum in loco solutioni destinato petitur, differt?* R. Non differt *specie*, sed tantum *adjectitia* qualitate.

5 *Quomodo hæc Actio alias vocatur?* R. Utilis & Prætoria, (*non enim a Jure Civili, sed a Prætore est introducta*) atque Arbitraria, non quidem propter præcedentem Judicis jussum; sed quia pendet ex arbitrio Judicis, Reum, propter loci adjectionem, pluris vel minoris condemnare, aut etiam interdum absolvere. In quacunque ergo Actione Judex liberum habet potestatem ex bono & æquo æstimandi, quid, quantumve Reus præstare debeat, non ex propria negotii qualitate, sed per accidens, propter adjectionem loci, illa est arbitraria. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 2.*

6 *Unde oritur hæc Actio?* R. Ex stricti juris conventionibus, quibus certus solutionis locus est adjectus.

7 *Quid igitur (1) requiritur, ut hæc Actio locum habeat?* R. Ut aliquid ex *stricti juris* conventione, vera vel quasi debeatur: e. g. ex stipulatione, ex mutuo, constituto, donatione, item, ex legato & fideicommisso. *Generaliter* igitur omnes Actiones, ex contractibus *stricti juris* descendentes, *adjectione loci* fiunt arbitrariæ.

8 *Cur autem hæc Actio non datur ex bonæ fidei judiciis?* R. Quia in bonæ fidei judiciis hoc per se inest, ut alibi intentata pro æstimatione loci definiantur.

9 *Quid (2) requiritur, ut hæc Actio locum habeat?* R. Ut conventioni certus solutionis locus sit adjectus.

10 *Cur autem Prætor has Actiones arbitrarias concedit?* R. Quia ex conventionibus, quibus certus locus est adjectus, Actio stricti juris, pure, tantum in loco solutioni destinato, institui potest, quod quandoque iniquum est.

11 *An ergo hæc Actio ob temporis adjectionem non datur?* R. Non datur, quia in hac temporis adjectione cessat ratio *d. l. 1. pr. h.* Nam ante tempus male, post tempus vero omnino utiliter agitur, nec ulla utilitas Reo aufertur. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 6.*

in illa ratio, (3499) L. 2. h. §. 33. L. de Action. etiam ut temporis ratio 1
(3500) habeatur; 4. pr. h. 114. de V. O. hoc tamen non statim facit actionem arbitrariam. Barbos. V. 1. D. 23. h. 6. lit. a. & d. Fr. h. num. 11. 12. Zoes. h. num. 14.

S Datur illis, quibus ex causa stricti juris aliquid certo in loco debetur. 2
Hi enim electionem habent, an in loco solutioni destinato directa sive 3
pure, an vero alio in loco hac arbitraria reum convenire velint; §. 33. I. de Action. modo tantum temporis elapsum fuerit, quo Reus ad locum solutionis pervenire potuerit: 2. §. 6. h. l. 137. § 2. de V. O. maxime, si
P hæc promissio expresse in diem sit facta. l. 43. ff. de jud. Adversus illos, 4
qui ex causa stricti juris certo loco aliquid dare promiserunt, (3501) nec
tamen illud præstiterunt; arr. C. etiamsi nulla illorum intervenerit cul- 5
pa, vel (3502) mora. 2. ubi: vel quæ alias necessario. h. Fr. h. n. 14. Si ta- 6
men in solutionis loco debitum obtulerint, aut ibi depositam pecuniam habeant, vel de facili solvendam, Judex, ex æquitate, (3503) illos, præstita cautione, (3504) absolvit. (3505) 4. §. 1. Mejer in Index. dec. 4. cap. 7.

O Ad res dicto modo debitas, (3506) ita tamen, ut interdum quantitas au- 7
geatur, (3507) vel minuatur, (3508) prout æquitas hoc suadet, ex utilitate, sive interesse (3509) Rei, [etiam post (3510) moram. 2. pr. & § f. § 33. I. de action. Fr. h. num. 17. Bas. ad L. 2. num. 2. 3 h.] vel Actoris; 2. pr. & §. f. h. etiam ultra legitimum usurarum (3511) modum. d. §. f. h. Quod 8
interesse tamen hic non æstimatur juramento (3512) in litem. C J. d. tit. de in litem jurand. h. 6. num. 2. in fin. per l. 64. in fin. de R. V. post Jason. & Castr. Plur. tr. de in litem jurand. § 12. num. 6. vers. fallit in æstimabili. [Dissent. Berchdr. tr. de Juram. in lit. c. 4. num. 52.] Si creditor debitum in 9
certo loco solvendum, in alio sponte reciperet, ad interesse, quod non est in obligatione, hæc actio non (3513) superesset. 2. f. h. arg. l. 40. §. 2. de action. emt. non obst. 2. §. 7. h. (3514) Barbos. vol. 1. Disput. 23. thes. 6. lit. b. & in tr. de Action. disp. 7. th. 4. in fin. vers. & hæc quadrat. Zoes. h. num. 11. Perez. in Cod. h. num. 6. vers. an acceptando. Debitor, nullo alio loco, 10
quam in quo promisit, solvere invito stipulatore (3515) potest. p.

V Actor hanc actionem instituere potest, tantum in loco, ubi reum alias 11
forum sortitur, ut: in loco domicilii; (3516) arg. 19. pr. de R. C. Barbos. vol. 1. Disp. 23. th. 3. lit. g. & in tr. de Action. disp. 7. th. 4. Perez. in Cod. h. t. num. 2. Zoes. h. num. 3. 4. Fr. h. num. 10. non obstante l. 16. §. 1. de constit. pecun. 43. de Jud. in loco contractus, sc. solutioni destinato, instituitur non 12
arbitraria, sed directa actio. (3517) [Dissent. Barbos. de Action. d. th. 4.

vers.

1 *An vero, si tempori ratio habeatur, hoc factum sunt Actionem arbitrariam?* R. Neg. quamvis enim hic quoque post moram rei cum interesse praestetur, atque sic etiam temporis ratio habeatur, hoc tamen non facit Actionem arbitrariam; etenim ob tempus adjectum haec Actio introducta non est, sed alio remedio Creditor sibi prospicere potuit: quod secus est, si certo loco quid dari debeat.

2 *Quibus datur haec Actio?* R. Illis, quibus ex causa stricti juris aliquid certo in loco debetur.

3 *Num ergo hi electionem habent, an in loco, solutioni destinato, Actione directa, sive pura; an vero in alio loco hac arbitraria eum convenire velint?* R. Affir. modo tantum tempus elapsum sit, quo Reus ad locum solutionis pervenire potuerit, (etenim stipulatio promissoris, cujus solutio ad certum locum est destinata, hanc tacitam in se continet dilationem ita, ut ante illum [illegible] agere) atque hoc ipsum eo magis procedit, si haec promissio expresse in diem sit facta. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 7.*

4 *Adversus quem haec Actio datur?* R. Adversus illos, qui ex causa stricti juris certo in loco aliquid dare promiserunt, nec tamen illud praestiterunt.

5 *An quoque adversus illos datur, etiamsi nulla ipsorum culpa vel mora intervenerit?* R. Affir. quia adhuc ratio *L. 1. h. t.* militat, quod utique [illegible] in alterum ad hoc, quod debitor ad locum solutionis destinatum non venerit, debitum petere non debere.

6 *An tamen, si solutionis loco debitum obtulerint, aut id depositum penes [illegible] habeant, vel de solvendo satisdederint, Judex ex aequitate illos, praesertim contrariam, absolvere debet?* R. Affir.

7 *Ad quod datur haec Actio?* R. Ad rem, dicto modo debitam, (*Objectum enim sunt illa ipsa res, quae ex dictis causis, certo in loco sunt solvendae*) ita tamen, ut interdum quantitas augeatur, vel minuatur, prout Judex aequitas hoc suadet, & Rei, (etiam post moram) vel Actoris utilitas sive interesse postulat, etiam ultra legitimum usurarum modum. *Vid.* omnino Cocceji Jus Controv. *h. t. q. 4.*

8 *An vero hoc interesse in hac Actione etiam promissio in locum [illegible] potest?* R. In eo Dd. non conveniunt: Joh. Borcholt in cit. Tr. hoc ipsum affirmat, sed contrariam, veriorem esse ostendunt C. J. A. *cit. l.*

9 *Si vero creditor debitum in certo loco solvendum, in alio simul & alibi recipit, an postea adhuc id, quod interest, hac Actione petere potest?* R. Neg. Ad interesse enim, quod non est in obligatione, actio non superest; imo per [illegible] acceptationem creditor renunciasse videtur [illegible] loco. *Vid.* Cocceji *d. l. qu. 6.*

10 *An debitor in alio loco, quam in quo promisit, solvere invito stipulatore potest?* R. Non potest.

11 *Ubi Actor hanc Actionem instituere potest?* R. Non in quocunque, ubi Reus reperitur, ut existimat Bartol. ad *L. 1. [illegible] h. t.* sed illo tantum loco, ubi Reus alias forum sortitur, ut: in loco domicilii; (in *Roma*, quo, Jure Civili, omnes, qui [illegible]) hoc enim loco adjectio hoc efficere non potuit, ut Reus per illam, contra [illegible] jurisdictionem subjiciatur. *arg. cit. l. 19. pr. de R. C.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 19.*

12 *Quaenam vero Actio in loco contractus, scilic. solutioni destinato instituitur?* R. Non arbitraria, sed directa & pura, *§. 33. J. de Action.* Illa autem loca, in quibus haec Actio recte institueretur, haud recte locum contractus [illegible] a Bachov. & Hahn. *cit. l.* nam hoc in casu, quo quis certo in loco aliquid dare promisit, locum contractus esse censetur, non ubi negotium gestum, sed illo ipso locum solutioni destinatum. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 19.*

In fin.

verſ & obiter hic notandum. Coſtal. ad l. 1. h. num. 15. Habn. ad W. h. num. 4.] *l. 3. ff. de reb auctor. jud. poſſid. l. 21. ff. de O. & A. Perez. in Cod. h. t. num. 1. §. 33. I. de Action.* Si quis duo loca alternative ſolutioni adjecerit, debitor, antequam conveniatur, electionem habet, ubi ſolvat; creditor vero 1
eligit, (3518) ubi directa actione petat. *2. §. 3.* Idem eſt, ſi præter loca 2
etiam res (3519) ſub disjunctione promiſerit; e. g. *decem Lipſiæ, vel Francofurti equum dabo*, loci electio ad ſe trahit (3520) electionem rei, alias debitori competentem. (3521) *l. 2. §. 3. verſ. proinde Perez. in Cod. h. t. num. 6.* Hinc ſi creditor, prædictis in caſibus, in loco tertio hanc arbi- 3
trariam actionem inſtitueret, in ejus arbitrio eſſet, cujus loci mentionem adjicere vellet. *arg. 2. §. 3.* Conjunctim ſi quis plura loca adjiciat: *ut* 4
Lipſiæ & Francofurti decem dabo; diviſa cenſetur (3522) ſtipulatio, & ſingulis in locis directa actione dimidia pars eſt petenda: *2. §. 4.* in arbitraria vero actione, in tertio loco inſtituta, actor utriusque loci mentionem facere debet. (3523)

DE PECUNIA CONSTITUTA. XIII. 5.

D Conſtituta pecunia, ſive *CONSTITUTUM* (3524) non eſt contractus, 5
(3525) [quod vult *Bart. Cujac & Oldend.* prout etiam exiſtimat *Zoeſ. in Comm. ad h. t. num. 3.*] ſed pactum legitimum. (3526) *Fr. h. num. 6. Bocer. cl. 2. diſp. 17. th. 2. lit. b. & c. Habn. ad W. h. num. 4. verb. ſuccurritur.* quo quis illi, cum quo paciſcitur, debitum ſe ſoluturum ſine ſtipulatione (3527) promittit, durante priori obligatione. *5. §. 2. §. 4. & ſeqq. l. 28. h.*
† Conſtituitur debitum proprium, (3528) & alienum: *§. 9. I. de Action. 5.* 6
§. 2. hoc ultimum tamen eſt ſpecies (3529) interceſſionis. *1. §. 1. ibi: ſi* 7
non interceſſerint. h. arg. 5. C. h.

C Hoc pactum confirmavit Prætor, *§. 8. I. de Action. 1. pr.* propter æ- 8.9
quitatem, (3530) *1. in pr.* maxime cum jam ex aliqua præcedenti cauſa debeatur. *Fr. h. num. 7.* Fit nudo conſtituentium conſenſu, *1. pr. ibi:* 10
ex conſenſu. quocunque modo declarato. (3531) *14. §. f. & l. ſeq. h. 52. §. 9. & f. ibi Gothof. de O. & A.* Inutilis (3532) tamen fidejuſſio non va- 11
let (3533) tanquam conſtitutum: *1. §. 4. h. arg 19. pr. de R. C. [obſt. 8. pr. de acceptilat.* (3534) *27. §. pen. de pact. vid. 47. de O. & A. Buſ. ad d. l. 1. § 4.]* alienum debitum, etiam ignorante & invito debitore, 12
conſtitui (3535) poteſt. *27.*

Con-

1 *Si tamen quis duo loca* alternative *solutioni adjecerit, quis tunc variorum solutionis electionem habet?* R. Hoc casu debitor quidem, antequam conveniatur, electionem habet, ubi solvat; creditor vero habet electionem, ubi *directa* Actione petat.

2 *An hoc etiam verum est & procedit, licet quis non solum loca, sed etiam res* sub disjunctione *expresserit?* R. Affir. v. g. *decem Lipsiae, vel Francofurti equum dabo*, ita, ut hoc casu loci electio ad se trahat electionem rei, alias debitori competentem, idque, ne jus *actoris* impediatur, electione rei solvendae debitori reservata. Lauterb. *d. l. §. 14.*

3 *An igitur, si creditor*, praedictis *in casibus, in loco tertio bonae* arbitrariam *Actionem instituat, in ejus arbitrio est, cujus loci mentionem adjicere velit?* R. Affirm. quia in ipsius quoque arbitrio positum est, quo in loco *directam actionem* instituere velit.

4 *Quid vero obtinet, si quis* conjunctim *plura loca adjiciat, ut: Lipsiae & Francofurti decem dabo?* R. Hoc casu *divisa* censetur stipulatio, & singulis in locis Actione *directa* pars dimidia est petenda, in *arbitraria* vero Actione, in loco tertio instituta, actor utriusque loci mentionem facere debet.

5 *Quid est Constituta pecunia, sive Constitutum?* R. Non est Contractus (uti post Bart. Cujac. & Oldend. etiam existimat Zoes. *cit. l.*) sed est pactum legitimum, quo quis illi, cum quo &c.

6 *Quale debitum constituitur?* R. Proprium & alienum.

7 *An, si debitum* alienum *constituatur, hoc est species intercessionis?* R. Affir. a fidejussione enim hoc casu aliter non differt, quam quod *nudo pacto* fiat, fidejussio vero *stipulationem* requirat.

8 *Quis hoc pactum confirmavit?* R. Praetor; hoc enim pactum olim nullum producebat effectum, ac in se erat nudum & Juris Gentium; sed illud postea confirmavit, & ad obligationem civilem atque actionem producendam efficax reddidit Praetor.

9 *Sed propter quam causam Praetor hoc pactum confirmavit?* R. Propter aequitatem: grave siquidem est fidem fallere *l. 1. pr. ff.* maxime hoc in casu, ubi, quod jam ex aliqua praecedenti causa debetur, nova conventione stabilitur atque confirmatur, ut ita Causa impulsiva in geminata conventione posita sit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 4.*

10 *Quomodo autem fit hoc Constitutum?* R. Nudo constituentis, & illius, cui constituitur consensu, quocunque modo, signis, verbis, &c. declarato, facta semper mentione prioris obligationis; obligatio autem non in persona rei, sed in ipso constituente radicatur, & hac ratione differt Constitutum a Fidejussione, quae tantum fit verbis ore prolatis. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 5.*

11 *An ergo inutilis fidejussio* (ut: si post temporis intervallum demum fiat responsio) *non valet tanquam Constitutum?* R. Non valet.

12 *Num vero illius, pro quo alius constituit, consensus est necessarius?* R. Neg. cum alienum debitum, etiam ignorante & invito debitore, tertius quis constituere possit.

S Constituunt, qui paciscuntur (3536) *1. § 1. & §§ seqq.* **NON** tamen 1
pro aliis constituunt milites, (3537) *arg. 31. C. de locat.* & mulieres. (3538) 2
1. § 1. ibi. si non intercesserint. l. 1. pr. ad SCt. Velle. vid. Carpzov. part. 2.
const. 16. def. 2 & 3.

P Constituitur creditoribus, qui paciscendo alium sibi obligare valent; 4
& illorum Tutoribus, Curatoribus, *5. § 7.* Procuratoribus, *l. 5. § 6.* &
Syndicis; *5. § 7.* sed **NON** adjecto suo nomine. (3539) *7. § 1.* neque Ter- 4.5
tio. *5. § 5.* Solutionis gratia constituto alius addi potest, hoc modo: 6
quod debeo tibi aut Titio, solvam. 8. tum, si tertius ille etiam in priori ob-
ligatione fuit adjectus, per solutionem ipsi factam, solvitur obligatio
ipso jure (3540) *§ 4. I. de inutil. stipul. Bachov. vol. 1. D. 23. th. 11.* Idem 7
est, si in priori obligatione alius solutionis gratia adjectus sit, licet in con-
stituto nulla adjecti fuerit facta mentio (3541) *59. de solut. Bach. d. l.* nisi
debitor creditori soli se soluturum constituerit. *8. vid. tamen Bach. d. l.*
Si non in priori obligatione, sed in constituto demum alius adjiciatur, 8
(3542) tunc per solutionem, adjecto factam, obligatio principalis non
ipso jure, sed tantum ope exceptionis (3543) perimitur. *l. pen. Bach. d. l.*

O Constituitur debitum, (3544) *1. § 2. l. 11. pr. h. 2. inst. pr. ibi hoc tan-* 9
tum. C. h. proprium vel alienum, (3545) *§ 9. I. de Action. 5. § 2. l. 11.* ex
quacunque causa veniat, *1. § 6.* etiam poena (3546) ex delicto *29.* debi-
tum ex obligatione mixta sive naturali plena, jure civili non reprobata.
1. § 7. Sarbolt disser. 12. aphoris. 15. 16. & seq. **NON** etiam debitum civile 10
tantum, (3547) *1. § 1. junct. 1. pr. Bachov. de Action. disput. 1. th. 3. lit. b.*
[nec jure donationis (3548) *Zas. h. num. 10. vid. Dus. ad d. l. ult. num. 9.* 11
ff. h. Bachov. vol. 1. D. 23. thes. 9.] nec ultra praecedentis debiti quantita- 12
tem (3549) valet. *11. § 1. l. 13.* Si nulla quantitas exprimitur, praeceden- 13
tis debiti quantitas constituta censetur. *14. pr.* Minus, quam debetur, 14
constitui potest, *13.* & aliud pro alio (3550) ejusdem pretii, *1. § 5.* mo- 15
bile & immobile, *2. pr. & § 1. C. h.* etiam facta. *14. § 1 & 2.* Quod 16.17
in diem debetur, pure (3551) constitui potest. *3. § 2. l. 4.* sub conditio- 18
ne promissum, pure constitutum, sub eadem conditione suspenditur. 19
(3552) *19. pr.* Sufficit tempore constituti debitum fuisse, licet postea 20
deberi desierit. (3553) *18. § 1. Bacov. vol. 2. disp. 17. thes. 11. lit. c. vid. Bachov.*
vol. 1. disp. 23. th. 15. lit. d. Alium soluturum si quis constitueret, non vale- 21
ret (3554) constitutum. *5. § 4.* Et si quis diceret: *satisfiet a me & ab* 22
illo & illo, (3555) illis, quos nominavit, non consentientibus, solus
pro rata portione obligaretur. *Auth. si quando. C. h.* Impersonali- 23
ter vero factum plane non (3556) subsistit; *d. Auth. si quando.*
nisi

1 *Quinam constituere, seu constitutum facere possunt?* ℞. Regulariter omnes, qui paciscendo se obligare valent: quia pacto Constitutum fieri debet.

2 *Quinam igitur excipiuntur?* ℞. Qui pro aliis efficaciter constituere nequeunt, ut: milites & mulieres: quia hoc casu Constitutum est *species* intercessionis, mulieres vero pro aliis intercedere prohibentur.

3 *Quibus vero constitui potest?* ℞. Illis, quibus aliquid debetur, quique paciscendo alium sibi obligare valent, & illorum Tutoribus, Curatoribus, Procuratoribus & Syndicis.

4 *An etiam vesti constitui potest adjecto suo nomine?* ℞. Neg. *Vid.* Cocceii *Jus Controv. h. t. qu.* 6.

5 *An uni tertio constitui potest?* ℞. Non potest hunc tertio, cum quo constituens non paciscitur, si ipsi se soluturum constituerit, non valeret constitutum: alteri enim per alterum obligatio & actio acquiri non potest.

6 *Num solutionis gratia constituto alius addi potest hoc modo:* Quod debeo, tibi aut Titio solvam? ℞. *Affir.* & hoc casu, si tertius ille etiam in priori obligatione fuit adjectus, per solutionem ipsi factam solvitur obligatio ipso Jure. *Vid.* Cocceii *d. l. qu.* 7.

7 *An hoc etiam verum est & procedit si in priori obligatione alius solutionis gratia adjectus sit?* ℞. Af.

8 *Quid vero obtinet, si non in priori obligatione, sed in constituto demum alius adjiciatur?* ℞. Tunc per solutionem, adjecto factam, obligatio principalis non ipso Jure, sed tantum ope exceptionis perimitur.

9 *Quid est Objectum hujus constituti?* ℞. Antiquum & praecedens debitum, (*constitutum enim est pactum accessorium, quod requirit principale,*) proprium, vel alienum, ex quacunque veniat causa: nam etiam poena ex delicto debita constitui potest, nec refert, debitum sit civile, sive naturale tantum, quod scil. descendit ex obligatione naturali plena, *Jure Civili* non reprobata: ex obligatione ergo naturali non datur, quia licet naturalis, tamen non plena & perfecta est. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 9. & Cocc. Jur. Ex. 27. th. 5. seq.*

10 *An etiam debitum civile tantum, quod nempe aequitate destituitur, constituto confirmari potest?* ℞. Neg.

11 *An vero hoc constitutum debiti civilis tantum jure Romano valet?* ℞. Neg.

12 *An tamen constitutum ultra praecedentis debiti quantitatem valet?* ℞. Neg.

13 *Si vero nulla quantitas in constituto exprimatur, quantum constitutum esse censetur?* ℞. Praecedentis debiti quantitas: simpliciter enim recipiendo priorem obligationem, debitor promittens eodem modo, eademque terminos promissionem repetiisse videtur, quibus prima promissio facta.

14 *An minus, quam debetur, constitui potest?* ℞. Affir.

15 *Num quantitas quoque debiti mutari, & aliud pro alio ejusdem pretii constitui potest?* ℞. Affir.

16 *An etiam mobile & immobile constitui potest?* ℞. Affir.

17 *An & facta constitui possunt?* ℞. Affir. quia etiam hoc objectum pacti & obligationis sunt.

18 *An id, quod in diem debetur, pure constitui potest?* ℞. Affir.

19 *An vero id, quod sub conditione promissum, licet pure sit constitutum, tamen sub eadem conditione suspenditur?* ℞. Affir.

20 *An sufficit, si tempore constituti debitum fuerit, licet postea deberi desierit?* ℞. Affir. quia in contractibus & conventionibus semper initium eorum est respiciendum; nisi modus, quo tollitur, sit continuus, & etiam in accessoriis locum habeat ita, ut tot. *L. 18.* ad modos tollendi restringenda videntur, qui tantum in principali locum habent, & non in constituti obligatione. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 10.* vid. tamen Coccei *Jus controv. h. t. qu.* 10.

21 *An, si quis alium soluturum constituat, hoc constitutum valet?* ℞. Neg.

22 *An, si quis dicat:* Satisfiet a me, & ab illo, & illo, aliis, quos nominaverit, *non consentientibus, solus tantum pro rata portionis obligatur?* ℞. Affir.

23 *An Constitutum in personalibus factum sufficit?* ℞. Neg.

niſi ex circumſtantiis appareat, conſtituentem de ſe promiſiſſe. *arg. 219.* 1
de V. S. Groenew. 17. de leg. abrog. ad d. Auth. num. 3.
A Adjici poteſt locus, *16. §. 1.* conditio & dies. *4. 19. pr. & §. 1.* Et 2
quamvis pure fiat, tamen decem diebus (3557) exactio differatur. 3
21. §. 1.
SS Conſtitutum Poſſeſſorium, (3558) cum hoc conſtituto obligatorio 4
præter nomen nihil habet commune. *Vid. l. 18. de A. vel A. P. 77. de R. V.*
Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 16. num. 182. p. 3. c. 12. num. 87. Tiraquell. de
conſtitut. poſſeſſ.
E Ex conſtituto obligatorio deſcendit *ACTIO* de *CONSTITUTA PE-* 5
CUNIA, (3559) *§. 9. I. de Action. 12.* [actio conſtitutoria, *20.* conſtitu- 6
D ta, *2. §. 1. C. h. t.*] quæ eſt actio perſonalis, (3560) competens creditori, 7
adverſus illum, qui debitum ſe ſoluturum pacto promiſit, ad illud ipſum
N petendum & exigendum. Eſtque prætoria, *§. 8 & 9. I. de Action.* ſtri- 8
cti juris, (3561) *arg. 16. §. 1. h. junct. 7. de eo, quod cert. loc.* Rei perſecu-
toria, licet pœna (3562) ſit conſtituta, *18. §. 2. junct. l. 29. h.* & perpetua.
I (3563) *2. pr. verſ. neque ſit in quocunque. C. h. arg. 35. de O. & A.* Directa 9
vel utilis. *5. §. 9.*
S Competit illis, (3564) quibus per conſtitutum aliquid eſt promiſſum, 10
& illorum heredibus. *2. pr. C.* Utilis datur pupillis, adoleſcentibus & 11
Civitatibus, quorum tutoribus, curatoribus & Syndicis quis ſe ſoluturum
conſtituit. *5. §. 9.*
P Adverſus illos, qui pro ſe, vel pro aliis ſe ſoluturos pacto promi- 12
ſerunt, *§. 9. I. de Actionib.* & illorum heredes. *1. 2. pr. C.* Si plures 13
pro alio ſimul conſtituerint, ſinguli quidem in ſolidum tenentur, exce-
ptione tamen diviſionis (3565) defenduntur. *f. C.* Si duo in ſolidum 14
obligati, proprium illud debitum conſtituerent, ab uno ſolidum exigi
poſſet; *16. pr. h. 2. & f. de duob. reis.* quod non eſt correctum (3566) per 15
fin. C. Barbos. vol. 1. diſp. 23. §. 9. lit. c. pr. nec per *Nov. 99. c. 1.* quamvis ſe- 16
cundum communem & in praxi receptam ſententiam hæc quoque
(3567) hodie beneficium diviſionis competat. *Carpzov. part. 2. conſt. 17.*
def. 13. ¶.
O Ad illud, quod conſtituto promiſſum eſt. *Vid. 14. §. 1 & 2. l. 21.* 17
§. f.
A Concurrit cum hac actione prior & vetus (3568) actio; *28.* 18
Hahn. h. num. 9. verb. tenuerit. ¶. quarum una alteram tollit, non 19
litis conteſtatione, ſed ſolutione; (3569) *18. §. f. vid. Barbos.*
vol. 1. diſp. 23. §. 11. verſ. ſi quidem etiam in conſtituto. & §. 13. a.
ſi vero

1 *Quid vero, si ex praecedentibus & subsequentibus verbis, aliisve circumstantiis appareat, constituentem de se promisisse?* ℞. Tunc tale constitutum impersonaliter factum subsistit.

2 *An constituto locus, conditio & dies adjici possunt?* ℞. Affir. quia haec omni pacto accedere possunt.

3 *An, licet constitutum pure fiat, tamen modicum tempus, & quidem non minus decem dierum est statuendum, ut exactio celebretur?* ℞. Affir. quia semper videtur vel tacite Praetor hanc Actionem dedisse sub hac conditione, si is, qui constituit, nec solverit, nec fecerit, quod constituit, atque ita in mora solvendi fuerit. Haec tamen temporis dilatio non Actionem, sed exactionem tantum impedit: hinc, si quis ante agat, non nulliter, h. e. sine actione, sed male agit, & exceptione plus petitionis repellitur. *Vid. Lauterb. Coll. th. pr. h. t. §. 11.*

4 *An Constitutum Possessorium cum hoc Constituto obligatorio affinitatem habet?* ℞. Neg. nam praeter nomen cum hoc nihil commune habet.

5 *Quaenam Actio descendit ex nostro Constituto obligatorio?* ℞. Actio de pecunia constituta.

6 *Quomodo alias haec Actio in Legibus vocatur?* ℞. Actio constitutoria, *l. 21. ff. h.* Actio constituta. *l. 2. §. 1. C. h.* & Actio constitutae pecuniae. *l. 12. ff. h.*

7 *Quid autem est Actio de pecunia constituta?* ℞. Est actio personalis, competens &c.

8 *Qualis est haec Actio?* ℞. Est praetoria, stricti juris, rei persecutoria, (*licet poena sit constituta, haec enim non ut poena, sed ex conventione debetur*) & perpetua.

9 *Quotuplex est haec Actio?* ℞. Directa & Utilis.

10 *Quibus competit Directa?* ℞. Creditoribus, quibus per constitutum aliquid est promissum, & illorum heredibus.

11 *Quibus datur Utilis?* ℞. Pupillis, adolescentibus & Civitatibus, quorum tutoribus, curatoribus & Syndicis quis se soluturum constituit.

12 *Adversus quos datur Actio de pecunia constituta?* ℞. Adversus illos, qui pro aliis se soluturos pacto promiserunt, & adversus illorum heredes.

13 *Si plures pro alio simul constituerint, quomodo teneantur?* ℞. Hoc casu singuli quidem in solidum tenentur, exceptione tamen divisionis, ne ab uno solidum exigatur, defenduntur.

14 *Si duo, in solidum obligati, proprium illud debitum constituerint, an ab uno solidum exigi potest?* ℞. Affir. quia antea in solidum erant obligati.

15 *An hoc hodie per l. 5. C. h. & per Nov. 99. c. 1. est correctum?* ℞. Neg.

16 *An tamen secundum communem, & in praxi receptam sententiam hodie quoque hodie beneficium divisionis competit?* ℞. Affir.

17 *Ad quid datur Actio de constituta pecunia?* ℞. Petitur hac Actione illud, quod constituto promissum est; quod debitum, si certum sit, Reo incumbit probatio, rem non fuisse debitam; *l. 25. ibi: Specialiter edicit. C. de N. N. P.* sin certa debiti causa expressa non fuerit, *vid. l. 14. pr. ff. h. t.* *Actor debitum probare debet. l. 25. §. f. ff. de probat.* Vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 18.*

18 *An cum hac Actione prior & vetus Actio concurrit?* Affirm. quia Constitutum sic manente priore obligatione.

19 *An vero harum Actionum una alteram tollit?* ℞. Affir. non quidem litis contestatione, sed demum solutione: qua solutione facta, tam principalis, quam accessoria extinguitur obligatio.

ſi vero pro alio efficaciter obligato quis conſtituit, conceditur conſti- 1
tuenti beneficium excuſſionis, (3570) per *Nov. 4. cap. 1. Bachov. vol. 1.*
diſp. 23. th. 8. lit. c. Carpzov. part. 2. conſt. 18. def 2. ¶. 1. §. 1. in fin. h. f. C. h.
Carpzov. d. def. num. 6. cum quo tamen non conveniunt, quæ ipſe ſcribit 2
de uxore (3571) conſtituente. *part. 2. conſtit 16. def 2. num. 5.*
SS Actioni de conſtituta pecunia ſimilis fuit actio receptitia, quæ ad Ar- 3.4
gentarios pertinebat; ſed poſtea a Juſtiniano ſublata & in hanc noſtram 5
eſt transfuſa. *2. pr. C. Vinn. ad §. in perſonam. 9. num. 2. I. de action.*

COMMODATI VEL CONTRA. XIII. 6.

Commodatum eſt contractus realis, (3572) quo certus, (3573) & gra- 6
tuitus rei uſus, (3574) ea lege conceditur, ut eo finito res in ſpecie
N (3575) reſtituatur. *§. 2. I. quib. mod. re contrah. obl. 2. pr. de reb. cred.* Eſt 7
nominatus, bonæ fidei, *arg. §. 28. I. de Action. 3. §. 2. & διωλευσ@ν. 17.*
§. 3. Commodare *Germanis* dicitur leihen, verleihen; quod ipſum ta- 8
men vocabulum etiam ſignificat mutuum dare, & rem locare. *Vid.* 9
Schneidew. ad §. 2. I. quib. mod. re contrah. obl. n. 10. Wehner. Obſerv. pract.
voc. Leihen.
† Commodatum fit interdum commodantis tantum (3576) gratia, *5.* 10
§. 10. interdum utriusque, (3577) *18. pr. verſ. at ſi utriuſque.* regulariter
vero tantum accipientis, ſive commodatarii gratia. *5. §. 2. verſ. commoda-*
tum. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 9. tit. 2. num. 1. & ſeq. Hoc 11
ultimum etiam in dubio factum præſumitur. *Caſtr. ad l. 5. §. interdum. n.*
5. Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 317. num. 1.
C Perficitur conſenſu, *1. §. 3. de pact. 17. §. 3. Mart. in Digeſt. noviſſ.* 12
tom. 3. tit. commodatum. c. 1. & rei traditione nuda, (3578) [*vid. infr. E.*]
§. 2. I. quib. mod. re contr. 1. §. 3. de O. & A.
S Ab illis, qui contrahendo ſeſe obligare valent. *Vid. 1. §. 2. l. 2. 3. pr.* 13
O Commodantur res, quæ uſu non (3579) conſumuntur, *arg. §. 2. I.* 14
quib. mod. re. corporales & (3580) incorporales, *§. 1. I. de uſu & habit. 1.*
§. 1. h. arg. 8. §. 5. l. 15. §. 2. de precar. Fr. h. num. 12. mobiles & immobiles,
1. §. 1 h. propriæ & alienæ, (3581) *15. h. 12. §. 2. de Uſufr. vid. Bachov. vol. 1.*
diſp. 24. th. 1. lit. c. Hahn. ad W. h. num. 4. v. etiamſi ſunt aliena. adeo, ut et-
iam fur & prædo rem furtivam commodando actionem commodati ac-
quirat. (3582) *16. vid. tamen 54. §. 1. de furt.* Interdum etiam commodatur 15
res fungibilis, ad pompam. (3583) *3. §. f. & l. ſeq. h. Kloppen. lib. 2. obſerv. 9.*
num. 4.

1 *Si pro alio, efficaciter obligato, quis constituat, an constituenti beneficium ordinis seu excussionis concedatur?* ℞. Affir. Quæcunque enim beneficia dantur fidejussoribus, illa etiam dantur pro alio constituentibus, præsertim *hodie*, ubi etiam per pactum fieri potest fidejussio.

2 *An vero cum hoc conveniunt, quæ* Carpz. *de uxore constituente* P. 2. c. 16. d. 2. n. 5. *scribit?* ℞. Neg.

3 *Qualis Actio Actioni de pecunia constituta similis fuit?* ℞. Actio receptitia.

4 *Ad quos hæc Actio receptitia pertinebat?* ℞. Ad Argentarios.

5 *An eadem hodie est in usu?* ℞. Neg. sed a Justiniano sublata, & in hanc nostram est transfusa.

6 *Quid est Commodatum?* ℞. Est contractus realis, quo certus (*i. e. ad certum tempus & modum*) & gratuitus rei usus ea lege conceditur, ut, eo finito, res in specie restituatur.

7 *Qualis est hic Contractus?* ℞. Est nominatus, (*quia certum nomen & formam habet, Actionemque nomini conformem producit*) bonæ fidei, (*quia in hoc contractu non verbis adhæremus, sed æqua & benigna interpretatione tantum agit officium judicis, quantum in aliis nominatim ejus rei conventio*) & διπλευρος seu bilateralis, *quia* statim ab initio ab utraque parte obligat.

8 *Quid dicitur* Commodare *germanice?* ℞. Leihen, verleihen.

9 *Quid alias hæc germanica vocabula significant?* ℞. Mutuum dare & rem locare.

10 *Cujus gratia fieri solet Commodatum?* ℞. Commodatum fit interdum commodantis tantum gratia, interdum utriusque causa, & vocatur Commodatum *irregulare*, regulariter vero & utplurimum tantum accipientis & Commodatarii gratia.

11 *Quodnam in dubio factum præsumitur?* ℞. Ultimum, scil. Commodatarii & accipientis tantum gratia.

12 *Quomodo hic contractus perficitur?* ℞. Consensu & rei traditione *nuda*: quæ duæ concausæ ut concurrant necesse est, nec quisquam ad commodandum cogitur, etiamsi quis solitus sit commodare. Sufficit autem ad commodatum *nuda* rei traditio propterea, quia hic non requiritur datio (*ut in mutuo*) & dominii translatio: commodans enim retinet & possessionem & dominium rei commodatæ. *Vid. sup.* E. & Lauterb. *Coll. th. pr. h. t.* § 5.

13 *A quibus commodatum contrahitur?* ℞. Dare & accipere commodatum possunt omnes, qui contrahendo sese obligare valent.

14 *Quænam res commodantur?* ℞. Quæ usu non consumuntur, corporales & incorporales, mobiles & immobiles, propriæ & *alienæ*, (ad hoc scil. ut contractus valeat quoad obligationem inter contrahentes constituendam, quod tamen domino non præjudicat, sed ille superveniens rem suam vindicare potest) adeo, ut etiam fur & prædo, rem furtivam commodando, Actionem Commodati acquirat.

15 *An interdum etiam res fungibilis commodari potest?* ℞. Affir. non quidem ad verum ejus usum; (*quia ejus usus consistit in abusu, ut ita usu finito in specie restitui nequeat,*) sed tantum ad pompam & ostentationem dicis gratia, h. e. ad usum simulatum sine voluntate abutendi. *Vid.* Lauterb. *d. l.* § 7.

1 *Quid*

num. 4. C. J. A. h. t. thes. 6. in fin. Barbov. vol. 1. disput. 24. th. 1. lit. g. verb. sed quid est dicit gratia.

R Requiritur [1] ut res tradita sit *USUS* gratia; *§. 2. I. quib. mod. re. c. §.* 1
4. de O. & A. v. g. ut commodatarius rem commodatam creditori suo 2
pignori det. *vid. l. 5. §. 12.*

R [2] ut usus sit *CERTUS,* * ratione temporis, *17. §. 3. l. 5.* A 3.4
§. 8. h. vid. 12. ff. de precar. quod adjicitur, *l. 17. §. 3.* * tacite, ex rei natu- B 5.6
ra, (3584) *Lugo de I. & I. disp. 32. sect. 2. num. 9. Bonacin. tr. de contract. & restit. disp. 3. q. 15. num. 3.* pro judicis arbitrio, (3585) *arg. l. 137. §. 2. de V. O.*
* expresse; quo fini- b. 7
to res est restituenda, licet casus usum impediverit, (3586) *Bortol. in l. 17. §. 3. num. 6. ff. h. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 9. tit. 1. num. 10. Barbos. in Cod. ad l. 2. num. 3 & 4. h. t. C. J. A. h. th. 14. num. 1. 9. Medic. de cas. fort. p. 2. q. 10. num. 52.* vel usus modo & tempore sit circumscriptus. *Castal. in l. 5. pr. ff. h. t.*
* ratione modi: * Commoda- a.C 8
tarius finem præscriptum diligenter observet; alioquin (3587) non solum commodati, sed quandoque etiam furti (3588) tenebitur; *5. §. 8. h. 54. §. 1. de furt.* si scilicet dolo malo, & lucrandi animo hoc faciat; secus non, (3589) *Köppen. lib. 2. obs. 10. n. 8.* puta, si non invito domino fieri crediderit. (3590) *76. pr. de furt. Menoch. de arbitr. Jud. lib. 2. cas. 298. vid. Groenew. tr. de LL. abrog. ad §. 6. I. de oblig. quæ ex delict. nasc. Fr. h. num. 21. Cabr. decis. 7. num. 2. & seqq.*
* Commo- c. 9
dans intempestive (3591) usum rei commodatæ auferre nequit; (3592) *17.*
§. 3. h. cap. un. x. h. 75. de R. J. [etiamsi commodatarius mortuus (3593) fu- 10
erit, *vid. Barbov. v. 1. D. 24. th. 5. lit. f.*] nisi ex nova & inopinata causa propriis usibus eam necessariam (3594) esse probaverit. *arg. 8. C. de rev. donat. arg. 3. C. de locat. Molin. de I. & I. Disp. 294. num. 8. & seqq. Lugo de I. & I. disp. 32. sect. 2. num. 10. & seqq. Bonac. de contract. & restit. disp. 3. qu. 17. num. 1. Vid. 3. Zas. in Comm. 17. h. num. 10. Habn. h. num. 11.*

R [3] ut usus sit *GRATUITUS*: (3595) *§. 2. in f. I. quib. mod.* 11
re. Honorarium tamen accedere potest. (3596) *arg. L. 2. § 24. vi bon.* 12
raptor. 6. pr. mandat.

R [4] ut usus ea lege concedatur, ut eo finito res in specie 13
(3597) *RESTITUATUR. 1. pr. de R. C. §. 2. I. quib. mod. re. contr. obl.*

E Ex hoc contractu neque dominium, neque possessio transfertur, *8. 9.* 14
[si vero expresse hoc agatur, ut commodatum contrahatur, & 15
tamen in commodatarium rei dominium ad tempus transferatur, sit commodatum irregulare, (3598) *arg. 31. locat. Mantic. de tac. convent.*

1 *Quid ergo (1) requiritur, ut commodatum videatur contractum?* ℞. Ut res tradita sit usus gratia.

2 *Da exemplum rei traditæ* usus *gratia?* ℞. V. g. ut commodatarius rem commodatam creditori suo pignori det; & hoc modo commodatum differt a mutuo, deposito & pignore. *Vid. cit. l. 5 §. 12. ff. h. t.*

3 *Quid (2) ad commodatum requiritur?* ℞. Ut usus sit *certus*, ad certum scil. tempus concessus; & sic differt a Precario. *l. 1 & 12. ff. de precar.*

4 *Quotupliciter autem usus* certus *esse potest?* ℞. Dupliciter: vel ratione *temporis*, vel ratione *modi*.

5 *Quotupliciter tempus adjicitur?* ℞. Dupliciter: vel tacite, vel expresse.

6 *Quomodo tempus adjicitur tacite?* ℞. Tacite adjicitur ex rei natura, pro Judicis arbitrio.

7 *An si tempus* expresse *est adjectum, eo finito res est restituenda?* ℞. Affir. licet commodatarius, casu impeditus, re non usus fuerit; quod ipsum etiam verum est, licet usus *modo & tempore* sit circumscriptus.

8 *An commodatarius finem & modum præscriptum diligenter observare debet?* ℞. Affir. alioquin commodatarius non solum commodati, sed quandoque etiam *furti* tenebitur, si sc. dolo malo & lucrandi animo hoc faciat; secus non; puta, si non invito domino fieri ex causa probabili crediderit. *Vid.* Lauterb. *Coll.* *th. pr. h. t. §. 10.*

9 *An commodans intempestive usum rei commodatæ auferre potest?* ℞. Neg. (*quod enim ab initio est voluntatis, ex post facto fit necessitatis*;) nisi commodator ex nova & inopinata causa propriis usibus eam necessariam esse probaverit: commodator enim in hunc casum se obligasse non videtur.

10 *Annon vero intempestive, & ante tempus finitum revocare potest commodans commodatum, si commodatarius mortuus sit?* ℞. Neg.

11 *Quid (3) requiritur, ut commodatum videatur contractum?* ℞. Ut usus sit *gratuitus*.

12 *An tamen honorarium commodato accedere potest?* ℞. Affir.

13 *Quid (4) requiritur?* ℞. Ut usus ea Lege concedatur, ut, eo finito, res non in genere, ut in contractu mutui; sed *in specie* restituatur.

14 *An ex hoc Contractu dominium vel possessio transfertur?* ℞. Neutrum transfertur: usus enim sine utroque esse potest. Hinc sufficit ad commodatum rei traditio *nuda*, nec requiritur datio, (*ut in mutuo*,) & dominii translatio; sed commodans retinet & possessionem & dominium rei commodatæ.

15 *Quale itaque negotium est, si expresse hoc agatur, ut commodatum contrahatur, & tamen in commodatarium rei commodatæ dominium ad tempus transferatur?* ℞. Tale negotium excedit notissimos commodati terminos, & fit commodatum irregulare.

convent. l. 9. t. 3. num. 10. Pichard. ad §. 2. I. quib. mod. re contr. obl. num. 30.]
ſed commodans à quocunque poſſeſſore rem (3599) vindicat. *Carpzov.* 1
p. 2. c. 26. d. 5. num. 7. ¶. vid. Colêr. 1. Deciſ. 7. num. 6. Secus tamen de Ju- 2
re Lubecenſi & Hamburgenſi. (3600) *Mev. ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 2. art.*
1. num. 18. & ſeqq. Contrahentes autem obligantur; *17. §. 3.* commo- 3.4
datarius principaliter, commodans vero minus principaliter & ſecunda- 5
rio. (3601) Unde actio ex illius obligatione, directa; ex hujus, contra- 6.7
ria vocatur. (3602) *Vid. Pichard. ad §. 2. I. quib. mod. re. num. 47. & ſeqq.*
Bachov. ad d. §. 2. num. 5. & ad Tr. vol. 1. Diſp. 24. th. 4. lit. d. in pr. Vinn.
ad d. §. 2. num. 2.

D *ACTIO* commodati *DIRECTA* (3603) eſt actio perſonalis, compe- 8
tens commodanti ejusque heredibus, adverſus commodatarium, ejusque
N heredes, ad rem commodatam repetendam. *§. 2. I. quib. mod. re.* Eſt ci- 9
vilis, *17. §. 3. obſ. 1. pr.* (3604) bonæ fidei, (3605) *§. 28. I. de Act. 3. §. 2.*
& perpetua. (3606) *arg. pr. I. de perp. & temp. action.*

P Adverſus plures heredes datur pro portione (3607) hereditaria; *3.* 10
§. 3. niſi unus facultatem totius rei reſtituendæ habeat, (3608) *3. §. 3.*
Meſa. lib. 2. Var. Reſ. c. 38. num. 9 & 10. vel ex ſuo facto (3609) convenia-
tur. *l. 17. §. 2.* Si quis pluribus rem pariter (3610) commodaverit, & 11
omnium fidem in ſolidum ſecutus ſit, contra ſingulos in ſolidum compe-
tit actio, unius tamen præſtatione reliqui (3611) liberantur, *5. §. f. h. 9.* 12
pr. junct. 3. § 1. de duob. reis. vid. 47. locat. Fr. h. 1. num. 27. Kläpp. lib. 2.
obſ. 9. in fin. & hoc non tantum quoad doli & culpæ præſtationem, (3612) 13
ut poſt *Bart.* putat *Dn. Hahn. h. num. 10. verb. adverſus commodatarium.*
Mantic. de tacit. & ambig. convent. l. 9. tit. 4. num. 15. Carpzov. part. 2. c. 26.
def. 14. ſed ſecundum *Bachovium* etiam quoad ipſam obligationem pri-
mitivam & rei reſtitutionem. (3613) *ad Tr. vol. 1. Diſp. 24. th. 2. lit. c.* Si 14
vero commodans pluribus communi periculo rem commodaverit, nec
ſingulorum fidem in ſolidum ſecutus ſit, ſinguli tantum pro rata (3614)
tenentur. *21. § fin. Fr. d. 1. num. 28. Hahn. d. l.*

O Datur ad rem commodatam integram & ſalvam, *§. 2. I. quib.* 15
mod. re. cum acceſſionibus & (3615) fructibus, *38. §. 10. de Uſur. arg.*
13. §. 1. in fin. h. vid. 5. §. 9. Henn. in Encyclop. jur. univerſ. part. 3. tit.
10. c. 1. n. 19 & 20. Cop. tr. de fructib. lib. 3. tit. 4. cap. 3. in loco, in quo fuit
commodata, (3616) *Stracc. de Commerc. §. 11. gl. 5. n. 196.* propriis commo-
datarii ſumtibus reſtituendam. *arg. 5. §. 12. in f. Bonacin. tr. de contract.*
Diſp. 1. q. 5. punct. un. n. 10 & 12. Deterioratæ intereſſe præſtetur, (3617) 16
3. §. 1.

1 *An igitur commodans a quocunque possessore rem vindicare potest?* ℞. Affir. atque hæc *Juris Civilis* dispositio, quod scil. dominium in commodatarium non transeat, ac per consequens commodans rem illam a quocunque possessore vindicare possit, hodie etiam in foro *Saxonico* observatur. *Vid.* Carpz. & Coler. *citt. ll.*

2 *An tamen hoc secus de Jure Lubecensi & Hamburgensi?* ℞. Affir.

3 *An, vindicatione non obstante, quam commodans habet contra quemvis possessorem, contrahentes inter se obligantur?* ℞. Affir. Vindicatio enim commodanti tantum competit *ob dominium*, quod in re, commodato data, retinet, quæ obligationem & actionem personalem, ex contractu descendentem, impedire non potest.

4 *Quomodo ergo commodatarius obligatur?* ℞. Principaliter; cum plerumque in ipsius commodum commodatum contrahatur.

5 *Quomodo vero commodans obligatur?* ℞. Minus principaliter & secundario.

6 *Quomodo igitur Actio, quæ ex commodatarii obligatione descendit, vocatur?* ℞. Directa.

7 *Quomodo vero Actio, quæ ex commodantis obligatione descendit, dicitur?* ℞. Contraria.

8 *Quid est Actio commodati directa?* ℞. Est Actio personalis, competens &c.

9 *Qualis est hæc Actio?* ℞. Est civilis, (*quia a Jure Civili est introducta*) bonæ fidei, (*quia est ex contractu bonæ fidei & bilaterali*) & perpetua; *quia est ex contractu, & triginta annos durat*.

10 *Quomodo hæc Actio directa datur adversus plures heredes?* ℞. Pro rata & portione hereditaria; nisi unus facultatem totius rei restituendæ habeat, vel ex suo facto conveniatur.

11 *Si quis pluribus rem pariter commodaverit, & omnium fidem in solidum secutus sit, contra quos competit hæc Actio?* ℞. Contra singulos, tanquam debendi reos, in solidum: quia quilibet eorum in solidum sese obligavit.

12 *An tamen unius præstatione reliqui liberantur?* ℞. Affir. quia semel tantum mea interest.

13 *An autem hoc tantum quoad doli & culpæ præstationem procedit, uti* Hahn. *aliique putant, an vero etiam, secundum* Bachovium, *quoad ipsam obligationem primitivam & rei restitutionem?* ℞. Affir. posterius, quia etiam per contractum realem ab initio duo rei debendi constitui possunt.

14 *Si vero commodans pluribus communi periculo rem commodaverit, nec singulorum fidem in solidum secutus fuerit, quinam tunc tenentur?* ℞. Tunc singuli tantum pro rata tenentur.

15 *Ad quid datur Actio commodati directa?* ℞. Ad rem commodatam integram & salvam, & quidem cum accessionibus & fructibus, in loco, in quo fuit commodata, in specie vel individuo, propriis commodatarii sumtibus restituendam.

16 *Quid præstandum, si res commodata deteriorata sit?* ℞. Rei deterioratæ interesse.

3. §. 1. nisi commodans illam sciens simpliciter receperit; *Schneidew. ad* 1
§. 17. num. 21. I. de Action. Matth. Disp. de oblig. 11. th. 11. Stamler. de Con-
tract. disp. 4. th. 41. in f. de quo tamen non sine ratione (3618) dubitat
Majer. in C. J. A. h. t. thes. 13. num. 2. L. 2. §. 15 ff. quib. mod. pign. solv. Si 2
res plane inutilis sit facta, vel in totum perierit, (3619) condemnatur reus
ad rei æstimationem; (3620) *17. §. f. h. vid. 3. §. 2. Fr. h. num. 39. Barbos.*
vol. 1. Disp. 24. th. 2. lit. f. & tr. de action. Disp. 6. §. 16. p. 21. Habr. h. num. 10.
verb. nam si deterior redditur, nec invito commodanti res similis obtrudi 3
(3621) potest. *Fr. d. l. Mev. ad Jus Luberen. lib. 3. tit. 2. art. 1. num. 16.* [*Diff.*
Köppen. lib. 2. obs. 10. num. 5. vers. quod si tamen per l. 14. §. 2. ff. de const.
pecun.]

Tenetur vero commodatarius tunc demum ad interesse vel æstima- 4
tionem deteriorationis sive rei peremtæ, si ipsius *CULPA* vel mora in-
tervenerit. *10. pr. & l. f. Mantic. de tacit. & ambig. convent. l. 9. t. 1. num.*
14. Barbos. in Cod. ad l. 3. C. h. num. 5. Præstat autem commodatarius in 5
re commodata, & quæ illam sequitur, *vid.* (3622) *5. §. 9. h. 14. §. 15. de*
furt. regulariter *CULPAM*, etiam *LEVISSIMAM* [quia illius tantum
gratia regulariter commodatum contrahitur, *5. §. 2. l. 18. pr. h. §. 2. I.*
quib. mod. re. contrah. c. un. X. h. t. vid. Fr. h. num. 52. & seqq.] eamque
rei propriæ præferre (3623) tenetur, *5. §. 4.* nisi secundum commu- 6
nem Dd. sententiam, res commodata vilior sit, propria autem pretio-
sior: (3624) *Bonacin. de contract. D. 3. quæst. 1. punct. 6. num. 22. Habr. h.*
num. 7. verb. dummodo non ipsius culpa. vers. ubi tamen distinguendum. gl.
Bart. & alii in l. 5. §. 4. h. hoc enim in casu nec pretium rei commodatæ 7
sine culpa sua peremtæ commodanti refundere tenetur, *Lago de Just. &*
Jur. Disp. 8 sect. 10. num 140. sed potius a commodante repetit, quæ de 8
suo amisit, ut servaret rem commodatam. (3625) *d. l. 18. §. 2. Lago. d.*
sect. 10. num. 155. & seqq. Zas. h. num. 12. in fin. Si vero res commodata 9
sit utriusque, & commodantis, & commodatarii gratia; commodata-
rius tantum *LEVEM* *l. 18. pr. vers. At si utriusque. Mantic. de tacit. & am-*
big. convent. lib. 9. t. 1. num. 4. & si commodans sua duntaxat causa com- 10
modaverit, aut ultro sese ad commodandum obtulerit; (3626) tunc
DOLUM (3627) solummodo præstat. *5. §. 10. h. Mantic. d. tit. num. 3. 5 &*
7. Burgund. tr. de pericul. & culp. in contract. lib. 1. c. 4. num. 1 & 3. *CASUM* ve- 11
ro fortuitum commodatarius nec in prima specie præstat; *§. 2. I. quib.*
mod. re. 5. § 4. l. 18. pr. h. 1. C. h. etiam de Jure Saxonico: *Carpz. p. 2. const.*
18. def. 6. unde nec *DAMNUM* ab alio injuria datum (3628) resarcire de- 12
bet;

1 *An tamen interesse non est præstandum, si commodans rem deterioratam* ſimpliciter *receperit?* ℞. Affir. de quo tamen non ſine ratione dubitat Mejer. *cit. l.*

2 *Ad quid vero condemnatur Reus* (ſc. commodatarius) *si res commodata inutilis sit facta, vel in totum perierit?* ℞. Ad rei commodatæ æſtimationem.

3 *An vero invito commodanti hoc in casu res similis obtrudi potest?* ℞. Neg.

4 *Quando autem commodatarius ad interesse, vel æstimationem deteriorationis, sive rei peremtæ tenetur?* ℞. Tunc demum, ſi ipſius *culpa*, vel *mora* intervenerit. Ergo, ſi commodatarius re commodata debito & conceſſo modo utatur, & res, ſine illius culpa, fiat deterior, aut plane pereat, eo nomine non tenetur.

5 *Quam vero culpam commodatarius in re commodata, & quæ illam sequitur, præstat?* ℞. Regulariter *omnem* culpam, etiam *levissimam*, quia illius tantum gratia regulariter commodatum contrahitur.

6 *An igitur commodatarius rem commodatam rei propriæ præferre tenetur?* ℞. Affirm. niſi, ſecundum communem Dd. ſententiam, res commodata vilior ſit, propria autem pretioſior.

7 *An vero in hoc casu, si nempe res commodata vilior sit propria, & commodatarius non propriam prætulerit, is pretium rei commodatæ, sine culpa sua peremtæ, refundere tenetur?* ℞. Neg.

8 *An ergo dicto casu a commodante petius repetit, quæ de suo amisit, ut servaret rem commodatam?* ℞. Affir. Vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 19. vid. tamen* Autores diſſentientes in *Notis* allegatos.

9 *Quam autem culpam præstat commodatarius, si res commodata sit utriusque, sc. & commodantis & commodatarii gratia?* ℞. Culpam tantum *levem*.

10 *Quid vero præstat commodatarius, si commodans sua duntaxat causa commodaverit, aut ultro sese ad commodandum obtulerit, v. g. si commodans commodavit tibi equum, ut eum honoris causa comiteris, vel sponsus sponsæ aliquid commodaverit, quo honestius culta ad se duceretur?* ℞. Tunc commodatarius *dolum* ſolummodo præſtat.

11 *An commodatarius casum fortuitum præstare debet?* ℞. Neg. & quidem ne quidem in prima ſpecie, (*sc. si commodatarii ipsius tantum gratia commodatum sit factum*) etiam de Jure *Saxonico*.

12 *An quoque commodatarius nec* Damnum *ab alio injuria datum resarcire debet?* ℞. Non debet.

bet; *l. 19. vid. tamen 15. §. 4. l. 41. locat. 66. princ. solut. matrim. Bach. vol.*
2. disp. 24. th. 2. lit. I. vers. an vero quo attendum & ad W. tit. locat. num. 15.
Burgund. d. tr. de peric. & culp. in contractib. cap. 2 in fin. NISI [1] com- 1
modatarius hosce quoque casus & omne periculum in se receperit. (3629)
1. C. h. t. in. 2. h. quo casu de solitu (3630) & insolitus tenetur. *arg. 17. §.* 2
2. locat. 78. § fin. de contrahend. emt. Carpzov. p. 2. c. 26. d. 8. Barbos. vol. 2.
disp. 19. th. 6. lit. H. ubi hoc limitant, in casu omnino insolito, (3631) qui
forte mille annis semel contingit. *Vid. tamen* (3632) *Barbos. in Cod. ad l.*
1. C. h. t. num. 14. Henning. Goeff. decad. 7. quaest. 5. Sebast. Med. de casib. for-
tuit. p. 1. quaest. 15. num. 18 & quaest. 16. num. 48 Gail. 2. observ. 23. num. 18.
Geav. 2. concl. 13. consid. 4. [2] si culpa a commodatario praestanda casum 3
praecesserit (3633) *5. § 4. & § 7. 18 pr. h. cap. un. 2. h. § 2. I. h. Kleppen.*
lib. 2. obs. 16. num. 6. in fin. vid. Molin. de I. & I. disp. 295. num. 5. [3] si com- 4
modatarii mora (3634) intervenerit, *c. un. 2. h.* aut [4] res solius com- 5
modatarii gratia, & aestimato (3635) commodata fuerit, *5. § 3. Bach.*
vol. 1. disp. 24. th. 3. vid. omnino (3636) *Fr. h. num. 44. & seqq.* quod tamen
aliter explicat (3637) *Zoes. in Comm. h. t. num. 10. Hahn. ad Wes. h. num. 7.*
verb. dummodo non ipsius culpa, vers. si res aestimata. Molin. de I. & I. disp. 295.
num. 9. & seqq. vid. infr. h. t. in fine Felic. de societ. cap. 11. num. 18 seqq.

A Cum hac aliquando concurrit actio L. Aquil. si nimirum res com- 6
modata culpa commodatarii deterior sit facta: *18. §. 1.* si tamen prius a- 7
gatur ex L. Aquil. haec actio tollitur; (3638) *18. §. 1.* hac vero prius in-
stituta remanet actio legis Aquil. quatenus plus (3639) continet. *7. §. 1.*
h. junct. 34. § 2. de oblig. & action. Fr. h. num. 37. & seq. Tabor. racem. crim.
2. th. 82. & seqq.

D Actio commodati CONTRARIA (3640) est personalis, competens 8
commodatario, ejusque heredibus, adversus commodantem ejusque
heredes, ad indemnitatem rei commodatae nomine consequendam: *17.*
§. 3. ut. si usus intempestive (3641) revocatus sit, *17. § 3.* aut commo- 9
dans sciens (3642) nihilque monens rem vitiosam commodavit, unde
commodatarius damnum accepit *18. § 3. L. pen. h.* [commodator e- 10
nim regulariter praestat dolum: qui hic (3643) quoque comprehendit
latam culpam. *Lage de I. & I. disp. 8. sect. 9. num. 110. Barbos. vol. 1. disput.*
24. thes. 4. lit. C. Bos. ad d. l. 18. § 3.] Datur etiam ad recuperandas ex- 11
pensas extraordinarias, in rem commodatam ex necessitate factas: mo- 12
dicas & cibaria tamen praestet commodatarius. *18. §. 2. Haun. in Encyclop.*
Jur. lib. 3. tit. 10. cap. 2. num. 3. Menoc. de arbitr. & ambig. convent. lib. 9. t. 2.
num. 6. Beneven. de contract. disput. 3. quaest. 15. num. 4. Gorf. de expens.
& me-

1 *Quando autem (1) fallit prædicta Regula?* ℞. Si commodatarius hosce quoque casus & omne periculum in se receperit.

2 *Si igitur commodatarius casus hosce & omne periculum in se receperit, an tunc non tantum de solitis, sed* insolitis *quoque tenetur?* ℞. Affir. quia sub vocabulo casus fortuiti omnia illa comprehenduntur, quæ præter solitum & expectationem nostram accidere consueverunt. Bachov. *cit. l.* vero hoc limitat in casu omnino insolito, qui forte mille annis semel contingit. *Vid. tamen* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 22.*

3 *Quando (2) fallit prædicta Regula?* ℞. Si culpa a commodatario præstanda casum præcesserit.

4 *Quando (3) fallit?* ℞. Si commodatarii mora intervenerit.

5 *Quando (4) fallit?* ℞. Si res solius commodatarii gratia, & æstimato commodata fuerit; quod tamen aliter explicat Zœs. *cit. l.*

6 *Qualis Actio aliquando cum hac* (sc. Actione commodati directa) *concurrit?* ℞. Actio Legis Aquiliæ, si nimirum res commodata culpa commodatarii deterior sit facta.

7 *An vero una harum Actionum alteram tollit?* ℞. Distingvendo: si enim prius agatur ex L. Aquilia, hæc Actio commodati tollitur; hac vero prius instituta, remanet Actio Legis Aquiliæ, quatenus plus continet.

8 *Quid est Actio commodati contraria?* ℞. Est Actio personalis, competens &c.

9 *Da exempla, in quibus hæc Actio competit, & indemnitas a commodante præstanda?* ℞. E. g. si usus a commodante *intempestive* & ante tempus finitum revocatus sit, (aliud enim est, si commodans ipsemet indigeat, quæ tacita conditio semper subest. Hahn. *ad Wes. h. t. n. 11.*) aut commodans sciens, nihilque monens rem vitiosam commodavit, & commodatarius exinde damnum accepit.

10 *Quam igitur culpam præstat commodator?* ℞. Regulariter præstat dolum, qui hic quoque comprehendit latam culpam.

11 *An hæc Actio* contraria *quoque datur ad recuperandas expensas extraordinarias in rem commodatam ex necessitate factas?* ℞. Affir. quia regulariter in omni negotio sumtus, ad rei conservationem ex necessitate facti, a domino sunt restituendi.

12 *Quis vero expensas modicas & cibaria præstat?* ℞. Commodatarius.

1 *Quid*

& melior. c. 3. num. 43. De utilibus impensis, (3644) *vid. 25. de pign. action. Fr. h. num. 62. in fin.* Si commodatarius rem perdidit, & pro ea 1 2
pretium dedit, deinde res in potestatem commodantis venit; datur commodatario hæc actio, ad rem vel pretium repetendum, *17 §. f. L. 21.* ita ut electio sit commodatoris (3645) tanquam debitoris, (3646) *d. l. 17. §. f. 10. § f. de jur. dot. Bachov. vol. 1. disput. 24. th. 4. lit. d. vers. si res commodat. Fr. h. num. 59 & 60. Zas. h. num. 19. Gerbous. part. 2. perical. Academ. quæst. 43.*

SS Quod autem contrario judicio consequi quisque potest, id etiam, 3
si directa actione conveniatur, potest salvum habere, *18. §. f. h. 17. §. ult. l. 59. de furt.* vel * Jure pensationis sive compensationis, *vid. l. 11.* D
de neg. gest. (3647) si æstimatio venit præstanda: (3648) *f. pr. & §. 1.* 4
C. de compens. arg. pen. C. de depos. Zas. h. num. 22. Bus. ad d. l. 18. §. f. h. t. de Mesa l. 2. Variar. Resol. cap. 34. num. 20.

vel * Jure retentionis, (3649) si res commodata est d. 5
species & in specie restituenda. *arg. 18. de pign. act. 4. C. de compens. f. C. h. Groenew. ad d. l. f. C. commod.*

Occasione *L. 5. §. 2. h.* agetur hic generaliter de dolo, culpa & ca- 6
su. (3650)

D * *DOLUS* [*vid. supr. ad tit. de dol. mal.*] hic est machinatio alium sci- E 7
enter & maligno (3651) animo lædendi. *1. §. 2. de dol. 7. §. 9. de pact.* So- 8
la scientia non sufficit. *29. pr. mandat. Molin. de I. & I. tr. 2. disp. 293. num.*
5. Hic dolus præstatur in omni contractu, nec conventione potest ex- 9. 10
cludi. (3652) *23. de R. I. 27. §. 3. de pact. 17. pr. Commod.*

D * *CULPA* late significat factum hominis, injuria damnum produ- e, 11
cens, & ideo præstandum. In hac significatione etiam dolum compre- 12
hendit, *vid. 5. §. 1. ad L. Aquil. 11. §. f. ad L. Jul. de Adulter. 38 sol. matrim. 203. de R. I. 11. §. 1 & 2. C. de repud. Gudd. ad l. 223. §. 2. num. 1. de V. S. Bergal. de dolo lib. 5 c. 1. num. 3. & seqq. Molin. de I. & I. tr. 2. disp. 293. num. 2.*
sive dicto, scripto aut consilio, imo actu negativo (3653) fiat. *Vid. §. f. I.* 13
de V. O. 4. quæ in fraud. credit. 121. de R. I. 109. de V. S. Grot. de jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 4 num. 5.

f Dividitur [1] in culpam omissionis (3654) & commissionis, *vid. 91.* 14
pr. de V. O. Gudd. ad d. §. 2. num. 1. in f. Bergal. d. cap. 1. num. 14 & 15.
[2] in culpam malitiæ, (3655) [quæ nihil aliud, quam dolus,] & impru- 15
dentiæ seu negligentiæ. (3656) *Molin. de I. & Jur. d. Disp. 293. num. 5. in fin. Gothofr. in comment. in tit. d. R. I. ad l. 23. p. 107.*

Culpa

1 *Quid in utilibus impensis obtinet?* ℞. De his vid. *l. 25. de pign. act.*

2 *Si commodatarius rem perdiderit, & pro ea pretium dedit, deinde vero res in potestatem commodantis venit; an commodatario hac Actio contraria datur, ut commodator aut rem præstet, aut pretium reddat?* ℞. Affir. ita tamen, ut electio sit commodatoris tanquam debitoris.

3 *Quotuplici modo quis id, quod* contrario *judicio consequi potest, si directa Actione conveniatur, salvum habere potest?* ℞. Duplici: vel jure *pensationis* sive compensationis, vel jure *retentionis.*

4 *Quando jure pensationis sive compensationis?* ℞. Si æstimatio venit præstanda: quo casu etiam ob alia debita compensatio, proprie ita dicta est admittenda. *text. ib.*

5 *Quando jure retentionis?* ℞. Si res commodata est species, & in specie restituenda: hoc enim in casu compensatio proprie ita dicta locum non habet. *text. ib.*

6 *Cujus occasione hic* generaliter *de diffusa & intricata quæstione illa agitur, quatenus sc. Dolus, Culpa, & Casus fortuitus in contractibus præstandus, sive quatenus damnum, quod dolo, culpa vel casu contingit, est resarciendum?* ℞. Occasione *l. 5. §. 2. ff. h. t.*

7 *Quid igitur hic est Dolus?* ℞. Dolus hoc in loco in genere accipitur pro machinatione, alium scienter & maligno animo lædendi: in hoc enim sc. in *προαιρέσει*, sive voluntate lædendi, moraliter contra jus, & cum injuria, doli essentia consistit, e. g. in *l. 7. §. 3. l. 9. §. 4. l. 37. ff. de dol. mal.*

8 *An ergo sola scientia hic non sufficit?* ℞. Non sufficit, cum adhuc deficere possit malignus animus & *προαίρεσις* alterum lædendi.

9 *In quibus autem contractibus hic dolus est præstandus?* ℞. In omnibus: nemo enim ex delicto suo seu facto doloso commodum sentire debet.

10 *An tamen dolus* (sc. futurus) *conventione excludi potest?* ℞. Neg. hoc enim invitaret ad delinquendum. Ergo conventio, *ne dolus futurus præstetur*, nullo modo valet.

11 *Quid culpa* late *significat?* ℞. Factum hominis, injuria damnum producens, & ideo præstandum. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 29.*

12 *Quid Culpa in hac significatione etiam comprehendit?* ℞. Dolum.

13 *Quomodo autem* Factum *hominis hic accipitur?* ℞. Late & moraliter, ita, ut dicta, scripta & consilia, imo etiam actus negativos comprehendat.

14 *Quomodo culpa* (1) *dividitur?* ℞. In culpam *omissionis*, (quæ fit omittendo, quando sc. quis illud omittit, quod facere debet) & *commissionis*, quæ fit in committendo, quando sc. quis id facit, quod facere non debet.

15 *Quomodo Culpa* (2) *dividitur?* ℞. In culpam *malitiæ*, (quæ nihil est aliud, quam dolus,) & *imprudentiæ* seu negligentiæ.

D Culpa *IMPRUDENTIÆ* est factum hominis, negligentia sive im- 1
prudentia damnum producens, quod alias hominibus prudentis & di-
ligenti consilio & cura caveri potuisset. *Tabor. part. 4. part. elem. sect. 1.*
th. 4. Inde vocatur negligentia, imprudentia, desidia & incuria, Eine 2
Unvorsichtigkeit. *§. 3. I. quib. mod. re. §. ult. I. de soc. 1. §. 5. de O. & A. 25.*
§. 2. de V. S. 64. pr. de evict.

† Hujus ut & diligentiæ sunt tres gradus, *vid. 5. §. 2. commod. 47. §. 5. de* 3
leg. 1. l. 6. §. 2. de Jur. & fact. ign. Bachov. vol. 1. Disp. 16. th. 2. lit. a. verb.
illud hoc semel. Vinn. ad §. 2. I. quib. mod. re. num. 7 & 10. Boerr. in Comm. in
l. 23 de R. I. c. 3. num. 10.

D * [1] *INFIMA* seu remissa diligentia est, quam omnes homines F 4
communi sensu utentes, etiam parum diligentes, in rebus suis adhibe-
re solent. *§. 3. I. quib. mod. re. 32. ibi: qui non ad eum modum. depos. Gotho-*
fred. in Comment. in tit. de R. I. ad l. 23. pag. 108. Hujus omissio dicitur 5
CULPA LATA, *213. § 2 l. 223. de V. S.* & levior, &c. *in l. 32. depos. Gotho-*
fred. d. l. Bergal. tr. de dol. lib. 5. c. 1. num. 19. Mejer. in Comment. de culpa in
contract. præstand. th. 11. & th. 88. Vinn. ad §. 2. I. quib. mod. re. num. 8. in
fin. Gothofred. ad d. l. 23. pag. 108. & seq. Boerr. in Comm. in l. 23. de R. I. num.
21. & seq. Exempla vid. (3657) apud *Vinn. d. l. Lago de I & I. disp. 8. sect.* 6
3. num. 26. l. 7. pr. depos. 8. § 10. mand. 7. §. 7. de dol. mal. Burgund. in Com-
ment. de pericul. & culp. in contr. cap. 1. num. 7. [*vid. tamen* (3658) *17. § 1. de*
Jud.] *29. pr. mandat. 7. ad L. Cornel. de Sicar & ap. Gothofred. ad d. l. 23. de*
† *R. I. pag. 110 & 111.* Hanc nonnulli dividunt in culpam malitiæ & igna- 7
viæ: *Zas. lib. 1 sing. respons. cap. 2. num. 11. Bergal. d. l. 5 cap. 2. num. 3. &*
seqq. Bachov. vol. 1. disp. 16. th. 2. lit. a. verb. *illud hoc semel.* sed illa ve- 8
rum dolum continens, *Bergal. d. cap. 2. num. 4 & Zas. d. c. 2. num. 13.*
recte a culpa, stricte dicta, separatur, & dolo annumeratur, (3659)
Bachov. in Comment. Instit. ad §. 2. quib. mod. re. num. 3. in fin. ibi Vinn.
num. 11. Gothofred. in Comment. in tit. de R. I. ad. l. 23. pag. 108 & 111.
Lata culpa, quia prope fraudem & dolum accedit, *29. pr. mandat 7.* 9
§. 1. de suspect. tutor. in contractibus, & in quibusdam delictis, (3660)
quoad pecuniarium (3661) interesse, juris interpretatione, dolo æqui-
paratur, & quoad effectum juris, doli appellatione comprehenditur;
226. de V. S. 1 § 5 de O. & A. 32. depos. 8. § 3. de precar. 1. §. 2. si is, qui te-
stam. liber. juss. 1. § 1 si mens. fals. mod. licet (3662) particula taxati- 10
va (3663) doli vocabulo addita sit, *l. 1. §. 5. de O. & A. 8. §. 3. de*
precar. 1. §. 1. si mens. fals. mod. Gothofred. ad d. l. 23. pag. 111. vid.

omnino

1 *Quid est Culpa imprudentiæ?* ℞. Est factum hominis, negligentia, (*sc. injuriosa, quæ est contra regulas justitiæ*) sive imprudentia damnum producens, quod alias &c.

2 *Quomodo hæc Culpa imprudentiæ alias passim vocatur?* ℞. Negligentia, imprudentia, desidia & incuria, Eine Unvorsichtigkeit.

3 *Quot sunt hujus Culpæ sive negligentiæ, ut & diligentiæ gradus?* ℞. Tres: sc. (1) Diligentia *infima* seu remissa; (2) media sive exacta, & (3) summa sive exactissima: Culpa vero [1] lata, [2] levis & [3] levissima. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 30.*

4 *Quid est infima seu remissa diligentia?* ℞. Quam omnes homines &c.

5 *Quomodo hujus diligentiæ infimæ omissio dicitur?* ℞. Culpa *lata*, &, ad distinctionem Culpæ levis, etiam *latior*; item, *nimia, magna, supina, crassa, gravior, dissoluta, summa* & *manifesta*; *negligentia*, deperditi & securi hominis *ignorantia*, Culpa dolo *proxima* &c. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 31.*

6 *Quis exempla hujus Culpæ* latæ *habet?* ℞. Vinnius & Lugo. *citt. ll.* E. g. si quis noctu ædium ostia, aut fenestras, per quas de plano intrari potest, apertas relinquat; aut si quis rem, fidei suæ commissam, in loco publico, aut eo, quo quivis accedere potest, incustoditam jacere patiatur, credens, neminem venturum, qui auferat; item, si quis rem, quam vendere debebat, corrumpi passus sit; vel, si putator arborum, non proclamans, ramum in viam publicam dejiciat, eoque ictu prætereuntem interficiat. Ad hanc quoque Culpam *latam* refertur, si quis, amicitiæ, vel intempestivæ misericordiæ ductu, aliquid facit, quod facere non licet. *Vid.* tamen cit. *l. 15. §. 1. ff. de judic.* & Lauterb. *d. l.*

7 *Quomodo hanc Culpam latam nonnulli dividunt?* ℞. In Culpam *malitiæ* sive *versutiæ*, & *ignaviæ*.

8 *An vero hæc divisio est probanda?* ℞. Neg. cum enim in Culpa lata *versutiæ*, etiam malum propositum & malignum animum intervenire, nec illam doli machinatione carere, scribant Bargal. & Zas. *citt. ll.* ea propter illa recte a Culpa *stricte* dicta separatur, & dolo annumeratur.

9 *An autem Culpa lata a dolo differt?* ℞. Affir. quia tamen prope fraudem & dolum accedit, ideo in contractibus, imo etiam in *quibusdam* delictis (non in omnibus, ut in furto, injuria &c. in capitalibus *l. 7. ff. ad L. Corn. de Sicar.*) quoad pecuniarium interesse, juris interpretatione dolo æquiparatur, & quoad effectum juris doli appellatione comprehenditur.

10 *An hoc verum est, licet particula taxativa doli vocabulo addita sit?* ℞. Affir.

omnino Borgal. tr. de dol. lib. 5. c. 2. num. 6. & seqq. num. 20. & seqq. Mejer. in Comment. de culpa in contr. praestand. th. 107. & seqq.

D * [2] *MEDIA* sive exacta diligentia est, quam natura humana, consueta sc. desiderat, *32. depos. Bachov. vol. 1. Disp. 10. th. 5. lit. C. D. verb. eo depositio excepto.* & homines frugi ac diligentes in rebus suis communiter adhibere solent. *11. de peric. & commod. rei vendit. 35. §. 4. de contr. emt. 10. de adm. tut. 14. de pignor. act. 31. ad L. Aquil.* Hanc si quis rebus alienis, (3664) vel aliis in specie restituendis non adhibeat, *LEVIS CULPA* vocatur, *7. C. arbitr. tutel. junct. 10. de adm. tut. 47. §. 5. de leg. 1. l. 22. §. 3. ad SCt. Trebell. Vid. Borgal. tr. de dolo lib. 5. c. 3. num. 4. & seqq.* quae in jure regulariter vocabulo culpa simpliciter posito denotatur; *5. §. 2. commod. 23. de R. I. 5. §. 3. de in litem jur. 13. §. 1. junct. 14. de pign. act. inst. 1. §. 35. depos. Vinn. ad §. 2. I. quib. mod. re. num. 9. in fin. Borgal. d. cap. 3. num. 20. & seqq.* nisi subjecta materia, (3665) & leges aliae aliud suadeant. *§. 6. I. de susp. tut. junct. 7. §. 1. ff. eod. 25. §. pen. locat. 16. de cond. furtiv. 11. §. 5. ad L. Jul. de adult.* Haec culpa interdum in concreto (3666) accipitur pro illa negligentia, qua quis non adhibet diligentiam, quam alias in suis rebus adhibere solet; ut * in societate (3667) *§. fin. I. de Societ. 72. pro soc.* & rerum communione. *25. §. 16. famil. ercisc.* Unde fit, ut in hisce negotiis, si diligentissimus, & minus diligens, non adhibeant in rebus alienis suae & consuetae diligentiae gradum, uterque in concreto levem culpam committat. *§. f. I. de soc. dd. l.* quamvis in abstracto illius culpa sit levissima, hujus vero lata. *32. depos.* (3668) In hoc minus diligenti dolus praesumitur, si ipse minimam illam diligentiam in alienis non adhibeat: sed idem praesumi in levi culpa, vanum; de levissima autem culpa vanissimum & falsissimum (3669) esse scribit *Mejer in Comm. de culpa in contr. praest. th. 117.* ubi docet, illud, quod traditur in *c. 9. x. depos.* (3670) nimis crudum esse. *Vid. Tabor. part. Element. 4. sect. 1. th. 5. in fin. Borgal. d. l. 5. c. 3. num. 11. & 12. Bachov. vol. 1. d. 10. th. 5. lit. C. verb. eo deposito excepto. Fr. Everh. 9. quaest. 9.* In dote & administratione tutelae, culpa levis in abstracto accipitur (3671) *24. §. 5. sol. matrim. 10. de adm. tut.* si tamen maritus & tutor in suis essent diligentissimi, eandem diligentiam, summam scil. etiam in rebus dotalibus & pupillaribus adhibere tenentur. *17. pr. de jur. dot. 1. pr. de tut. & ration. distrah.*

D * [3] *SUMMA* diligentia sive exactissima est, quae ab hominibus diligentissimis in rebus suis communiter adhiberi solet. *18. pr. commod. 1. §. 4. de O. & A. §. 2. I. quib. mod. re. 25. §. pen. locat.* Haec in jure interdum vocabulo diligentiae absolute posito, significatur. *5. §. 2. in f. §. ult. commod.*

1 *Quid est media sive exacta diligentia?* ℞. Quam natura humana, consueta scil. desiderat, & homines frugi ac diligentes in rebus suis communiter adhibere solent..

2 *Si quis hanc mediam sive exactam diligentiam rebus alienis, vel aliis in specie restituendis non adhibeat, quomodo hæc diligentia vocatur?* ℞. LEVIS CULPA.

3 *Quo vocabulo hæc Culpa levis in Jure regulariter denotatur?* ℞. Vocabulo Culpæ *simpliciter* posito; nisi subjecta materia & Leges aliæ aliud suadeant.

4 *Pro quo hæc Culpa* levis *interdum in* concreto *accipitur?* ℞. Pro illa diligentia, qua quis non adhibet diligentiam, quam alias in suis rebus adhibere solet.

5 *Da exempla illorum contractuum, in quibus hæc Culpa in concreto accipitur?* ℞. Hoc fit in societate, & rerum communione.

6 *Si ergo in hisce negotiis diligentissimus & minus diligens non adhibeant in rebus alienis suæ & consuetæ diligentiæ gradum, quam Culpam committunt?* ℞. Uterque in *concreto* Culpam *levem* committit: cum hic Culpa æstimetur ex qualitate personæ Culpam committentis, & omissione illius diligentiæ, quam quis alias ipse in suis rebus adhibere solet. *Vid.* Hopp. *ad § 2. J. de Oblig. pag. 633.*

7 *Qualis vero Culpa hæc, ab illis commissa, in* abstracto *est?* ℞. Illius (*sc. diligentissimi*) est Culpa levissima, hujus (*sc. minus diligentis*) Culpa lata est.

8 *An in hoc minus diligente* dolus *præsumitur, si ipse minimam illam diligentiam in alienis non adhibeat?* ℞. Affir. quia in causis pecuniariis Culpa lata dolo æquiparatur.

9 *An idem etiam præsumitur in Culpa levi & levissima?* ℞. Idem præsumi in levi Culpa vanum, de levissima autem Culpa vanissimum & falsissimum esse, scribit Mejer. *cit. l.* ubi etiam illud, quod in *c. 2. x. depos.* traditur, nimis crudum esse docet. *Vid.* Jus Prov. Wurtemb. *p. 2. t. 3. pr.* & Hahn. *ad Wes. tit. depos. num. 5.* verb. *si nulla mora.* ubi præjud. *Vid.* tamen Coccej. *Jus controv. h. t. quæst. 13.*

10 *Quomodo in dote & administratione tutelæ Culpa levis accipitur?* ℞. In abstracto.

11 *Si tamen maritus & tutor in suis essent diligentissimi, quam diligentiam in rebus dotalibus & pupillaribus adhibere tenentur?* ℞. Eandem diligentiam, scil. summam: cum enim exactissima hæc diligentia ipsis sit ordinaria, inde respectu ipsorum habebitur hæc tantum pro exacta.

12 *Quid est diligentia* summa *sive exactissima?* ℞. Quæ ab hominibus diligentissimis in rebus suis communiter adhiberi solet.

13 *Quonam vocabulo hæc diligentia* summa *in Jure interdum per excellentiam significatur?* ℞. Vocabulo diligentiæ absolute posito.

mod. 13. de R. I. Bocer. in Comm. ad L. 23. de R. I. c. 3. num. 23. & seqq. Bachov.
vol. 1. disp. 26. th. 2. lit. a. verb. illud hic semel fere in fin. Vinn. ad §. 2. I. quib.
mod. re. num. 10. vid. tamen 68 pr. de contrah. emt. 36. de action. emt. 6.
junct. l. ult. §. 4. de adm. rer. ad civit. pertinent. Mejer. in Comment.
de culpa in contr. praest. th. 186. & seqq. Hunc extremum diligentiae gra- 1
dum in jure etiam vocabulo *CUSTODIAE* denotari, tradit Cujac. *lib.*
19. obs. cap. 24. Bocer. in Comment. ad l. 23. de R. I. c. 3. num. 26. Vinn. ad
§. 2. I. quib. mod. re. num. 10. verum, hoc reprehendit *Pac. in tr. de con-*
tract. 1. cap. 9. §. 99. Borchard. Eden. in tr. de domnat. culp. infect. praest.
part. 3. sect. 2. §. 1. & seqq. Mejer. in Comment. de culpa in contr. praest.
D *th. 231* (3672) Custodia enim nihil est aliud, quam opera, quae rei 2
asservandae impenditur: estque, instar diligentiae, (3673) vel infima 3
sive remissa, (3674) *§. 3. I. quib. mod. re.* vel media sive exacta, *§.*
17. I. de oblig. quae ex delict. §. 5. I. quib. mod. re. 35. §. 4. de contrah. emt.
vel summa, exactissima sive plena. *2. §. 1. de pericul. & commod. rei*
vend. 5. §. 5. commod. junct. 1. §. 4. de Obl. & Act. Qualis autem custo- 4
diae gradus vocabulo illo absolute posito intelligatur, ex subjecta mate-
ria, & aliis legum verbis est aestimandum. *Vid. 28. C. de locat. §. 3. I.*
de emt. vend. 14. pr. in fin. de furt. Licet enim custodia sub generali vo-
cabulo diligentiae comprehendatur: saepe tamen & diligentia, & cu-
stodia ejusdem gradus conjunguntur. (3675) *36. de act. emt. 13. §. 1. junct.*
14. de pign. action. 19. C. de pign. 5. §. 5. commod. Gothofr. in Comment. ad tit.
de R. I. in l. 23. p. 119. Summa diligentia interdum dicitur exacta; posi- 5
tivo pro superlativo posito. *§. 2. I. quib. mod. re. vid. 5. §. 5. commod. Ba-*
chov. ad d. §. 2 fere in fin. Neque superlativus semper significat extre-
mum in summo gradu. *Vinn. ad d. §. 2. num. 13. Mejer. in d. comm.*
thes. 19. 40. & seqq. Summae sive exactissimae diligentiae omissio di- 6
citur *CULPA LEVISSIMA*, *44. ff. ad L. Aquil.* (3676) *vid. Mejer. in*
Comment. de culpa in contr. praestand. th. 18. & seqq. Borgal. d. tr. de dol.
lib. 5. cap. 4. num. 1. & seqq. sive minima. *Borgal. d. c. 4. num. 3.* Exem- 7
pla refert Borgal. *d. c. num. 6. Vinn. ad §. 2. I. quib. mod. re. num. 10. Bo-*
nacin. de contr. & restit. disp. 3. quaest. 1. punct. 6. num. 1. vers. culpa le-
vissima.

Quae de diligentiae & culpae aestimatione dicta sunt, Dd. commu- 8
niter restringunt ad homines ejusdem conditionis & professionis;
(3677) ita ut *lata culpa* ab ipsis describatur, omissio diligentiae, quam
omnes homines ejusdem professionis & conditionis, etiam minus
dili-

1 *Quonam vocabulo hic extremus diligentiæ gradus in Jure denotatur?* ℞. Vocabulo *Custodiæ* eum denotari tradit Cujac. Bocer. & Vinn. *citt. ll.* verum hoc reprehendit Pac. Borchard. Eden. & Mejer. *citt. ll.*

2 *Quid igitur est Custodia?* ℞. Est nihil aliud, quam opera, quæ rei asservandæ impenditur.

3 *Quotuplex est Custodia?* ℞. Est instar *diligentiæ*, sc. vel Custodia *infima* sive remissa, vel *media* sive exacta, vel *summa*, exactissima sive plena.

4 *Qualis autem Custodiæ gradus intelligitur, Custodiæ vocabulo* absolute *posito?* ℞. Hoc ex subjecta materia & aliis Legum verbis est æstimandum; nec, si diligentiæ vel culpæ vocabulum custodiæ additur, statim *plena* custodia denotatur. Licet enim custodia sub *generali* vocabulo diligentiæ comprehendatur: sæpe tamen & diligentia, & custodia ejusdem gradus conjunguntur, & hæc quoque specialiter & expresse requiritur. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 37.*

5 *Quomodo autem interdum* summa *diligentia in Jure dicitur?* ℞. Diligentia *exacta*, posito sc. pro superlativo positivo; sicuti e contrario etiam superlativus non semper habet significationem extremi in summo gradu.

6 *Quomodo dicitur summæ sive exactissimæ diligentiæ omissio?* ℞. CULPA LEVISSIMA, sive minima.

7 *Quis exempla hujus Culpæ levissimæ refert?* ℞. Bargal. Vinn. Bonac. *citt. ll.* v. g. si commodatarius librum commodatum relinqueret in camera, & in ea claudenda clavem quidem revolveret, sed non tentaret, an esset bene clausum ostium, quod diligentissimus non solet omittere; item, si quis fenestras versus publicum, remotiores a locis, in quibus dormit familia, non munierit clathris aut ferreis perticis. *Vid.* Lauterb. *d. l. in fin.*

8 *Ad quid DDres ea, quæ in precedentibus de diligentiæ & culpæ distinctione atque æstimatione dicta sunt, communiter restringunt?* ℞. Ad homines ejusdem conditionis & professionis ita, ut LATA CULPA ab ipsis describatur, *quod sit omissio diligentiæ, quam omnes homines ejusdem professionis & conditionis, etiam minus diligentes, adhibere solent*; LEVIS vero, *omissio diligentiæ, quam homines ejusdem professionis & conditionis* diligenter; & LEVISSIMA, *quam homines ejusdem professionis & conditionis* diligentissime *in rebus suis communiter adhibere solent.*

diligentes, adhibere (3678) solent, &c. *Bonac. de contr. & restit. d. 3. q. 1.*
punct. 6. num. 1. Bocer. in Comment. ad l. 23. de R. I. c. 3. num. 11. Borgal. tr. de
dolo l. 5. c. 4. num. 7. (3679)
Quid autem in unoquoque contractu præstandum sit, (3680) depen- 1
det ex conventione partium; (3681) *5. §. 2. in. commod. 23. de R. I. 1. §. 6.*
depos. 1. C. eod. vid. (3682) *tamen 6. de pact. dotal.* si vero nihil conven- 2
tum, respicitur ad naturam contractus. Ubi nota: (3683) [1] si con- 3
tractum sit propter solius accipientis utilitatem, v. g. commodatum; *1.*
§. 4. de O. & A. 18. pr. tum obligatur debitor ad summam (3684) dili-
gentiam: *5. §. 2. commod. Bonac. tr. de contract. & restit. D. 3. quæst. 1. punct.*
6. num. 5 excepto precario, (3685) ubi tantum dolum & latam culpam 4
præstat (3686) *4. §. 3. de prec. Mejer. in Comment. de culp. in contr. præst.*
§. 124. Tabor in part. Elem. 3. in fin. th. 3. Dans vero in tali contractu 5
tantum de dolo (3687) tenetur. *61. §. 6. de furt. Mejer. d. Comm. §. 301.*
[2] si utriusque (3688) utilitas versatur; levem culpam sibi invicem 6
præstant. *§. 5. I. quib. mod. re. 5. §. 2. l. 18. pr. vers. at si utrinque commod.*
31. in fin. locat. 108. §. 12. de Leg. 1. Bonacin. d. Disp. 3. quæst. 1. punct. 6. num.
7. [3] si in contractu solius dantis (3689) utilitas versatur, accipiens tan- 7
tum latam culpam præstat; *5. §. 2 & 10. l. 12. pr. Commod. 1. §. 5. de O. & A.*
108. §. 12. de Leg. 1. dans vero sive creditor omnem diligentiam & culpam.
61. §. 5. de furt. Mejer. in d. Comm. th. 302. Bachov. vol. 1. Disp. 27. th. 7. lit. a.
f. Hahn. ad Wes. tit. depos. num. 14.

H * *CASUS* fortuitus interdum bonam denotet fortunam, *§. 39. I. de* e. 8
R. D. sæpius vero malam: in lata significatione omnem eventum, 9
(3690) qui accidit sine intentione illius, qui illum patitur, licet ex ejus
culpa. *9. 11. de incend. 1. §. 3. ad L. Cornel. de Sicar. Carpzov. p. 1. quæst. 1. num.*
D *55. vid. Tabor. in racem. crim. 1. th. 26.* Stricte & ex communi usu juris, 10
est rei eventus, qui nulla humana diligentia vel prudentia ab eo, qui illum
patitur, præcaveri (3691) potest; *2. §. 7. de admin. rer. ad civit. pertin. 23.*
de R. I. 4. C. de pericul. tut. Medic. tract. de casib. fortuit. part. 1. quæst. 12. n.
1. sed cuivis diligentissimo contingere possit, *11. §. 5. de minor.* propter
ignorantiam (3692) humanam, *6. C. de pign. act. 29. §. 2. mand.* vel infir-
mitatem (3693) humanam, *1. §. 4. de O. & A. 25. §. 2. locat. 18. pr. commod.*
23. de R. I. vid. Gothofred. in comm. in tit. de R. I. ad d. l. 23. pag. 144. & seqq.
Gregor. Tholos. in Syntagm. univers. jur. lib. 11. cap. 12. num. 4.
f Hic casus dicitur etiam fatum, damnum fatale, fortuna, vis ma- 11
gna, major, divina, *vid. Bocer. ad l. 23. de R. I. cap. 3. num. 33. Reb-*
han.

1 *Qualis autem diligentia & culpa in unoquoque contractu (vel quasi contractu, aut simili negotio, quale est precarium) est præstandum?* R. Hoc primo omnium æstimandum est ex conventione partium. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 39.*

2 *Si vero de hoc nihil fuerit conventum, ad quid respiciendum?* R. Tunc ad naturam contractuum, & quidem ad finem & utilitatem respicitur, de qua *tres* notandæ veniunt Regulæ.

3 *Quænam igitur est* prima *Regula?* R. In quo contractu *solius* accipientis sive debitoris utilitas versatur, in eo accipiens seu debitor ad *summam diligentiam* & præstationem *levissimæ culpæ* obligatur, ut: in commodato commodatarius.

4 *Quale negotium autem hic excipitur?* R. Precarium, ubi accipiens tantum dolum & latam culpam præstat.

5 *Ad quid autem* dans *in solo contractu tenetur, in quo* nulla *ejus est utilitas?* R. Hic accipienti tantum de dolo tenetur ita, ut Judex hic paulo remissius circa doli mali interpretationem versari, & quædam conniventibus oculis condonare debeat. *arg. l. 62. § 6. ff. de furt.* Lauterb. *d. l. in fin.*

6 *Quænam est* secunda *Regula, quæ hic notanda?* R. Si utriusque utilitas versatur, levem culpam sibi invicem præstant. Interdum tamen accidit, ut hæ præstationes ob rerum vel personarum qualitatem mutentur. Lauterb. *d. l. § 40. in fin.*

7 *Quænam est* tertia *Regula?* R. In quocunque contractu *solius dantis* utilitas versatur, in eo ab accipiente & debitore tantum infima adhibenda est diligentia, & lata tantum culpa est præstanda; a dante vero sive creditore omnis diligentia & culpa.

8 *Quid casus, sive casus fortuitus interdum denotat?* R. Bonam fortunam, *arg. l. 39. ff. de R. D.* (ubi thesaurus casu fortuito inventus opponitur ei, qui data ad hoc hominis opera repertus est, quo sensu *fortuna* dicitur a JCto Tryphonino in *l. 63. §. 1. ff. de A. R. D.*) sæpius vero malam, quæ sc. damnum infertur.

9 *Quid casus, sive casus fortuitus in lata significatione denotat?* R. Omnem eventum, qui accidit sine intentione illius, qui illum patitur, licet sit culposus & ex ejus culpa proveniat; & ita etiam hoc vocabulum nonnulli accipiunt in *l. 11. §. 2. ff. de pœn.* vid. tamen Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 42.*

10 *Quid vero in stricta acceptione, & communi usu juris est casus fortuitus?* R. Est rei eventus, qui nulla humana diligentia vel prudentia ab eo, qui illum patitur, præcaveri, sed etiam diligentissimo contingere potest propter ignorantiam, (*invincibilem sc. & justam*) vel infirmitatem humanam. *Vid.* omnino Lauterb. *d. l. §. 43.*

11 *Quomodo hic casus fortuitus alias etiam dicitur?* R. Fatum, *l. 11. §. 5. ff. de minor. l. 6. pr. ff. de R. V.* damnum fatale, *l. 5. §. 4. ff. commod. l. 52. §. 3. ff. pro soc.* fortuna, *l. 1. §. 11. ff. de magistr. conv.* vis magna, major, *§. 2. J. quib. mod. re contrah. obl.* divina. *l. 25. §. 6. ff. locat. l. 24. §. 4. ff. de damn. inf.*

bon. in Hodeg. Jur. chart. 2. chim. 3. par. 3. ib. 40. item casus improvisus, 1
13. C. mandat. 1. C. ad L. Cornel. de Sicar. [*Dissent. Sebast. Mod. d. tr. quaest. 11. num. 10. & Petr. Greg. Tholos. d. c. 11 num. 3.*] item periculum; *9. § 5.* 2
l. u. pr. de R. C. 12. § 1. deposit. 17 § 1. & pen. de P. V. 12. 14. de peric. & commod. rei vend. 14. pr. de furt. quamvis hoc vocabulum haud raro etiam denotet damnum culposum; & res nostro periculo esse dicatur, in qua non casum fortuitum, sed tantum culpam levem & levissimam praestamus. *13. § 1. de liber. caus. 1. § 35. depos. 37 § 1. de neg. gest. 40. locat. 13 pro soc. 14. § 16. de furt.* 3
Unde etiam in jure dicitur, aliquem periculo culpae, negligentiae, custodiae vel contumaciae obligari. *39. § 12. l. 40. de administr. tut. 5. § 7. ibi periculum, quod culpa contingit ff. commod. 18. pr. de damn. infect. Vinn. ad § 1 I. quib. mod. re contr. obl. num. 4. Pauerschmann.*
lib. 1. quaest. 6. num. 31. & seqq. Bocer. in l. 23. de R. I. cap. 3. num. 34. Qui 4
periculum per pactum in se recepit, non semper (3694) de casu fortuito tenetur. *Vid. 7. § 15. de pact. junct. 1. § 35. depos. Rauchb. part. 2. quaest. 19.*
num. 19. Quale vero (3695) periculum praestare debeat, (3696) ex sub- 5
jecta materia, & paciscentium intentione dijudicandum est. *Vid. omnino Sebast. Medic. d. tr. de casib. fort. part. 1. qu. 15. pr. & quaest. 11. num. 10 & 11. Pauerschmann. l. 1. quaest. 6. per tot.*

Casus fortuitus, sive damnum casuale regulariter in nullo contractu 6
praestatur. *23. de R. I. l. 6. C. de pignor. action.* [ubi verba illa: *nullo bonae fidei contractu.* contractus stricti juris non (3697) excluduntur; *23. de V. O. Vinn. ad § 2. I. quib. mod. re. num. 4.*] *Romanus tr. de contract. & vester Disp. 3 quaest. 1. punct. 6. num. 11.* NISI [1] casum praecesserit culpa 7
(3698) alias praestanda; *5. § 4 & 7. commod. cap. un. X. eod.* vel [2] mora; (3699) *23. de V. O. 12. § 3. depos. 8. § 6. de precar. 5. un. X. de commodat. Vinn. ad § 2. Inst. quib. mod. re. num. 6. vid. tamen 14. § 1. deposit. Barbos. vol. 2. Disp. 3. th. 8. lit. a. & b.* aut [3] pacto quis casus fortuitos receperit; *9. § 2. locat. 6. C. de pign. act. 1. C. depos. 1. X. commod. cap. un. X. commod. Tabor. de contr. & jur. Societ. cap. 5. num. 7.* licet casus specialiter non enumeraverit. *Bus. ad l. 15. § 2. locat. n. 8. vid. Pauerschmann. l. 1. quaest. 6. num. 44. & seqq.* aut sit casus insolitus: [*vid. Pauerschmann. lib. 1. quaest. 8.*] *arg. 8. de publ. in rem act. 1. § 1. de leg. praestand. 78 § 5. de contrah. emt. Mascov. in verb. furtum de locat. & conduct. Q. cum casum fortuitum in se suscepit &c. Bus. ad d. l. 15. § 2. locat. n. 6 & 7. Pauerschmann. lib. 1. quaest. 7. vid. supra Object.* [*Dissentiunt* (3700) *§§. Gail. 2. obs. 23 num. 18. & obs. 52. num. 27. Rauchb. l. 2. qu. 19. n. 10. & alii supra h. t. in O. Commodati circa finem citati Dd.*] aut [4] res venditionis gratia aestimata (3701) fuerit tradita:

1 *Quomodo porro hic casus fortuitus dicitur?* ℞. Casus improvisus. *cit. l.* Commentatis enim est differentia, quam inter casum fortuitum & improvisum facit post alios Sebast. Med. & Petr. Greg. Tholos. *cit. l.* vid. Lauterb. *d. l. §. 44. in fin.*

2 *An casus fortuitus etiam periculum in Jure dicitur?* ℞. Affir. quamvis hoc vocabulum haud raro etiam denotet damnum culposum, & rei nostro periculo esse dicatur, in qua non casum fortuitum, sed tantum culpam levem & levissimam praestamus.

3 *De exemplum hujus ultimi affertis?* ℞. Sic dicitur, aliquem periculo culpae, negligentiae, custodiae, vel contumaciae obligari. *cit. l.*

4 *An ergo is, qui periculum per pactum in se recipit, non semper de casu fortuito tenetur?* ℞. Non tenetur: talis enim conventio, cum onus promittenti imponat, stricte est interpretanda, nec ob defectum particulae *universalis* generaliter explicari potest.

5 *Quale autem periculum* tali pacto *praestare debet?* ℞. An quis tali pacto periculum casus fortuiti, an vero tantum periculum custodiae, aut culpae susceperit, ex subjecta materia, & paciscentium intentione dijudicandum est.

6 *In quibus contractibus Casus fortuitus, sive damnum casuale est praestandum?* ℞. Regulariter in nullo contractu, (*l. 23. de R. J. l. 6. C. de pign. act.* ubi verba illa: *nulla bona fidei contractu*, contractus stricti juris non excluduntur) sed casus fortuitus regulariter pertinet ad dominum. *l. 9. C. de pign. act.* vid. tamen Trentacinq. *lib. 3. tit. de pign. Resol. 4. n. 2.*

7 *Quando vero hic casus fortuitus est praestandus?* ℞. [1] Si casum praecesserit culpa illa praestanda, (qui autem probare debeat casum praecessisse, *vid.* Trentacinq. *d. l. Res. 6. & Res. 3. n. 3.*) vel [2] mora; aut [3] pacto quis casus fortuitos receperit; licet casus specialiter non enumeraverit. (Quod tamen voluit Costal. *ad l. 4. §. 4. ff. si quis caut. jud.* Ast genere expresso etiam singulae species expressae censentur, *l. 79. ff. de Leg. 3.* & quoties JCti hujus pacti mentionem faciunt, toties tantum de periculo casus fortuiti mentionem faciunt: nusquam enim refertur, casuum species esse exprimendas.) Imo nec casus *insoliti* ab hoc pacto excipiuntur (*vid.* Pantzschm. *cit. l.* ubi late explicat, qui casus insoliti Doctoribus dicantur) quicunque enim casus fortuitos recipit ille, ipso vi nominis admonente, vel maxime de insolito cogitare, & alterum securum reddere censetur, quocunque etiam casu fatali damnum acciderit, &, qui casus solitos ac saepius contingentes suscepit, ille multo magis insolitos & rarissime contingentes suscepisse videtur; cum ab hisce minus damni ac periculi sit metuendum & expectandum, quam ab illis. Mastrill. *cit. l.* Licet autem haec sententia de jure videatur verissima, contrarium tamen communem esse tradit Gail. & Reuchlin. *citt. ll.* aut [4] res venditionis pretio aestimata fuerit tradita. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 47. & seq.*

dita: *10. C. de jur. dot. l. un. §. 9. in fin. C. de rei uxor. 10. pr. 16. 18. de jur. dot.*
Pantzschmann. lib. 1. qu. 6. num. 36. quod secus est, in æstimatione taxati- 1
onis (3702) gratia addita, quæ casum fortuitum non transfert; *Carpz. p. 2.*
c. 37. d. 16. Richter. part. 2. dec. 51. num. 19. ¶. nisi in rebus illis, ubi alias le-
vissima culpa fuit præstanda. Hanc enim æstimationem præstationem
augere, & unum gradum addere, docet *Franzk.* (3703) *in Comm. ar. Com-*
mod. num. 44. & seq. Rauchb. lib. 2. quæst. 29. n. 24. ubi docet, pleroque Dd.
hanc sententiam probare per *l. 52. §. 3. ff. pro soc. l. 5. §. 3. ff. commod.* [*Dis-*
sent. Nicol. Burg. in Comm. de pericul. & culp. in contract. cap. 12. num. 4. 5.
& 6. Molin. de J. & J. tr. 2. Disp. 294. num. 10 & 11. Castal. in l. 5. §. nunc vi-
dendum. ff. Commod. n. 9. Add. Disp. de peric. rer. in S. C. illat. §. 40. & seqq.
ubi *Franzkii* sententia repudiatur.

DE PIGNORATITIA ACTIONE.

XIII. 7.

H PIGNUS denotat vel rem in securitatem debiti obligatam, *§. 5. I. quib.* 2
mod. re. contr. oblig. 1. §. 6. de O. & A. t. t. ff & C. de distract. pignor. vel
ipsum jus in re, (3704) in securitatem debiti constitutum, *26. h. t. t. quib.*
mod. pignus tacit. contrah. t. t. quibus mod. pignus solvit. vel contractum
pignoris. *1. §. 4. de pact. 5. §. 2. commod. vid. Bach. tr. de pign. & hypoth. lib.*
1. cap. 1. In hac ultima significatione est contractus realis, quo res in se- 3
curitatem debiti [præsentis vel futuri, simplicis (3705) vel mixti, civilis
(3706) vel naturalis tantum, *arg. 11. §. 2. h.*] traditur, ut eadem, soluto pi-
gnoris vinculo, (3707) in specie restituatur. *§. fin. I. quib. mod. re. 1. §. 6. de*
N *O. & A.* Est nominatus, *§. 5. I. quib. mod. re. Merlin. in tr. de pign. & hy-* 4
poth. l. 1. tit. 1. qu. 6. num. 2. bonæ fidei, (3708) *arg. §. 28. I. de actionib.*
διπλοῦς, *§. 5. quib. mod. re. contr. 1. §. 2. l. 8. pr. 16. §. 1. de pignor. action.*
Bach. tr. de pign. & hypoth. l. 3. c. 9. num. 1. & accessorius. (3709) *Bachov. d.*
tr. l. 2. c. 1. n. 1.

C Causa efficiens est consensus, (3710) & rei traditio; *§. fin. I. quib. mod.* 5
re. 1. §. 6. de O. & A. [*obst.* (3711) *1. pr. h. 66. pr. de furt. Ant. Pichard. ad d.*
§. fin. & §. 28. I. de action. q. 24. n. 1.] qua non dominium, sed naturalis rei
possessio (3712) in accipientem transfertur. *35. §. 1. h. 13. pr. 16. de Usurp. &*
Usucap. Habn. in tr. de jur. rer. concl. 63. n. 6. vid. tamen Bach. tr. de pign. l.
3. c. 6. n. 1.

S Hunc contractum dando & accipiendo celebrant, qui contrahendo 6
sese obligant. Pupillo pignus capienti, (3713) necessaria est tutoris (3714) 7
auctoritas. *38. h. vid. Bach. tr. de pign. l. 2. c. 15. & l. 5. c. 17. in fin. pr.*

O Objectum (3715) sunt res omnes, in commercio: (3716) *vid. 9. §. 1.* 8
de

1 *An idem quoque est in æstimatione* taxationis *gratia addita?* ℞. Neg. nam hæc casum fortuitum non transfert; nisi in rebus illis alias *levissima* culpa sit præstanda: hanc enim æstimationem præstationem augere, & unum gradum addere, post alios docet Franzk. & Rauchb. *citt. ll.* ubi addit, plerosque Dd. hanc sententiam probare per *l. 52. §. 3. ff. pro soc. l. 5. §. 3. ff. commod.* quamvis alii existiment, per hanc æstimationem *taxationis* gratia factam, præstationes non augeri, sed illam nihil aliud efficere, quam quod pretium rerum constituatur, quod, illis perditis, secundum naturam cujusque contractus, sit præstandum. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 42.* & Cocceji *Jus contr. h. t. qu. 21.*

2 *Quid denotat pignus?* ℞. Vox pignoris est *polysemos*. aliquando enim denotat ipsam *rem* in securitatem debiti obligatam, (*cit. §. f.* ibi: *qui pignus accepit*; & paulo post: *pignus utriusque gratia datur*. Inst. *quib. mod. re contr. obl.*) aliquando sumitur pro ipso *Jure in re*, in securitatem debiti constituto; aliquando vero significat *Contractum* pignoris. *Vid.* Hahn. *h. t. n. 2.* ubi defendit contra *Bachov.* hunc contractum pignoris rectius, quam pignoratitium dici. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 1.*

3 *In quanam significatione* pignus *hic accipitur,* (℞. In hac *ultima*) *& quid igitur pignus est?* ℞. Est contractus realis, quo res in securitatem debiti (*præsentis vel futuri, simplicis vel mixti, civilis vel naturalis tantum*) traditur, ut eadem, soluto pignoris vinculo, in specie restituatur.

4 *Qualis est hic contractus?* ℞. Est nominatus, (*quia certam ac specialem contrahendi formam habet, indeque speciale nomen*) bonæ fidei, διπλευρος, (*quia ab utraque parte obligat*) & accessorius; quia hic contractus semper aliud negotium præsupponit, cujus confirmandi gratia accedit.

5 *Quænam est causa efficiens hujus contractus?* ℞. Consensus & rei traditio, (duæ enim concausæ, ut in aliis contractibus realibus, requiruntur, *cit. §. fin. J. quib. mod. re.*) qua non dominium, sed naturalis rei possessio in accipientem transfertur.

6 *Quinam hunc contractum dando & accipiendo celebrant?* ℞. Omnes, qui contrahendo sese obligandi potestatem habent.

7 *Quid pupillo, pignus capienti, necessarium est?* ℞. Huic necessaria est tutoris auctoritas.

8 *Quodnam est Objectum hujus contractus?* ℞. Objectum sunt res omnes, quæ in commercio exsistunt.

de pign. 1. §. 2. quæ res pign. Ant. Pichard. ad §. 28. I. de act. quæſt. 24. num. 2.
corporales & incorporales, (3717) *11. §. 2. de pign. 4. C. quæ res pign. oblig.* 1
Bachov. d. tr. de pign. lib. 2. cap. 6. in pr. mobiles & immobiles; etiam ali- 2
enæ; (3718) ſcil. ut actio pignoratitia competat. (3719) *9. §. 4. l. 22. §. 2. h.* 3
Bach. d. tr. libr. 2. cap. 3. in pr. p. 98. Quia vero creditori in re aliena pi- 4
gnori data jus in re non (3720) acquiritur: *6. C. ſi alien. res pignor. dat.*
proinde ipſi contra dantem eo nomine actio pignoratitia contraria (3721) 5
datur; licet needum alius ea de re ipſi controverſiam moveat, & debitor
ſolvendo (3722) ſit. *9. pr. 16. §. 1. l. 32. h. Bach. tr. de pign. d. c. 3. pr. p. 98. &*
lib. 5. c. 19. n. 4.

A Adjicitur interdum huic contractui * *PACTUM* ἀντιχρήσεως, (3723) A 6
D quo creditori jus re pignorata utendi fruendi, in vicem uſurarum vel pro 7
uſura æris alieni, conceditur; (3724) idque vel * tacite (3725) ad modum B 8
(3726) legitimarum uſurarum; *e quib. mod. pign. tacit. contrah. Bachov.*
vol. 2. Diſp. 1. th. 6. lit. b Tabor. tr. de alter. tanto, p. 3. art. 11. Carpz. p. 2. c. 30.
d. 40. num. 1 & 2. Scheffer. part. 2. q. 11. vel * expreſſe: & ſi quidem b. 9
fructus ſint * incerti, [eventu (3727) vel (3728) pretio] legitimus uſura- C
rum modus exacte (3729) non obſervatur; *l. 17. C. de uſur. Carpz. d. def.*
40 & 41. ¶. Scheffer lib. 1. q. 17. ¶. Rauchbar. part. 1. qu. 20. Hagen. tr. de Uſu
Uſur. cap. 11 num. 123. & ſeqq. Berlich. part. 2. deciſ. 170. num. 25. vid. Wür-
temb. Landes-Ordn. *tit. 56. p. 114 §.* denn ſonſten
* certi; (3730) tum ultra legitimum uſurarum modum hoc c.
pactum non (3731) ſubſiſtit. *Hagen. d. c. 11. n. 129. vid. Berlich. d. deciſ. 170.*
num. 24. Hahn. ad Weſenb. in tit. de pign. num. 5. Mev. diſcuſſ. levam. inop.
debitor. c. 4. n. 14. & ſeqq.

D * Lex *COMMISSORIA* pignori- a. 10
bus addita, eſt pactum, quo inter creditorem & debitorem convenitur,
ut ſua die debito non ſoluto, pignus pro quantitate debita, pleno (3732)
jure creditori acquiratur (3733) *Maſtert. tr. de leg. commiſſ q. 2. n. 1. Mu-*
N *dæ. de pignor tit de pact. leg. commiſſ. n. 38.* Quod ex juſta (3734) cauſa, 11
[*vid. Trentacinq. lib. 3. tit. de pign. Reſolut. 11. num. 15. verſ. pro veritate.*
Bachov. tr. de pign. lib. 1. c. 15. num. 17. Maſtert. d. tr. quæſt. 3. num. 2.] in pi-
gnoribus (3735) reprobavit (3736) Conſtantinus Imperator, *ſ. C. de*
pact. pignor. Moller. lib. 2. ſemeſtr. cap. 34. Maſtert. d. quæſt. 5. & Jus 12
Canonicum, (3737) *c. pen. X. de pign.* Feudale, *c. un. pr. 1. F. 27.* at-
que Würtembergicum, Land-Recht. *part. 2. tit. 7. pag. 258. & ſeq.*
§. Nachdem wir. *vid. Molin. de I. & I. tr. 2. Diſp. 324. num. 2. Lago.*
de I.

1 *An ergo res corporales & incorporales?* R. Affir.

2 *An quoque res mobiles & immobiles?* R. Affir.

3 *An etiam res alienæ sunt objectum hujus contractus?* R. Affir. sc. ut actio pignoratitia competat.

4 *Qualis vero actio datur creditori contra eum, qui rem alienam pignori dedit?* R. Quia creditori in re aliena pignori data jus in re non acquiritur: (quicunque enim non est dominus, is nec formaliter, nec materialiter jus in re constituere potest, *l. 6. C. si alien. res pign. dat.*) proinde ipsi contra dantem eo nomine actio pignoratitia *contraria* datur.

5 *An quoque hæc actio pignoratitia contraria creditori datur, licet nondum alius ea de re ipsi controversiam moveat, & debitor solvendo sit?* R. Affir.

6 *Qualia pacta interdum huic contractui adjiciuntur?* R. *Pactum ἀντιχρήσεως*, & Lex commissoria.

7 *Quid est pactum ἀντιχρήσεως?* R. Est pactum, quo creditori jus re pignorata utendi fruendi, in vicem usurarum, vel pro usuris rei alienæ conceditur, & communi DDrum sententia pro justo & rationabili negotio habetur, quod pactum sine scrupulo est receptum. Gail. *lib. 2. Obs. 3.* Mynsf. *Cent. 6. Obs. 71.* Lauterb. *de Jure ἀντιχρ. th. 9.* Conceditur autem hoc pactum per modum ultimæ voluntatis, & inter vivos. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 7.*

8 *Quotuplici modo hoc pactum fit?* R. Vel TACITE, quando scil. debitor qui *simpliciter* pecuniam creditam sine usurarum promissione accepit, creditori rem fructiferam pignori, absque fructuum reservatione offert & tradit; hoc enim in casu *tacite* actum videtur, ut creditor, in compensationem beneficii, re illa utatur, & de illius fructibus, *ad legitimum usurarum modum*, retineat, vel EXPRESSE, si scilic. verbis expressis conveniatur, ut creditor rei pignori traditæ fructus in vicem usurarum percipiat, donec debitum *legitimo modo* dissolvatur.

9 *An, si hoc pactum antichreticum expresse adjiciatur, illud ultra modum legitimum usurarum subsistat?* R. Distinguendo; scil. si fructus sint *incerti*, (eventu scil. vel pretio) tunc legitimus usurarum modus stricte non observatur, nec ob modicum ejus excessum hoc pactum vitiatur; sin vero sint *certi*, tum ultra legitimum usurarum modum hoc pactum non subsistit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 8.*

10 *Quid est Lex commissoria* pignoribus (*ad differentiam ejus, quæ emtioni venditioni adjicitur, de qua supra* Lib. 18. tit. 3.) *addita?* R. Est pactum, quo inter creditorem & debitorem convenitur, ut, sua die debito non soluto, pignus, pro quantitate debiti, pleno jure creditori acquiratur.

11 *Ex quali causa, & a quo hoc pactum in pignoribus est reprobatum?* R. Ex justa causa a Constantino Imperatore. Cum enim res oppignoratæ communiter valore suo debitam pecuniam superent, miserique debitores pecuniæ egentes & meliorem fortunam sperantes, facillime in hanc duram conditionem consentiant, & sic creditores callidissime legitimo usurarum modo fraus fiat: eapropter ad compescendam creditorum asperitatem, & adjuvandam debitorum fragilitatem & captionem, *Constantinus Imperator* hoc pactum in pignoribus reprobavit per *l. f. C. de pact. pign.* quæ ipsa Lex etiam præteritis negotiis est lata. *d. l. f.*

12 *An hæc* l. fin. C. de pact. pign. *etiam Jure Canonico, Feudali & Wurtembergico est approbata?* R. Affir.

13 *An*

Lu. *de l. & l. Disp. 25 sect. 8. num. 177.* ita ut nec hodie valeat; licet [1] ex intervallo (3738) sit additum; *arg. f. C. de pact. pign. obst.* (3739) *l. 34. ff. de pign. action. Mude. d. 111 num. 11. & seqq. Mastert. d. tr. qu. 6. C. J. A. tit. de pign. h. 15 num. 1 Merlin. de pign. lib. 4. tit. 4. quaest. 123 n. 13 & seq. vid.* Würtemb. Land-Recht *p. 2. tit. 7 pag. 198 & seq. §.* Nachdem wir, *oben* oder auch dem Glaubiger, *rc. vid. tamen Barbos. de pign. lib. 1. c. 16. num. 4.* [2] licet non pro mutuo, sed pro alio quocunque debito pignus cum tali pacto sit contractum; *arg. f. C. de pact. pign. Mude. d. tr. num. 4. Trentacinq. lib. 3. tit. de pign. Resol. 11. num. 3 Merlin. d. q. 123. num. 10.* etiam dote, (3740) *Mastert. d. tr. q. 10. Barbos. lib. 1 de pign. c. 16. n. 6. in fin.* [3] licet non cum ipso creditore, sed cum fidejussore, (3741) *arg. f. C. de pact. pign. Mastert. d. tr. quaest. 11. Trentacinq. d. Resol. 11. num. 12 & 15. Barbos. d. c. 16. num. 5 Merlin. d. quaest. 123. num. 41. C. J. A. h. Diff. Mude. d. tit. num. 13. & seqq.* §. per *l. f. de contrah. emt.* (3742) & non de oppignorata, sed alia debitoris re hoc pactum sit initum. *arg. d. l. f. Mastert. d. tr. q. 7. Mude. d. t. num. 6 & 7. Trentacinq. d. Resol. 11. num. 10.* [4] licet juramentum accesserit: (3743) *arg. 5. C. de Legib. Trentacinq. d. Resol. 11 num. 6. Barbos. d. lib. 1. cap. 16. num. 1 & 2.* quod tamen jure Canonico servandum. (3744) *cap. p. 8. de pign. Barbos. d. l. Trentacinq. d. l. Merlin. d. q. num. 17. & seqq.* Imo nec statuto (3745) vel consuetudine hanc pactionem approbari posse, tradit *Mude. d. t. num. 10. Trentacinq. d. Resol 11. num. 4. Mastert. d. tr. quaest. 13. num. 4 Merlin. d. quaest 123. num 25 & seq.* quod tamen limita (3746) ex 2

SS *Lago. d. sect. 8. num 177 & Molin. d. disp. 304. num. 2.* Illud pactum, ut, debito suo die non soluto, creditor rem oppignoratam justo pretio habeat emtam, omnino subsistit. (3747) *d. §. f. de pign. f. de contrah. emt. Mastert. d. tr. quaest. 14. Mude. d. tit. num. 3. Trentacinq. d. Resol. 11. num. 14. Lago. d. Disp. 25 sect. 8 num 178. Carpzov. in Afyl. debitor. cap. 2. pos. 50. num. 304. & seqq. vid. Merlin. d. qu. 123. num. 51 & seqq.* A pacto commissorio etiam differt pactum, ut debitor debito, die convento, non soluto, rem oppignoratam creditori cedat, vendat, aut in solutum det, (3748) de quo in *l. 1. C. de pact. pign. Barbos. l. 1. de pign. c. 16. n. 7 & 8. Merlin. l. 4. de pign. tit. 4. q. 123. n. 3 & 4.* 3 4

E. Ex hoc contractu pignoratitio Creditor tenetur principaliter, actione directa; Debitor ex post facto minus principaliter actione contraria. 5 6

H. *ACTIO PIGNORATITIA* abusive significat hypothecariam: (3749) 7

§. f. 3.

1 *An tamen hoc pactum hodie valet?* R. Neq; licet (1) ex intervallo sit additum; (2) licet non pro mutuo, sed pro alio quocunque debito pignus cum tali pacto sit contractum, etiamsi in favorem dotis. Nec aliud dicendum, licet (3) non cum ipso creditore, sed cum fidejussore; & quidem non de oppignorata, sed de alia debitoris re hoc pactum sit initum. Nec (4) quicquam refert, etiamsi huic pacto juramentum accesserit; quod juramentum tamen *Jure Canonico* in hoc quoque casu est servandum.

2 *An tamen Statuto vel Consuetudine hac pactio approbari potest?* R. Eam approbari posse tradit Mudæ, Trentacinq. Mæstert. & Merlin. *citt. ll.* quod tamen non simpliciter erit admittendum, per ea, quæ tradit Lugo & Molin. *citt. ll.* vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 10. in fin.*

3 *An illud pactum, ut, debito sua die non soluto, creditor rem oppignoratam justo pretio habeat emtam, subsistit?* R. Affir.

4 *Num a pacto commissorio etiam differt pactum, ut debitor debito, die conventa non soluto, rem oppignoratam creditori cedat, vendat, aut in solutum det?* R. Affirm. quia hoc pacto saltem id agitur, ut debitor, si debitum solvere non possit, rem creditori ex causa emtionis, seu in solutum dationis relinquat, atque sic adhuc actum cessionis, venditionis, vel in solutum dationis requirat; quod secus in pacto commissorio.

5 *Quomodo* creditor *ex hoc contractu pignoratitio tenetur?* R. Principaliter, & quidem Actione pignoratitia *directa*, qua creditor debitori ad rem oppignoratam *in specie* restituendam adstringitur.

6 *Quomodo vero* debitor *ex hoc contractu pignoratitio tenetur?* R. Ex post facto, minus principaliter, & quidem actione pignoratitia *contraria*, qua debitor creditori ad indemnitatem præstandam adstringitur.

7 *Quid actio pignoratitia in genere &* abusive *significat?* R. Actionem hypothecariam: actionis enim pignoratitiæ nomine in Jure non semel, quamvis *abusive*, significatur actio hypothecaria. *citt. ll.*

3. §. 3. ad exhib. 9. inf. pr. quib. mod. pign. solv. 41. de pign. act. 13. pr. de cond.
indeb. Vinn. ad §. f. I. quib. mod. re. n. 3. Bach. de pign. lib. 5. c. 15. n. 1. [illa 1
(3750) enim est prætoria, realis, ex Jure in re, competens creditori adver-
sus quemcunque possessorem, ad rei oppignoratæ possessionem conse-
quendam; *§. 7. I. de Action. 66. pr. de evict.* hæc (3751) vero est civilis,
bonæ fidei, *§. 28. I. de Actionib.* & mere personalis, *f. C. de distr. pign.*
Bach. d. tr. l. 5. C. 19. n. 2. Hahn. ad W. h. n. 7. ex contractu pignoratitio de-
scendens, directa vel contraria. *Vid. Bach. d. tr. l. 5. c. 15. n. 15. Merlin. de*
pign. l. 5. tit. 2. q. 64.]

D Actio pignoratitia * *DIRECTA* est personalis, competens illi, qui D 2
pignus dedit, ejusque heredibus, adversus creditorem, ejusque heredes,
ad rem oppignoratam, pignoris vinculo soluto, recuperandam. (3752)
† *§. f. I. quib. mod. re.* Estque directa vel utilis. *Bachov. de pign. l. 5. c. 19.* 3
num. 4.

C Quamprimum pignus rei traditione contractum est, hæc actio na- 4
scitur; (3753) *d. §. f. l. 1. §. 6. de O. & A.* sed regulariter soluto demum 5
pignoris vinculo intentari (3754) potest, [& ad hunc effectum nasci dici-
tur in *l. 9. §. 3. h. vid. 13. §. 8. de act. emt. vend.*] *Bachov. de pign. l. 5. c. 16. n.*
2. Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 2. qu. 65. n. 1. Franck. h. num. 6. & seqq. Si 6
vero creditor hypothecæ rei possessionem sit (3755) consecutus, utilis
(3756) datur actio. *34. de damn. infect. 11. §. 5. h. 7. ff. de distr. pign. junct.*
13. h. Bachov. d. tr. lib. 5. c. 18. ¶. ubi in fin. subjicit, de pignore prætorio, 7
(3757) ad exemplum pignoratitiæ, actionem in factum (3758) dari, per *l.*
9. pr. de reb. auth. jud. poss. 5. §. 21. ut in possess. legat. serv.

&P Competit tradenti pignus, & heredibus: adversus creditorem, & 8.9
heredes: (3759) *f. C. si vend. pign. ag. Anton. Pichard. ad §. 28. I. de Act.*
quæst. 24. num. 7. *NON* contra tertium (3760) possessorem; *arg. ult. C.* 10
si vend. pign. nec adversus fidejussorem; (3761) *vid. 2. l. 16. pr. de pignor.* 11
aut creditoris creditorem, cui ille rem sibi oppignoratam iterum pi- 12
gnori dedit. *arg. 11. §. 5. l. 27. h.* [*obst.* (3762) *cap. cum contra. x. de pign. &*
l. 40. §. f. h.] *Hahn. ad W. h. num. 7. membr. V. Bachov. d. tr. lib. 5. c.*
19. num. 1. & seqq. Merlin. de pign. l. 5. t. 2. quæst. 64. num. 1. & seqq.
¶. *Pichard. ad §. 28. quæst. 24. num. 8. & seq. Inst. de Action.*

O [1] Ad res pignori traditas, *§. f. I. quib. mod. re.* & [2] il- 13
larum fructus, quos creditor percepit, vel percipere debuit; 14
(3763) *Vid. 1. 2 & 3. C. h. Bachov. de pign. lib. 5. c. 21. p. 470.*
etiamsi

1 *Quomodo igitur actio hypothecaria ab hac actione pignoratitia in specie & proprie dicta differt?* ℞. Illa (sc. hypothecaria) est prætoria, realis, quæ oritur ex jure in re, & datur creditori adversus quemcunque possessorem, ad rei oppignoratæ possessionem consequendam: hæc vero est civilis, bonæ fidei, & mere personalis, ex contractu pignoratitio descendens.

2 *Quotuplex vero est actio pignoratitia,* (℞. Est vel *Directa,* vel *Contraria*) *& quid est actio pignoratitia* directa? ℞. Est actio personalis, competens illi, qui &c.

3 *Quotuplex est hæc actio pignoratitia directa?* ℞. Duplex: vel *directa,* quæ ex verbis Legis descendit; vel *utilis,* quæ ex ratione Legis fluit.

4 *Quando nascitur actio pignoratitia directa?* ℞. Quamprimum pignus rei traditione contractum est: sufficit enim ad nativitatem facultas aliquid exigendi, licet *actu secundo* non statim institui queat: posita namque causa proxima non impedita, ponitur effectus. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 15.* & Cocceji *Jus controv. h. t. qu. 12.*

5 *Quando ergo hæc actio pignoratitia* directa *intentari, & cum effectu in judicium deduci potest?* ℞. Regulariter soluto demum pignoris vinculo; ac propterea tunc demum, quoad exercitium sc. & exactionis effectum, nasci dicitur in *l. 9. §. 3. h.*

6 *Si vero creditor hypothecæ rei possessionem sit consecutus, an etiam hæc actio pignoratitia debitori datur?* ℞. Affir. non quidem *directa*, sed *utilis*. quia directa ex traditione est, & nominata, indeque nunquam ex pacto hypothecæ datur, sed saltem ex contractu nominato. Alias rationes *vid. in* Cocceji *Jure controv. h. t. qu. 13.*

7 *Qualis Actio datur de pignore prætorio?* ℞. De hoc, ad exemplum actionis pignoratitiæ, actio *in factum* datur per *cit. l. 9. pr. de reb. auth. jud. poss.*

8 *Quibus competit hæc actio pignoratitia directa?* ℞. Illi, qui pignus dedit, & illius heredibus.

9 *Adversus quos datur?* ℞. Adversus creditorem & illius heredes.

10 *An etiam datur contra tertium possessorem?* ℞. Neg. *vid.* Cocceji *Jus contr. h. t. q. 14.*

11 *An contra fidejussorem datur?* ℞. Neg.

12 *Num tamen datur contra creditoris creditorem, cui ille rem sibi oppignoratam iterum pignori dedit?* ℞. Neg. quia debitor cum hoc non contraxit: hæc vero actio tantum adversus illum datur, qui cum actore contraxit, quia est personalis. *Vid.* Coccej. *d. l. qu. 15.*

13 *Ad quid autem* (1) *hæc actio pignoratitia directa datur?* ℞. Ad res, pignori traditas.

14 *Ad quid* (2) *hæc actio datur?* ℞. Ad illarum rerum fructus, quos creditor percepit, vel percipere debuit.

etiamsi res illæ non sint debitoris propriæ, & debitor hoc sciverit. 1
22. §. 2. h. Pichard ad d. § 28 quæst. 24. num. 13 & 14. Neque cre- 2
ditor hic referre potest quæstionem dominii; (3764) *9. §. 4. h. 12.
§. 1. de distr. pignor. arg 31 § 1. dep. 11. sol. matrim.* nisi dicat, se esse
illius dominum. (3765) *arg. 31. §. 1. depos. Barbos. d. tr. lib. 5. c. 21. p.
466.* [3] ad omnia commoda, quæ creditor occasione (3766) pigno- 3
ris est consecutus. *12. §. 1. de distr. pign. vid. 22. pr. & §. 1. h. Barbos.
de pign. lib. 5. c. 22. pag. 470. & seqq.* Hinc etiam actiones ratione pi- 4
gnoris, licet ex proprio pacto, quæsitas, (3767) debitori cedere te-
netur. *13. pr. h.* [4] ad interesse, *9. §. f. h. vid. Barbos. d. lib. 5. c.* 5
21. num. 4. pag. 466. & usuras post (3768) moram, *7. h. 32. §. 2. de U-* 6
sur. imo aliquando ex æquitate etiam ante (3769) moram. *Vid.* (3770) 7
*6. §. 1. [obst. 40. §. f. ubi nec quicquam (3771) amplius] Barbos. d. lib.
5. cap. 21. num. 1. vers & præterea.* [5] ad damnum resarciendum, quod 8
creditoris dolo vel (3772) culpa [levi scil. in abstracto (3773) conside-
rata] in re supposita, (3774) contigit. *§. 4. I. quib. mod. re. 5. §. 2. l.
18 pr. vers. ut ita. ff. Commod. 14. 22. §. ult. l. 30. in f. h. 9. §. 5. de reb.
auth. jud. poss 5. 7. C. h.* [Atque hac ratione comparatur cum com-
modato in *l. 13. §. 1.* licet in hoc insuper diligentia præstanda; *l. 5. §.
2. ff. commod.*] non etiam, quod levissima creditoris culpa, aut casu 9
fortuito (3775) accidit: neque tum creditum petere prohibetur (3776) 10
§. 4. I. quib. mod. re. 5. 6. C. h. 19. C. de pign. 13. § 1. h. [ubi cum ca-
su fortuito simul culpa levissima excipitur, quæ vix habetur pro cul-
pa; (3777) ut in *l. 5. C. h. 28. C. locat. 4. C. de peric. tutor.*] *Vinn. ad
§. f. I. quib. mod. re. num. 5. & ibi Pichard. num. 5. & seq. Mejer. in Comm.
de culpa in contr præstand. th. 178. & seq. th. 257. & seqq. Barbos. de pign.
lib. 5. cap. 21. num. 3 & 4. vid.* (3778) *Carpzov p. 2. c 26. d. 1 & 7.
Hahn. ad W. h. num. 7* Wirtemb. Land-Recht. *p. 2. t. 7 §* wo aber.
Creditor tamen ad summam diligentiam, imo etiam ad casum fortuitum 11
obligatur, [a] si sic conventum (3779) sit; *6. C. h. Barbos. d. lib. 5. c. 21.
num. 4. pag. 465.* [b] si propria autoritate (3780) rem occupaverit; *30. h.
Barbos. d. l.* [c] si alia culpa vel mora casum præcesserit *arg 5 in f.
commod.* Si vero dubitatur, an creditor, dolo vel culpa quid commise- 12
rit, repromittere (3781) eo nomine tenetur: *17. Anton. Pichard. ad §. 28.
I. de act. q. 24. num. 13.* sc. nuda (3782) cautione. *Barbos. d. l. arg 5. C. de
verb. & rer. sign.* [6] Si cessante solutione, creditor observatis debi- 13
tis solennitatibus, pignus distraxerit; tunc datur hæc actio ad residu-
um (3783) pretii, *5. C. de distr. pignor l. ult. C. si vend. pign. ag.* licet
non-

1 *An etiam creditor debitori tenetur ad fructus, ex re oppignorata perceptos vel percipiendos, restituendos, etiamsi res illa non fuit debitoris propria, & debitor hos fecerit?* ℞. Affir. quia creditori non nullum aliud in finem oppignorata & tradita est, quam in securitatem crediti, quo soluto, omnia debitori sunt restituenda, quæ, occasione rei oppignoratæ, penes se habet vel habere potest.

2 *An tamen creditor debitori hic referre potest quæstionem dominii?* ℞. Neg. nisi dicat, se esse illius dominum.

3 *Ad quid (3) hæc actio pigneratitia directa datur?* ℞. Ad omnia commoda, quæ creditor occasione pignoris est consecutus.

4 *An ergo creditor, hac actione conventus, etiam actiones, ratione pignoris, licet ex proprio pacto quæsitas, debitori cedere tenetur?* ℞. Affir.

5 *Ad quid (4) hæc actio pigneratitia directa datur?* ℞. Ad interesse, *arg. l. 9. § f. h. t.* etiam extrinsecum, *l. f. pr. ff. h. t.* si culpa vel mora intervenerit.

6 *An etiam creditor post moram ad usuras tenetur?* ℞. Affir. suppositis tamen terminis habilibus, quibus scil. *quantitas* debetur, usuræ enim sortem præsupponunt.

7 *An quoque debitor aliquando agere potest ad usuras ante moram creditoris?* ℞. Affir. & quidem ex æquitate. *Vid.* Cocceji *Jus controv. h. t. qu. 16.*

8 *Ad quid (5) hæc actio pigneratitia directa datur?* ℞. Ad damnum resarciendum, quod creditoris dolo vel culpa (levi scil. in abstracto considerata. *arg. l. 14. ff. h. t.* nec obst. *l. 13. pr. in f. ff. commod.* nam in *h. lege* comparatio fit quoad gradum,) in re supposita contigit. Atque hac ratione pignus comparatur cum commodato in *l. 13. § 1. ff. h. t.* (quod scil. in utroque levis culpa præstetur, sed ibi in *abstracto*, hic vero in *concreto*) licet in hoc insuper etiam *diligentia* sit præstanda. *arg. l. 5. § 2. ff. commod.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 19.* vel Cocceji *Jus controv. h. t. qu. 17.*

9 *An vero creditor tenetur ad resarciendum damnum, quod levissima ejus culpa aut casu fortuito accidit?* ℞. Neg. cum enim utriusque & debitoris & creditoris gratia pignus datum, creditor ultra culpam *levem* non tenetur. *Vid.* Cocceji *d. l. qu. 18.*

10 *Num autem tum creditor custodiam præstare prohibetur?* ℞. Neg. *per arg. § 4. J. quib. mod. re. l. 5 & 6. C. h. t. 19. C. de pign. l. 13. § 1. h. t.* ubi, quamvis casus tantum expresse excipiatur, ex eo tamen non continuo sequitur, summam quoque diligentiam esse præstandam. *Obj.* qui suo vitio rem perdit, hac actione tenetur *d. l. 5. C.* Atqui, qui levissima culpa, quæ est vitium, rem perdit. Ergo. ℞. Levissima culpa, quamvis, quod verbum ipsum indicat, vera culpa, nec in hoc contractu vitium est, sæpe non consideratur, & cum casibus fortuitis, ad quos proxime accedit, *ipsa* quoque excludi intelligitur, ut in *l. 5. C. h. t. 25. C. locat. 4. C. de pign. act.* vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 19.*

11 *Quibus tamen casibus creditor ad summam diligentiam, & ad casum fortuitum obligatur?* ℞. (a) si sic conventum sit, (b) si propria autoritate rem occupaverit, (c) si alia culpa vel mora casum præcesserit.

12 *Si vero dubitatur, an creditor dolo vel culpa quid commiserit, quid hoc casu creditor facere debet?* ℞. Tenetur eo nomine repromittere, sc. nuda cautione. *Vid.* Bach. *ad l.* ubi recte, hoc tandem cautionem & repromissionem sufficere, docet *arg. l. 7. C. de verb. & rer. signif.* Casum vero probare debet creditor *d. l. 5. C. h.* Trentacinq. *lib. 3. tit. de pignor. Resol. 3. n. 1 & 3* ubi explicat, quæ probationes sufficiant, & *Resol. 6. add.* Carpz. *p. 2. c. 26. d. 17. 18 & 19.* Lauterb. *d. l. § 20.*

13 *Ad quid (6) hæc actio pigneratitia directa datur?* ℞. Si cessante solutione creditor valide, observatis debitis solennitatibus, pignus distraxerit, tunc non potest agi pro re restituenda, quæ rite vendita est, sed datur hæc actio pigneratitia ad residuum pretii, licet nondum solutum. *Vid.* Lauterb. *d. l. § 21.*

nondum (3784) soluti: *5. C. si vend. pign.* neque debitor invitus admittere 1
tenetur actionum cessionem vel delegationem contra emtorem; (3785)
l. pen. nisi debitor urgeat creditorem, & nullam omnino moram ferre
velit: tunc enim creditor, qui b. f. vendidit, neque culpam in exactione
pretii admisit, non ad solvendum, sed ad actiones contra emtorem cedendas compellitur; *24 §. 2. Ruf. ad d. l. pen. Bachov. d. c. 22. num. 2 ubi ulterius explicat. d. l. 24. §. 2. & l. 9. ff. de distr. pign.* si creditor non b. f. 2
in vendendo pignore sit versatus, tenetur ad omne (3786) interesse. *7. C. de distr. pign. 1. 4. C. si vend. pign. ag. Bachov. de pign. l. 5. c. 22. n. 1.*

E Creditor, qui facultatem restituendi habet, res praecise (3787) restituat: 3
40. §. 5. h. arg. 5. C. fideicom. liber. alioquin judex manu militari 4
(3788) illas auferre, & debitori restituere potest; *l. 68. de R. V. Bachov. de pign. l. 5. c. 21. num. 2.* dummodo pignoris vinculum quocunque modo 5
(3789) solutum sit. *9. §. 3. vid. 24. §. 5. Merlin. de pign. l. 5. tit. 2. q. 65. num. 7. & t. t. quib. mod. pign. solv.* Interdum etiam durante pignoris vinculo 6
efficaciter intentatur ratione interesse. (3790) *fin. pr. in fin. h.*

d. Haec actio est perpetua, ita ut debitor etiam post 30 & 40 annos (3791) 7
debitum offerre, & hac actione pignus repetere possit. *arg. 7. §. 4. C. de praescript. 30 vel 40 ann. junct. 9. §. 3. h. Frantzk. Exerc. 5 quaest. 6. Gail. 2. O. 18. num. 4. ¶. vid. (3792) Instr. Pac. Osnab. art. 5. §. 9. vers. quae vero. Graev. lib. 2. concl. 18 num. 1 & 2. ¶. Mynf. 1. obs. 16. ¶. Joh. Goedd. vol. 1. Cons. Marpurg. 28 num. 247. & seqq. ¶¶. & Vult. vol. 3. consil. 21. num. 258 ¶¶. Mev. ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 4. art. 4. num. 3. & seqq. Carpzov. p. 2. c. 1. d. 3. ¶. vid. tamen (3793) Bachov. vol. 2. Disp. 22. th. 3. lit. i. & tr. de pign. lib. 5. cap. 20. Gerb. part. 3. peric. Acad. quaest. 17.*

D Actio pigneratitia * *CONTRARIA* est personalis, competens creditori & heredibus, adversus debitorem & heredes, ad indemnitatem d. 8
pignoris nomine (3794) consequendam. *Vid. 1. §. 2. l. 16. §. 1.*

C Oritur ex obligatione secundaria. (3795) Si hypothecae possessio 9. 10
ad creditorem pervenerit, & is, v. gr. in rem illam expensas fecerit,
tum datur haec utilis. *Bachov. tr. de pign. lib. 3. c. 9. num. 2. vid. supr. in* Directa *hac actione* C. (3796)

O Ad id, quod creditori pignoris causa (3797) abest, & quidem 11
(I) ob rei qualitatem: e. g. si rem alienam, vel alteri obligatam, 12
aut morbosam, creditor ignorans pignori acceperit, *9. pr. 16. §. 1. l. 32. 36. §. 1.* ut ut ab ignorante: *16. §. 1.* nam qui talia sciens substituit, etiam extra ordinem stellionatus tenetur, (3798) *dd. l. 1. 2. §. 1. l. 36.*

1 *An autem debitor invitus admittere tenetur Actionum cessionem, vel delegationem contra emtorem?* ℞. Neg. nisi debitor urgeat creditorem, & nullam omnino moram ferre velit: tum enim creditor, qui pignus bona fide vendidit, & nullam culpam in exactione pretii admisit, non ad solvendum, sed ad actiones contra emtorem cedendas compellitur. *cit. l. 24. §. 2. h.* ibi: *non esse urgendum ad solutionem creditorem; sed aut expectare debere debitorem, aut si non expectat, mandandas ei actiones adversus emtorem, tamen periculo venditoris.*

2 *Ad quid vero creditor tenetur, si in vendendo pignore bona fide non sit versatus?* ℞. Ad omne interesse.

3 *Num creditor, qui facultatem restituendi habet, res, soluto pignoris vinculo, praecise restituere tenetur?* ℞. Affir. & a Judice etiam ad hoc condemnatur. *arg. l. f. C. de fideicommiss. libert.*

4 *Quid vero, si creditor tales res soluto pignoris vinculo restituere nolit?* ℞. Tum Judex manu militari illas auferre, & ablatas debitori restituere potest.

5 *An autem hic nihil interest, quocunque modo pignoris vinculum sit solutum?* ℞. Nihil interest.

6 *An interdum etiam, durante pignoris vinculo, haec actio pignoratitia efficaciter* ad interesse *intentatur?* ℞. Affir.

7 *An haec actio pignoratitia directa perpetua est ita, ut debitor etiam post 30 & 40 annos debitum offerre, & hac actione pignus repetere possit?* ℞. Affir. & quidem secundum communem, & in praxi receptam sententiam. *Vid. omnino* Cocceji *Jus controv. h. t. quaest. 19.*

8 *Quid est actio pignoratitia contraria?* ℞. Est actio personalis, competens &c.

9 *Unde haec actio* contraria *oritur?* ℞. Ex obligatione *secundaria*, & minus principali.

10 *Qualis vero actio datur, si hypothecae possessio ad creditorem pervenerit, & is v. g. in rem illam expensas fecerit?* ℞. Etiam tunc hanc actionem *utilem* dari, docet Bachov. *cit. l.* Quod autem Bartolus in *l. 17. §. 3. de pact. n. 3.* hanc actionem *utilem* tunc quoque locum habere existimat, si nuda conventione hypotheca constituta, & debitor in illa fraudulenter versatus sit, illud aequitatis quidem colorem habet; sed de Jure vix probari potest, cum hic actionis hujus causa & fundamentum plane deficiat. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 25.*

11 *Ad quid datur haec actio pignoratitia contraria?* ℞. Ad id, quod creditori ex pignoris causa abest, etiamsi debitor solvendo sit.

12 *Quomodo autem* (1) *creditori pignoris causa quid abesse potest?* ℞. Ob rei qualitatem: e. g. si debitor rem alienam, (licet nondum evictam, Bach. *d. l. 3 c. 9. n. 5*) vel alteri obligatam, aut morbosam, creditori *ignoranti* pignori dederit, etiamsi ipse, qui dedit, hoc ignoraverit: si vero *sciens* prudensque hoc fecerit, tunc etiam extra ordinem stellionatus criminis nomine plectitur.

1 *An*

l. 36. pr. h. vid. tamen (3799) *36. §. 1. in f.* & quandoque furti (3800) *36. pr.* 1
[II] si ex re oppignorata damnum (3801) senserit; v. g. si servus oppi- 2
gnoratus furtum fecerit; *31. h. 61. §. 1. de furt.* quem tamen debitor no- 3
xæ relinquere potest; *31. h. d. l. 61. §. 1. Merlin. de pign. lib. 5. tit. 2. qu. 66. num. 12.* nisi sciens (3802) furem pignori dederit, *d. l. 31. d. l. 61. §. 3. ff. de furt. vid. Bachov. d. tr. de pign. lib. 3. c. 9. num. 8.* [III] si creditor in 4
rem pignori acceptam expensas fecit necessarias, (3803) *8. pr. ff 7. in f. C. h. vid.* (3804) *etiam 8. §. 1. l. 22. §. ult. h.* [neque retentione (3805) uti possit. *8. pr. & §. 1.*] aut tacito vel expresso debitoris consensu, utiles. (3806) *25.* De reliquis (3807) utilibus *25.* Judex ex circumstantiis 5
(3808) statuet. *Fr. h. num. 33. Bachov. tr. de pign. lib. 3. c. 9. num. 4. vid. Gail. 2. O. 12. in fin. Grav. l. 2. concl. 12. consid. 2. Garf. tr. de expens. c. 1. num. 31.* Alios (3809) casus, quibus hæc actio competit, refert *Bachov. d. c. 9. n. fin.* 6

DE EXERCITORIA ACTIONE.

XIV. 1.

D ACtio Exercitoria est actio personalis, a Prætore novâ qualitate (3810) 7
aucta, qua ex contractu (3811) cum magistro navis, *1. §. 6.* secundum præpositionis legem (3812) inito, agitur adversus Exercitorem (3813) in
N solidum. *§ 2. I. quod cum eo, qui in alien. potest.* Estque Prætoria, *d. §. 2.* 8
l. 1. §. 23. h. rei persecutoria, *Buchner. Diss. de re & jur. aquatil. §. 203. in fin.* perpetua, (3814) *4. §. 4.* bonæ fidei, vel stricti (3815) juris, instar directæ (3816) ex contractu. *Vinn. ad §. 28. I. de Action. n. 5.* verb. *Eo amplius. vid. Bachov. de Act. D. 5. §. 14. p. 127. & seqq. Loccen. tr. de jur. maritim. & naval. lib. 3. c. 7. num. 2. vid. 3. §. 7. l. 38. de pecul. Bachov. de Act. Disp. 8. §. 14. p. 126. & seqq. Frantzk. h. num. 6. Stypm. tr. de jur. maritim. & nautic. lib. 4. c. 15. num. 253. & seqq.*

C Licet stricto jure (3817) ex alterius contractu alter non obligetur, *3.* 9
in f. C. ne ux. pro marit. §. 10. I. de action. hæc tamen actio Prætoris autoritate qualificata, (3818) *1. §. 23. vid. Vinn. ad §. 10. I. de act. & §. 2. I. quod cum eo. Bach. de act. D. 8. §. 15.* competit, si fuerit *[1] contractum, *§. 2. I.* A
quod cum eo. Stypmann de jur. marit. p. 4. c. 15. num. 141. & seqq. [Ex deli- 10
cto magistri non (3819) datur. *1. §. 2.* *[2] cum navis magi- a.
stro, [qui sc. locandis navibus, vel vectoribus conducendis, vel mercibus 11
emendis vendendisve est præpositus; sive cui totius navis cura est commissa, *1. §. 1 & 3.* idque vel ab ipso exercitore, *vid. 1. §. 5.* vel a primo

1 *An vero debitor, qui talia sciens subftituit, quandoque etiam furti tenetur?* ℞. Affir.

2 *Quomodo (2) creditori pignoris causa quid abesse potest, & ipsi hæc actio contraria competit?* ℞. Si ex re oppignorata creditor quid damni senserit: v. g. si ipse servus oppignoratus furtum fecerit.

3 *An tamen, si servus oppignoratus furtum fecerit, debitor eum noxæ relinquere, & sic se ab actione contraria liberare potest?* ℞. Affir. (*iniquum enim visum, nequitiam servorum ultra ipsorum corpora dominis damnosam esse*) nisi debitor *sciens* furem, vel solitum furtum facere pignori dederit.

4 *Quomodo (3) creditori pignoris nomine quid abesse potest, & ipsi hæc actio contraria competit?* ℞. Si in rem pignori acceptam expensas fecerit *necessarias*, (& retentionis jure uti non possit: v. g. si res perierit, vel restituta fuerit) aut tacito vel expresso debitoris consensu expensas *utiles*.

5 *An tamen creditor illas expensas utiles, quas sine consensu debitoris expresso vel tacito in rem oppignoratam fecit, hac actione pignoratitia* contraria *repetere potest?* ℞. De his Judex ex circumstantiis statuet.

6 *Quis alios casus, quibus hæc actio pignoratitia* contraria *competit, refert?* ℞. Bachov. *cit. l.*

7 *Quid est actio Exercitoria?* ℞. Est actio personalis, a Prætore nova qualitate aucta, qua &c.

8 *Qualis est hæc actio exercitoria?* ℞. Est prætoria, (*quia Prætor eam introduxit, quod ex qualitate adjecta dijudicandum*) rei persecutoria (*quia per hanc actionem illam rem, quæ nobis debetur, seu quæ ex patrimonio nostro abest, persequimur*) perpetua, bonæ fidei vel stricti juris, instar directæ ex contractu.

9 *Quando hæc actio exercitoria competit?* ℞. Licet *stricto* jure & alterius contractu alius alter non obligetur; hæc tamen actio exercitoria, Prætoris auctoritate qualificata, competit, si fuerit (1) contractum, (2) cum navis magistro, & (3) de rebus, quibus ipse est præpositus, & secundum præpositionis formam.

10 *Annon etiam ex delicto magistri hæc actio exercitoria datur?* ℞. Neg.

11 *Quis autem magister navis dicitur?* ℞. Qui locandis navibus, vel vectoribus conducendis, vel mercibus emendis vendendisve est præpositus; sive, cui totius navis cura est commissa, (quod quidem est essentiale, *l. 1. §. 1 & 3. ff. h. t.* & in hoc differt magister navis ab Institore, quod ille navi simul præpositus) idque vel ab ipso Exercitore, vel a primo navis magistro; (per jussum, mandatum, locationem, expresse vel tacite. *l. 1. ff. h. t.*) licet hoc factum sit ignorante, vel etiam invito & prohibente exercitore, quod singulari jure in utilitatem navigantium introductum est. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 4.*

mo (3820) navis magistro, etiam ignorante, vel prohibente (3821) exer-
citure, *l. §. 5. ibi Perk. num 9. & Vinn. lit f.* quod singulari jure in uti-
litatem (3822) navigantium introductum est. *Perk. & Vinn. dd. ll. Stryp-
mann. d. c. 15. num. 119. & seqq.*] cujuscunque conditionis, ætatis (3823) & 1
sexus. *l. §. 4. ibi Perk. & Vinn. lit. a. Strypmann d. cap. 15. num. 115. & seqq.*
Si plures magistri fuerint præpositi, [1] simpliciter, ex singulorum con- 2
tractu hæc actio datur: *l. §. 13.* [2] si distinctis (3824) officiis, tunc pro 3
distincto cujusque officio exercitor obligatur: *l. §. 13.* [3] si conjunctim, 4
ne quid alter sine altero gerat, tum creditor sibi imputet, si contra legem
præpositionis, quam scivit, vel scire potuit, (3825) cum uno contraxit. *l.
§. 14. ibi Vinn. lit. d & e. pag. 111 & 112.* Ex contractu nautarum [*vid.* 5
(3826) *l. §. 2. naut. caup*] exercitor non obligatur, (3827) propter *l. §. 2.
h.* [*obst* (3828) *l pr. naut. caup. stab.*] *vid. Perk. & Vinn. ad l. §. 2. h.*

*[3] de rebus, quibus ipse a.
est præpositus, & secundum præpositionis formam: *l. § 7 & 12. arg. 19.
de R. J. Loccen. de jur. marit. lib. 3. c. 7. num. 6.* hanc prætergressus, exer- 6
citorem non (3829) obligat; *l. §. 12.* nisi forma præscripta fuerit ca-
ptiosa (3830) *Ans ad l. l. §. magistrum. num. 4. Vinn. ad l. §. 5. h.* Com- 7
missa censentur etiam ea, quæ sciente & patiente exercitore a magistro
fiunt; *l. §. 5. Strypmann. de jur. mar. l. 4. c. 15. num. 121.* vel sine quibus
expresse mandata nequeunt, vel non commode possunt expediri. *l. §.
7. & l ult. h. arg. 2. de jurisd. 56. 62. de procurat. Vinn. ad §. 2. I. quod
cum eo, qui in alien. pot num. 4. & ad l. l. § non autem omni. lit. a. ff.
h. t.* Unde si navis reficienda aut instruenda, & magister in id mu- 8
tuatur, actio in exercitorem (3831) datur; modo [1] navis in ea cau-
sa sit, ut refici debeat; [2] pecunia expresse in eam causam credatur,
nec [3] multo major, quam ad id necessarium; & [4] in loco, quo
refectio fieri possit. *l § 8 & 9. l. f. pr. & . §. l. Vinn. ad d l. f. lit. a.* His 9
observatis, exercitor obligatur, licet magister pecuniam alio vertat.
(3832) *l. § 9. l. f. h. ibi Perk & Vinn. lit. a. & b. & c. Loccen. d. c. 7. num.
6 & 7.*

S Datur hæc actio illis, qui cum magistro navis dicto modo contraxe- 10
P runt, & illorum heredibus, *4. §. 4* adversus exercitores, die Reders, 11
oder Schiffsfreunde, *Strypmann. libr. 4. de jur. marit. c. 15. num. 17. Loccen.
d. jur. marit. lib. 3. c. 7. num. 2.* qui scil. ex navi quæstum exercent, sive 12
dominos, sive qui per aversionem (3833) navem conduxerunt, ad tem-
pus, vel in perpetuum. *§. 2. I. quod cum eo, l. §. 15. h. Pichard. ad d. §. 2.
I. quod cum eo, num. 7.* Si plures navem exercent ipsi, singuli tenentur 13
pro

1 *Refertne, quoad hanc actionem, cujus conditionis, aetatis aut sexus sit magister navis?* ℞. Nihil refert: quia quilibet in suum praejudicium etiam inhabilem potest approbare. *l. 7. § 2. ff. de instit. act.*

2 *Si plures magistri fuerint* simpliciter *(h. e. sine distinctione officiorum) praepositi, an tunc cura navis singulis in solidum mandata censetur, indeque ex singulorum contractu haec actio quoque datur?* ℞. Affir.

3 *Si vero plures magistri* distinctis officiis *sint praepositi, quomodo tunc exercitor obligatur?* ℞. Pro distincto cujusque officio.

4 *Si autem plures magistri* conjunctim *sint praepositi, ne scil. quid alter sine altero gerat, & creditor* cum uno tantum *contraxit, an exercitor ex hoc contractu tenetur?* ℞. Neg. sibi enim imputet creditor, quod contra legem praescriptionis, quam scivit, vel scire potuit, cum uno contraxit.

5 *An exercitor ex contractu nautarum obligatur?* ℞ Neg. ratio est in *cit. l. 1. § 2. ff. h. t.* exercitorem tamen teneri ex facto nautarum actione in factum, docet Brunnem. *ad l. fin. ff. de naut.* & *l. 1. § 2. ff. h. t.* quia ipse eos suo periculo adhibuit.

6 *An formam praepositionis praetergressus exercitorem obligat?* ℞. Neg. nisi forma praescripta fuerit captiosa, v. g. ut non teneatur, nisi de iis, quae bene & utiliter magister gesserit. Quicunque itaque cum magistro navis contrahunt, in hanc commissionis formam & legem, quantum scil. *tempus & locus* permittit, sedulo inquirere debent *arg. l. 19. ff. de R. J.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 6.*

7 *Quaenam vero* tacite *commissa censentur?* ℞. Ea, quae sciente & patiente exercitore a magistro navis fiunt, vel, sine quibus expresse & principaliter mandata nequeunt, vel non commode expediri possunt.

8 *Quando igitur actio in exercitorem datur, si navis reficienda, aut instruenda, & magister navis in id mutuatur?* ℞. Si (1) navis in ea causa sit, ut refici debeat; (2) si pecunia expresse in eam causam credatur; nec (3) multo major, quam in eam rem sit necessaria, & (4) illud fiat in loco, quo refectio fieri possit.

9 *An, hisce observatis, exercitor obligatur, licet magister navis pecuniam alio vertat?* ℞. Affir. sibi enim imputet exercitor, quod talem magistrum praeposuerit.

10 *Quibus datur haec actio exercitoria?* ℞. Illis, qui cum magistro navis dicto modo contraxerunt, & illorum heredibus.

11 *Adversus quos datur?* ℞ Adversus exercitores, die Rheders, oder Schiffs-Freunde.

12 *Quinam hic dicuntur exercitores?* ℞. Qui ex navi quaestum exercent, & ad quos obventiones & reditus navis perveniunt, sive domini navis sint, sive eandem a Domino per aversionem (überhaupt) conduxerint, & quidem vel ad tempus, vel in perpetuum.

13 *Si plures navem ipsi exerceant, quomodo tunc tenentur?* ℞. Tenentur pro rata.

pro rata; (3834) *l. 4. h. Stypmann. d. c. 17. num 195.* sin vero per magistrum exerceant, tunc ex illius contractu singuli in solidum (3835) obligantur. 1
1. § f. l. 4. §. 1. h. [obst. f. § 5. num. caus. stab.] vid. Stypmann. d. cap. 17. num. 197. propter 1.A. Quod tamen unus præstitit, pro rata repetit, judicio societatis, (3836) communi dividundo, (3837) &c. *l. 3. h. Stypm. d. cap. 17. num. 190.* 2
[Apud Hollandos, (3838) plures exercitores ex contractu magistri tantum pro rata, nec amplius tenentur, quam ad æstimationem navis, & eorum, quæ in navi sunt. *Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 11. num. 13. Vinn. ad 4. ff. h. lit. a. & ad §. 2. I. quod cum eo. & ibi Groeneweg. num. 3. vid. Statut. Hamburg. part. 2. tit. 18.* (3839) von Boddemerey. *§. 3.*] 3
Hoc quoque procedit, sive masculus, sive fœmina, paterfamilias, vel filiusfamilias, vel servus, navem exerceat: *1. § 16. ff. 4. C.* ita tamen, ut si filiusfam. vel servus navem exerceat expressa patris vel domini voluntate, hæc actio contra patrem & dominum (3840) competat in solidum; (3841) *1. § 19. & seqq.* si ipsis scientibus, quasi tributoria, si illis ignorantibus, tantum peculiotenus. *1. § 20. 21. l. 6. pr. h. Stypmann. d. l. num 198. & seqq. Vinn. ad 1. §. fin. qui navem hic a. d. & 1. & ad l. 6. lit. a. ff. h.* 4
Contra ipsum quoque filiumfam. omnibus hisce in casibus datur hæc actio in solidum; 5
1. §. 12. h. arg. 39. de O. & A. contra servum vero nunquam. (3842) *arg. 14. de O. & A. 6. C. d. Judic.* 6
Pupillus si navem exercet, requiritur tutoris (3843) auctoritas; *1. § 16.* 7
si tutor, curator vel procurator magistrum proposuerit, etiam adversus ipsos pupillos, (3844) minores, & dominos hæc actio competit. *arg. 5. § f. de instit. act.* 8
In heredes quoque datur. 9
4. § 4. Contrahentis est electio, an cum exercitore vel heredibus exercitoris, an vero cum ipso (3845) magistro, si est persona libera, directa (3846) actione experiri velit, *1. §. 17. & ibi Vinn. lit. c. pag. 129.* electivè. (3847) *1. §. 24. vid. Vinn. ad d. §. lit. a. p. 129.* 10

O Quoad Objectum inter principalem actionem ex contractu contra magistrum competentem, & hanc qualificatam, nulla (3848) est differentia. *arg. §. 2. I. quod cum eo, qui in alien. potest.* 11

Potest etiam jure civili directo (3849) contra exercitorem agi. *§. f. I. quod cum eo, qui in alien. potest. ibi: Vinn. l. 19. ff. de R. C. l. 17. § f. de instit. act. l. f. pro socio. Vinn. ad l. 1. §. 17. lit. b. ff. h. pag. 128. vid. Bachov. de Action. Disp. 8. th. 15.* 12
Exercitori vero contra illos, qui cum magistro navis contraxerunt, (3850) nisi hic in illius sit potestate, (3851) *vid. pr. I. per quas person. nob. arq. pr. & §. 1. de stipul. servor.* actio nec jure civili conceditur, *arg. § 18. I. de inutil. stipul. 38. §. 17. l. 126. §. 2. ff. de V. O.* nec a prætore: (3852) *1. §. 19.* interdum tamen Præfectus urbi, propter 13

mi-

1 *Si vero plures per magistrum exerceant navem, quomodo ex illius contractu obligantur?* ℞. Singuli in solidum, nec divisionis beneficium hic locum habet. *Vid.* Brunnem. *ad l. 2. C. h. t.*

2 *Quibus tamen actionibus is, qui solidum praestitit, pro rata illud a reliquis repetit?* ℞. Vel societatis, vel communi dividundo judicio.

3 *Quomodo apud* Hollandos *plures exercitores ex contractu magistri tenentur?* ℞. Tantum pro rata, nec amplius, quam ad aestimationem navis, & eorum, quae in navi sunt.

4 *An hoc procedit, sive masculus, sive foemina, paterfamilias, vel filiusfamilias, vel etiam servus navem exerceat?* ℞. Affir. parvi enim refert, qui navem exerceat, ita tamen, ut si filiusfamilias vel servus navem exerceat expressa patris vel domini voluntate, haec actio contra patrem & dominum competat in solidum, &, si ipsis non mandantibus quidem, sed scientibus, quasi *tributoria*; si vero illis ignorantibus, tunc tantum *peculiotenus*.

5 *Num vero haec actio contra filiumfamil. exercitorem ipsum in solidum datur?* ℞. Affir. cum filiusfam. ex omni contractu, praeter mutuum, obligetur & conveniri possit.

6 *An etiam contra servum?* ℞. Neg.

7 *Quid requiritur, si pupillus navem exerceat?* ℞. Tutoris auctoritas.

8 *Si tutor, curator, vel procurator magistrum praeposuerit, an etiam adversus pupillum, minorem vel dominum haec actio competit?* ℞. Affir. (*arg. tit. l. 5. §. 18. ff. de inst. act.* Argumentum enim ab actione institoria procedit ad actionem exercitoriam. *l. 1. pr. & §. 20. ... h. t.*) quia factum tutoris, curatoris vel procuratoris est factum pupilli, minoris vel domini, quod tamen ipsis alterius non nocet, quam quatenus illi solvendo, ut ab illis forum consequi possint.

9 *An haec actio in heredes quoque datur?* ℞. Affir. quia est ex contractu: actiones vero ex contractu tam active, quam passive in heredes transeunt.

10 *Qualem electionem habet ille, qui cum navis magistro contraxit?* ℞. An cum exercitore & ejus heredibus *actione exercitoria*; an vero cum ipso magistro, si est persona libera, *actione directa* agere velit; *electione* tamen, nempe ita, ut, si cum uno eorum actum sit, cum altero agi non possit.

11 *An inter principalem actionem ex contractu, contra magistrum competentem, & hanc qualificatam actionem est differentia?* ℞. Quoad *Objectum* nulla est differentia: Objectum autem hujus actionis est illud ipsum, quod ex contractu, cum magistro navis secundum praepositionis legem inito, debetur.

12 *Num etiam*, Jure Civili, *directo contra exercitorem agi potest?* ℞. Affir. quia horum jussu contractum intelligitur.

13 *An vero exercitori contra illos, qui cum magistro navis contraxerunt, actio conceditur?* ℞. Si magister navis non sit in illius potestate, ipsi nec Jure Civili, nec a Praetore actio datur, (quia ille non eodem auxilio indiget, sed aut ex locato cum magistro, si pro mercede operam exhibet, aut, si gratuitam, mandati agere potest.) Interdum tamen Praefectus urbi, ad quem cura annonae pertinet, propter ministerium annonae, illum, extra ordinem, adversus illos contrahentes adjuvare solet.

ministerium annonæ, (3853) illum extra ordinem adjuvat: *1. §. 11. ff. de off. Præf. Urb. 1 §. 18. h. & ibi: Perk. & Vinn. lit. e. & f.* ubi hoc etiam ali- 1
is in causis locum habere docent, si exercitor rem suam servare non (3854) possit. *arg 1. in f. junct. 2. ff de institor. act.* Nam quod in institoria receptum est, illud multo magis (3855) procedit in exercitoria. *1. pr. h.*

DE LEGE RHODIA (3856) DE JACTU.

XIV. 2.

Hic cavetur, ut, si levandæ navis gratia jactus mercium factus, omni- 2
um contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est. *1. Paulus libr. 2. sent. t. 7. Vinn. ad d. l. 1. lit. c.* Ubi consideranda: *[1] Jactus, qui A 3.4
fit a magistro navis vel quibuscunque aliis, *arg. 1. 2. (3857) Hortens. ad l. 14. pr. de præscript. verb. vid. Stat. Hamburg. part. 2. tit. 16. art. 1. Vinn. ad l. 2. pr. lit. a. & §. si navis a piratis. 3. lit. e. h. t. Loccen. l. 2. de jur. maritim. c. 7. num. 3.* ex necessitate, ob imminens & præsens naufragii periculum. 5
(3858) *2. pr. & §. 2. Loccen. d. c. 7. num. 2.* De dolo & culpa, *vid.* (3859) 6
14. pr. & §. 2. de præscript. verb. ibi: Ægid. Hortens. Loccen. d. c. 7. num. 4 & 6. arg. §. 2. I. ad L. Aquil. Hinc si magister navem plus justo onera- 7
verit, aut perperam collocaverit merces, aut per imprudentiam, & non adhibito perito loci ductore, scopulis illisa nave jactus factus sit, cessat Lex Rhodia, & damnum vindicatur ex Lege Aquilia (3860) *arg. 27. §. 23. ad L. Aquil. 30. §. 2. locat. Vinn. ad l. 1. §. si quis ex vectoribus. 6. h. lit. d. pag. 236. Loccen. de jur. marit. libr. 2. cap. 8. num. 14 & 15. vid. Stracch. de Nautis. part. 3. per tot.*

Objectum sunt merces, [1] propriæ vel alienæ, *14. pr. de præscript.* 8
verb. [Prius tamen ejiciendæ majoris ponderis, & minoris pretii. *Salicet.* 9
in d. l. 14. pr. Loccen. de jur. marit. libr. 2. cap. 7. num. 4.] Item armamen- 10
ta (3861) navis. *2. §. 1. in f. 3. 5. §. 1. Stat. Hamb. part. 2. tit. 16. art. 2.* vers. wirde auch, *&c. Loccen. d. l. 2. c. 8. num. 5. fere in fin. Vinn. ad l. 1. §. si conservatis lit. c h. pag. 208.* *[2] Contribu- a. 11
tio, quæ a Mercatoribus dicitur Avarie vel Haverie, (3862) *St. Hamb. part. 2. t. 16. a. 3. 4 & 7. Vinn ad l. 1. h. t. p. 193. Loccen. de jur. marit. l. 2. c. 8. num. 1. Weytsen. tr. de Avaria belgice script. quem citant Christin. vol. 5. dec. 65. n. pen. Vinn. & Loccen. dd. trr. passim,* quæ est æquissima (3863) ob jactu- 12
ram rerum ex una parte, & conservationem rerum ex altera. *2. in fin. pr. 4. pr. in fin. 5. pr. h. Vinn. ad l. 2. §. si conservatis. lit. a. b. p. 206. Loccen. de jur.*

1 *An hoc etiam in aliis causis locum habet, si exercitor rem suam servare non possit?* ℞. Affir. uti id docent Peck. & Vinn. *citt. ll.* nam quod in actione institoria receptum est, illud multo magis procedit in actione hac exercitoria.

2 *Quid hic cavetur?* ℞. Cavetur hic, ut, si levandæ navis causa jactus mercium factus est, omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est. *Vid. omnino* Lauterb. *Diss. de aequit. & extens. L. Rhod. §. 1. & seqq.*

3 *Quænam hic consideranda?* ℞. Duo: (1) Jactus, & (2) Contributio, Avarie, vel Haverie.

4 *A quibus fieri potest Jactus?* ℞. A magistro navis, vel aliis quibuscunque.

5 *Ob quam vero causam hic jactus fit?* ℞. Ex necessitate, ob imminens & præsens naufragii periculum.

6 *Quid vero, si dolo vel culpa jactus sit factus?* ℞. Hoc casu cessat L. Rhodia, & damnum vindicatur ex L. Aquilia.

7 *Da exempla hujus culpæ?* ℞. E. g. si magister navem non bene stipaverit, picaverit, aut plus justo oneraverit, aut perperam collocaverit merces, aut per imprudentiam, & non adhibito perito loci ductore, scopulis illisa nave jactus factus sit.

8 *Quæ res sunt Objectum hujus Legis Rhodiæ de jactu?* ℞. Merces, nihilque refert, sive sint ejicientis propriæ, sive alienæ.

9 *Quænam tamen merces sive res prius sunt ejiciendæ?* ℞. Quæ majoris ponderis & minoris pretii sunt.

10 *Num etiam hæc Lex Rhodia locum habet, si armamenta navis dejiciuntur & cadantur?* ℞. Affir. *vid.* Stat. Hamb. *cit. l.* vers. Würde auch der Mast, um Schiff und Guth zu retten, gehauen, oder Tacker, Ancker, oder Thau gekerbet, der Schade gehet über Schiff und Guth.

11 *Quid est Contributio, quæ a Mercatoribus* Avarie, *vel* Haverie *dicitur?* ℞. Est actus, quo illi, quorum merces, sive res, propter jactum, salvæ manserunt, ad damnum rerum jactarum resarciendum, pro rata & portione conferunt. Quamvis enim propter hunc mercium jactum, ad naufragii periculum avertendum factum, contra ejicientem nulla competat actio: *l. 14. pr. ff. de præscr. verb.* quia hoc facit ex necessitate & jure permittente, atque sic quidem dat damnum, sed sine injuria; *arg. §. 2. J. de L. Aquil.* æquum tamen est, ut omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est. *l. 1. ff. h. t.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 4.*

12 *Cur autem hæc contributio æquissima est?* ℞. Ob summam æquitatis rationem, ut sc. dictus jactus commune fiat detrimentum eorum, qui per illum res suas salvas retinuerunt alioquin perituras, *l. 2. in f. pr. ff. h. t.* Unde, ut hæc contributio locum habeat, duo requiruntur: (1) Jactura rerum ex una parte, & (2) Conservatio rerum ex altera. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 5.*

nondum (3784) soluti: *f. C. si vend. pign.* neque debitor invitus admittere 1
tenetur actionum cessionem vel delegationem contra emtorem; (3785)
l. pen. nisi debitor urgeat creditorem, & nullam omnino moram ferre
velit: tunc enim creditor, qui b. f. vendidit, neque culpam in exactione
pretii admisit, non ad solvendum, sed ad actiones contra emtorem ce-
dendas compellitur; *24. §. 2 Brunn. ad d. l. pen. Barbov. d. c. 22. num. 2 ubi*
ulterius explicat. d. l. 24. §. 2. & l. 9. ff. de distr. pign. si creditor non b. f. 2
in vendendo pignore sit versatus, tenetur ad omne (3786) interesse. *7. C.*
de distr. pign. 1. 4 C. si vend. pign. ag. Barbov. de pign. l. 5 c. 22. n. 1.

E Creditor, qui facultatem restituendi habet, res præcise (3787) resti- 3
tuat: *40. §. f. h. arg. f. C. fideicom. liber.* alioquin judex manu militari 4
(3788) illas auferre, & debitori restituere potest; *l. 68. de R. V. Barbov. de*
pign. l. 5 c. 21 num. 2. dummodo pignoris vinculum quocunque modo 5
(3789) solutum sit. *9. § 3. vid. 24. §. f. Merlin. de pign. l. 5. tit. 1. q. 65. num.*
7. & t. t. quib. mod. pign. solv. Interdum etiam durante pignoris vincu- 6
lo efficaciter intentatur ratione interesse. (3790) *fin. pr. in fin. h.*

d. Hæc actio est perpetua, ita ut debitor etiam post 30 & 40 annos (3791) 7
debitum offerre, & hac actione pignus repetere possit. *arg. 7. §. 4. C. de*
præscript. 30 vel 40 ann. junct. 9. §. 3. h. Frantzk. Exerc. 5 quæst. 6. Gail. 2. O.
18. num. 4. ¶. vid. (3792) Instr. Pac. Osnab. art. 5. §. 9. vers. quæ vero. Grav.
lib. 2. concl. 18. num. 1 & 2. ¶. Mynf. 1. obs. 16. ¶. Joh. Gedd. vol. 1. Cons. Mar-
purg. 28. num. 147. & seqq. ¶¶. & Vult. vol. 3. consil. 21. num. 258. ¶¶. Mev.
ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 4. art. 4. num. 3. & seqq. Carpzov. p. 2. c. 1. d. 3. ¶.
vid. tamen (3793) Barbov. vol. 2. Disp. 22. th. 3. lit. 1. & tr. de pign. lib. 5. cap.
20. Gerb. part 3. perrc. Acad. quæst. 17.

D Actio pignoratitia * *CONTRARIA* est personalis, competens cre- d. 8
ditori & heredibus, adversus debitorem & heredes, ad indemnitatem
pignoris nomine (3794) consequendam. *Vid. 1. §. 1 l. 16. §. 1.*

C Oritur ex obligatione secundaria. (3795) Si hypothecæ possessio 9. 10
ad creditorem pervenerit, & is, v. gr. in rem illam expensas fecerit,
tum datur hæc utilis. *Barbov. tr. de pign. lib. 3. c. 9. num. 2. vid. supr. in*
Directa *hac actione* C. (3796)

O Ad id, quod creditori pignoris causa (3797) abest, & quidem 11
[I] ob rei qualitatem: e. g. si rem alienam, vel alteri obligatam, 12
aut morbosam, creditor ignorans pignori acceperit; *9. pr. 16. §. 1.*
l. 32 36. § 1. ut ut ab ignorante: *16. §. 1.* nam qui talia sciens sub-
stituit, etiam extra ordinem stellionatus tenetur, (3798) *dd. ll. 1. §. 1.*
l. 36.

1 *An autem debitor invitus admittere tenetur Actionum cessionem, vel delegationem contra emtorem?* R. Neg. nisi debitor urgeat creditorem, & nullam omnino moram ferre velit: tum enim creditor, qui pignus bona fide vendidit, & nullam culpam in exactione pretii admisit, non ad solvendum, sed ad actiones contra emtorem cedendas compellitur. *cit. l. 24. §. 2. h.* ibi: *non esse urgendum ad solutionem creditorem; sed aut expectare debere debitorem, aut si non expectat, mandandas ei actiones adversus emtorem, tamen periculo venditoris.*

2 *Ad quid vero creditor tenetur, si in vendendo pignore bona fide non sit versatus?* R. Ad omne interesse.

3 *Num creditor, qui facultatem restituendi habet, res, soluto pignoris vinculo, precise restituere tenetur?* R. Affir. & a Judice etiam ad hoc condemnatur. *arg. l. f. C. de fideicommiss. libert.*

4 *Quid vero, si creditor tales res soluto pignoris vinculo restituere nolit?* R. Tum Judex manu militari illas auferre, & ablatas debitori restituere potest.

5 *An autem hic nihil interest, quocunque modo pignoris vinculum sit solutum?* R. Nihil interest

6 *An interdum etiam, durante pignoris vinculo, hac actio pignoratitia efficaciter* ad interesse *intentatur?* R. Affir.

7 *An hac actio pignoratitia directa perpetua est ita, ut debitor etiam post 30 & 40 annos debitum offerre, & hac actione pignus repetere possit?* R. Affir. & quidem secundum communem, & in praxi receptam sententiam. *Vid. omnino* Cocceji *Jur controv. h. t. quæst. 19.*

8 *Quid est actio pignoratitia contraria?* R. Est actio personalis, competens &c.

9 *Unde hac actio* contraria *oritur?* R. Ex obligatione *secundaria*, & minus principali.

10 *Qualis vero actio datur, si hypotheca possessio ad creditorem pervenerit, & is v. g. in rem illam expensas fecerit?* R. Etiam tunc hanc actionem *utilem* dari, docet Bachov. *cit. l.* Quod autem Bartolus in *l. 17. §. 3. de pact. n. 3.* hanc actionem *utilem* tunc quoque locum habere existimat, si nuda conventione hypotheca constituta, & debitor in illa fraudulenter versatus sit, illud æquitatis quidem colorem habet; sed de Jure vix probari potest, cum hic actionis hujus causa & fundamentum plane deficiat. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 25.*

11 *Ad quid datur hac actio pignoratitia contraria?* R. Ad id, quod creditori ex pignoris causa abest, etiamsi debitor solvendo sit.

12 *Quomodo autem (1) creditori pignoris causa quid abesse potest?* R. Ob rei qualitatem: e. g. si debitor rem alienam, (licet nondum evictam, Bach. *d. l. 3. c. 9. n. 5.*) vel alteri obligatam, aut morbosam, creditori *ignoranti* pignori dederit, etiamsi ipse, qui dedit, hoc ignoraverit: si vero *sciens* prudensque hoc fecerit, tunc etiam extra ordinem stellionatus criminis nomine plectitur.

1 *An*

l. 36. pr. h. vid. tamen (3799) *36. §. 1. in f.* & quandoque furti (3800) *36. pr.* 1
[II] si ex re oppignorata damnum (3801) senserit; v. g. si servus oppi- 2
gnoratus furtum fecerit; *31. h. 61. §. 1. de furt.* quem tamen debitor no- 3
xæ relinquere potest; *31. h. d. l. 61. §. 1. Merlin. de pign. lib. 5. tit. 2. qu. 64*
num. 12. nisi sciens (3802) furem pignori dederit, *d. l. 31. d. l. 61. §. 3. ff.*
de furt. vid. Bachov. d. tr. de pign. lib. 3. c. 9. num. 8. [III] si creditor in 4
rem pignori acceptam expensas fecit necessarias, (3803) *8. pr. ff. 7. in f. C.*
h. vid. (3804) *etiam 8. §. 1. l. 22. §. ult. h.* [neque retentione (3805) uti
possit. *8. pr. & §. 1.*] aut tacito vel expresso debitoris consensu, utiles.
(3806) *25.* De reliquis (3807) utilibus *25.* Judex ex circumstantiis 5
(3808) statuet. *Fr. h. num. 33. Bachov. tr. de pign. lib. 3. c. 9. num. 4. vid.*
Gail. 2. O. 12. in fin. Græv. l. 2. concl. 12. consid. 2. Gars. tr. de expens. c. 1. num.
31. Alios (3809) casus, quibus hæc actio competit, refert *Bachov. d. c.* 6
9. n. fin.

DE EXERCITORIA ACTIONE.

XIV. 1.

D ACtio Exercitoria est actio personalis, a Prætore nova qualitate (3810) 7
aucta, qua ex contractu (3811) cum magistro navis, *1. §. 6.* secundum
præpositionis legem (3812) inito, agitur adversus Exercitorem (3813) in
N solidum. *§. 2. I. quod cum eo, qui in alien. potest.* Estque Prætoria, *d. §. 2.* 8
l. 1. §. 23. h. rei persecutoria, *Buchner. Diss. de re & jur. aquatil. §. 203. in*
fin. perpetua, (3814) *4. §. 4.* bonæ fidei, vel stricti (3815) juris, instar di-
rectæ (3816) ex contractu. *Vinn. ad §. 28. I. de Action. n. 5.* verb. *Eo amplí-*
us. vid. Bachov. de Act. D. 5. §. 14. p. 127. & seqq. Loccen. tr. de jur. maritim. &
naval. lib. 3. c. 7. num. 2. vid. 3. §. 7. l. 38. de pecul. Bachov. de Act. Disp. 8. §.
14. p. 126. & seqq. Franzk. h. num. 6. Stypm. tr. de jur. maritim. & nautic. lib.
4. c. 15. num. 253. & seqq.

C Licet stricto jure (3817) ex alterius contractu alter non obligetur, *3.* 9
in f. C. ne ux. pro marit. §. 10. I. de action. hæc tamen actio Prætoris auto-
ritate qualificata, (3818) *1. §. 23. vid. Vinn. ad §. 10. I. de act. & §. 2. I. quod*
cum eo. Bach. de act. D. 8. §. 15. competit, si fuerit *[1] contractum, *§. 2. I.* A
quod cum eo. Stypmann. de jur. marit. p. 4. c. 15. num. 141 & seqq. [Ex deli- 10
cto magistri non (3819) datur. *1. §. 2.* *[2] cum navis magi- a..
stro, [qui sc. locandis navibus, vel vectoribus conducendis, vel mercibus 11
emendis vendendisve est præpositus; sive cui totius navis cura est com-
missa, *1. §. 1 & 3.* idque vel ab ipso exercitore, *vid. 1. §. 5.* vel a pri-
mo

1 *An vero debitor, qui talia sciens substituit, quandoque etiam furti tenetur?* ℞. Affir.

2 *Quomodo (2) creditori pignoris causa quid abesse potest, & ipsi hæc actio contraria competit?* ℞. Si ex re oppignorata creditor quid damni senserit: v. g. si ipse servus oppignoratus furtum fecerit.

3 *An tamen, si servus oppignoratus furtum fecerit, debitor eum noxæ relinquere, & sic se ab actione contraria liberare potest?* ℞. Affir. (*iniquum enim visum, nequitiam servorum ultra ipsorum corpora dominis damnosam esse*) nisi debitor *sciens* furem, vel solitum furtum facere pignori dederit.

4 *Quomodo (3) creditori pignoris nomine quid abesse potest, & ipsi hæc actio contraria competit?* ℞. Si in rem pignori acceptam expensas fecerit *necessarias*, (& retentionis jure uti non possit: v. g. si res perierit, vel restituta fuerit) aut tacito vel expresso debitoris consensu expensas *utiles*.

5 *An tamen creditor illas expensas utiles, quas sine consensu debitoris expresso vel tacito in rem oppignoratam fecit, hac actione pignoratitia* contraria *repetere potest?* ℞. De his Judex ex circumstantiis statuet.

6 *Quis alios casus, quibus hæc actio pignoratitia* contraria *competit, refert?* ℞. Bachov. *cit. l.*

7 *Quid est actio Exercitoria?* ℞. Est actio personalis, a Prætore nova qualitate aucta, qua *&c.*

8 *Qualis est hæc actio exercitoria?* ℞. Est prætoria, (*quia Prætor eam introduxit, quod ex qualitate adjecta dijudicandum*) rei persecutoria (*quia per hanc actionem illam rem, qua nobis debetur, seu quæ ex patrimonio nostro abest, persequimur*) perpetua, bonæ fidei vel stricti juris, instar directæ ex contractu.

9 *Quando hæc actio exercitoria competit?* ℞. Licet *stricto* jure & alterius contractu alius alter non obligetur; hæc tamen actio exercitoria, Prætoris auctoritate qualificata, competit, si fuerit (1) contractum, (2) cum navis magistro, & (3) de rebus, quibus ipse est præpositus, & secundum præpositionis formam.

10 *Annon etiam ex delicto magistri hæc actio exercitoria datur?* ℞. Neg.

11 *Quis autem magister navis dicitur?* ℞. Qui locandis navibus, vel vectoribus conducendis, vel mercibus emendis vendendisve est præpositus; sive, cui totius navis cura est commissa, (quod quidem est essentiale, *l. 1. §. 1 & 3. ff. h. t.* & in hoc differt magister navis ab Institore, quod ille navi simul præpositus) idque vel ab ipso Exercitore, vel a primo navis magistro; (per jussum, mandatum, locationem, expresse vel tacite. *l. 1. ff. h. t.*) licet hoc factum sit ignorante, vel etiam invito & prohibente exercitore, quod singulari jure in utilitatem navigantium introductum est. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 4.*

mo (3820) navis magistro, etiam ignorante, vel prohibente (3821) exer-
citore, *l. §. 5. ibi Peck. num. 9. & Vinn. lit. f.* quod singulari jure in uti-
litatem (3822) navigantium introductum est. *Peck. & Vinn. dd. ll. Styp-
mann. d. c. 15. num. 119. & seqq.*] cujuscunque conditionis, ætatis (3823) & 1
sexus. *l. §. 4. ibi Peck & Vinn. lit. a. Stypmann. d. cap. 15. num. 115. & seqq.*
Si plures magistri fuerint præpositi, [1] simpliciter, ex singulorum con- 2
tractu hæc actio datur: *l. §. 13.* [2] si distinctis (3824) officiis, tunc pro 3
distincto cujusque officio exercitor obligatur: *l. §. 13.* [3] si conjunctim, 4
ne quid alter sine altero gerat, tum creditor sibi imputet, si contra legem
præpositionis, quam scivit, vel scire potuit, (3825) cum uno contraxit. *l.
§. 14. ibi Vinn. lit. d. & e. pag. 111 & 112.* Ex contractu nautarum [*vid.* 5
(3826) *l. §. 2. naut. caup.*] exercitor non obligatur, (3827) propter *l. §. 2.
h.* [*obst.* (3828) *§. pr. naut. caup. stab.*] *vid. Peck. & Vinn. ad l. §. 2. h.*

* [3] de rebus, quibus ipse a.
est præpositus, & secundum præpositionis formam: *l. §. 7 & 12. arg. 19.
de R. J. Loccen. de jur. marit. lib. 3. c. 7. num. 6.* hanc prætergressus, exer- 6
citorem non (3829) obligat; *l. §. 12.* nisi forma præscripta fuerit ca-
ptiosa. (3830) *Bus. ad l. l. §. magistrum. num. 4. Vinn. ad l. §. 5. h.* Com- 7
missa censentur etiam ea, quæ sciente & patiente exercitore a magistro
fiunt; *l. §. 5. Stypmann. de jur. mar. l. 4. c. 15. num. 181.* vel sine quibus
expresse mandata nequeunt, vel non commode possunt expediri. *l. §.
7. & l. ult. h. arg. 2. de jurisd. 56. 62. de procurat. Vinn. ad §. 2. I. quod
cum eo, qui in alien. pot. num. 4. & ad l. l. §. non autem omn. lit. a. ff.
h. t.* Unde si navis reficienda aut instruenda, & magister in id mu- 8
tuatur, actio in exercitorem (3831) datur; modo [1] navis in ea cau-
sa sit, ut refici debeat; [2] pecunia expresse in eam causam credatur,
nec [3] multo major, quam ad id necessarium; & [4] in loco, quo
refectio fieri possit. *l. §. 8 & 9. l. f. pr. & §. 1. Vinn. ad d. l. f. lit. a.* His 9
observatis, exercitor obligatur, licet magister pecuniam alio vertat.
(3832) *l. §. 9. l. f. h. ibi Peck. & Vinn. lit. a. & b. & c. Loccen. d. c. 7. num.
6 & 7.*

S Datur hæc actio illis, qui cum magistro navis dicto modo contraxe- 10
P runt, & illorum heredibus, *4. §. 4.* adversus exercitores, **die Rheders, 11
oder Schiffsfreunde,** *Stypmann. libr. 4. de jur. maris. c. 15. num. 17. Loccen.
de jur. marit. lib. 3. c. 7. num. 1* qui scil. ex navi quæstum exercent, sive 12
dominos, sive qui per aversionem (3833) navem conduxerunt, ad tem-
pus, vel in perpetuum. *§. 2. I. quod cum eo, l. §. 15. h. Pechard. ad d. §. 2.
I. quod cum eo, num. 7.* Si plures navem exercent ipsi, singuli tenentur 13
pro

1 *Refertne, quoad hanc actionem, cujus conditionis, ætatis aut sexus sit magister navis?* ℞. Nihil refert: quia quilibet in suum præjudicium etiam inhabilem potest approbare. *l. 7. §. 2. ff. de Instit. act.*

2 *Si plures magistri fuerint* simpliciter (*h. e. sine distinctione officiorum*) *præpositi, an tunc cura navis singulis in solidum mandata censetur, indeque ex singulorum contractu hæc actio quoque datur?* ℞. Affir.

3 *Si vero plures magistri* distinctis officiis *sint præpositi, quomodo tunc exercitor obligatur?* ℞. Pro distincto cujusque officio.

4 *Si autem plures magistri* conjunctim *sint præpositi, ut scil. quid alter sine altero gerat, & creditor* cum uno tantum *contraxit, an exercitor ex hoc contractu tenetur?* ℞. Neg. sibi enim imputet creditor, quod contra legem præscriptionis, quam scivit, vel scire potuit, cum *uno* contraxit.

5 *An exercitor ex contractu nautarum obligatur?* ℞. Neg. ratio est in *cit. l. 1. §. 2. ff. h. t.* exercitorem tamen teneri ex facto nautarum actione in factum, docet Brunnem. *ad l. fin. ff. de naut.* & *l. 1. §. 2. ff. h. t.* quia ipse eos suo periculo adhibuit.

6 *An formam præpositionis prætergressus exercitorem obligat?* ℞. Neg. nisi forma præscripta fuerit captiosa, v. g. ut non teneatur, nisi de iis, quæ bene & utiliter magister gesserit. Quicunque itaque cum magistro navis contrahunt, in hanc commissionis formam & legem, quantum scil. *tempus & locus* permittit, sedulo inquirere debent. *arg. l. 19. ff. de R. J.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 6.*

7 *Quænam vero* tacite *commissa censentur?* ℞. Ea, quæ sciente & patiente exercitore a magistro navis fiunt, vel, sine quibus expresse & principaliter mandata nequeunt, vel non commode expediri possunt.

8 *Quando igitur actio in exercitorem datur, si navis reficienda, aut instruenda, & magister navis in id mutuatur?* ℞. Si (1) navis in ea causa sit, ut refici debeat; (2) si pecunia expresse in eam causam credatur; nec (3) multo major, quam in eam rem sit necessaria, & (4) illud fiat in loco, quo refectio fieri possit.

9 *An, his observatis, exercitor obligatur, licet magister navis pecuniam alio verterit?* ℞. Affir. sibi enim imputet exercitor, quod talem magistrum præposuerit.

10 *Quibus datur hæc actio exercitoria?* ℞. Illis, qui cum magistro navis dicto modo contraxerunt, & illorum heredibus.

11 *Adversus quos datur?* ℞. Adversus exercitores, die Rheders, oder Schiffs-Freunde.

12 *Quinam hic dicuntur exercitores?* ℞. Qui ex navi quæstum exercent, & ad quos obventiones & reditus navis perveniunt, sive domini navis sint, sive eandem a Domino per aversionem (überhaupt) conduxerint, & quidem vel ad tempus, vel in perpetuum.

13 *Si plures navem ipsi exerceant, quomodo tunc tenentur?* ℞. Tenentur pro rata.

pro rata; (3834) *l. 4. h. Stypmann. d. c. 15 num. 193.* sin vero per magistrum 1
exerceant, tunc ex illius contractu singuli in solidum (3835) obligentur.
1. § f. l. 4. §. 1 h. [obst. f. § 5. nunc coup. stab.] vid. Stypmann d. cap. 15 num.
197. propter 1.*h.* Quod tamen unus præstitit, pro rata repetit, judicio socie- 2
tatis, (3836) communi dividundo, (3837) &c. *l. 3. h. Stypm. d. cap. 15. num.*
196. [Apud Hollandos, (3838) plures exercitores ex contractu magi- 3
stri tantum pro rata, nec amplius tenentur, quam ad æstimationem navis,
& eorum, quæ in navi sunt *Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 11. num. 13. Vinn. ad*
4. ff. h. lit. a. & ad §. 2. I. quod cum eo. & ibi Groeneweg. num. 2. vid. Statut.
Hamburg. part. 2. tit. 14. (3839) von Bodtmerey. *§ 5.*] Hoc quoque 4
procedit, sive masculus, sive fœmina, paterfamilias, vel filiusfamilias, vel
servus, navem exerceat. *1. § 16. ff. 4. C.* ita tamen, ut si filiusfam. vel ser-
vus navem exerceat expressa patris vel domini voluntate, hæc actio con-
tra patrem & dominum (3840) competat in solidum, (3841) *1. § 19. &*
seqq. si ipsis scientibus, quasi tributoria, si illis ignorantibus, tantum pe-
culiotenus. *1. §. 20. 22. l. 6. pr. h. Stypmann. d. l. num. 198 & seqq. Vinn. ad*
4. §. si ii, qui navem. lit. a. d. & 1 & ad l. 6. lit. a. ff. h. Contra ipsum quo- 5
que filiumfam. omnibus hisce in casibus datur hæc actio in solidum;
1. §. 22. h. arg. 39 de O. & A. contra servum vero nunquam. (3842) *arg. 14.* 6
de O. & A. 6. C. d. Judic. Pupillus si navem exercet, requiritur tutoris 7
(3843) auctoritas; *1. § 16.* si tutor, curator vel procurator magistrum 8
proposuerit, etiam adversus ipsos pupillos, (3844) minores, & dominos
hæc actio competit. *arg. 5. § f. de instit. act.* In heredes quoque datur. 9
4. § 4. Contrahentis est electio, an cum exercitore vel heredibus exer- 10
citoris, an vero cum ipso (3845) magistro, si est persona libera, directa
(3846) actione experiri velit, *1. §. 17. & ibi Vinn. lit. c. pag. 129.* elective.
(3847) *1. § 24. vid. Vinn. ad d. §. lit. a. p. 129.*

O Quoad Objectum inter principalem actionem ex contractu contra 11
magistrum competentem, & hanc qualificatam, nulla (3848) est diffe-
rentia. *arg. § 2. I. quod cum eo, qui in alien. potest.*

Potest etiam jure civili directo (3849) contra exercitorem agi. *§. f. I.* 12
quod cum eo, qui in alien. potest. ibi 1 Vinn. l. 19. ff. de R. C. l. 17. §. f. de instit.
act. l. f. pro socio. Vinn. ad l. 1. §. 17. lit. b. ff. h. pag. 128. vid. Barbos. de Acti-
on. Disp. 6 th. 17. Exercitori vero contra illos, qui cum magistro navis 13
contraxerunt, (3850) nisi hic in illius sit potestate, (3851) *vid. pr. I. per*
quas person. nob. acq. pr. & §. 1. de stipul. servor. actio nec jure civili con-
ceditur, *arg. § 19. I. de inutil. stipul. 38. §. 17. l. 126. § 2. ff. de V. O.* nec
a prætore: (3852) *1. §. 18.* interdum tamen Præfectus urbi, propter
mi-

1 *Si vero plures per magistrum exerceant navem, quomodo ex illius contractu obligantur?* R. Singuli in solidum, nec divisionis beneficium hic locum habet. *Vid.* Brunnem. *ad l. 2. C. h. t.*

2 *Quibus tamen actionibus is, qui solidum praestitit, pro rata illud a reliquis repetit?* R. Vel societatis, vel communi dividundo judicio.

3 *Quomodo apud* Hollandos *plures exercitores ex contractu magistri tenentur?* R. Tantum pro rata, nec amplius, quam ad aestimationem navis, & eorum, quae in navi sunt.

4 *An hoc procedat, sive masculus, sive femina, paterfamilias, vel filiusfamilias, vel etiam servus navem exerceat?* R. Affir. parvi enim refert, qui navem exerceat, ita tamen, ut si filiusfamilias vel servus navem exerceat expressa patris vel domini voluntate, haec actio contra patrem & dominum competat in solidum, &, si ipsis non mandantibus quidem, sed scientibus, *quasi tributoria*; si vero illis ignorantibus, tunc tantum *peculio tenus*.

5 *Num vero haec actio contra filiumfamil. exercitorem ipsum in casibus in solidum datur?* R. Affir. nam filiusfam. ex omni contractu, praeter mutuum, obligari & conveniri potest.

6 *An etiam contra servum?* R. Neg.

7 *Quid requiritur, si pupillus navem exerceat?* R. Tutoris auctoritas.

8 *Si tutor, curator, vel procurator magistrum praeposuerit, an etiam adversus pupillum, minorem vel dominum haec actio competit?* R. Affir. (*arg. tot. l. 7. § 1. ff. de inst. act.* Argumentum enim ab actione institoria procedit ad actionem exercitoriam. *l. 1. pr. & § 20. ff. h. t.*) quia factum tutoris, curatoris vel procuratoris est factum pupilli, minoris vel domini, quod tamen ipsis ulterius non nocet, quam quatenus illi solvendo, ut ab illis sumtus consequi possint.

9 *An haec actio in heredes quoque datur?* R. Affir. quia est ex contractu: actiones vero ex contractu tam active, quam passive in heredes transeunt.

10 *Qualem electionem habet ille, qui cum navis magistro contraxit?* R. An cum exercitore & ejus heredibus *actione exercitoria*; an vero cum ipso magistro, si est persona libera, *actione directa* agere velit; *electivè* tamen, nempe ita, ut, si cum uno eorum actum sit, cum altero ag. non possit.

11 *An inter principalem actionem ex contractu, contra magistrum competentem, & hanc, qualificatam actionem est differentia?* R. Quoad *Objectum* nulla est differentia: Objectum autem hujus actionis est illud ipsum, quod ex contractu, cum magistro navis secundum praepositionis legem inito, debetur.

12 *Num etiam,* Jure Civili, *directo contra exercitorem agi potest?* R. Affir. quia horum jussu contractum intelligitur.

13 *An vero exercitori contra illos, qui cum magistro navis contraxerunt, actio conceditur?* R. Si magister navis non sit in illius potestate, ipsi nec Jure Civili, nec a Praetore actio datur, (quia ille non eodem auxilio indiget, sed aut ex locato cum magistro, si pro mercede operam exhibet, aut, si gratuitam, mandati agere potest.) Interdum tamen Praefectus urbi, ad quem cura annonae pertinet, propter ministerium annonae, illum, extra ordinem, adversus illos contrahentes adjuvare solet.

ministerium annonæ, (3853) illum extra ordinem adjuvat : *1. §. 11. ff. de off. Praef. Urb. 1. §. 18 h. & ibi : Peck & Vinn. lit. e. & f.* ubi hoc etiam aliis in causis locum habere docent, si exercitor rem suam servare non (3854) possit. *arg. 1. in f. junct. 2. ff. de institor. act.* Nam quod in institoria receptum est, illud multo magis (3855) procedit in exercitoria. *1. pr. h.* 1

DE LEGE RHODIA (3856) DE JACTU. XIV. 2.

Hic cavetur, ut, si levandæ navis gratia jactus mercium factus, omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est. *1. Paulus libr. 2. sent. t. 7. Vinn. ad d. l. 1. lit. c.* Ubi consideranda : *[1] Jactus, qui fit a magistro navis vel quibuscunque aliis, *arg. 1. 2.* (3857) *Hortens. ad l. 14. pr. de praescript. verb. vid. Stat. Hamburg. part. 2. tit. 16. art. 1. Vinn. ad l. 2 pr. lit. a. & §. si navis a piratis. 3. lit. c. b. t. Loccen. l. 2. de jur. maritim. c. 7. num. 3.* ex necessitate, ob imminens & præsens naufragii periculum. (3858) *2. pr. & §. 2. Loccen. d. c. 7. num. 2.* De dolo & culpa, *vid.* (3859) *14. pr. & §. 2. de praescript. verb. ibi : Ægid. Hortens. Loccen. d. c. 7. num. 4 & 6. arg. §. 2. I. ad L. Aquil.* Hinc si magister navem plus justo oneraverit, aut perperam collocaverit merces, aut per imprudentiam, & non adhibito perito loci ductore, scopulis illisa nave jactus factus sit, cessat Lex Rhodia, & damnum vindicatur ex Lege Aquilia (3860) *arg. 27. §. 23. ad L. Aquil. 30. §. 2. locat. Vinn. ad l. 1 §. si quis ex vectoribus. 6. h. lit. d. pag. 236. Loccen. de jur. marit. libr. 2. cap. 8. num. 14 & 15. vid. Stracch. de Nautis. part. 3. per tot.* 2 A 3.4 5 6 7

C Objectum sunt merces, [1] propriæ vel alienæ, *14. pr. de praescript. verb.* [Prius tamen ejiciendæ majoris ponderis, & minoris pretii. *Salicet. in d. l 14. pr. Loccen. de jur. marit. libr. 2. cap. 7. num. 4.*] Item armamenta (3861) navis. *2. §. 1. in f. 3. 5. §. 1. Stat. Hamb. part. 2. tit. 16. art. 2.* vers. wurde auch, rc. *Loccen. d. l. 2. c. 8. num. 5. fere in fin. Vinn. ad l. 1. §. si conservatis lit. c b. pag. 308.* *[2] Contributio, quæ a Mercatoribus dicitur Avarie vel Haverie, (3862) *St. Hamb. part. 2. t. 16. a. 3. 4 & 7. Vinn. ad l. 1. b. t. p. 193. Loccen. de jur. marit. l. 2. c. 8. num. 1. Weytsen. tr. de Avaria belgice script. quem citant Christin. vol. 5. dec. 65. n. pen. Vinn. & Loccen dd. ttt. passim,* quæ est æquissima (3863) ob jacturam rerum ex una parte, & conservationem rerum ex altera. *2. in fin. pr. 4. pr. in fin. 5. pr. h. Vinn. ad l. 2. §. si conservatis. lit. a. b. p. 306. Loccen. de jur.* 8 9 10 B 11 12

1 *An hoc etiam in aliis causis locum habet, si exercitor rem suam servare non possit?* ℞. Affir. uti id docent Peck. & Vinn. *citt. ll.* nam quod in actione institoria receptum est, illud multo magis procedit in actione hac exercitoria.

2 *Quid hic cavetur?* ℞. Cavetur hic, ut, si levandæ navis causa jactus mercium factus est, omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est. *Vid. omnino* Lauterb. *Disp. de æquit. & extens. L. Rhod. § 1. & seqq.*

3 *Quænam hic consideranda?* ℞. Duo: (1) Jactus, & (2) Contributio, Avarie, vel Haverie.

4 *A quibus fieri potest Jactus?* ℞. A magistro navis, vel aliis quibuscunque.

5 *Ob quam vero causam hic jactus fit?* ℞. Ex necessitate, ob imminens & præsens naufragii periculum.

6 *Quid vero, si dolo vel culpa jactus sit factus?* ℞. Hoc casu cessat L. Rhodia, & damnum vindicatur ex L. Aquilia.

7 *Da exempla hujus culpæ?* ℞. E. g. si magister navem non bene stipaverit, picaverit, aut plus justo oneraverit, aut perperam collocaverit merces, aut per imprudentiam, & non adhibito perito loci ductore, scopulis illisa nave jactus factus sit.

8 *Quæ res sunt Objectum hujus Legis Rhodiæ de jactu?* ℞. Merces, nihilque refert, sive sint ejicientis propriæ, sive alienæ.

9 *Quænam tamen merces sive res prius sunt ejiciendæ?* ℞. Quæ majoris ponderis & minoris pretii sunt.

10 *Num etiam hæc Lex Rhodia locum habet, si armamenta navis dejiciuntur & cæduntur?* ℞. Affir. *vid.* Stat. Hamb. *cit. l.* vers. Würde auch der Mast, um Schiff und Guth zu retten, gehauen, oder Tacker, Ancker, oder Thau gekervet, der Schade gehet über Schiff und Guth.

11 *Quid est Contributio, quæ a Mercatoribus* Avarie, *vel* Haverie *dicitur?* ℞. Est actus, quo illi, quorum merces, sive res, propter jactum, salvæ manserunt, ad damnum rerum jactarum resarciendum, pro rata & portione conferunt. Quamvis enim propter hunc mercium jactum, ad naufragii periculum avertendum factum, contra ejicientem nulla competat actio: *l. 14. pr. ff. de præscr. verb.* quia hoc facit ex necessitate & jure permittente, atque sic quidem dat damnum, sed sine injuria; *arg. §. 1. J. de L. Aquil.* æquum tamen est, ut omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est. *l. 1. ff. h. t.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 4.*

12 *Cur autem hæc contributio æquissima est?* ℞. Ob summam æquitatis rationem, ut scilicet jactus commune fiat detrimentum eorum, qui per illum res suas salvas retinuerunt alioquin perituras, *l. 2. in f. pr. ff. h. t.* Unde, ut hæc contributio locum habeat, duo requiruntur: (1) Jactura rerum ex una parte, & (2) Conservatio rerum ex altera. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 5.*

1 So

jur. maritim. lib. 2 c. 8. num. 7. Si jactu mercium facto nihilominus na- 1
vis ſtatim ſubmerſa eſt, nulla debetur contributio, (3864) ſed quæ quis- 2
que ſervavit, ſibi ſervat; *4. pr 5. pr. 7 b.* niſi navis poſtea alio (3865) lo- 3
co perierit, & res per urinatores iterum extractæ ſint. *4. §. 1. Loccen. d.*
cap. 8. num. 6. & num. 9. Vinn. ad d. l. 4. pr. lit. d. pag. 246. & ſeqq.

S Conferant omnes, quorum interfuit, (3866) jacturam fieri, *2.* 4
§. 2.

O Omnes res æſtimantur: amiſſæ & ſervatæ, etiam gemmæ, veſti- 5
menta, (3867) annuli, &c. cum ipſa nave, *2 §. 2. Vinn. ad d. §. 2. lit. f.*
pag. 213. Loccen. d. c. 8. num. 4 & 21. exceptis cibariis, (3868) conſumen-
di cauſa navi impoſitis, *2. §. 2. ibi Vinn. lit b. pag. 214.* & liberis (3869)
hominibus. *d. §. 2. ibi Vinn. lit. d. pag. 213. Loccen. d. cap. 8. num. 4 & 11.*
Stat. Hamburg. part. 2. tit. 16. art. 2. Res amiſſæ æſtimantur, quanti fu- 6
erint emtæ; (3870) *2 §. 4. vid. Vinn. ibidem. lit. d. pag. 219. & ſeq. verſ.*
nihilominus. ſervatæ vero, quanti peritorum virorum arbitrio vendi 7
poſſunt, (3871) deductis vecturæ, aliiſque neceſſariis expenſis. *2. §. 4.*
& ibi Vinn. pag. 219. His omnibus computatis, contributio fit pro rato: 8
(3872) e. g. tota navis cum perditis & ſervatis æſtimatur 1000 fl. res ja-
ctæ 100 fl. inde 1000 pro rato reſtituunt 100, adeoque decem floreni u-
num florenum. *arg. l. 2. pr. §. 4. b. ibi. Vinn. lit. d. pag. 220. Loccen. d. l. c.*
8. num. 8. Stat. Hamb. p. 2. tit. 16. art. ibi. den Schaden ꝛc.

Petitur hæc collatio actione locati, (3873) contra magiſtrum navis, 9
ut ipſe res ſalvas tamdiu retineat, (3874) donec ſuas portiones præſtent:
2. pr. & §. 2. ibi Vinn. lit. c. pag. 198. Loccen. d. c. 8 num. 4 & 12. poteſt ta- 10
men magiſter actionem ſuam cedere. (3875) *31. in fin. de pecul. 16. §. ult.*
de hered. pet. Vinn. d. l.

O Ceſſat hæc contributio, vel diminuitur, ſi res jactæ recuperatæ 11
(3876) fuerint. *2. §. 7. Stat. Hamburg p. 2. t. 16. art. ult. Loccen. d. c.*
8. num. 18. vid. §. ſ. I. de R. D. l. 9. §. ult de acq. rer. dom. 2. §. ſ. l. 8.
b. [*obſt.* (3877) *43. §. pen de furt*] *vid. Vinn. ad d. l. 8. lit. l. p. 271. Barb.*
& Dd. ad d. §. ult. I. de R. D.

SS Hæc contributio etiam locum habet ex æquitate propter ſimile 12
damnum ex alia cauſa datum: e. g. ſi [1] res alicujus in nave pro- 13
pter (3878) jactum, [*vid. 2. §. 1. ibi Peck. & Vinn. lit. a. pag. 209.*
Loccen. d. c. 8. num. 17.] deteriores factæ. *4. §. ſ. b. ibi. Peck. & Vinn.*
lit. c. & d. pag. 257. add. Struv. Ex. 20. th. 22. b. Item [2] ſi certum 14
pretium pro ſalute navis ſolutum ſit; e. g. piratis; (3879) *2. §. 3. b. ibi*
Vinn.

1 *Si igitur jactu mercium facto, nihilominus navis postea submersa est, an tamen debetur aliqua contributio?* R. Neg. quia hic deficit fundamentum requisitum, nempe conservatio rerum ex altera parte.

2 *An ergo hoc casu res, quas quisque sibi servavit sibi servat?* R. Affir. quia per jacturam aliarum mercium non sunt servatae, sed cujusvis domini studio & diligentia.

3 *An tamen contributio debetur, si navis postea alio loco perierit, & res per urinatores extractae sint?* R. Affir. vid. Lauterb. *Diss. de aquat. & contrib. L. Rhod. th.* [illegible]

4 *Quinam conferre tenentur?* R. Omnes, quorum interfuit jacturam fieri; etiam Dominus navis. l. 2. § 2. ff. h. t.

5 *Cum vero jacturae sarciendae pro rerum pretio aestimare oporteat, quaenam res in contributionem aestimantur?* R. Omnes res, cum ipsa navi, juxta vulg. Es gehet über Schiff und Guth; & quidem tam amissa (*ut si constet de quantitate damni, communi contributione sarcienda, & ut pro ea quantitate domini aliarum partem ferant*) quam servata, etiam vestimenta & annuli, &c. d. l. 2. § 2. ff. h. t. quae loquuntur sub finale. Idem dicendum de [illegible], lapillis, gemmis, margaritis, auro & argento. *Vid.* [illegible] Excepta tamen cibaria, consumendi causa navi imposita, & libera hominum corpora, quorum hic nulla habetur ratio.

6 *Quomodo res amissae aestimantur?* R. Quanti fuerant emtae.

7 *Quomodo vero aestimantur res servatae?* R. Quanti peritorum virorum arbitrio vendi possunt, deducta vectura aliisque necessariis expensis. *Vid.* Brunnem. *ad l. 2. § 4. h. t.*

8 *Facta igitur aestimatione, & omnibus in unum computatis, quomodo contributio fit?* R. Ea ratione illa initur, pro rata bonorum cujuscunque tam amissorum, tam servatorum ita, ut si [illegible], & res omnes, servatae & amissae faciant mille florenos, res vero jactae [illegible] florenos, pro [illegible] florenos, & dominus rerum jactarum pro sua portione feratur [illegible], reliquos vero [illegible] florenos recipiant ex collatione & contributione aliorum, qui singuli pro decima rerum servatarum [illegible] florenos. Lauterb. *Coll. th.* [illegible] Brunnem. *ad l. 2. § 16. ff. h. t.*

9 *Quaenam autem actione hoc collatio petitur?* R. Actione locati, non tamen contra dominos rerum servatarum, sed contra magistrum navis ad hoc, ut ipse eas [illegible], donec suas portiones praestent, vel, ut ipse contra vectores reliquos agat ex conducto, ut portiones suas solvant [illegible] ad res servandas, propter pro necessariis expensis habentur hae res jactae, propter quas conductor habet & jus retentionis, & actionem ad illas consequendas. *Vid.* Franck. *de locat. & cond. n. 166. seqq.*

10 *An tamen magister navis potest actionem suam cedere?* R. Affir. quia hoc casu delegatio pro justa praestatione est habenda, cum actionem consequantur illi, quorum res jactae sunt.

11 *Quando cessat vel diminuitur haec contributio?* R. Si res jactae apparuerint, ut, si forte ad littus appulsae & recuperatae fuerint.

12 *An haec contributio etiam locum habet propter simile damnum ex alia causa datum?* R. Affir. ubi est eadem & aequitas suadet, ut, quod de jactu L. Rhodia cautum, interpretatione porrigeretur etiam ad simile damnum, pro communi & multorum salute, ex alia causa datum.

13 *An igitur (1) haec contributio locum habet, si res aliquas ex navi propter jactum detrimentum facta sint?* R. Affir. [illegible] *ad SCt. Trebell.*

14 *An (2) contributio locum habet, si navis cum mercibus a piratis vel hostibus expugnata & capta, certo pretio fuerit redemta?* R. Affir.

Vinn. lit. a. pag. 217. Loccen. de Jur. mar. lib. 2. cap. 8. num. 5. [secus est, si 1
e. g. piratæ ipsi (3880) aliquid diripuerint. *2. §. 3. h. ibi Vinn. lit b. pag.
218.*] Item, [3] si levandæ navis gratia res in scapham repositæ ibi 2
perierint, *4. pr.* [secus est, si salva scapha perierit (3881) navis: *4.* 3
pr. ibi Vinn. lit. c. pag. 245.] *Stracch. tr. de Navib. part. 2. num. 19.*
Item [4] si urgente incendio domus aliqua diruta sit, cæterarum 4
conservandarum causa, *arg. 1. 2. pr. in f. Gail. 2. obs. 22. num. 4. Peck.
ad l. 1. h. & ibi Vinn. lit. b. pag. 191. Bachov. ad Tr. V. 1. D. 18. th. 8.
lit. b. vers. illud autem. Farinac. de crim. quæst. 110. cap. 3. num. 151. Bo-
cer. de Regal. c. 3. num. 249. Græv. lib. 2. concl. 22. num. 4. Lubler. tr.
de incend. c. 5. num. 135.* Neque hic distinguendum, an quodam- 5
modo certum fuerit, dirutam domum nihilominus perituram, nec
ne? (3882) *DD. arg. 1. 2. h.* [*Diss. Lubler. d. l. Seb. Medic. de cas. fort.
lib. 2. c. 8. num. 23. in fin.*] tum enim vicini, quorum ædes per hoc
salvatæ sunt, contribuant; *dd. DD. arg. 1. 2. h.* modo is, cujus cul- 6
pa incendium exortum, non sit solvendo. (3883) *Græv. d. l. num. 7.
Farinac. d. l. num. 152. Lubler. d. l. num. 136.* Plures casus, (3884) 7
quibus contribuendum, habet *Habn. h. Boc. de regal. c. 3. num.
249. &c.*

DE INSTITORIA ACTIONE. (3885) XIV. 3.

D. INstitor [*vid. §. 2. I. quod cum eo, qui in alien.*] *3.* est, qui a Domi- 8
no, vel ejus vices gerente, negotiationi quæstuariæ universaliter,
administrandi gratia est præpositus: [institor suo consensu, verbis 9
in suam personam conceptis, quamvis institorio (3886) nomine con-
trahit. *arg. 1. h. Diss. Turri, tr. de Camb. D. 3. quæst. 7. num. 37.*] *5. pr.
& §§. seqq. 11. f. 6. l. 16. 18. ff. h. Paul. de Castr. in l. 3. num. 1. h. Rot.
Genuens. decis. 14. num. 1 & 2. Christina. vol 3. decis. 33. num 3.* Mer- 10
catorum institores hodie vocantur Factores; Factor. *Mevius, ad J. L.
l. 3. t. 6. a. 5. num. 11. Besold. in thes. pract. Speidel. in spec. voc.* Factor.
Item Laden- oder Gewerbs-Diener (3887) oder Verwalter. *C. I. A.
h. t. th. 1. Speidel. d. l. Mev. d. a. 5. num. 10.* & a quibusdam Krämer.
Oldend. cl. 4. act. 5. in pr. vid. tamen Speidel. d. l. & voc. Kauffmann.
Stracch. tr. de mercat. part. 1. num. 4. & seqq. Pharmacopolarum Provi- 11
sores; *Habn. ad Wes. h. n. 6.* Cauponum, Keller, a quibus distinguuntur 12. 13
die

1 *Si vero de lapidibus vel laterculis vel aliquid deperierit ex mercibus alicujus, & si reliquae merces salvae sint, an tunc quoque reliqui damnum illud collatione sarcire tenentur?* R. Neg. quando enim quaeritur, an contributioni locus sit, semper inspiciendum, an damnum communis causa datum sit.

2 *An (5) contributio ex L. Rhodia de jactu peti potest, si navis, pluribus mercibus onerata, portum intrare nequeat, & merces, levandae navis gratia, in lenunculum missae, aut scapham trajectae ibi perierint?* R. Affir. & illi, qui in navi reliquas merces salvas habent, hoc mercium damnum contributione sarcire debent, quia hoc damnum communis causa accidit, & propter hoc aliorum merces servatae sunt.

3 *An vero contributio locum habet, si res in scapham trajectae servatae fuerint, & navis, salva scapha perierit?* R. Neg.

4 *An (6) contributio locum habet, si, urgente incendio, domus aliqua diruta sit caeterarum conservandarum causa?* R. Affir. & tum id damnum contributione sarciendum est a vicinis, ad quos verisimiliter ignis potuit pervenire.

5 *Num tamen hoc distinguendum, an quadamtenus certum fuerit, dirutam domum indubitanter perituram necne, ut scil. vicini ad contributionem teneantur?* R. Neg.

6 *An vicini quoque contribuere tenentur, si is, cujus culpa incendium exortum, solvendo sit?* R. Neg. incendio enim contributio a vicinis tantum in *subsidium* debetur, si scil. nemo adsit, cujus culpa incendium exortum, aut hic solvendo non existat.

7 *Quis plures casus, quibus contribuendum, habet?* Hahn. & Bocer. cit. ll.

8 *Quid est Institor?* R. Institor est, qui a domino vel ejus vices gerente, negotiationi quodammodo universaliter, administrandi gratia, est praepositus. Dicitur autem *institor*, (a quo haec actio appellatur, & ex cujus contractu illa datur, in cit. §. 2. *I. quod cum eo, qui in alien. pot.*) ab insistendo, quod scil. negotio gerendo insistit, *l. 3. ff. h. t.* eidemque cum cura & solicitudine incumbat. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 1.*

9 *Quomodo institor contrahere debet?* R. Suo consensu, & verbis in suam personam conceptis, quamvis institorio nomine: si enim institor verba in personam praepositi conciperet, ipse tantum nuncius esset ita, ut non ipse, sed praeponens per ipsum contraheret, & actiones ex contractu, per ipsum initio, descendentes, statim immediate praeponenti acquirerentur, & adversus illum *ipso jure etiam* competerent, contra manifestissima jura nostra. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 11.*

10 *Quomodo mercatorum institores hodie vocantur?* R. Factores (*quasi a faciendo*) Factor, Handels- oder Gewerbs-Diener, oder Verwalter, & a quibusdam Krämer, quamvis hoc vocabulo illi proprius denotentur, qui proprio nomine mercaturam exercent, & quidem tantum duntaxat, *en detail*, merces scil. ad ulnam, mensuram, numerum & pondus distrahendo, gemeiniglich Kauffleute oder Krämer, so ihre Waaren mit der Elle, Maas oder Gewicht verkauffen, a quibus distinguuntur die Kauff- und Handels-Leute, Kauff- und Handels-Männer, vel Kauff- und Handels-Herren, per excellentiam ita dicti, qui per aversionem, *en gros*, im gantzen, & magna cum copia merces, forma non mutata, vendere & permutare solent. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 2.*

11 *Quomodo Pharmacopolarum institores hodie vocantur?* R. Provisores.

12 *Quomodo cauponum institores vocantur?* R. Keller.

13 *Quinam ab his institoribus distinguuntur?* R. Die Handel-Knechte, qui modo sunt famuli, & nomine domini nullam contrahendi potestatem habent.

die Hauß-Knechte; qui nudi sunt famuli. *Hahn. d. l. num. 1. Mev. ad J. L. l. 3. t. 6. art. 5. num. 14.*

B Generalis institor in genere domini negotiationibus, specialis certæ 1
negotiationis speciei præponitur. *5. pr. & §§. seqq. h. Barbos. ad Wes. h. t. num. 1 & 4.* Qui ad unum tantum actum constituitur, ille non insti- 2
tor, sed procurator est. *Barbos. d. n. 4. Paul. de Castr. ad l. 5. h. t. n. 1. Christin. vol. 3. dec. 33. n. 3. Tholos. Synt. univers. jur. l. 29. c. 12. n. 1. in f.*

C Constituuntur institores præponentis commissione, & præponendi 3
receptione. Quod fit, interdum nullo interveniente contractu, (3888) 4
quando scil. dominus servum (3889) præponit; *l. 1. h. §. 2. l. quod cum eo. arg. §. 6. I. de inut. stip. l. 19. §. 2. de neg. gest.* interdum per mandatum, 5
(3890) *1. h. arg. 1. § 18 de exer. action. vid. Mev. ad J. L. l. 3. t. 6. a. 11. n. 1.*
vel per locationem: (3891) *arg. l. 1. §. 18 de exercit. action. Hahn. h. n. 4. in f.* interdum tacita præponentis voluntate. (3892) *arg. 1. §. 5. de exerc. act. 18. mandat. 7. §. 11. de SCt. Mac. Turri, tr. de Camb. disp. 3. quæst. 7. num. 33. Rot. Genuens. dec. 14. num. 4. & seqq. num. 38. & num. 42. & mult. seqq. Casta tr. de facti scient. & ignor. insp. 43. num. 2.* Affirmans aliquem in- 8
stitorem esse hoc probet. (3893) *Turri, d. tr. disp. 2. quæst. 23. num. 124. Rot. Genuens. d. dec. 14. num. 77. arg. 5. 11. §. 2. in f. 18. h. [obst. 1. h. ibi: negotiorum gestorum.] vid. l. 19. §. 2 de neg. gest.*

D Præponunt institores, qui quæstus gratia contrahere solent, ut: 9
mercatores, caupones, *13. pr. de instr. legat.* fullones, sarcinatores, 10
vestiarii, (3894) &c. *5. § 4. & seqq. h.* etiam fœminæ, *7. §. 1. ff. 4. C.* 11
minor cum curatorum [si habet] consensu, & pupillus tutorum auctoritate. *9. h. vid. (3895) 10. 11. pr. & §. 1.* Ipsi etiam tutores, cura- 12
tores & procuratores: *L. 5. §. f.* item institores; (3896) *l. 1. §. 5. de exercit. act. 5. §. 17. h. arg. 8. §. 3. mand. Mejer. in Colleg. dec. 5. cap. 5. th. 8. & in C. J. A. h. th. 3. in fin.* modo præponens hoc non 13
prohibuerit. *l. 1. §. 5. de exercit. act. ibi Paul. de Castr. num. 6.* NON 14
etiam, qui negotiationem quæstuariam exercere prohibentur. (3897) *Arg. 46. de contrah. emt. 2. §. 1. de admin. rer. ad civit. pertin. Mev. ad J. L. lib. 3. tit. 6. art. 11. num. 17. ubi etiam Stracch. de mercat. p. 1. num. 66. adducit, qui tamen ibidem & seq. num. 72. contrarium probat.*

E Præponuntur, qui usu rationis non destituuntur, etiam fœminæ, 15
(3898) servi, minores, impuberes; *7. §. 1 & 2. l. 8. h.* filiifam. *vid.* (3899) *7. §. 11. de SCt. Mac.* prodigi, (3900) sc. quoad actionem institoriam. (3901) *arg. 7. §. 2.*

Nego-

1 *Quotuplex est institor?* ℞. GENERALIS, qui in genere domini negotiationibus; & SPECIALIS, qui certæ negotiationis speciei præponitur.

2 *Quomodo vero is dicitur, qui ad* unum tantum *actum constituitur?* ℞. Procurator, non institor.

3 *Quomodo institores constituuntur?* ℞. Præponentis commissione, & præponendi receptione. Alii quidem dicunt, quod institores mandato constituantur; sed male: sicut etiam quidam male requirunt, ut quis majorem fortunarum suarum partem in mercaturam conservaverit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 4.*

4 *An autem hæc constitutio interdum fit nullo interveniente contractu?* ℞. Affir. quando scil. dominus servum suum præponit.

5 *An hæc constitutio interdum etiam per mandatum fit?* ℞. Affir.

6 *An interdum etiam per locationem & conductionem?* ℞. Affir.

7 *An autem ad institoris præpositionem etiam* tacita *præponentis voluntas sufficit?* ℞. Affir. nam & mandatum & locatio *tacite* fiunt consensu, ut: si quis alio *præsente & sciente* sese pro illius institore gereret, & ejus negotiationem administraret.

8 *An affirmans, aliquem institorem esse, hoc probare tenetur?* ℞. Affir. sine hac enim tacita vel expressa præpositione nemo dici potest institor.

9 *Quinam præponere possunt institores?* ℞. Non tantum mercatores, sed etiam mechanici & omnes negotiatores, qui res comparatas propria opera mutatas distrahere, vel locando & conducendo, aut alio modo contrahendo lucri quæstusque gratia negotiari solent.

10 *An ergo suos quoque habent institores caupones, fullones, sarcinatores, vestiarii & similes?* ℞. Affir.

11 *An quoque nihil refert, sive hi institores masculi sint, sive fœminæ, majores, sive minores?* ℞. Nihil refert: modo minores, si curatorem habent, illius consensum adhibeant, & in pupillis tutorum autoritas interveniat.

12 *Num etiam ipsi tutores, curatores & procuratores minorum & dominorum suorum negotiationibus institores recte præponunt?* ℞. Affir. (Domini enim vocabulum in defin. late accipitur. *cit. l. 5. §. f. h. t.* & *l. 27. ff. de admin. & peric. tut.* quo casu actio datur contra tutores & procuratores quoque, si scil. omnium rerum procuratores. *d. l. 5. §. f.* & *l. seq. t.*

13 *An etiam institores ipsi alios institores præponere possunt?* ℞. Affir. modo præponens hoc non prohibuerit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 6. in fin.*

14 *An etiam illi institorem præponere possunt, qui negotiationem quæstuariam exercere prohibentur?* ℞. Neg. quicunque enim negotiationem quæstuariam exercere prohibentur, illi nec per institorem negotiari possunt.

15 *Quinam vero institores negotiationi præponi possunt?* ℞. Qui usu rationis non destituuntur, masculi & fœminæ, liberi & servi, majores & minores, puberes & impuberes, patresfam. & filiifam. nec de prodigo, *quoad allectionem institoriam,* aliud dicendum videtur. *Obstat,* quod prodigus furioso comparetur, qui voluntate destituitur. *l. 40. ff. de R. J.* ℞. Quoad bona sua. *l. 1. pr. ff. de curat. fur.* vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 8.*

O Negotiationibus quæstuariis, quibus quis res emit, ut easdem mutatas vel non mutatas carius vendat, vel alio modo contrahendo lucrum quærit: *§. 1. l. quod cum eo, qui in alien. potest. 3. 4. 16. 18. h. Castr. in l. 1. num. 5. & l. 3. num. 1. h. Tholosan. Synt. univers. jur. lib. 29. c. 12. num. 1. Christin. vol. 3. decis. 33. num. 3. Turri, disp. 3. quæst. 7. num. 21. Stacc. de commerc. §. 1. quæst. 7. part. 2. ampl. 11. num. 7. & §. 1. quæst. 1. num. 1. & seqq.* *NON* etiam de Jure Civili ad fœnerationem, (3902) *19. pr. h. §. 3. fere in f. l. quod cum eo.* [*obst.* (3903) *5. §. 2.*] *Bachov. ad W. h. n. 1. lit. a.* nec ad negotia (3904) oeconomica. *5. §. 10. h. 13. §. 25. de act. emt. Castr. in d. l. 1. n. 5. h.* 1. 2 3 4

E Si institor est liber, nec in potestate præponentis, obligatio ex ejus contractu immediate in ipsius persona radicatur, eidemque acquiritur. *1. h. arg. 1. §. 18. de exerc. act. de Castr. in d. l. 1. num. 3.* Hinc *OFFICIO* * *DURANTE,* * contra sibi obligatum agere, & debitum exigere potest, A B *Turri, d. tr. de Camb. Disp. 2 quæst. 23. num. 123.* [præponenti vero adversus eum, qui cum institore contraxit, regulariter nec jure prætorio actio datur; *1. h. arg. 1. §. 18. de Exercit. act. Fr. ad § 2 l. quod cum eo. num. 17. & 19.* nisi aliter rem suam servare non possit: (3905) *1. in f. & 2. h. Bachov. de act. D. 8. th. 11. fere in f. vers. illud denique. vid. 1. §. 18. de exerc. act. & l. 1. h.* tenetur enim institor actiones præponenti cedere. (3906) *Pichard. ad §. 2 l. quod cum eo, qui in alien. potest. num. 26. Hahn. ad Wes. tr. h. num. 7. Diss. Bachov. ad Wes. tr. d. l. lit. b.*] 5 6 7

* ipse civili directa actione conveniri potest; *7. §. 1. ibi: & similiter. tr. h. 1. 7. §. 11. de SCt. Mac. Ca. p. 2. c. 20. def. 14. n. 1. & seq. Mev. ad J. L. l. 3. t. 6. a. 5. num. 5. Hahn. ad Wes. tr. h. num. 6.* non ut de suo (3907) quidquam præstet, sed ex negotiatione, quam administrat *5. h. Alciat. in l. 19. ff. de R. C. num. 9. Groenew. tr. de legib. abrog. ad l. 5. ff. h. ¶. Henn. Encyclop. Jur. part. 2. t. 23. cap. 4. num. 17. Gylmann. Symphor. tom. 4. part. 1. vot. 32. num. 9 & 10. Carpzov. p. 1. d. 10. ¶. vid. 6. §. 1. de neg. gest. Dec. cons. 249. num. 10. arg. 19. pr. de R. C. 3. de O. & A. 1. §. 4. de const. pecun.* Nam qui administratorio nomine contrahit, non de sua, sed ejus pecunia, cujus nomine (3908) contrahit, solutionem promittere videtur, & ad eandem obligatur: *34. vers. verisimile ff. de neg. gest. 43. §. 1. de admin. tut. 5. 7. ff. l. 1. C. quando ex fact. tut. 15. C. de admin. tut. 1. §. f. ff. quod juss. 4. pr. de re judic. 5. §. f. & l. 6. h. Marchisell. quæst. 57. Bartol. in l. f. h. Carpzov. l. 4. R. 20. num. 1. & seqq. Berl. p. 1. dec. 15. num. 6.* neque executio in bona institoris (3909) fieri potest, *Carpzov. p. 1. c. 32. def. 14. n. 5. Henn. d. l.* nec ipse arrestari. *Berl. p. 1. concl. 75. n. 38. ¶. Carpzov. p. 1. c. 30. def. 11. ¶.* b. 8 9 10 11

* *Ft.*

1 *Quibus negotiationibus institores praeponuntur?* R. Negotiationibus quaestuariis, & quidem tam terrestribus, quam maritimis.

2 *Quae vero negotiationes dicuntur quaestuariae?* R. Quibus quis res emit, ut easdem mutatas, vel non mutatas carius vendat, vel alio modo contrahendo lucrum quaerit. Negotiationis enim vocabulum hic late accipitur, & etiam comprehendit mechanicam. *Vid.* Lauterb. d. l. § 9.

3 *An etiam* Jure Civili *ad foenerationem institor praeponitur?* R. Neg.

4 *Si vero quis ad negotia oeconomica administranda, (v. g. ad res sibi & familiae suae necessarias comparandas, vel non necessarias distrahendas) constituatur, an is est institor?* R. Neg. sed est procurator, a quo institorem in jure distinguimus. *Vid.* Lauterb. d. l. §. 10. ubi differentiam inter procuratorem & institorem egregie docet.

5 *Si institor est liber, nec in potestate praeponentis, in cujus persona, & quomodo obligatio ex contractu radicatur?* R. Hoc casu obligatio ex institoris contractu immediate in ipsius persona radicatur, eidemque acquiritur.

6 *An hinc institor,* officio durante, *ex contractu illo contra sibi obligatum agere, & debitum exigere potest?* R. Affir. Ex contractu enim, a libero homine, proprio nomine inito, actio ipsi contrahenti acquiritur, licet in alterius utilitatem contraxerit, quam actio postea sine cessione in alterum non transfertur.

7 *Qualis ergo actio praeponenti contra illos, qui cum institore contraxerunt, datur?* R. Huic praeponenti regulariter nec *Jure Praetorio actio datur*; (quia illa non indiget, & alio modo de remedio tutus est. potest enim praeponens petere, ut institor sibi actiones cedat,) nisi aliter rem suam servare non possit.

8 *An autem etiam ipse institor eisdem obligatur, &, officio durante,* civili directa *actione conveniri potest?* R. Affir. cit. §. addunt quidam Dd. etiam *l. 1. §. 17. ff. de exercit. act.* sed affirmative non semper procedit argumentum ab exercitore ad hanc materiam. *Vid.* Carpz. & Mev. cit. §.

9 *Ad quod vero hac actione* directa civili *conveniri potest institor?* R. Non ut de suo satisfaciat, vel quidquam praestet, sed ut ex rebus praeponentis, vel negotiatione, quam administrat, solvat, secundum communem DDrum opinionem. Unde generaliter dicitur: *Quicunque administratorio nomine contrahit, ille non de sua, sed ejus persona, cujus nomine contrahit, solutionem promittere videtur, & ad eandem obligatur.* Institor autem non suo, sed *institorio* nomine contrahit & promittit, eoque ipso suam personam excipit. Hinc quidam scribunt: *Factores*, licet nullis literis sese debitores scribant, & sese obligent, tamen non possunt conveniri; quia videntur scribere ut factores, & factoris nomine, & fundamentum ponunt in cit. *l. f.* ex d. l. nec adversatur, si institor aliud *expresse* non dixit, an alia qualitate ipsum respondisse & obligare voluisse censetur, & ea propter ipse quoque sub hac, & non alia qualitate, contra intentionem contrahentium, (quae actum, atque ex fructu aequum, moderantur. Besold. *part. 4. cons. 161. n. 37.*) obligatur. Lauterb. Coll. th. pr. d. t. §. 13. in fin.

10 *An ejus (durante officio) res etiam in bona institoria fieri potest?* R. Non potest, ne sit ipsi officium suum sit damnosum.

11 *An nec ejus persona arresto detineri potest?* R. Non potest, secundum communem opinionem; non solum enim grave est Legibus, sed etiam naturali aequitati contrarium, pro alieno debito aliquem molestari, arrestari, vel personaliter detineri.

1 *An*

* *FINITO*, ipse conveniri nequit; (3910) *f. h. ibi Salicet. Rot. Genuens.* 2. 1
*dec. 14. num. 64. Coler. lib. 2. dec. 248. Marchisell. quaest. 57. num. 9. Mev. ad J.
L. l. 3. t. 6. a. 5. num. 7. Zas. h. num. 4. Felic. tr. de Societ. c. 30. num. 27 &
seqq. Carpzov. p. 2. c. 20. def. ult.* ¶ *Hahn. ad Wes. tr. h. num. 6.* ¶. nisi ipse
proprio nomine, nulla officii sui mentione facta contraxerit, *Carpzov.
l. 1. dec. 10. num. 9 & 10. & l. 4. R. 20. num. 3. Gylmann. Symphor. tom. 4. part.
2. vot. 31.* aut in specie suam fidem (3911) adstrinxerit, *67. de proc. 3. §. 2.
de adm. rer. ad civ. pert. 5. pr. & §. 1. quand. ex fact. tut. 15. C. de adm. tut.
vid. Berl. p. 1. dec. 14. num. 1. & dec. 15. Nicol. Everhard. Jun. vol. 2. cons. 6.
num. 35. Pister. obs. 20. num. 2. & seqq. Carpzov. l. 4. R. 20. num. 4. & p. 2. c.
19. def. 6. num. 6. in f. Gail. 2. obs. 27. num. 24.* aut fines praepositionis ex-
cesserit. *vid. 1. §. f. quod juss. c 9. fere in fin. 2. de arbitr. arg. 43. §. 1. de adm.
tut. 5 §. 11. l. 11. §. 5. h. vid. Carpzov. d. R. 20. num. 11. & seqq.* Si institor 2
de suo aliquid solvit, illud repetere, (3912) & contra proprium suum
factum venire nequit, licet dominus solvendo esse (3913) desierit. *arg.
49. mand. 6. in f. l. 44. de cond. indeb.*

Adversus praeponentem ex contractu institoris, stricta (3914) juris 3
civilis ratione, actio non datur: *3. in f. C. ne uxor pro marit. §. 10. I. de*
D *act.* ex aequitate tamen praetoria *1. h.* datur *ACTIO INSTITORIA*, 4
(3915) quae est personalis, a praetore nova qualitate (3916) aucta, qua
ex contractu, cum institore secundum praepositionis legem inito, agi-
tur adversus praeponentem in solidum. *§. 2. I. quod cum eo, qui in alien.*
N Est praetoria, *d. §. 2.* rei persecutoria, *Pichard. ad d. §. 2. num. 27.* perpe- 5
tua, (3917) *15.* & pro diversitate (3918) contractus, unde oritur, bonae 6
fidei, vel stricti juris: *C J A. h. th. 10.* nam a directis aeque ac exercito-
ria non specie, sed tantum adjectitia qualitate differt. *5. §. 12. 17. pr. h.
Bach. de Act. D. 8. th. 14. Fr. in Comm. Inst. ad d. §. 2.*

† Est vel Directa vel Utilis, sive Quasi-institoria, (3919) ex quasi insti- 7
toris, sive procuratoris, contractu competens. *5. § 8. l. 19. h. 13. §. 25. de
act. emt. C. J. A. h. Bach. de Act. D. 8. th. 11. p. 172.*
C Causa efficiens est * [1] Contractus, *§. 2. I. quod cum eo, qui in alien.* C 8.9
1. h. [ex delicto non (3920) datur, *obst.* (3921) *5. §. 8. vid. Bachov. &* 10
Hahn. ad W. h. n. 4.] * [2] cum institore licet mortuo (3922) praepo- C.. 11
nente. *5 §. 17. l. 11. princ. 17. §. 1. & §. 3. h. Bachov. de Act. Disp. 8. thes. 10.
& ad Tr. vol. 1. Disp. 24. th. 7. lit. c. Mejer. in ἐνδόξ. dec. 5. cap. 5. Hahn. ad
Wes. h. n. 4. Pichard. ad §. 2. I. quod cum eo. n. 22 & 23.* Si plures sunt praepo- 12
siti,

1 *An tamen Institor, finito officio, conveniri potest?* ℟. Neg. (Finito enim Institoris officio, & ea qualitate, sub qua erat obligatus, extincta, ipsa quoque obligatio extincta censetur ita, ut ipse postea ex illa conveniri nequeat. Nisi ipse, proprio nomine, nulla ullius sui mentione facta, contraxerit, aut in specie suam fidem adstrinxerit, aut fines præpositionis excesserit.

2 *An vero institor, si de suo aliquid solvit, illud repetere potest?* ℟. Neg. quia est proprium solutum, contra quod venire non potest, licet Dominus solvendo esse desierit.

3 *Num adversus præponentem ex contractu Institoris actio datur?* ℟. Stricta Juris Civilis ratione non datur: quia tamen ad præponentem omne negotiationis commodum pertinet, & cum institore contrahentes, præponentis quoque fidem sequuntur, utpote qui cum institore in re, quæ ad negotiationem pertinet, suo periculo contrahere, permittere, & quasi ipsa præpositione factum institoris sese præstare velle, videtur, ideo Prætor, hac æquitatis ratione motus, actioni, quæ ex institoris contractu inter ipsos contrahentes competit, certam qualitatem addidit, ut etiam in solidum contra præponentem intentari possit. Atque hæc qualificata actio est *Actio Institoria*, de qua præcipue agitur in hoc tit.

4 *Quid igitur est Actio Institoria?* ℟. Est personalis, a Prætore nova qualitate aucta, qua &c.

5 *Qualis est hæc actio ratione Causæ Efficientis remotæ, Objecti & Durationis?* ℟. Est prætoria, (quia a Prætore est introducta) rei persecutoria, (quia hac non pœnam, Legibus constitutam, sed rem, quæ ex patrimonio nostro abest, persequimur) & perpetua.

6 *An hæc actio est bonæ fidei, an stricti juris?* ℟. Pro diversitate contractus, unde oritur, est vel bonæ fidei, vel stricti juris: imitatur enim hæc quoque actio in plurimis naturam actionis *directæ*, *seu principalis*, ex contractu inter contrahentes competentis, a qua, neque ex contractu, non specie, sed tantum adjectitia qualitate differt.

7 *Quotuplex est actio institoria?* ℟. Est vel *Directa*, vel *Utilis*, sive Quasi-institoria, quæ per interpretationem ex quasi-institoris, sive procuratoris contractu, ad exemplum *directæ* datur, e. g. quando quis non universali, sed certæ negotiationi præpositus. Hunc quoque veteres institorem vocabant, cui omnia; *quasi-institor*, cui unum saltem negotium ad mercaturam pertinens est commissum.

8 *Quid est Causa Efficiens hujus actionis institoriæ?* ℟. Contractus, de negotio quolibet quo, cum institore, secundum præpositionis legem initus, & Edictum Prætoris.

9 *Quid igitur (1) requiritur, ut hæc actio locum habeat?* ℟. Contractus.

10 *An quoque ex delicto institoris hæc actio contra præponentem datur?* ℟. Neg.

11 *Quid (2) requiritur, ut hæc actio institoria locum habeat?* ℟. Ut institor fuerit, qui contraxit; præponentis tamen morte, propter utilitatem promiscui usus, non finitur institoris officium. Unde, licet quis sciens post mortem præponentis cum institore contraxerit: tamen adversus præponentis heredes hanc actionem habet; quia creditor fidem hujus institoris, ex mandato agentis, tamdiu sequitur, donec mandatum illud vel ab ipso præponente, vel ab ejus herede revocetur. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t.* §. 20. & Cocceji *Jus controv. h. t. qu. 5.* vid. tamen Struv. *h. t. in not.* ubi dicit: *Modo tamen contrahens ignoraverit, mortuum esse præponentem; nam alias non haberet intentionem præponentem obligandi.*

12 *Si vero plures institores sint præpositi, quomodo tunc obligatur præponens, seu principalis?* ℟. Hoc ipsum videndum, qua Lege sint constituti. Si igitur quis contra hanc Legem cum illis contraxerit, principalis non obligatur.

ſiti, videndum, qua lege ſint conſtituti; *11. §. 5. h.* ex quaſi-inſtitoris 1
contractu datur actio utilis, (3923) *16. 19. pr.* non etiam, ſi quis contra- 2
xit cum inſtitore finito (3924) officio. *v. Stracch. de decoct. p. 3. num. 51. &*
ſeqq. arg. 11. §. 6. h. * [3] de rebus, quibus inſtitor eſt præpoſitus, ſe- c,, 3
cundum præpoſitionis formam, (3925) *5. § 11. l. 11. §. 5. l. 3. C. h.* & quæ 4
ad illorum executionem ſunt neceſſaria vel utilia; (3926) *Rot. Genuenſ.*
dec. 14. num. 91. 5. §. 13. h. Felic. tr. de ſoc. c. 30. num. 20. modo ea ſint ob-
ſervata, quæ ad tit. de exerc. act. C. dicta ſunt: *vide Felic. d. c. 30. num. 21.*
& ſeqq. Rot. Genuenſ. dec. 14. num. 90. & mult. ſeqq. num. 109. Vinn. ad §. 5. I.
quod cum eo, qui in alien. pot. Caſt. tr. de quot. & rat. quaeſt. 43. num. 1. & ſeqq.
Chriſtian. vol. 3. dec. 33. num. 2. ¶¶. tunc enim tenetur præponens, licet 5
inſtitor hic dolum admiſerit, (3927) & pecuniam acceptam alio (3928)
conſumſerit. *arg. 5. de exercit. action. Mev. ad J. L. l. 3. t. 6. a. 5. num. 4.*
Weſenb. in π. h. num. 2. & ibi Hahn. C. I. A. h. t. theſ. 10. in f. Felic. d. cap. 30.
num. 25. 11. §. 4. h. Rot. Genuenſ. dec. 14. num. 17 & 115. Caſt. tr. de quota & ra-
ta. quaeſt. 43. num. 8. Giurb. deciſ. 88. num. 10. ¶. Idem eſt, ſi conditio præ- 6
poſitionis fuerit captatoria. (3929) *arg. 11. §. 5.*

* [4] ET diſpoſitio Prætoris. *vid. tit. de Exerc. act.* C. c. 7

S Datur dicto modo cum inſtitore contrahentibus, & heredibus; (3930) 8
P *15.* adverſus præponentes, & heredes, pro rata (3931) & portione here- 9
ditaria. *14. in f. 15. h.* Si plures communem negotiationem exercentes, 10
unum præpoſuerint inſtitorem, ſinguli tenentur in ſolidum; quod ta- 11
men unus præſtitit, reſtituant alii pro rata, Societatis judicio, vel Com- 12
muni dividundo: *13. §. f. & l. seq. h. Rota Genuenſ. dec. 14. num. 8. 20 & 116.*
quod hodie non ubique (3932) obſervatur. *Vinn. ad §. 2. I. quod cum eo.* 13
num. 2. vid. tit. praec. de exerc. act. P. v. Marquard. de jur. mercat. lib. 1. c. 8.
num. 37 & 40.

O Quoad objectum nihil differt a principali. 14

DE ACTIONE TRIBUTO-RIA. (3933) XIV. 4.

EX contractibus ſervorum & filiorumfam. Prætor dat actionem con- 15
tra dominos & patres, in quorum poteſtate exiſtunt, vel propter eo-
rum * [1] utilitatem; ut eſt actio de in rem verſo, *§. 4. I. quod cum eo,* A
qui in alien. poteſt. Bachov. de act. D. 8. th. 6 & 7.
vel * [2] propter eorum conſenſum, & quidem vel * generalem; ut a,,B
actio inſtitoria & exercitoria. *Bach. d. D. 8. th. 10. Fr. ad §. 2. I. quod cum eo,*
num. 1. vel * ſpecialem, ut b.
actio

1 *Quaenam actio ex quasi-institoris contractu datur?* ℞. Actio institoria utilis.

2 *An etiam haec actio datur, si quis cum institore, finito officio, contraxerit?* ℞. Neg. modo alter quoque sciverit, officium fuisse finitum.

3 *Quid (3) requiritur, ut haec actio institoria locum habeat?* ℞. Ut contractus initus sit de rebus, quibus institor est praepositus, & secundum praepositionis formam.

4 *Num quis cum institore etiam circa ea, quae ad executionem illarum, quibus ipse praepositus est, sunt necessaria, vel utilia, valide contrahit, & principalem obligat?* ℞. Affir. modo ea quoque fuerint observata, quae in praecedentibus de Magistro navis ad *Tit. de Exercit. Action. C.* sunt tradita, sc. ut id fiat sciente & patiente principali, vel ita sit comparatum, ut sine hoc id, quod mandatum, vel plane non, vel non commode exequi possit.

5 *Hic autem observatur, an si expresse potestas mutuum accipiendi a praeponente fuerit concessa, an tunc praeponens teneatur, licet pecunia accepta non in illius, sed propriam ipsius institoris utilitatem sit versa?* ℞. Affir. Dolus enim institoris, in re sibi commissa admissus, praeponenti potius, quam illi, qui cum praeposito contraxit, nocere debet; & haec communis DDrum est opinio.

6 *An idem est, si conditio praepositionis fuerit captatoria?* ℞. Affir. licet enim haec conditio captatoria non fuerit servata, tamen datur actio institoria.

7 *Quid (4) circa hanc actionem observandum?* ℞. Dispositio Praetoris, qui actioni huic ex contractu descendenti hanc qualitatem adjecit, & sic praeter hunc contractum tanquam Concausa concurrit.

8 *Quibus datur actio institoria?* ℞. Illis, qui cum institore dicto modo contraxerunt, & illorum heredibus.

9 *Adversus quos datur?* ℞. Adversus praeponentes & illorum heredes, pro rata & portione hereditaria.

10 *Si plures, communem negotiationem exercentes, unum praeposuerint institorem, quomodo ex ejus contractu tenentur?* ℞. Singuli in solidum, ne sc. in plures adversarios distrahatur, qui cum uno contraxit.

11 *An tamen, quod unus hoc casu praestitit, reliqui pro rata restituere tenentur?* ℞. Affir. quia cum *Nomina* ex contractu orta, *ipso jure* sint divisa, is, qui solidum solvit, reliquorum debita simul solvit, eosque liberavit. Aequum itaque est, ut illud restituatur, ipseque indemnis servetur.

12 *Quibus vero actionibus is, qui solidum solvit, ratas illas repetere potest?* ℞. Societatis judicio, & Communi dividundo.

13 *An id, quod supra* No. 10. *dictum, hodie ubique observatur?* ℞. Neg.

14 *An quoad* Objectum *inter hanc actionem institoriam, & principalem ex contractu inter ipsos contrahentes competentem, est differentia?* ℞. Neg. datur enim ad idem praestandum, ad quod principalis actio quoque datur.

15 *Quotuplicem ob causam ex Contractibus servorum & filiorum familias Praetor dat actionem contra dominos & patres, in quorum potestate existunt?* ℞. Ob triplicem vel (1) propter utilitatem, domino vel patri exinde quaesitam, ut est actio de in rem verso, vel (2) ob domini & patris consensum, & quidem vel *generalem*, ut est actio institoria & exercitoria, vel *specialem*, ut est actio quod jussu; vel (3) propter patris & domini permissionem, quae scil. per consequentiam deducitur.

actio quod jussu. *Bach. d. D. 8. th. 12. Fr. ad §. 1. l. quod cum eo, &c. n. 3 & 4.*
vel * [3] propter eorum permissionem, quæ sc. per consequentiam 2
deducitur, & est vel Generalis; unde datur actio de peculio: (3934) *Bach.* 1.2
d. D. 8. th. 9. Fr. ad §. 3. num. 1. & §. 4. n. 1. l. quod cum eo. vel Specialis,
D (3935) ob quam datur *ACTIO TRIBUTORIA*, *vid. Bachov. d. D. 8. th. 13.* 3
Fr. ad d. §. 3. l. quod cum eo. quæ est actio personalis, a prætore certa qua- 4
litate aucta, competens ex contractu servi vel filiifam. qui sciente & pa-
tiente domino vel patre, de mercibus peculiaribus negotiatur, adversus
dominum vel patrem ad iniquam & fraudulentam (3936) mercium illa-
rum distributionem corrigendam & æqualiter (3937) faciendam. *§. 3. I.*
N *quod cum eo. f. h.* Estque prætoria, rei persecutoria, (3938) *8. h.* & per- 5
petua. (3939) *7. §. f. h.*

C Datur a Prætore, ex contractu [*C. I. A. h. t. n. 1. Hahn. ad Wes. n. h. n. 1.*] servi vel filiifam. *1. § 4. h. arg. pr. I. quod cum eo.* qui de mercibus pe- 6.7
culiaribus, sciente & patiente domino vel patre negotiatur; *§. 3. I. quod*
cum eo. l. 1. §. 2 & 3. h. vid. 3. § 1 & 2. l. 4. 5. pr. h. ob dolum domini vel
patris non æqualiter (3940) distribuentis. *7. § 2. l. 8.*

S Datur creditoribus, quibus ex mercibus illis aliquid debetur, & dolo 8
malo domini vel patris minus, quam oportet, tributum est, illorumque
P heredibus. Adversus dominum vel patrem, cujus in potestate sunt hi, 9
illorum permissione negotiantes: *1. §. 4. h.* & heredes, quatenus ali- 10
quid ad eos pervenit: (3941) *7. §. ult. 9. §. 2. h.* hæc enim actio exorbi-
tantem naturam a Prætore accepit. (3942)

O Venit in tributum, non totum peculium, sed tantum (3943) merces 11
peculiares (3944) [non dominicæ, (3945) *11. §. 7. de Inst. action.*] & quod 12
ex mercibus illis est. (3946) *5 §. 11. h. § 5 fere in f. I. quod cum eo.* Si ser- 13
vus plures exercuerit negotiationes, vel ejusdem negotiationis plures ha-
buerit tabernas, cujuscunque negotiationis vel tabernæ merces separa-
tim (3947) inter ejusdem creditores distribuuntur; *5. §. 15. 16. h.* quod
Doctores etiam ad liberi hominis negotiationes extendunt. *Schulter. l. 1.*
quæst. 64 Stracch. tr. de decoct. part. ult. num. 20. & seqq. vid. tamen Groe-
new. de leg. abrog. ad l. 5. §. 15 & 16. h. t. Ex dictis mercibus hac actione 14
singuli (3948) petunt, quanto minus, quam debuerit, ipsis tributum est,
l. 7 § 2. h. secundum proportionem geometricam: (3949) præferuntur
tamen privilegiarii, hypothecarii, & jure dominii vindicantes. *5. §. 8. &*
§. 18. Stracch. de decoctor. part. ult. n. 23.

Ln Hodie, cum servos non habeamus, & filii negotiantes, quoad illam 15
ne-

1 *Quotuplex est hæc Permissio?* ℞. Duplex: vel Generalis, vel Specialis.

2 *Qualis actio ob* Generalem *permissionem datur?* ℞. Actio de peculio.

3 *Qualis vero datur actio ob* Specialem *permissionem?* ℞. Actio Tributoria.

4 *Quid est Actio Tributoria?* ℞. Est actio personalis, a *Pratore* certa qualitate aucta, competens &c.

5 *Qualis est hæc actio tributoria?* ℞. Est prætoria, (*quia Jure pratorio est introducta*) rei persecutoria, (*quia illa rem, quæ nobis ex patrimonio abest, persequimur*) & perpetua.

6 *A quo datur hæc actio?* ℞. A Prætore.

7 *Unde datur?* ℞. Ex contractu (quia refertur inter actiones ex contractu descendentes. Nec obstat *l. 3. §. 1. inf. t. h. t.* nam dolus requiritur tanquam Causa *impulsiva* æque ac in actione Pauliana. *Vid.* C. I. A. & Hahn. ad Wes. *tit. h.*) servi & filiifamilias, qui de mercibus peculiaribus, sive rebus a domino vel patre in peculium concessis, sciente & patiente domino vel patre negotiatur, ob dolum domini vel patris non æqualiter distribuentis.

8 *Quibus hæc actio datur?* ℞. Creditoribus, quibus ex mercibus illis aliquid debetur, & dolo malo domini vel patris minus, quam oportet, tributum est, illorumque heredibus.

9 *Adversus quem datur?* ℞. Adversus dominum vel patrem, qui illorum permissione negotiantes in potestate habent, vel habuerunt.

10 *An etiam contra illorum heredes datur?* ℞. Affir. de eo tamen tantum, quod ad illos pervenit. Obstare quidem videtur *l. 49. ff. de O. & A.* sed ℞. Exceptionem esse in actione tributoria: habet enim hæc actio quandam exorbitantem & propriam naturam, talem sc. qualem a Prætore accepit. *Vid.* Lauterb. *Diss. de transit. Act. th. 24.*

11 *Quid vero in tributum venit?* ℞. Non totum peculium, sed tantum merces peculiares, & quod ex mercibus illis est, de quibus servus vel filiusfamilias dicto modo negotiatur.

12 *An etiam merces dominica in tributum veniunt?* ℞. Neg.

13 *Si vero servus plures exercuerit negotiationes, vel ejusdem negotiationis plures habuerit tabernas, & diversos creditores cujuscunque negotiationis aut taberna, quomodo tunc merces sunt distribuenda?* ℞. Hoc casu cujuscunque negotiationis vel tabernæ merces separatim inter ejusdem creditores sunt distribuendæ, & sic quasi separationis beneficium habetur. *arg. l. 5. §. 15. ubi: unumquemque eorum merci magis, quam ipsi credidisse.* Quod Ddres etiam ad liberos homines negotiationes extendunt. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 5.*

14 *Quid autem singuli ex dictis mercibus hac actione petunt?* ℞. Ut, quanto minus ipsis tributum sit, quam debuerit, ipsis præstetur, & quidem secundum proportionem geometricam, ita tamen, ut privilegiarii, hypothecarii, & jure dominii vindicantes aliis creditoribus præferantur: nulli enim creditores pro rata concurrunt, nisi qui idem jus habent.

15 *An hodie hujus actionis adhuc usus est?* ℞. Neg. cum servos tales non habeamus, & filii negotiantes, quoad illam negotiationem, pro emancipatis habeantur.

negotiationem, pro emancipatis habeantur, (3950) hujus actionis nullus (3951) est usus. *Habn. ad Wesenb. tr. h. t. in fin.*

QUOD CUM EO, QUI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIUM GESTUM ESSE DICITUR. XIV. 5.

EX contractu filiifam. pater modo dictis & sequentibus actionibus con- 1
veniri potest; & filiusfam suo nomine [si suo nomine (3952) contra- 2
xit, *vid. supr. de institor act. E.*] æque ac paterfam. obligatur, *39. de O. &*
A. 57 de Judic. vid. Barbos. ad W. h. in fin. in solidum; *44 de pecul.* exe-
cutio tantum differtur, quamdiu in potestate est, & nihil proprii (3953) 3
habet. *l. 5 pr. h. t. Franck in Comm. tr. h. t. n. 4.* Si tamen patria pote- 4
state liberatus, ex bonis paternis non sit locupletior factus, *2. pr. vid. Bar-* 5
bos. ad 2. C. h. num. 7. Gicurb. decis. 43. num. 15. & seqq. Fr. h. n. 6. aut mo-
dicum (3954) tantum acceperit, *2. §. 1. l. 7. arg. 4. pr. vid. Sprenger. de*
Modic. cap. 1. num. 8 in fin. & seqq. Prætor ipsi, [non etiam heredi (3955) 6
ejus, *4 § 3 h. ibi Bus. 12 13. sol. matr 24. §. 1. L. 25 de re jud.*] convento
concessit beneficium competentiæ; (3956) *Gicurb. dec. 43. 44 & 45. vid. 2.*
pr. & §. 1. l. 7 & 1 1. h. 2. C eod ibi Barbos. num. 11. & seqq. 30. de re jud 173.
ff. de R. I. nisi dolo malo in contrahendo sit versatus: (3957) *arg. 22. §.* 7
1. de re jud.. Gicurb. d. decis 43. num. 1. Barbos. in L. 2. C. h. n. 18. e. g. si sese 8
patremfamilias mentitus sit, *4. § 1. 6.* propter (3958) *l. 37. in fin. de mi-*
nor. arg. l 26. §. 1. de milit. testament. [unde etiam in delictis cessat hoc 9
beneficium. *4. §. 2. h. 21. §. f. de action rer. amotar. 52. de re judic. Gicurb. d.*
decis. 43. num. 3. & seqq.] aut eidem in specie renunciavit. (3959) *arg. 41.* 10
de minor. l pen. C. de pact vid Gicurb. decis. 42. num. 8. & seqq. Barbos. ad l.
2. C h. num 4 & seqq. num. 14. & seqq.

J.n De hodierno Jure *vid. Groenew. (3960) tr. de L. abrog. ad l. 2 & 9. C. h.* 11
t. num. 3.

SS Servi ex suis contractibus non (3961) obligantur; *14. ff. de oblig &* 12
Action. ita ut nec post manumissionem (3962) exinde conveniri possint. 13
17. de N. G. 1. & 1. 2. C an servus pro suo facto post manumiss. teneatur.
ibi Perez. n. 1.

DE

1 *Quibus actionibus pater ex contractu filiifamilias conveniri potest?* ℞. Modo dictis & sequentibus actionibus; *scil.* actione exercitoria, institoria, tributoria, de peculio, de in rem verso, & quod jussu.

2 *An etiam filiusfamilias obligatur?* ℞. Hic suo nomine, *si suo nomine contraxit*, æque ac paterfamilias obligatur, & ob id agi cum eo, tanquam cum patrefamil. potest, & durante, & finita patria potestate, & quidem in solidum. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 1.*

3 *Num executio quoque contra filiumfamil. decerni potest?* ℞. Neg. sed hæc differtur, quamdiu in patria potestate est, & nihil proprii habet.

4 *Quodnam vero beneficium Prætor ipsi filiofamil. patria potestate liberato & ex suo contractu convento, concessit?* ℞. Beneficium competentiæ.

5 *Quando autem hoc beneficium competentiæ filiofamil. competit?* ℞. Si ex bonis paternis non est factus locupletior, aut modicum tantum accepit.

6 *An etiam hoc beneficium heredi filiifamil. competit?* ℞. Neg.

7 *An hoc beneficium filiofamil. competit, si dolo malo in contrahendo sit versatus?* ℞. Neg.

8 *An ergo nec competit, si filiusfam. sese patremfamil. mentitus sit?* ℞. Non competit.

9 *An & hinc in delictis cessat hoc competentiæ beneficium?* ℞. Affir.

10 *An quoque hoc beneficium filiofamil. non competit, si eidem in* specie *renunciaverit?* ℞. Non competit.

11 *Quid Jure* hodierno *circa hæc obtinet?* ℞. De hoc vid. Grænew. *cit. l.*

12 *An servi ex suis contractibus obligantur?* ℞. Neg.

13 *Annon tamen servi post manumissionem exinde conveniri possunt?* ℞. Neg.

1 Quid

DE SENATUSCONSULTO MACEDONIANO. XIV. 6.

HOc SCtum est Jus a Senatu Romano constitutum, quo cavetur, ne creditoribus, qui filiisfamilias mutuam pecuniam (3963) dederunt, efficax actio detur. *1. 9. §. 9. h. 40. de condict. indeb. §. 9. l. quod cum eo.* 1

C Factum est a Senatu Romano, auctore Vespasiano Imperatore. *Sueton. in d. Imp. cap. 11.* Claudius quoque Imperator hac de re (3964) legem promulgavit, *Tacit. lib. 11. annal. c. 13. num. 2. Alex. ab Alexandr. l. 1. genial. dier. c. 7. in f. Panciroll. thes. var. lect. l. 2. cap. 36.* propter causam (3965) *in 1. 9. §. 9. h. 40. pr. de cond. indeb. §. 9. l. quod cum eo. vid. l. f. §. f. in f. C. de bon. quæ liber* (3966) 29 4 5

O Agit * [I] de *CREDITORE*, scienter filiofamilias pecuniam mutuam dante, *1. pr.* cujuscunque sexus, aut conditionis; [nam in Civitate quoque, quæ filiofamil. mutuam pecuniam dedit, SCtum locum (3967) habet, *15.*] modo * mutuum dare possit. *argum. 3. § 2.* Hinc cessat SCtum [1] in pupillo, & minore curatorem habente, qui sine tutore & curatore dederunt *d. § 2.* [minor curatorem non habens, causa cognita, restituitur contra hoc SCtum in integrum; *d. l. 3. § 2. h. 11. § f. de minorib.* nisi & ipse filiusfamil. (3968) accipiens minor sit: tunc enim melior est causa consumentis; modo hic litis contestatæ tempore ex hoc non inveniatur locupletior. *34. pr. de minor. Mantic. de tacit. & ambig. convent. l. 8. t. 7. num. 16.*] [2] in filiofam. qui ex peculio profectitio alteri filiofamil. mutuam pecuniam (3969) dedit; unde pater nummos illos vindicare, *3. §. 3. vers. si filiusfam. h.* consumtos vero condicere potest. *arg. l. 9. §. 1. h.* * conditionem accipientis sciat vel scire possit *3. §. 2. h. l. 9. h. Mant. de tacit. & amb. conv. l. 8. t. 7. num. 17.* Hinc cessat SCtum, si creditor justo errore ductus accipientem patremfamil. (3970) putaverit: *1. C. h. vid. Enenckel de privil. parent. & liber. privil. 12. cap. 3. num. 18. Trentacinq. l. 3. de solut. Resol. 19. num. 8 & 11. Barbos. ad d. l. 1. C. h. num. 3. 4. C. h. 3. pr. §. 1. h. ibi Cujac. & Bos. vid. Enenckel. d. c. 3. num. 19. & seq.* Probabilitatem erroris probet creditor. (3971) *1. C. h. Christin. vol. 3. dec. 35. num. 7 Enenckel. d. priv. 12. c. 3. num. 18. in f. Bos. ad d. l. 3. num. 2. h.* Si duo crederent, ad hoc, ut SCtum locum haberet, sufficit unius (3972) scientia. *7. §. 7. h. Trentacinq. l. 3. tit. de solut. Resol. 19. num. 8. in fin. Barbos. ad l. 1. num. 4. C. h.* A 6 7 B 8 9 10 11 12 b. 13.14 15 16 17

* [II] de

1 *Quid est Senatus Consultum Macedonianum?* R. Hoc SCtum est Jus a Senatu Romano constitutum, quo &c.

2 *A quo hoc SCtum est factum?* R. A Senatu Romano.

3 *Quo auctore est factum?* R. Auctore Vespasiano Imperatore.

4 *Quis praeterea Imperatorum hac de re Legem promulgavit?* R. Claudius Imperator. *Vid.* Tacit. XI. Libr.: *Claudius Lege lata saevitiam creditorum coërcuit, ne in mortem parentum pecunias filiisfamilias darent.*

5 *Propter quas causas hoc SCtum est factum?* R. Causae hae recensentur in *cit. l. 1. ff. pr. h. t.* Filii quippe familias, cum invitis & insciis parentibus pecuniam [illegible] mutuam acciperent, parentibus mortem ingerebant, & aes alienum ubique, in scelera quaerere, unum contra patres quandoque ruebant. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 4.*

6 *De quibus agit hoc SCtum?* R. Agit (I) de persona *creditoris*, scienter filiofamilias pecuniam mutuam dantis, & regulariter nihil interest, cujuscunque illa persona sit sexus, aut conditionis, nihilque refert, hoc persona publica sit, an privata; (II) de persona *debitoris*, & (III) de ipso negotio inter illos contracto.

7 *An ergo etiam in* Civitate, *quae filiofamilias mutuam dedit pecuniam, hoc SCtum locum habet?* R. Affir. Licet enim Civitas juribus minorum gaudeat: hoc tamen tantum eo restringendum, si agatur de resarcienda laesione, quae ex re oritur, non vero, quando minoribus succurrendum ob defectum judicii. *Vid.* Brunnemann. *Diss. de SCto Macedon. th. 10.*

8 *Quid vero in creditore requiritur, ut hoc SCtum locum inveniat?* R. (1) ut mutuum dandi potestatem habeat, & (2) ut conditionem accipientis sciat, vel scire possit.

9 *An igitur hoc SCtum cessat (1) in pupillo, & minore, curatorem habente, qui sine tutore & curatore pecuniam mutuam dederunt?* R. Affir. cum enim sine tutoris vel curatoris auctoritate & consensu nullum contractum inire, adeoque nec mutuum dare possint, iis nec filiofamil. pecuniam credendi facultas competet, nec SCtum Macedonianum locum invenit.

10 *Si vero minor curatorem non haberet, an, causa cognita, contra hoc SCtum in integrum restituitur?* R. Affir. nisi & ipse filiusfamilias, qui mutuum accepit, minor sit: tunc enim melior est causa consumentis; modo hic lite contestata tempore ex hoc non inveniatur locupletior.

11 *An (2) cessat hoc SCtum in filiofamilias, qui ex peculio profectitio alteri filiofamilias mutuam pecuniam dedit?* R. Affir.

12 *Quis igitur nummos illos vindicare potest?* R. Pater, qui etiam consumtos condicere potest. *arg. l. 9. §. 1. h. t.*) quia illorum est dominus.

13 *An (1) in creditore requiritur, ut conditionem accipientis sciat?* R. Affir.

14 *An quoque sufficit, ut scire possit?* R. Affir.

15 *Quando ergo ob hanc causam cessat hoc SCtum?* R. Si creditor justo errore ductus accipientem patremfamilias putaverit. *Vid.* omnino Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 7.* ubi docet: Cessat SCtum, si creditor non vana simplicitate deceptus, nec Juris ignorantia lapsus, sed justo errore ductus, accipientem patremfamilias reputaverit, secutus in hoc *probabilem & verisimilem accipientis assertionem*: nuda enim assertio SCtum non excludit, nec quod creditor viderit, filiumfam. publice pro homine sui juris sese gerere.

16 *Quis vero hanc ignorantiam seu probabilitatem erroris probare tenetur?* R. Creditor allegans.

17 *Si duo crediderunt, an ad hoc, ut SCtum locum habeat, sufficit unius scientia?* R. Affir.

* [II] de *DEBITORE* filiofamilias, *1. h.* etiam justa interpre- a. 1
tatione filiisfam. *9. ƒ 2. h. ƒ 7. l. quod cum eo, qui in alien. potest. 41. pr. de* 2
Leg. 2. l. 62. de leg 3 l. 201. de V. S. nepote, & pronepote; (3973) *14. ff. l.*
pen. ƒ 1. C h ƒ 7. l. quod cum eo. d. l. 201. de V S. etiam nobili, aut in alia 3
dignitate (3974) constituto; *1. ƒ 3. h. Carpzov. p. 2. const. 20. def. 17.* ¶.
modo per dignitatem a patria potestate non sit liberatus. *arg 1. pr. h. ƒ.*
7. l. quod cum eo, &c Carpzov. p. 2. const 20. def. 17. Bachov. ad Tr V 1. D.
20. th. 7 lit. 1. Sand. lib. 3. Dec. Frisic. t 2. def. 1 Bes. ad d. l. 1 ƒ. 3 h. ¶¶.
Christin. vol 3. dec 35 num. 3. in f [*obst.* (3975) *Nov. 81. cap. 2.*] *40. de cond.*
indeb. 9. ƒ 5. h. In Principum filiis hoc SCtum locum habere negat, 4
(3976) post *Connan. Barbos. ad 2. num. 27. C. h.* ut & in illis, qui per ma- 5
trimonium, vel propriæ œconomiæ institutionem hodie a patria pote-
state sunt liberati; *Sand d. def. 2.* ¶. & in filiis consensu patris mercatu- 6
ram exercentibus, [qui nostris moribus, (3977) quoad illam negotia-
tionem, pro emancipatis habentur. *Schultz. Synops. Instit. tit quod cum*
eo, qui in alien. lit. c. Bes. ad l. 3. num. 4. h.] *Mantic. de tacit. & ambig.*
convent. lib. 8 t 7 num. 19. Barbos ad l. 2. C. h. num 32. Würtemb Landr.
part. 2. tit. 28 ƒ wo auch. *vid. Emmehel. de privil. parent prin. 12. c. 3.*
num. 27. item ratione castrensis & quasi castrensis peculii. (3978) *1. ƒ f.* 7
l. 2 ff h. Mantic d. t 7. num 13 l. ƒ ƒ 1 Cod. h. C. I. A. h. th. 5 Trentacinq.
l. 3. t. de solut Res 19. num. 9. Christin. vol. 3. dec 35 num. 1. in f Pecu- 8
lium adventitium non facit cessare SCtum; *Carpzov. part 2. c. 20. def 16.*
in f. ¶. *vid.* (3979) *9. ƒ 1. h.* licet sit adventitium irregulare, (3980) ut-
pote de quo nusquam in jure traditur, (3981) quod in illo filiusfamil.
pro patrefamilias habeatur *Diff Connan. lib. 7 comm. Jur Civil. c 1.*
Trentacinq. d. Res 19. num. 5 Lago de I. & I D. 25. sect. 1. num. 4. Molin.
de I. & I Disp. 301 num. 6. vers secundus Barbos ad 1. C h. num. 30. in f.
Si pendet, an filius sit in potestate, [ut si pater sit apud hostes,] ipsa 9
SCti causa in pendenti est. Interim tamen datur exceptio, quæ, si
pater redierit, fit perpetua; sin minus, cessat *1 ƒ 1. h. Mantic d. t. 7.*
num. 12. quod hodie secus. (3982) *Groenew. ad d. ƒ. 1.* Furor patris hoc 10.11
SCtum non (3983) impedit, uti recte contra *Bald. & Tiraquell.* de-
fendit *Trentacinq. d. Res. 19. num. 16. per l. 8. de his, qui sui vel*
alien. jur. arg d. l. 1. ƒ. 1. h. Hinc debitoris & mutuum ac- 12
cipientis qualitas consideratur tempore numerationis, (3984) *vid. 3.*
ƒ. ƒ. l. 4. 5 & 6. h.

* [III] de *IPSO NEGOTIO*, quod est Mutuum, (3985) de- a. 13
tione

1 *De quo debitore agit hoc SCtum?* ℞. De debitore filiofamilias.

2 *An hoc SCtum etiam locum habet in filiafamilias, nepote & pronepote?* ℞. Affirm. appellatione enim filiifamil. hoc in loco *justa interpretatione* comprehenduntur etiam filiæfamil. nepotes & pronepotes.

3 *An etiam in nobili, aut in alia dignitate constituto hoc SCtum locum habet?* ℞. Affirm. modo per dignitatem a patria potestate non sit liberatus. Sic quoque filiis emancipatis hoc SCtum non prodest: omnia enim sibi acquirunt, & hinc ære alieno onerati habent, unde solvant. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 4.*

4 *An in Principum filiis hoc SCtum locum habet?* ℞. Negat hoc post Connan. August. Barbosa *cit. l.*

5 *An nec ad illos pertinet SCtum, qui per matrimonium, vel propriæ œconomiæ institutionem a patria potestate sunt liberati?* ℞. Non pertinet.

6 *An quoque nec locum habet hoc Senatus amplissimi Decretum in filiis mercatoribus, qui consensu patris mercaturam exercent?* ℞. Non habet locum: hi enim filii *nostris moribus*, quoad illam negotiationem, pro emancipatis habentur. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 10.*

7 *An & ratione peculii castrensis & quasi castrensis hoc SCtum cessat?* ℞. Affir.

8 *An quoque peculium adventitium facit cessare hoc SCtum?* ℞. Neg. (quia filius suo contractu non potest patrem obligare, ut bona, in quibus usumfructum habet, minuat) licet sit peculium adventitium *irregulare*, utpote de quo nusquam in Jure traditur, quod in illo filiusfamilias pro patrefamilias habeatur; quamvis plurimi de hoc quoque peculio, si filius ejusdem administrationem habeat, idem, quod de castrensi modo dictum est, statuant. *Vid.* Lauterb. *d. l. in fin.*

9 *Si pendet, an filius mutuum accipiens sit in potestate, (ut, si pater ejus apud hostes sit) quid tunc respectu hujus SCti obtinet?* ℞. Tunc ipsa SCti causa in pendenti est. Interim tamen datur exceptio, quæ, si pater redierit, fit perpetua; sin minus, cessat.

10 *An tamen hoc* hodie *secus?* ℞. Affirm.

11 *Num furor patris hoc SCtum impedit?* ℞. Neg. uti hoc recte contra Baldum & Tiraquellum defendit Trentacinq. *cit. l.*

12 *Quo tempore autem hæc debitoris & mutuum accipientis qualitas consideratur?* ℞. Tempore numerationis.

13 *De quo (III) agit hoc SCtum?* ℞. De ipso negotio, quod est *Mutuum*, datione pecuniæ numeratæ contractum.

tione pecuniæ numeratæ contractum; *1. 3. §. 3. l. 7. §. 3.* licet sit gratui- 1
tum: (3986) *7. § 9.* idem est in annuis reditibus, (3987) *Fr. 1. resol. 1.* 2
num. 59. Bus ad L. 3. num. 5. h. Felic. de Solis de censib. lib. 2. c. 2. num. 21. aut
si in fraudem SCti alia res detur, ut inde pecunia (3988) fiat. *7. §. 3.* NON 3
etiam ad alios (3989) contractus pertinet hoc SCtum; *3. §. 3. Hahn. ad* 4
Wesenb. n. h. num. 8. verb. si tamen filiusfam. ¶. etiamsi mediantibus illis
postea contrahatur (3990) mutuum: *d. l. 3. §. 3. ibi: licet ceperit mutua*
pecunia, adde 15 de R. C. nam initium contractus spectandum; *11. in f.*
nisi in fraudem (3991) SCti e. g. quis venderet, ut filiusfamil. rei pretium
in mutui vicem haberet; *d. l. 3. § 3. in f.* aut filiusfamil. pecuniam acce-
pturus, pro alio reo dato fidejuberet; *7. pr. h.* aut luxurioso (3992) fides
de pretio habetur: *arg. §. pen. in f. l. quod cum eo. Papon. lib. 12. tit. 4. ar-*
rest 1. vid. tamen Matth. (3993) disp. de Oblig. 9. th. 19. quod Tubingæ sub
pœna jacturæ mercium, & multa arbitraria prohibitum est. *Stat. Acad.*
renovat. p. 132. & seqq.

E Hoc SCtum non impedit mixtam (3994) obligationem, *1. 9. §. f. l.* 5
10. 11. 7. pr. & §. 4. h. Non obst. l. 1 pr. ibi: petitio non daretur. h. vid. 112. de
R. I. Christin. vol. 3. dec. 35. num. 1 Enenckel. de priv. parent. priv. 12. c. 2. n. 4.
Barbos. ad 2. C. h. num. 18 & 19. sed eam tantum enervat, (3995) *1. §. 1. l. 7.*
§. 6. l. 9. §. 2. h. §. 7 I. quod cum eo, qui in alien. pot. vid. 9. pr. de jurejur. EX- 6
CEPTIONE SENATUSCONSULTI MACEDONIANI. 7. pr. §. 4. §. 10. h.
Donell. ad rubr. C. h. num. 12. quæ prodita est ad eludendam actionem, ex 7
contractu contra SCtum Macedonianum inito, (3996) vel ejus occasio-
ne competentem. Estque perpetua, *40. de condict. indeb. arg. § 9. I. de* 8
except. & realis; (3997) *7. §. 1. de except. arg. 7. §. 10. l. 9. §. 3. h.* quam-
vis ipsum SCtum ratione filiorumfamil. potius videatur privilegium,
[*vid. Enenckel. de privileg. parent. privil. 12. c. 2. in f.*] personale. *arg. 196.*
de R. I.

S Datur liberis, sive adhuc in potestate sint, sive suæ potestatis esse cœ- 9
perint; *§ 7. I. quod cum eo.* etiamsi pecuniam mutuam adhuc habeant 10
salvam: (3998) *9. §. 2. vid. tamen Groenew. de LL. abrog. ad rubr. C. h. n. 6.*
& illorum heredibus, *7. §. 10.* patribus, *7. §. 10. l. 9. §. 3. ff. l. 5. pr. C.* 11
h. Carpzov. p. 2. c. 10. def. 16. ¶. *non obstante,* (3999) *1. C. ne filius pro patre,*
vid. C. J. A. h. th. 9. num. ult. Lorcom. quæst. 379. fidejussoribus, mandato-
ribus, & illis, qui bona pro filiusfam. in hac causa obligarunt; (4000) *9. §.*
3. h. 2. quæ res pignor. nisi donandi animo (4001) hoc fecerint. *9. §. 3.*

Adver-

1 *An vero locum habet hoc SCtum, licet mutuum sit gratuitum?* R. Affir. quia eadem hic ratio in mutuo gratuito militat ac in fœneratitio, cum per utrumque mores filiifamilias corrumpantur, iisdemque præbeatur subsidium fraudandi parentibus.

2 *An idem est in annuis reditibus?* R. Affir. quamvis enim annui reditus personales a mutuo differre communiter credantur, quia tamen cum illo maximam affinitatem habent, adeo, ut nonnulli illos nihil aliud, quam palliatum mutuum esse existiment; proinde etiam in hisce annuis reditibus, pecunia numerata a filiofam. comparatis, SCtum Macedonianum locum habere, statuunt Bal. & Felic. de Solut. cit. loco.

3 *Num quoque idem est, si in fraudem hujus SCti alia res (puta* frumentum, vinum, oleum, &c.) *mutuo detur, ut exinde pecunia fiat?* R. Affir. quia hoc casu magis adhuc peccat creditor, cum in fraudem SCti cum filiofam. contrahat, & plerumque ipsum adhuc per majorem mercium æstimationem decipiat.

4 *An hoc SCtum etiam ad alios contractus pertinet, quam ad mutuum?* R. Neg. (nam ex aliis contractibus filius firmiter obligatur; *l. 39. ff. de O. & A.*) etiamsi mediantibus illis postea contrahatur mutuum, quoniam mutuum contractum spectandum: nisi in fraudem SCti, e. g. quis venderet, ut filiusfam. rei pretium in mutui vicem haberet, aut filiusfamilias pecuniam acceptam, pro alio Reo dato [illegible], aut lucrariolo fides de pretio habeatur, quod Tubingæ sub pœna jacturæ mercium & mulcta arbitraria prohibitum est.

5 *An hoc SCtum impedit mixtam obligationem?* R. Neg. sed eam tantum enervat: Exceptione enim opus est; qua omissa si quis solvat, solutum non repetit.

6 *Quanam autem Exceptione hoc SCtum enervat hanc mixtam obligationem?* R. EXCEPTIONE SENATUSCONSULTI MACEDONIANI.

7 *Quid est hæc Exceptio SCti Macedoniani?* R. Quæ prodita est ad eludendam actionem ex contractu contra SCtum Macedonianum inito, vel ex ejus occasione competentem.

8 *Qualis est hæc exceptio?* R. Est perpetua, (*quia ad nullum certum tempus est restricta, sed perpetuo opponi potest*) & realis (*quia cuicunque, & non tantum ipsi filiofamilias, sed ejus quoque heredi & fidejussori, & non tantum contra creditorem, sed etiam ejus heredem, & quemcunque ex hoc mutuo agentem competit*) Quamvis autem ipsum SCtum, ratione filiorumfamilias potius videatur privilegium personale: (*vid. tamen* Cocceji *Jus controv. Tit. de Constit. Princ. qu. 3.*) effectus tamen, sive exceptio ex hoc Jure singulari acquisita realis est. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 16 in fin.*

9 *Quibus datur hæc exceptio SCti Macedoniani?* R. Datur liberis, sive adhuc in potestate sint, sive sui potestatis esse cœperint, modo in potestate mutuam pecuniam acceperint.

10 *An quoque ipsis liberis hæc exceptio datur, etiamsi mutuam pecuniam adhuc habeant salvam?* R. Affir. Creditor enim semel contra hoc SCtum peccavit: & qui sua culpa damnum sentit, ille non videtur damnum sentire.

11 *An hæc exceptio etiam liberorum heredibus, fidejussoribus, mandatoribus & aliis datur, qui item pro filiisfamilias in hac causa obligarunt?* R. Affir. (*Est enim exceptio realis*) nisi animo donandi hoc fecerint.

P Adversus creditores contra SCtum Macedonianum illorumque he- 1
redes; *7. §. 6.* etiamsi alius mutuum dederit, alius vero stipulatus fuerit.
(4002) *7. §. 7. Mantic. de tacit. & ambig. convent. l. 5. t. 7 num. 10.*

O Ad elidendas actiones, *ut in D.* & quidem si de ejus fundamento 2
(4003) constat, impedit litis ingressum; *arg. 1. §. 1. l. 7. § 6. l. 9. §. 2. h. Matth. disp. de oblig 9. th. 5.* & post sententiam (4004) demum (4005)
opposita, ejus executionem. *11. h. contra l 2. C. sent. rescind. non poss. vid. Enenckel. de priv. parent. pr. 12. c. 1. num. 15. Coler. de process. exec. part. 4. c. 1. num. 163. Caroc. de remed. contra sentent. except. 87. num. 1 & 2. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 5. t. 7. num. 13. Hahn. ad Wes. tit. h. num. 5. in f. [Diss Gron. (4006) tr. de LL. abrog. ad d. l. 11.] vid. Tab. de altero tanto usur. part. 2 & 4. art. 7.*

ɔ Cessat hæc exceptio * [I] ex persona *FILIIFAMIL.* si sit miles: &c. C 3.4
[*vid. supr. h. t. p. 249. lit. u.*] item si a patria potestate liberatus debitum agnoverit, (4007) puta novatione, *2. C. h. vid. tamen* (4008) *f. h. Donell. ad 2. C. h. num. 3. & seqq.* totius vel partis (4009) solutione. *4. C. de non numerat. pecun. Natt. Consil 573. num. 38* [*ampl.*] (4010) *40. pr. de cond. indeb. 7. §. 9. & f l. 9. pr. §. 9. & ult. l 10. h.* [*ampl.*] (4011) *Donell. in l. 2. n. 3. C. h. pr. ibique. Salicet. in fin. Castr n. 9. Castal. Bus ad d. l. 7. §. f. Mantic. de tacit. & ambig. conv. l. 5. t. 7. num. 15. Barbos. ad 2. C. h. num. 34. Enenckel. de priv parent. pr. 12. c. 3. num. 8. Christina. vol. 3. dec. 35. num. 11.* ¶ *Diss. Bachov. ad Tr v. 1. D. 20. th. 8. lit. a. & b.* Quod secus est in pigno- 5
re, (4012) cujus datione debitum hoc tantum pro quantitate (4013) pignoris confirmatur; *9. pr. h. Donell. d. l* si tamen filiusfamil. in sacris pa- 6
ternis constitutus pignus dat, vel tale debitum ex peculio, cujus alienandi potestatem non habet, solvit, tum pater res extantes vindicat, (4014) *14. de R. C* consumtas condicit: *9. §. 1. h. non obst.* (4015) *d. l. 14. de R. C vid. Pistor. 3. quæst. 20. num. 13. C. J. A. h. th. 10. Bus. ad d. l. 14. de R. C.* fili- 7
us vero, patri succedens, contra proprium factum venire nequit. (4016) *16. §. 9. ff. de cond. indeb.* Neque filii agnitio (4017) patri præjudicat. 8
(4018) *Enenckel. de priv. parent. pr. 12. c. 3. num. 4.*

* [II] ex persona *PATRIS,* (4019) in cujus po- C. 1
testate filius ipse existit, [*vid. 14.*] (1) * si ipse in contractum filii sui con- D 9
senserit, (4020) *2. 4 & 5. C. h. 7. §. 11. vid. l. 12. h. Carpz. p. 2. c. 10. d. 16.* [etiam tacite. e.g. si filiusfam. mutuum accipere, & pater illud solvere (4021) 10
consueverit, *arg f. quod cum eo. Mant. de tacit. & ambig. convent. l. 5. t. 7. n. 30. Trentacinq. lib. 3. t. de solut. Resol. 19. n. 13. Christina. vol. 3. dec. 35. n. 6.*]
aut eum ratihabeat: *f. pr. C. h.* e. g. constituendo, (4022) novando, (4023) 11
fide-

1 *Adversus quos hæc exceptio datur?* ℞. Adversus illos, qui contra SCtum Macedon. filiisfam. crediderunt, illorumque heredes, etiamsi alius mutuum dederit, alius vero stipulatus fuerit.

2 *Ad quid datur hæc exceptio?* ℞. Ad elidendas actiones, *ut in D.* OBJECTUM enim hujus exceptionis sunt actiones, ex contractu contra SCtum Maced. inito, & illius occasione competentes, *ut.* Condictio certi ex mutuo, ex stipulatione, hypothecaria, actio de peculio & similes, ad quas elidendas hæc exceptio opponitur: & quidem, si de ejus causa ac fundamento constat, statim in principio litis, ad ejus ingressum impediendum, si vero antea non fuerit opposita, *ex singulari privilegio etiam post sententiam latam*, ad ejus executionem impediendam. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 20.*

3 *Quotupliciter cessat hæc exceptio SCti Macedoniani?* ℞. Tripliciter: (1) ex persona *filiifamilias*, (2) ex persona *patris*, in cujus potestate filius existit, & (3) ex persona *creditoris*.

4 *Quibus ex causis ergo, ex persona* filiifamilias, *hæc exceptio cessat?* ℞. Si ipse sit miles, vel castrense aut quasi-castrense peculium habeat, ad illius quantitatem scilic. *Vid. pag. 249. lit. a.*, Item, si ipse a patria potestate liberatus contractum ratum habuerit, & debitum quocunque modo agnoverit, idque verbis vel factis, puta, novatione, & totius vel partis solutione. *Vid. omnino* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 21.*

5 *An idem est in pignore?* ℞. Neg. hujus enim datione debitum hoc tantum pro quantitate pignoris confirmatur.

6 *Si tamen filiusfamilias, in sacris paternis constitutus, pignus dat, vel tale debitum ex peculio, cujus alienandi potestatem non habet, solvit, an tum pater res extantes vindicare, consumtas vero condicere potest?* ℞. Affir.

7 *An idem potest filius patri succedens?* ℞. Neg. hic enim contra proprium factum venire nequit.

8 *An tamen, prædictis in casibus, filii agnitio patri præjudicat?* ℞. Neg. quia factum tertii tertio non nocet.

9 *Quibus ex causis ex persona patris, in cujus potestate filius existit, cessat hæc exceptio SCti Macedoniani?* ℞. (1) si ipse ab initio in contractum filii sui *expresse* vel *tacite*, scientia & patientia consenserit, (*taciti enim regulariter eadem vis est ac expressi*) aut eum ratihabeat. (2) si pecunia, quam filiusfam. mutuam accepit, in rem & utilitatem patris versa sit.

10 *Da exemplum consensus taciti?* ℞. V. g. si filiusfamilias mutuum accipere solitus sit, & pater illud solvere consueverit.

11 *Da exempla ratihabitionis?* ℞. E. g. si debitum constituatur, novetur; si pro eo fidejussor detur; si totum vel pars ejus solvatur; si taceat pater ad epistolam, qua filius absens patri indicavit, se mutuum accepisse. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 23.*

1 *An*

fidejussorem dando, totum vel partem solvendo, *arg. 2. C. h. 7. ff. 15. l. 18.*
tacendo ad epistolam, (4024) qua filius (4025) indicavit, se mutuum ac-
cepisse. *d. ibi: Sabeer.* Hæc patris voluntas, ab initio intercedens, SCtum 1
etiam ratione filii (4026) excludit: *arg. 2. l. f. C. h. Enenckel. d. c. 3. n. 2.*
idem de ratihabitione, (4027) durante patria potestate (4028) facta, pu- 2
tat *Castr. in l. item si filius ff. quanquam post med. h. Enenckel. d. c. 3. num. 3.*
Mantic. de tac. & amb. conv. l. 4. c. 7. n. 23. vers. quarto decimo. Ad pro- 3
bandam patris voluntatem non sufficit Chirographum, patris sigillo
(4029) confirmatum, *per 1. C. de reb. alien. non alien. Zas. in Comm. ff. h. n.*
9. Carpzov. p. 2. c. 10. d. 16. n. 2. * (2) Si pecunia, quam filiusfam. mu- d. 4
tuam accepit, in rem patris (4030) versa sit: *7. ff. 12. h. junct. 3. ff. 1. de in*
rem vers. e. g. (4031) *2. 5. C. h. 17. h. 7. ff. ult. de in rem vers.* etiam ad se 5
alendum; *3. ff. 3. de in rem vers. Donell. in 5. C. h. princ. 7. ff. 13. h. 5. C. vid.*
[modo probabilem modum non excedat. (4032) *7. ff. 13. h. 3. ff. 3. de in*
rem vers. 5. C. h. vid. omnino Fr. h. num. 17. Enenckel. d. c. 3. num. 14. Donell.
ad 5. C. h. num. 2.] Et cessare dicitur in hoc casu SCtum, si quis v. g. ad 6
pensionem solvendam, vel libros emendos, &c. intra modum legiti-
mum filiofamil. a patre studiorum gratia ad Academiam misso, bona fide
pecuniam crediderit, licet filius postea pecuniam illam citra creditoris
culpam in voluptates & luxum insumserit. (4033) *arg. 2. ibi, aut in eam*
rem pecuniam accepit. C. h. arg. 7. ff. 11. h. 1. ff. 9. l. ult. de exerc. act. Enenck.
de priv. parent. pr. 12. c. 3. num. 16. l. 5. ibi. sane si jussu, &c. C. h. Dolus 7
ephori in re mandata magis patri præponenti, (4034) quam creditori bo-
na fide cum illo contrahenti nocere debet. *arg. 5. pr. ff. de tribut. action.*
arg. 1. ff. 9. l. ult. de Exerc. act. Diss. Ant. Matth. de oblig. D. 9. th. 11. Con- 8
tra patris voluntatem studenti filio a sciente (4035) creditam pecuniam
exigi posse (4036) ait, *post Gloss. Bart. Menoch. & alios Caroc. de remed. con-*
tra sententias Except. 27. num. 8. vid. Limn. de jur. publ. l. 4. c. 7. num. 1. & 3.
negant: (4037) *Donell. ad 5. C. h. in pr. Matth. de oblig. d. D. 9. th. 22. C. l. A.*
h. th. 5. num. 16. quod Judicis arbitrio (4038) relinquendum. *Enenckel. de*
priv. par. priv. 7. c. 2. n. 3. maxime circa f. p. 441. & seq. & priv. 12. c. 3. n. 12.
* [III] ex persona *CREDITORIS* cessat, (4039) e. 9
ut supra dictum *ad O. h. 1.* item, si filiusfam. acciperet mutuum, & solve- 10
ret illi, qui, si peteret, exceptione non submoveretur. (4040) *7. ff. 14. h.*
Plura tradit *Mantic. de tac. & amb. conv. l. 4. c. 7. Trentacinq. l. 3. t. de Solut.* 11
Res. 19. Molin. de I. & I. d. 490. num. 6.
NON etiam Renuncia- 12
tione filii; (4041) *arg. 7. ff. 14. l. 38. de pact. junct. 2. pr. h. Fachin. l. 2.*
contr.

1 *An hoc patris voluntas, ab initio interveniens, SCtum hoc etiam ratione filii excludit?* ℞. Affir. quia, ubi pater consentit, ibi nullum corruptionis periculum metuendum.

2 *An idem de ratihabitione, durante patria potestate facta, dicendum?* ℞. Affirmant hoc Castrensis, Enenckel, & Mantica, *cit. loc.*

3 *Num ad probandam patris voluntatem sufficit Chirographum, patris sigillo confirmatum?* ℞. Neg.

4 *An (e) cessat hoc SCtum ex persona patris, si pecunia, quam filiusfamil. mutuam accepit, in rem & utilitatem patris versa sit?* ℞. Affir.

5 *An etiam cessat hoc SCtum ex persona patris, si filius pecuniam mutuam acceptam ad se alendum vel vestiendum impenderit, maxime, si alibi legationis vel studiorum gratia degat?* ℞. Affir. modo probabilem modum non excesserit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 14.*

6 *An quoque cessat hoc SCtum, si quis v. g. ad pensionem solvendam, vel libros emendos &c. intra modum legitimum, filiofamil. a patre, studiorum gratia in Academiam misso, bona fide pecuniam crediderit?* ℞. Affir. licet filius postea pecuniam illam, citra creditoris culpam, in voluptates & luxum insumserit: non enim propter versionem in rem, sed propter tacitam & præsumtam voluntatem patris, qui eo ipso, quo filium studiorum gratia in Academiam mittit, simul permittere censetur, ut ad necessitatem ipsi credatur; & dicta eo magis procedunt, si expresse patris voluntas præcesserit, & pater filio, aut ejus Ephoro, *Germ.* Hoffmeister, potestatem mutuam pecuniam accipiendi *expresse* concesserit. Lauterb. *d. l. in fin.*

7 *Cui ergo dolus hujus Ephori in re mandata nocere debet?* ℞. Nocere debet magis *patri* præponenti, quam *creditori*, bona fide cum Ephoro contrahenti.

8 *Si vero filius, invito & reluctante patre, studiis operatur, & studiorum gratia abest, an hoc quoque in casu, si sc. filius ad sumtus necessarios mutuam pecuniam accipiat, hæc a sciente credita pecunia exigi potest, & sic hoc SCtum cessat?* ℞. Non omnium eadem est opinio: Affirmativam amplectitur post *Gloss. Bartol. Menoch.* & alios Carpz. *cit. l.* Alii vero contrarium verius esse existimant; inter quos est *Donell. Merb. &c. cit. l.* Nos in hac quæstione multum Judicis arbitrio relinquendum esse censemus, qui pro conditione, loco, ingenio & fortuna cujuscunque, rem ita temperabit, ut neque filius refractarius reddatur, neque pater iniquus & justo severior judicetur. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 15.*

9 *Quibus in causis hoc SCtum cessat ex persona creditoris?* ℞. De his *supra* dictum in Q. *h. t.*

10 *An quoque exceptio SCti Maced. cessat, si filiusfamil. accipiens mutuum, atque pecuniam solverit illi, qui, si peteret, exceptione non submoveretur?* ℞. Affir.

11 *Quis plura de hoc SCto tradit?* ℞. Plura tradit Mantica, Trentacinq. Molin. *citt. ll.*

12 *An vero Renunciatio filii hujus SCti auxilium excludit?* ℞. Neg. quia non in favorem filii introductum, sed propter utilitatem publicam, ne sc. disciplina publica & filiifamil. corrumpantur: quæ autem in favorem certis introducta sunt, iis renunciare non possunt.

contr. c. 61. Habn. ad Wes. π. b. num. 3. verb. *ac mortis. Christin. vol. 3. dec. 35 num. 10.* ¶. licet jurata, (4042) *arg. 7. §. 16. de pact. 5. C. de* 1
Legib. etiam de Jure Canonico, *vid. Bachov. V. 1. D. 20. §. 7. l. d. E-* 2
nenckel. de priv. par. & lib. priv. 12. c. 3. num. 5. Habn. ad Wes. π. b. num. 3. fere in f. Barbos. ad l fin num. 14 & 15. C. h. Zoes in Comm. π. h. num. 28. C. I. A. h. th. 12. ¶¶¶. & secundum conscientiam. (4043) 3
Habn. d. 1. num. 2. Zoes. in Comm. π. h. num. 6. Enenckel. d. c. 3. num. ult. Lugo de I. & I. d. 25. sect. 1. num. 3.

DE PECULIO. (4044) XV. I.

H PEculium varia (4045) significat: *vid. 5. §. 3. h. 16. pr. ad SCt. Trebell. 79. §. 1. de leg. 3. C. I. A. h. th. 2. num. 3. h. l. 9. §. 3. de jur. dot. 31.* 4
D *§. 1. de donat.* Hic est quasi patrimonium sive universitas rerum, 5
quam illi, qui in alterius (4046) sunt potestate, a rationibus illorum, in quorum potestate existunt, jure separatam habent. *4. pr. 5.*
ſ *§. 3 & 4. l 8.* Dicitur etiam quasi (4047) patrimonium, *32. in f. pr.* 6
39. 47. in f. h. §. 10. I. de action. v. 182. de V. S. f. §. f. C. de inoffic. testam. Universitas, (4048) *in l. 20. §. 10. de hered. petit. vid. 56. de R. V.* quæ nascitur, crescit, (4049) decrescit & moritur, (4050) ac propterea homini similis esse dicitur. *40. pr. h.*

† Est vel * *SERVORUM*, (4051) *§. 10. I. de Action. 4. pr.* quod A 7.8
servi dominorum permissu separatum a rationibus dominicis habent.
5. §. f. Hoc voluntate domini, accedente rerum traditione, servis 9
conceditur, *l. 4. pr. 8.* sola administratione separatum, pro lubitu re- 10.11
vocabile. *8.*

* *FILIORUMFAMIL.* est vel * *MILITARE* vel paganum: a. B 12
(4052) illud iterum vel castrense vel quasi castrense: hoc vero vel 13
adventitium vel profectitium. [*Bachov. ad §. igitur. 1. I. per quas person. nob. acq. num. 2.*] 14

D * Peculium *CASTRENSE* (4053) est, quod Imperatorum constitu- C 15
tionibus in favorem armatæ militiæ, pleno jure a rationibus paternis
est separatum, & comprehendit ea, quæ filiofam. militi vel in mili- 16
tiam eunti, ratione & occasione militiæ sunt acquisita. *11. 12. de Castr. pec. 1. C. eod. pr. I. quib. non est permiss. fac. testam.*

S Tale peculium acquirunt filiifamil. milites vel in militiam eun- 17
tes: (4054) *1. C. de castr. pecul. 6. 11. π. eod.* retinent hoc missi, *pr.* 18
I. quib. non est permiss. facer testam. 17. § 1. 19. §. 2. de castr. pec. vid (4055)
36. de

1 *An tamen hoc SCtum ob renunciationem filii cessat, si haec renunciatio fuerit jurata?* ℞. Neg.

2 *An idem dicendum secundum Juris Canonici dispositionem?* ℞. Affir. ne scil. ansa peccandi malis moribus praebeatur, publica disciplina turbetur, jus parentum laedatur, atque sic Juramentum vinculum iniquitatis efficiatur.

3 *An vero filiusfamil. qui pecuniam contra SCtum Macedon. acceptam non restituit, sed exceptione hujus SCti sese defendit, etiam in conscientia tutus est?* ℞. Affir. licet enim filiusfamil. hoc in casu *naturaliter* & *civiliter* sit obligatus: nihil tamen obstat, quo minus *Lex positiva* illius obligationis efficaciam, justa ex causa, impedire, & adversus creditorem, contra Legem peccantem, exceptionem concedere possit. Neque debitor exceptionem illam, quam Jura subministrant, opponens, peccare videtur: suo enim jure utens neminem facit injuriam. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 17. in fin.*

4 *Quid significat Peculium?* ℞. Varia significat.

5 *Quid vero hic est peculium?* ℞. Quasi patrimonium, sive universitas rerum, quas illi, qui *&c.*

6 *Quomodo peculium alias etiam dicitur?* ℞. Dicitur etiam alias *Quasi* & *Veluti patrimonium,* (quia uti homo sui juris non potest habere peculium, ita, qui in aliena potestate est, non potest habere patrimonium: quamprimum enim quis fit sui juris, statim peculium mutatur in patrimonium,) *Universitas,* quae nascitur, crescit, decrescit & moritur, ac propterea homini similis esse dicitur.

7 *Quotuplex est peculium?* ℞. Est vel Servorum, vel Filiorumfamilias.

8 *Quid est peculium servorum, seu servile?* ℞. Quod servi dominorum permissu separatum a rationibus dominicis habent.

9 *Quomodo hoc peculium servile servis conceditur?* ℞. Voluntate dominiq; accedente rerum traditione.

10 *Quatenus vero hoc servile peculium separatum est a reliquis domini bonis?* ℞. Sola administratione. servi enim nihil proprii habent, sed quicquid acquirunt, Domino acquirunt, ad administrandum tamen ipsis aliquid concedi potest.

11 *An hoc servile peculium pro lubitu est revocabile?* ℞. Affirm. Cum enim servis sola administratio concessa, dominium vero penes Dominum maneat: hinc dominus hoc peculium, quandocunque velit, rationibus suis adjungere, atque iterum exstingvere potest.

12 *Quid est peculium filiorum familias, sive filiale,* (℞. Quod filiifamilias a rationibus paternis separatum habent) *& quotuplex est hoc peculium Jure novo?* ℞. Est vel Militare, (*quod in militia, vel occasione ejus est quaesitum,*) vel Paganum, *quod extra militiam, aut ejus contemplationem aliunde est quaesitum.*

13 *Quotuplex est peculium militare?* ℞. Duplex: vel Castrense, vel Quasi-Castrense.

14 *Quotuplex autem est peculium paganum?* ℞. Itidem duplex: vel Adventitium, vel Profectitium.

15 *Quid igitur est peculium castrense?* ℞. Quod Imperatorum constitutionibus, in favorem armatae militiae, pleno jure a rationibus paternis est separatum.

16 *Quaenam hoc peculium castrense comprehendit?* ℞. Ea, quae filiofamilias militi, vel in militiam eunti, ratione & occasione militiae sunt acquisita. *Vid.* omnino Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 6.*

17 *Quinam tale peculium castrense acquirunt?* ℞. Filiifamilias milites, vel in militiam euntes. An autem & filiaefamilias castrense habere possint peculium, *vid.* Kormann *de virg. stat. & jur. c. 41.* ubi hoc affirmat. *Adde* Lauterb. *d. l. §. 7.*

18 *An semel acquisitum hoc peculium castrense retinent, etiam a militia dimissi?* ℞. Affirm. Nam hoc peculium tam tam quoad proprietatem, quam usumfructum, & sic pleno jure filiofamilias quaesitum, eidem semper manet; licet militia dimissus sit.

16. de testam. mil. [non etiam de novo (4056) acquirunt. 15. pr. de castr. 1
pec.] & qui se arrogandos (4057) præbent. 4. § f. de castr. pec 2

O Ad hoc peculium castrense pertinent res mobiles & immobiles; 1. C 3
de castr. pec 4. C famil. ercisc. modo ratione militiæ armatæ sint acquisi-
tæ: (4058) 11. de castr. pec. e. g. in militiam eunti donatæ res mobiles 4
[non etiam immobiles, (4059) 1. C. de castr. pecul. 4. C. famil. ercisc.] L. 5
3. §. 4 de donat. int. vir & ux. Bachov. ad § 2. I. per quas person. Item si he- 6
res instituatur propter cognitionem castrensem (4060) 1 4. C. de castr.
pec 5. 19. pr. w. d. t. Res pecunia castrensi empta vel (4061) permutata. 7
1. C. de Castr. pec. NON etiam hereditas matris, (4062) 1. C de Castr. pec. 8
16. §. 1. w d. t. etiamsi dixerint, (4063) quod hereditas debeat esse in pe- 9
culio castrensi. 8. de castr. pec.

E * Filiusfam. hic habet plenum dominium: 6. pr. C. de bon. quæ lib. l. 9. D 10
§. 2. C. de Usufr. pr. I. quib. non est permiss. facer. test. mortuo patre, fratri-
bus non confert (4064) illud; d. pr 1. § 15. de collat. Carpzov. p. 3 c. 11. d.
9. num. 2 & 3. suo nomine possidet, 17. §. 2 ad Municip. arg. 4. §. 1. de
usurp. & usuc. ac libere de illo, etiam sine patris consensu, 2. C de castr.
pec. tam inter vivos, quam mortis causa disponit, (4065) d. l. 2. 4. §. 1.
l. 5. 6. de castr pec. 7. §. ult. de donat. pr. I. quib. non est perm fac. testam.
tanquam paterfamilias; 2. ff de SCt. Maced. 6. § f de injust rupt. irrit.
fact. testam. cum ipso patre contrahit, 15. §. 1. & seqq. de castr. pec. & in
judicio agit; 4. ff. de Judic creditoribus non castrensibus (4066) in sub-
sidium (4067) demum ex hoc peculio satisfacit, 4. C de Exec. rei jud. 7.
de castr. pec. vid. l. 1. §. 9. de separat. salvo tamen competentiæ beneficio.
(4068) 6. 18. de re judic. Si minor sit, tum in illis casibus, quibus cura- 11
tore indiget, pater hujus vices sustinet. arg l. ult. pr. C. de curat. furios. f.
§. 1. C. de bon. quæ liber. Carpz. l. 5. R. 24. num. 7.

* Pater hic * vivente filio, nihil juris habet: 10. de castr. pecul. 3. C. d. t. LB 12
6. pr. in f. C. de bon. quæ lib. 52. §. 6. de furt. 98. §. 3. de solut. pr. I. quib. non
est permiss. fac. test. nec potest diminuere, pr. I. quib. non est permiss. 12. 18. 13
§. 1. d. t. [nec pro emancipationis præmio, (4069) 6. §. 3. C. de bon. quæ 14
lib.] neque rebus ad hoc peculium pertinentibus servitutem imponere, 15
18. § 3. de castr pecul. aut invitus conveniri, 18. §. 4. d. t. neque agere sine 16.17
cautione de rato, 18. § f.

* intestato mortuo filiofamil. jure veteri, pater id jure a
patriæ potestatis, æque ac profectitium peculium postliminii (4070)
cujusdam similitudine occupabat. 1. 2. 9. 14. pr & §. 1. l. 19. §. 3. de
castr. pecul. l. 5. C. d. t. Jure vero novo defertur jure hereditario
libe-

1 *An vero filiusfamilias, a militia dimissus, hoc peculium castrense etiam de novo acquirerunt?* R. Neg.

2 *An etiam illa, quae se arrogandum praebent, ea, quae antea ratione militiae acquisiverunt, computata arrogatori, in peculio retinent?* R. Aff. Vid. Lauterb. d. l. §. 7.

3 *Quaenam res ad hoc peculium castrense pertinent?* R. Res mobiles & immobiles; modo ratione militiae acquisitae sint, ut si miles in illas sine militia non acquisivisset. Vid. Lauterb. d. l. §. 8.

4 *An ergo huc pertinent Res mobiles, quas pater, mater, vel etiam extraneus militanti filio, militi vel in militiam eunti donaverunt?* R. Aff.

5 *Annon etiam res immobiles huc pertinent, quae alicui in militiam eunti donantur?* R. Neg. cum non militiae intuitu donata censeantur.

6 *An quoque huc pertinet, si heres instituatur propter cognationem castrensem?* R. Aff. Nihil enim refert, sive quis per ipsam militiam aliquid acquisiverit, ut stipendia militaria, & spolia in ipso conflictu, executionibus, in Schlachten, Stürmen, und sonsten, comparata, vid. Articuls-Brieff auf die Teutschen Knechte Maxim. II. *de Anno* 1570. *art.* 62. vid. tamen Carpzov. p. 4. c. 35. d. 10. & Reuter-Bestall. Maximil. II. *de Anno* 1570. *art.* 95. sive ipsi aliquod occasione militiae obvenerit, quod, nisi militaret, acquisiturus non fuisset, ut si etiam ex commilitonibus, licet sit cognatus, & frater vel alius per militiam cognitus, propter affectionem et contubernium castrensem ipsum heredem instituerit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 8.*

7 *An etiam huc pertinent Res, pecunia castrensi emta vel permutata?* R. Aff.

8 *Annon etiam hereditas materna huc pertinet?* R. Neg.

9 *Annon tamen hereditas materna, vel alterius agnati aut cognati huc pertinet, si mater vel alius cognatus decesserit, quando hereditas deferatur ergo in peculio castrensi?* R. Neg.

10 *Quale Jus filius famil. in rebus castrensibus habet?* R. Plenum dominium, quod etiam post mortem patris principaliter retinet, nec illud fratribus conferre tenetur, unde illud sine morte patris possidet, ac libere de illo, etiam sine patris consensu, tam inter vivos, quam mortis causa disponit: quinimo ad effectum rerum filiifamil. castrensium hujus peculii castrensis habetur pro patrefamilias, unde de eo etiam cum patre contrahere, & in judicio agere potest, creditoribus autem non castrensibus in subsidium dicitur ex hoc peculio satisfacere tenetur, salvo tamen ipsi competentiae beneficio.

11 *Si vero filiusfamil. qui peculium castrense habet, sit minor, quis in illis casibus, in quibus curatore minoribus indiget, hujus vices sustinet?* R. Pater.

12 *Quid juris vero pater in rebus castrensibus habet?* R. Patre vivente filio nihil juris in iis habet, si filius autem intestato moriatur, Jure veteri etiam bona castrensia patri non hereditario, sed peculii pristino jure, ac ex professione peculii post [illegible] cum onere & alienandi, accrescebant; quod tamen Jure novo immutatum esse constat, utpote quod res quoque filiorumfamil. adventitias ab intestato primo loco eorum liberis, deinde fratribus, & tertio parentibus hereditario jure defert. *Novissimo* Novellarum Jure autem nulla est controversia, quin res quoque peculii castrensis jure hereditario, & quidem secundum ordinariam succedendi ordinem, deferantur. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 11.*

13 *Annon ergo pater, vivente filio, hoc peculium castrense dominari potest?* R. Neg.

14 *An tamen pro emancipatione praemii patri quid ex hoc peculio retinere potest?* R. Neg.

15 *An usque rebus ad hoc peculium castrense pertinentibus servitutem pater imponere potest?* R. Non potest, ut enim aliena servitus fundis imponitur, haec vero res non ad patrem, sed ad filium pleno jure pertinere, supra dictum est.

16 *An ergo pater ex rebus horum bonorum castrensium servitutem constituere non potest?* R. Non potest.

17 *Annon, cautione de rato pater in illis rebus, quae ad hoc peculium castrense pertinent, agere potest?* R. Non potest.

liberis, (4071) &c. *ult. C. comm. de success. 3. 4. C. de bon. quæ lib. pr. I. quib. non est permiss. fac. testam. & ibi Bachov. num. 5. Vinn. verb. ad parentes eorum jure co. non pert. Nov. 118 c. 2. ins. ibi: Et sive sua potestatis*

D * Peculium *QUASI CASTRENSE* (4072) est, quod constitutioni- c. 1
bus Imperatorum, ad exemplum castrensis, in favorem, quasi militiæ,
a rationibus paternis pleno jure est separatum, & comprehendit ea, 2
quæ filiofamil. ex quasi militia, (4073) vel ejus occasione licite sunt quæsita. *§ f. I. de milit. test. f. pr. & § 1. C. de inoff. testam. 6. pr. ins. C. de bon. quæ liber. Auth. Presbyteros. post l. 34. C. de Episcop. & Cleric. vid. Bach. D. 8. de Act. coroll. 2. pag. 147 & seqq. Ludw. in tr. de ultim. volunt. ad 7. C. de Bon. quæ liber. Dissent. Mejer. in Coll. I. Arg. tb. 3. & Lauterb. q. 212.*

S Tale peculium habent Clerici, *34. & seq. Auth. presbyteros 50. C. de* 3
Episcop. & Cleric. Proconsules & Provinciarum Præsides, *f. pr. C. de inoffic. testam.* Adsessores, *7. C. de Assess.* Advocati, *4. 8. 14. C. de advoc. 1.* 4
etiam nostri temporis, licet ex publico salarium non habeant; *Enenckel. de privil. parent. & liber. privil. 10. num. 33. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 231. n. 2.*
Item Archiatri, *f. pr. C. de inoffic. testam.* Liberalium studiorum Magi- 5
stri, Doctores & Professores, (4074) *f. in fin. pr. C. de inoffic. testam. Enenckel. d. pr. 10. num. 37 ¶ & seqq. Barbos. ad l. f. num. 4. C. de inoffic. testam. Molin. d. l.* & omnes alii, qui in dignitate & administratione publi- 6
ca, publica accipiunt salaria; *d. l. ult. pr. Enenckel. d. priv. 10. num. 36.*
quod alii extendunt ad Studiosos, (4075) *arg. 1. C. de Castr. pecul. Lotius* 7
tr. de privil. student. priv. 6. vid. tamen Enenckel. d. loc. num. 38. Notarios, *Barbos. ad d. l. ult. num. 4. Lugo de I. & I. D. 5 sect. 2. num. 17. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 231. num. 2.* Procuratores Cameræ & aliorum superiorum Judiciorum (4076) ordinarios. *Bachov. de Act. D. 8. coroll. 2. p. 152. & vol. 1. D. 9. th. ult. lit. d. Lugo. d. num. 17. in f. Ludw. tr. de ult. volunt. ad 6. pr. C. de bon. quæ liber.*

O Ad hoc autem peculium pertinent acquisita, [ut in D] *7. C. de Ad-* 8
sessor. quæque alias non fuissent acquisita: *arg. l. 11. de Castr. pec. arg. 4. C. de advoc. 1. junct. 1. C. de castr. pec. Besold. dissert. de studios. c. 3. num. 11. Lugo. d. l. num. 19. Molin. de I. & I. D. 231. num. 2.* *NON* etiam, quæ aliunde 9
(4077) quæsita, *arg. 11. de Castr. pecul. 4. C. de Advoc. 1. obst.* (4078) *8. C. de Advoc. 1.* etiamsi a Clericis: *Enenckel. d. privil. 10. num. 7 & 33. Dissent.*
Molin. d. l. n. 4. Lugo. d. sect. 2. num. 21. Huic quoad effectum (4079) 10
simile est donatum a Principe, (4080) vel Augusta filiofamil. vel filiæfamil. (4081) *7. C. de bon. quæ lib. Bachov. de Act. D. 8. corol. 2. pag. 150. Ludw.*

1 *Quid est peculium quasi-castrense?* ℞. Quod constitutionibus Imperatorum, ad exemplum castrensis, in favorem quasi-militiæ, a rationibus paternis pleno jure est separatum.

2 *Quænam comprehendit hoc peculium quasi-castrense?* ℞. Comprehendit ea, quæ filiofamil. ex quasi-militia, vel ejus occasione licite sunt quæsita.

3 *Quinam tale peculium quasi-castrense habent?* ℞. Qui pro Ecclesia vel Republica quasi militant, & vel cœlesti vel seculari inermi militiæ nomen dederunt, ut sunt Clerici, (sed hodie dignitas Episcopalis solvit jus patriæ potestatis, sc. quoad odiosa & incommoda. *Auth. Sed Episcopalis C. de Episc. & Cler.* ex Nov. 81. junct. *l. f. C. de Decur.*) Proconsules & Provinciarum Præsides, Adsessores.

4 *An etiam Advocati tale peculium quasi-castrense habent?* ℞. Affir. (per *l. 4. 8 & 14. C. de Advocat.* 2. ubi militare dicuntur) etiam Advocati nostri temporis, licet ex publico salarium non habeant.

5 *An item Archiatri, & liberalium studiorum Magistri, Doctores & Professores?* ℞. Affir.

6 *Et quinam alii generaliter?* ℞. Omnes, qui in dignitate & administratione publica constituti, publica accipiunt salaria. Excipe tamen illos, qui ex publico quidem stipendio aluntur; sed ex *privata* causa: ut sunt artifices & mechanici. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 14.*

7 *Ad quos nonnulli hoc extendunt, quod supra num. (5) de liberalium studiorum Magistris dictum?* ℞. Ad omnes Scholares & Studiosos, it. Notarios sive Tabelliones, & Procuratores Cameræ, aliorumque superiorum Judiciorum ordinarios, quod sc. & hi peculium quasi-castrense habere possint.

8 *Quænam ad hoc peculium quasi-castrense pertinent?* ℞. Non tantum ea, quæ filiifam. ex dicta quasi-militia honeste & licite acquisiverint: ut sunt salaria & honoraria pro studio & labore ipsis præstita; sed etiam ea, quæ illius occasione ipsis obvenerunt, & ipsi sine illa quasi militia non fuissent acquisituri, ut: si pater vel alius filiofamil. Doctori, Medico vel Advocato, intuitu illius dignitatis, vestes doctorales, libros, vel alias similes res donaret, omnes huic cederent peculio. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 15.*

9 *An ergo aliunde quæsita etiam ad hoc peculium quasi castrense pertinent?* ℞. Neg. & quamvis nonnulli omnia, quæcunque *Clerici* acquirunt, ad hoc peculium pertinere existiment: contrarium tamen, nimirum in *Clericis* quoque, ea tantum peculii quasi-castrensis esse, quæ ipsi intuitu & ratione clericatus consecuti sunt, verius esse, ostendit Enenckel *cit. l.*

10 *Quidnam donatum huic peculio quasi-castrensi, quoad effectum, simile est?* ℞. Donatum a Principe, vel Augusta filiofamil. vel filiæfamilias.

Ludw. tr. de ult. vol. ad L. 7. C. de bon. quæ lib. [*Diss. Enenckel. privil. 10. n. 8. Lugo. d. l. num. 19. in fin. Molin. d. l. num. 3. sibi contrarius D. 8. num. 2. vers. quintus est.*]

E Pater hic nihil juris habet: *8. C. de Advoc. 1 l. 6. pr ∮. 3. C. de bon. quæ liber.* 1
filiusfam. est plenus dominus, *d. l. 6. pr. 4. C. de advoc. 1. Auth. pres-* 2
byteros. C. de Episcop. & Cler. non confert, (4082) *1. ∮. 15. de collat. 34. 50. C. de Episcop. & Cler.* invito quoque patre libere de eo disponit inter vivos, *7. ∮ f. de donat Enenckel priv. 10. num. 16.* & mortis causa; (4083) *d. l. 7. ∮. f. l. ult. ∮. 1. C. de inoff. testam. 34. & seq. Auth. Presbyteros. C. de Episcop. & Cler. 1. ∮. 6. ad SCt. Trebell 3. ∮ 5. de bon. poss. ∮. f. I. de milit. testam.* perinde ac paterfam. *arg. 2. ad SCt. Maced. junct. 6. pr. in f. C. de*
D *bon. quæ liber. Enenckel. d. pr. 10. num. 2.* * *PAGANUM* b. 3
* *ADVENTITIUM* (4084) est, quod legis dispositione in favo- F
rem liberorum, citra causam castrensem a rationibus paternis est separatum, & comprehendit ea, quæ extra causam militiæ, filiofam. aliun- 4
de, (4085) & non ex re patris obveniunt. *∮. 1. I. per quas person. 6. pr. 8. pr. C. de bon. quæ liber.*

† Hoc peculium dividitur in *REGULARE* sive ordinarium; quod nu- 5
da tantum proprietate; & *IRREGULARE* seu extraordinarium, quod pleno dominio (4086) a rationibus paternis est separatum. *Bacbov. de act. D. 8. coroll. 2. pag. 142. & seqq. & in Comm. in prim. part. π. 111. de his, qui sui vel alien. jur. rubr. de patr. potest. num. 10. p. 203. & seqq. Fr. in comm. π. b. num. 5. in f.*

C Olim res adventitiæ omnes patri acquirebantur: (4087) *∮. 1. I. per* 6
quas person. Giphan. in 6. C. de bon. quæ liber. pag. 213. & seq. deinde exce- 7
ptæ res maternæ, & materni generis, lucra sponsalitia; *1. 2. C. de bon. mater. 1. 4. C. de bon. quæ liber.* tandem (4088) omnes adventitiæ suo 8
modo. *∮. 1. I. per quas person. 6. pr. C. de bon. quæ liber. Vinn. ad d. ∮. 1. num. 3.*

S Tale peculium habere possunt omnes filii & filiæfam. cujuscunque 9
sint ætatis & conditionis. *arg. ∮. 1. per quas person. 6. pr. C. de bon. quæ liber.*

D * *REGULARE* sive ordinarium est, quod nuda tantum proprietate G 10
(4089) separatum est a rationibus paternis. *Bacbov. de act. D. 8. coroll. 2. pag 142. &c. & in comment. ad tit de his, qui sunt sui vel alien. jur. rubr. de patr. pot. n. 10. pag. 203. &c. Fr. b. n. 5. in fin.*

O Continet regulariter bona materna & materni generis, *1. 2. C.* 11
de bon. matern. lucra sponsalitia & nuptialia, *1. 4. C. de bon. quæ liber.*

1 *Quale Jus Pater in hoc peculio quasi castrensi habet?* ℞. Pater in hoc nihil juris habet, quia hoc peculium eodem modo, ac peculium castrense, *pleno jure* ad filiumfamilias spectat.

2 *Quale ergo Jus filiusfamilias in hoc peculio habet?* ℞. Ad filiumfamil. pleno dominio pertinet, illudque non confert, ac de illo, invito quoque patre, libere disponere potest, & quidem non tantum inter vivos, sed etiam mortis causa, & per testamentum, forma tamen Jure communi, non vero militari præscripta perinde ac si esset paterfamilias.

3 *Quotuplex est Peculium Paganum,* (℞. Duplex: Adventitium & Profectitium) *& quid est Peculium Adventitium?* ℞. Quod Legis dispositione in favorem liberorum, citra causam castrensem, a rationibus paternis est separatum.

4 *Quænam comprehendit hoc peculium adventitium?* ℞. Ea, quæ extra causam militiæ filiofamilias aliunde & non ex re patris obveniunt.

5 *Quomodo hoc peculium adventitium dividitur?* ℞. In *Regulare*, sive ordinarium, seu minus plenum; & *Irregulare*, sive extraordinarium, *de quibus in sequentibus.*

6 *An olim res adventitiæ omnes patri per filiumfam. acquirebantur?* ℞. Affir. persona enim est in patria potestate, ergo etiam bona, quæ sunt quasi accessio personæ.

7 *Quænam vero deinde exceptæ?* ℞. Sequentibus vero temporibus Impp. Constantinus *sc.* Valentinianus, Theodosius, Arcadius, Honorius & Leo exceperunt res maternas & ejusdem generis, nec non lucra sponsalitia & nuptialia.

8 *Quomodo tandem omnes adventitiæ exceptæ?* ℞. Tandem Justinianus Imperator omnes res adventitias a rationibus paternis certo modo separavit, & filiisfamil. sub nomine peculii adventitii concessit. *Vid.* Lauterb. *Disp. de pecul. advent. irreg. th.* 7 *&* 8.

9 *Quinam tale peculium habere possunt?* ℞. Omnes filii & filiæfamil. cujuscunque sint ætatis & conditionis.

10 *Quid est Peculium adventitium* Regulare *sive ordinarium?* ℞. Quod nuda tantum proprietate separatum est a rationibus paternis.

11 *Quid autem pertinet ad hoc peculium regulare sive ordinarium?* ℞. Quicquid filiusfamil. extra causam veræ vel quasi militiæ, aliunde, extrinsecus, & non ex re patris, vel ejus occasione acquirit, ut sunt: bona materna & materni generis, lucra sponsalitia & nuptialia.

liber. item, quæ filiusfam. jure legati, (4090) &c. vel propria industria, 1
[ex artibus tamen illiberalibus] non ex re patris (4091) acquirunt *§. 1.*
I per quas person. 6. pr. C. de bon. quæ lib. vid. Eneuck. priv. 4. cap. 3. num. 36.
Hic judex arbitratur. *Ludw. in tr. de ult. volunt. ad 6. pr. C. de bon. quæ lib.* 2
Molin. de I & I D 234. Bachov. ad d. §. 1. I. Si filius est industrius & arti- 3
fex; pater vero pauper, a filio acquisitum, in dubio ejusdem opera quæ-
situm præsumitur (4092) *in d. l. 6. gl. verb. ex substantia Bart. num. 5.*
Salicet. num. 2. Zas. in §. 10. I. de Action. num. 7. vid. Eneuckel. d. c. 2. num.
19. & seqq. Ludw. ad d. l. 6. pr. pag. 582. & seqq.

E Hic * *PATER* vi patriæ potestatis, habet * [1] usumfructum, *§. 1. I.* H I 4
per quas person. cuiq. acq. 6. pr. C. de bon. quæ lib. [licet filiusfam de pane 5
patris non (4093) vivat, *Carpzov. 2. p. c. 10. d. 7.* ¶ aut res adventitiæ in- 6
corporales (4094) sint, vel usu consumantur (4095) *arg. d. § 1. I. 6. pr.*
& §. 2 C. de bon. quæ liber. Nov. 22. c. 34. ibi: quod omnium, junct. 69. ad L.
Falcid. Bachov. vol. 1. d. 16. th. 2. lit. I. Pinell. ad l. 1. part. 2. num. 4. C. de bon.
matern. Lugo de I. & I. D. 5. sect. 2. num. 35. Ludw. in tr. de ult. volunt. ad f.
§. 4. C. de bon. quæ lib. pag. 603. Singulare est, quod ususfructus (4096) 7
filiofam. relictus vel constitutus, patri plene acquiratur, & penes ipsum
etiam mortuo filio (4097) maneat; patre vero naturaliter vel civiliter
mortuo filius eundem ad dies vitæ retineat. *f. C. de usufr. ibi Gyphan. & ad*
6. C. de bon. quæ lib. p. 223. num. 2. Vinn. ad d. §. 1. I. per quas person. num. 3.
verb. usumfr. patri. Perez. in Cod. tit. de Ususfr. num. 17. Castill. de Ususfr. c. 64.
num. 14. Gentil. de bon. mater. c. 5. Diss. Molin. de I. & I. D. 8. num. 2. vers.
quartus Lugo de I. & I. D. 5 sect. 2. num. 31. Eneuckel. priv. 4. cap. 7. num. 30.]
ad dies vitæ, *1. 4. f. § 5 C. de bon. quæ liber. Nov. 22. c. 34.* etiam post mor- 8
tem (4098) filii. *f. C. ad SCt. Tertull. f. C. comm. de success. Eneuckel. d. priv.*
4. c. 4 num. 2 Faber in Cod. tit. de bon. quæ liber def. 14. Si pater filium 9
emancipaverit, dimidiam (4099) retinet hujus usufr. partem. *§ 2. I per*
quas person. 6. §. 3. C. de bon. quæ lib. ibi Gyphan. p. 223. num. 1. vid. Carpzov.
p. 2. c. 10. d. 15. An vero pater usumfructum retineat, patria potestate 10
per dignitatem soluta? *vid. Riemerr. dec. 8 q. 2. fere in f.* Negat (4100)
Molin. de I. & I. D. 232. num 7 Lugo de I. & I. D. 5 sect. 2. num. 24. Affirmat
Pinell. ad l. 1. p. 1. num. 42. C. de bon. matern. Gentil. de bon. matern. cap. 7.
propter *l. f. C. ad SCt. Tertull. f. C. commun. de success. 1. C. de bon. matern. 3.*
4. fin. §. 5. C. de bon. quæ lib.

* [2] liberam & plenissi- L 11
mum (4101) ejusdem administrationem; *1. C. de bon. matern. 6. §. 2. C. de*
bon.

1 *An huc quoque pertinent, quæ filiisfamil. jure hereditario, legati vel donati aliunde obveniunt, vel ipsi filiisfam. propria industria & opera intrinsecus, & non ex re patris acquirunt?* ℞. Affir.

2 *An tamen hic quoque æquo Judicis arbitrio aliquid est relinquendum?* ℞. Affir. si vero non constet, utrum patris an filii intuitu res ab extraneo sit data, pro filio pugnat præsumtio. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 21.*

3 *Quid autem obtinet, si non appareat, utrum res ex substantia patris, an aliunde profecta sit?* ℞. Tunc Ddres ita distingvunt: si filius est industrius & artifex, qui consuevit operari, pater vero pauper, a filio acquisitum in dubio ejusdem opera quæsitum præsumitur, si vero filius sit segnis & nihil sciat operari, pater vero dives, contrarium præsumitur. Si tamen hæ præsumtiones desint, vel pares videantur, tunc melior causa possidentis habetur.

4 *Quid juris (1) pater in hoc peculio adventitio ordinario habet?* ℞. Vi patriæ potestatis habet usumfructum.

5 *An hunc usumfructum etiam tunc pater habet, si filiusfamil. de pane patris non vivat?* ℞. Affir. nec refert, licet filiusfamil. patri operas præstet ancillares, vel peregre absit, vel aliunde, sc. ex labore suo, vel a cognatis sive amicis alimenta accipiat. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 22.*

6 *An & patri ex hoc peculio adventitio ordinario ususfructus competit, si res adventitiæ incorporales sint, vel usu consumantur?* ℞. Affir. Uti enim in his quasi ususfructus constitui poterit, ita & patri idem competet, salva sc. filio proprietate.

7 *Quid singulare est in ususfructu filiofam. relicto vel constituto?* ℞. Quod patri plene acquiratur, & penes ipsum etiam mortuo filio maneat; patre vero naturalier vel civiliter mortuo, filius eundem ad dies vitæ retineat.

8 *Quamdiu autem pater retinet usumfructum in bonis filii adventitiis regularibus?* ℞. Ad dies vitæ, etiam post mortem filii.

9 *Si pater filium emancipaverit, quam hujus ususfructus partem retinet?* ℞. In præmium emancipationis *Jure veteri* pater tertiam rerum peculii adventitii, *hodie* vero dimidiam retinet hujus ususfructus, tempore emancipationis existentis, partem.

10 *An vero pater hunc usumfructum retinet, patria potestate propter dignitatem filii soluta?* ℞. Anceps est quæstio; *vid. Riemer. cit. l.* Negativam defendit Molin. & Lugo. *citt. ll.* Affirmativam vero Pinell. & Gentil *citt. ll.*

11 *Quid juris (2) pater in hoc peculio adventitio ordinario habet?* ℞. Liberam & plenissimam administrationem, & quidem ex Lege. Lauterb. *d. l. §. 23.*

bon. quæ liber. etiamsi filius perfectæ sit (4102) ætatis. *f. §. 3. C. de bon.* 1
quæ liber. Unde pater administratorio nomine (4103) agit, & conveni- 2
tur; *1. C. de bonis matern. fin. §. 3. C. de bon. quæ lib.* nec de rato cavere 3
(4104) tenetur; *Ludw. ad d. l. f. §. 3. obs.* (4105) *14. qui satisd. cog.* nisi filiusfam. sit præsens & habilis: tunc enim ipsius (4106) quoque requiritur consensus; *d. l. f. §. 3. Carpzov. p. 2. c. 10. d. 14.* ¶. quo deficiente, cavendum de rato. *Salicet. in d. l. f. §. 3.* Sumtus litis pater ex fructibus 4
(4107) præstat, *1. C. de bon. matern. d. l. f. §. 3. in f.* modicas & magnas; *Garf. de Expens. c. 11. num. 5. & seqq.* ¶. *vid. Merlin. tr. de Legitim. l. 2. t. 2. q. 24.* rationes vero non (4108) reddit; *6. §. 2. l. 8. §. 4. C. de bon. quæ liber.* 5
Escobar. tr. de ratiocin. admin. c. 3. num. 13. Carpzov. p. 2. c. 11. d. 5. num. 1. & seqq. nec inventarium (4109) conficit: *f. §. 4. in f. C. de bon. quæ lib. Ludw.* 6
in tr. de ultim. volunt. ad 6. §. 1 & 2. C. d. t. Mynf. 2. Obs. 93. ¶. *vid. tamen Mynf. d. obs. num. 6. & seqq. Carpzov. p. 2. c. 10. d. 9. num. 12. & seqq. Rauchbar. p. 1. q. 30. num. 32.* non tamen alienet; (4110) *1. C. de bon. matern. 4.* 7
in f. fin. §. 5. C. de bon. quæ liber. Ludwel. tr. de ultim. volunt. ad 1. C. de bon. matern. p. 556. & seqq. nisi ob causam necessariam vel utilitatem filii: (4111) tum enim etiam absque (4112) decreto alienat immobilia. *d. l. f.* 8
§. 4 & 5. Enenckel. priv. 4. c. 4. num. 15. Gail. 2. obs. 72. n. 14. Græv. 2. concl. 72. num. 4. Mynf. 6. Obs. 61. ¶. *vid. Ludw. ad d. l. 1. p. 559. & seqq. Gipban. ad 6. C. de bon. quæ liber. p. 217. & seqq.*

* *FILIUSFAM.* nudam habet proprietatem, *§. 1. l. per quas personas. 6. pr. C. de bon. quæ lib.* [quam sine patris consensu non alienet. *f. §. 5. fere in f. d. t. ibi Ludwel. p. 606. & seqq.*] & tacitam hypothecam in bonis paternis a susceptæ administrationis (4113) tempore, ratione bonorum maternorum & materni (4114) generis. *8. §. 4. C. de secundis nupt. 6. §. f. C. de bon. quæ liber. & ibi Gipban. p. 216. fere in f. Carpzov. p. 2. c. 24. d. 17.* ¶. *Ludwel. tr. de ult. volunt. ad 6. §. 2. & f. C. de bon. quæ liber. pag. 586 & 589.* h. 9

D * *IRREGULARE* sive extraordinarium est, quod pleno dominio a g. 10
rationibus paternis est separatum. *Vid. allegata in regulari.* Huc perti- 11
O nent [1] dona Principis (4115) vel Augustæ; *7. C. de bon. quæ liber. vid. Enenckel. priv. 4. c. 7. num. 20.* [2] aliæ liberalitates, ea lege (4116) factæ, ne patri ususfructus acquiratur. *Nov. 117. cap. 1. Auth. excipitur. C. de bon. quæ liber. Carpzov. p. 2. c. 10. d. 10.* Ususfructus tamen legitimæ, (4117) liberis necessario relinquendæ, patri non potest adimi, (4118) *Nov. 117. cap. 1.*

1 *An quoque pater liberam & plenissimam administrationem habet, etiamsi filius perfectæ sit ætatis?* ℞. Affir.

2 *An igitur pater, ratione hujus peculii, administratorio nomine agere & conveniri potest?* ℞. Affir. quia hic filius nullos habet reditus ad expensas litis.

3 *An tamen pater de rato cavere tenetur?* ℞. Neg. nisi filiusfamil. sit præsens & habilis: tunc enim ipsius quoque consensus requiritur; quo deficiente, cautio de rato est præstanda.

4 *An vero pater sumtus litis ex fructibus præstat?* ℞. Affirm. Idque sine distinctione, modicæ sint expensæ, an magnæ.

5 *An quoque pater rationes hujus administrationis reddere tenetur?* ℞. Neg. propter reverentiam liberorum, & fiduciam, quam Leges de patre habent.

6 *An autem pater* necessario *inventarium conficere tenetur?* ℞. Neg.

7 *An tamen patri alienatio prædictarum rerum est interdicta?* ℞. Affir. nisi causa alienationis necessaria subsit, vel utilitas filii eandem suadeat, e. g. si res peculio onerosæ & damnosæ, vel æs alienum urgeat.

8 *An ergo hisce casibus pater, etiam res adventitias* immobiles, *sine Magistratus Decreto alienare potest?* ℞. Affir. rite tamen, & secundum ordinem *cit. l. f. §. 4.* præscriptum: & ita in Camera Imper. in ardua quadam causa conclusum esse, testatur Gail. *cit. l.*

9 *Quid juris* filiusfamilias *in hoc peculio adventitio regulari habet?* ℞. Nudam habet proprietatem, (quam sine patris consensu non potest alienare) ipsique competit tacita hypotheca, ratione bonorum maternorum & materni generis, in bonis paternis, ex tempore susceptæ administrationis.

10 *Quid est Peculium Adventitium Irregulare, sive extraordinarium?* ℞. Quod pleno dominio a rationibus paternis est separatum.

11 *Quænam vero pertinent ad hoc peculium adventitium irregulare?* ℞. (1) quæ a Principe vel Augusta filiofamilias sunt donata. (*Nota:* Quæ in Jure de Principe dicuntur, de Imperatore intelligi; quamvis *hodie* extendantur ad Reges, Principes Imperii & similes; *vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 25.*) (2) quæ ab aliis, etiam extraneis, ea Lege filiofamil. ex libera voluntate sunt relicta aut donata, ne patri ususfructus acquiratur: ususfructus tamen legitimæ, liberis necessario relinquendæ patri adimi haud potest.

** cap. 1. pr. & in fin. ibi: hee tamen & extraneis. Lugo de I. & I. D. 5. sect. 2.*
num. 33. Garf. de Expens. c. 10. num. 45. Christin. vol. 4. dec. 75. num. 1. ¶.
Brunnemann. ad Auth. Excipitur. C. de bon. quæ liber. Perez. in C. de bon. quæ
liber. num. 5. Papon. l. 7. tit. 1. arrest. 5. Diff. Ludwel. tr. de ult. volunt. ad
Auth. Excipitur. C. de bon. quæ lib. p. 584 vid. Molin. de I. & I. tr. 2. d. 8. num.
2. [3] quod filiusfam. dissentiente patre (4119) acquisivit; *vid. f. pr. C. de* 2
bon. quæ lib. ibi Ludwel. [4] quod filiusfam. una cum patre fratri suo ger-
mano (4120) succedens ex hereditate illa consequitur. *Nov. 118. c. 2. Auth.*
Item hereditat. C. de bon. quæ liber Perez. in C. d. t. num. 3. [5] servus hac
conditione filiofam. relictus sive donatus, ut eundem statum (4121) ma-
numittat; *f. §. ult. C. de bon. quæ liber* [6] bona ob delictum (4122) ma-
tris a lege liberis delata. *Auth. idem est. C. d. t. Nov. 134. c. 11. vid. Cujac. in*
C. d. t. [7] feudum (4123) filiofam. concessum: *arg. c. un. 2. F. 23. Fin-*
ckelth. D. feud 5. th. 20. Rittershus. part. feud. l. 1. cap. 6. quæst. 7. Ludwel. sy-
nops. feud. cap. 6. p. 147. ¶. Diff. Bachov. ad Tr. vol. 1. D. 16. th. 2. lit. b. verb.
non tamen in feud. [8] si pater juri suo renunciaverit, (4124) & filiofam.
ususfr. permiserit. (4125) *6. § 2. ibi Ludwell. C. de bon. quæ liber. arg. 5.*
§ si pater repudiaverit 5. de jur. dot. Carpzov. p. 2. c. 10. d. 12. Lugo de I. & I.
D. 5. sect. 2. num. 23. Enenckel. priv. 5. c. 2. num. 15. vid. Trentacinq. l. 1. t. de
pecul. Resol. 3. per tot. & Res. seq. num. 2.

E In hoc peculio * pater nihil juris, nec quidem commoditatem K 2
(4126) ususfructus habet, *arg. Nov. 117. c. 1. Heig. p. 2. quæst. 11. num.*
16. Bachov. ad §. 1. per quas person. num. 4. Garf. de expens. c. 10. num.
46. Diff. Trentacinq. l. 1. t. de pecul. Res. 5. num. 14. Enenckel. d. priv.
c. 4. num. 19. * Filiusfam. jus suum plene retinet, & de his k. 3
rebus, si * Perfectæ est ætatis, (4127) inter vivos libere disponit, *Nov.* L
117. c. 1. §. 1. Christinaeus l. 4. dec. 76. num. 1. illasque etiam sine con-
sensu patris, mortis causa donat: *Berlich. p. 3. concl. 1. num. 15. & seq.*
21. Barbov. in not. ad W. tr. de m. c. donat. num. 4. lit. b. non etiam 4
testatur (4128) *arg. pr. I. quib. non est permiss. fac. testam. pen. C. qui*
testam. facer. poss. Bachov. ad Tr. vol. 1. D. 10. th. 2. lit. c. Riemer. decad.
6. quæst. 6. Ludwell. in tr. de ultim. volunt. ad f. §. 5. vers. filius autem fami-
liar. C. de bon. quæ liber. p. 605. & seqq.

* Sin imperfectæ est ætatis, nec ille, qui plenam proprietatem l. 5
ipsi reliquit, etiam de curatore prospexit, pater, si vult, hæc quoque bona
administrare (4129) potest. *arg. f. §. 1. C. de bon. quæ lib. 7. pr. C. de curat.*
furios. Faber. in C. tit. de bon. quæ lib. def. 6. Carpz. p. 2. c. 10. d. 11.

* *PRO-*

1 *Quænam porro pertinent ad hoc peculium adventitium irregulare?* ℞. (3) hereditas, & omne, quod filiusfamil. *dissentiente patre* quocunque titulo acquisivit; licet filius contemplatione patris institutus fuerit, (4) quod filiusfamilias, una cum patre, fratri suo germano succedens, ex hereditate illa consequitur; (5) servus hac conditione filiofamilias relictus, sive donatus, ut eundem statim manumittat; (6) bona ob delictum matris a Lege liberis delata; (7) feudum filiofamilias concessum, in quo, æque ac in præcedentibus rebus, patrem nihil Juris habere *Ddres* statuunt, *arg. c. un. 2. F. 23.* nam Dominus filiofamil. feudum concedens, ex natura feudi hoc semper agere præsumitur, ut ipsi Vasallo & feudum accipienti ususfructus quæratur; (8) si pater juri suo renunciaverit, expresse vel tacite, & filiofamil. usumfructum permiserit: sin remissio sit *tacita*, de voluntate patris omnino constare debet. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 25. in fin.*

2 *Quid juris in hoc peculio adventitio* irregulari *pater habet?* ℞. Nihil juris, ne quidem commoditatem ususfructus; mortui tamen filii cum aliis personis legitimus est successor. *Vid.* Lauterb. *d. l. § 26.*

3 *Quid juris vero filiusfamil. in hoc peculio habet?* ℞. Filiusfamilias in rebus hujus irregularis peculii jus suum plene retinet, & de illis, si perfectæ est ætatis, inter vivos libere disponit, illasque, etiam sine consensu patris, mortis causa donare potest.

4 *An etiam filiusfamil. in hoc adventitio irregulari testamenti factionem habet?* ℞. Neg.

5 *Si vero filiusfamil. adhuc imperfectæ est ætatis, nec ille, qui plenam proprietatem ipsi reliquit, etiam de curatore prospexit, quid tunc ratione administrationis Jure obtinet?* ℞. Tunc pater, si vult, hæc quoque bona administrare potest.

1 Quid

D * *PROFECTITIUM* (4130) peculium est, quod voluntate patris, ab £ 1
ejusdem rationibus, quoad administrationem, est seporatum, & com- 2
plectitur ea, quæ citra militiæ causam, ex re patris vel ejus occasione ad
filiumfamil. pervenerunt. *§. 1. I. per quas person. cuique acq. 7 pr. de do-
nat. 46. de pecul Usd. in Comm. ad tit. de act. §. 10. num. 3. vid. 18. in f. 19. de
pign. act. 41. §. 1. de R. V.*

C Hoc in totum dependet a voluntate patris; *arg. 4. pr. §. 2. l. 4. h.* 3
filius enim omnia profectitia patri, in cujus potestate est, perinde ac ser-
vus domino, acquirit; *§. 1. I. per quas person. 6. pr. C. de bon. quæ liber.* &
quidem confestim. (4131) *79. ff. de A. vel O. H.* Unde filius illa separa- 4
tim habere & administrare non potest, nisi pater hoc ipsi expresse vel ta-
cite permittat. *arg. d. l. 4. pr. & §. 2. l. 49. h.*

S Habere possunt hoc peculium profectitium omnes filiifam. cujus- 5
cunque sint ætatis, & sexus. *1. §. 3 & 4.*

O Huc pertinent res, ut in *D. §. 1. I. per quas person. cuique Fr. l. 2. Resol.* 6
27. num. 1. & seqq. Eneneckel privileg. 4. c. 2. num 5 & seqq. modo pater fu-
erit acquisitionis causa movens proxima vel principalis: *Fr. d. Res num.
9. & seq. Lugo de I. & I. D. 5 sect. 2. num 37. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 233.
num. 4.* v. gr. si patri donaturus, filio daret, *arg. 5. §. 2. de Jur. dot. 45.
§ 4. ff. de A. vel O. H. 6. de collat. 20. §. 6. de vulg & pupill. 21. & seq. de usufr.*
quod in dubio per se non (4132) præsumitur; *f. in fin. C. de usufr. Fr. d.* 7
*Res. 27. num. 13. Mantic. d. tacit. & ambig convent. l. 13. t. 21. num. 24. ¶.
Grass. dec. 150. num. 3. ¶.* nisi aliunde contrarium appareat: *vid. Merlin.
de legit l. 2 t. 2. quæst. 14. num. 5 Fr d. Res. num. 10. Mantica Molin. dd. ll.*
ut si quis, v. gr. infanti amici sui, optime de se meriti, insigne donum ob-
tulerit. (4133) Idem dicendum de muneribus patrinorum, (4134) von 8
dem Paten-Geld. *arg. f. in f. C. de usufr* Variant tamen consuetudi- 9
nes. *Vid. Groeneweg. tr. de leg. abrog. ad l. hinc. 19. §. 1. h.* Aliter (4135) 10
*Carpzov. p. 2. c. 24. d. 18. & J. C. 2. d. 272. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. qu.
14. num. 5.*

E * Pater (4136) [*vid. 3. §. 4. de minor. Barbos. ad §. 1. I. per* M 11
quas person. cuique acq. num. 3.] hujus peculii possessionem, & plenum
dominium retinet, *pr. I. quib. non est permiss. facere testam. 49. §. 1. ff. de A.
vel A. P. Mesa lib. 1 Res. 33. num. 4.* ita ut quicquid filiusfamil. ratione hu-
jus peculii apprehendat & acquirat, illius & possessio & dominium sta-
tim patri, etiam (4137) ignoranti cedat. *1. §. 5. l. 4. de A. vel A. P. vid.
l. 18. §. 1. ff. eod.*

* Filius nude detinet, *93. de R. I.* & administrat; m. 12

non

1 *Quid est Peculium Profectitium?* ℞. Quod voluntate patris ab ejusdem rationibus, quoad administrationem est separatum.

2 *Quarnam hoc peculium complectitur?* ℞. Ea, quæ citra militiæ caussam, ex re patris, vel ejus occasione, ad filiumfamilias pervenerunt.

3 *Unde hoc peculium profectitium dependet?* ℞. In totum dependet a voluntate patris: filius enim familias omnia profectitia patri suo, in cujus potestate existit, perinde ac servus domino suo acquirit, & quidem confestim.

4 *Ergone filius illa separatim habere & administrare potest?* ℞. Non potest, nisi pater hoc ipsi expresse vel tacite permittat.

5 *Quinam hoc peculium profectitium habere possunt?* ℞. Omnes filiifamilias, cujuscunque sint ætatis & sexus.

6 *Quænam res ad hoc peculium pertinent?* ℞. Res profectitiæ, quas filiusfam. vel ex substantia sive re patris acquisivit, vel ejus occasione & intuitu accepit; modo pater fuerit caussa movens proxima, vel principalis ita, ut, ablato illo, donatio e. g. facta non fuisset; v. g. si patri donaturus filio daret.

7 *An hoc ultimum in dubio per se præsumitur?* ℞. Neg. nisi aliunde contrarium appareat: ut, si quis v. g. infanti amici sui, optime de se meriti, insigne donum obtulerit.

8 *An ad peculium profectitium quoque pertinent munera patrinorum,* das Pathen-Geld? ℞. Affir. Hinc si quis infanti, quem ex S. S. Baptismate suscepit, aliquod munus offerat & donet, hoc non ipsi infanti, sed ejus parentibus, quorum contemplatione donatio hæc facta videtur, acquiritur, nisi donator *nominatim* aliud dixerit.

9 *An vero hoc in re consuetudines variant?* ℞. Affir.

10 *Quis alter sentit?* ℞. Carpz. *cit. l.* ubi docet: Talia munera patrinorum non parentibus, sed omnium voto & consensu ipsis baptizatis data censeri, adeoque ipsis, non vero parentibus cedere, & ita in supremo Consistorio Dresdensi, & in Scabinatu Lipsiensi judicatum esse refert, simulque liberis *tacitam* hypothecam competere asserit *per l. 24. C. de administr. tut.* quamvis hæc Lex de Tutore loquatur. *add. l. 6. §. 2. C. de bon. quæ lib.* vid. omnino Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 31.*

11 *Quid juris pater in hoc peculio profectitio habet?* ℞. Pater peculii hujus & possessionem & plenum dominium retinet ita, ut, quicquid filiusfam. ratione hujus peculii apprehendat & acquirat, illius & possessio & dominium statim patri, etiam ignoranti, cedat.

12 *Quid vero filius in eodem peculio juris habet?* ℞. Filius illud nude detinet & administrat.

non etiam sine expressa vel tacita patris voluntate donat. (4138) *7. pr. & §§. seqq. ff. de donat.* Singulare est in *Nov.* (4139) *134. c. 11. vid. Cujac. in tit. C. de bon. quæ liber.* 1 2

C Pater hoc peculium libere, quocunque tempore, filio adimere potest; modo fiat bona fide, & non in fraudem creditorum. (4140) *arg. 4. pr. &c. 21. pr. h. Schneidew. ad §. 10. I. de act. num. 34.* Si tamen in ipsa emancipatione non ademit, filio donasse censetur, *31. §. 2. de donat. vid. 3. §. 4. de minor.* filius vero, mortuo patre, hoc confert. (4141) *12. C. de Collat. 13. C. famil. ercisc.* Neque hujus peculii natura a Justiniano novo Jure mutata (4142) est. *6. pr. C. de bon. quæ liber. Usil. in Comm. ad tit. de Act. in §. 10. num. 5.* 3 4 5 6 7

D *ACTIO* de peculio est personalis, (4143) [*§. 1. I. de Act. 21. §. f. h. Bachov. de act. D. 4. th. 9. pag. 114. Usil. ad tit. I. de Action. in §. 10. num. 41. & seqq. Schneidew. ad §. 10. I. de Action. num. 26.*] certa qualitate restricta, competens ex contractu servi vel filiifam. de peculio servili, vel profectitio, (4144) inito, adversus dominum vel patrem, ut pro quantitate peculii (4145) illorum creditoribus satisfaciant. (*vid. sup. de Exercit. action.*] 8

C Causa efficiens hujus actionis est contractus verus vel quasi: *§. 10. I. de Act. 14. de neg. gest. 31. de adm. & peric. tut. 9. de tutel. Usil. in Comm. ad tit. de act. in §. 10. pr. Schneidew. ad §. 10. I. de act. num. 14.* cum servo vel filiofam. de servili vel profectitio peculio initus; (4146) ET edictum prætoris, *vid. Bachov. de Act. D. 4. th. 9. p. 110. in fin. & seqq.* propter generalem domini vel patris permissum; (4147) *Bachov. d. th. 9. p. 109. Fr. ad §. 10. I. de act. num. 5. obst.* (4148) *19. §. 1. l. 47. pr. h. vid. Bachov. d. l.* non etiam de castrensi, quasi castrensi, & (4149) adventitio, *18. §. 5. de castr. pecul. Fr. ad §. 10. I. de act. num. 17. & seq. Schneidew. ad d. §. 10. num. 17.* nec ex delicto. (4150) *58. de R. I. vid. tamen* (4151) *3. §. 11. & seq. h. Fr. d. l. num. 20. & seq. Schneidew. d. l. n. 20.* 9 10 11 12 13 14

S Datur illis, qui cum servo vel filiofam. de servili vel profectitio peculio contraxerunt, (4152) & aliis, quibus ex æquitate illa conceditur. *d. l. 3. §. 12. h.* 15

P Adversus patrem (4153) & dominum, *§. 10. I. de act.* etiam illum, ad quem servus postea pervenit. (4154) *27. §. 2. Bachov. de act. D. 4. th. 9. p. 114.* 16 17

O Ad id, quod ex causa illis creditoribus debetur, & quatenus vires peculii patiuntur, (4155) deducto prius eo, quod domino, vel patri, & aliis, qui in illorum potestate, tutela vel cura sunt, debetur. (4156) *9. §. 2.* 18 19

1 *An vero filius de hoc peculio profectitio donare potest?* R. Sine expressa vel tacita patris voluntate donare non potest.

2 *Quodnam singulare est in* Nov. 134. c. 13? R. Hoc, quod, si patris bona ob delictum confiscentur, hoc peculium profectitium tamen non confiscetur, sed filio salvum maneat; modo non sit Crimen laesae Majestatis: in hoc enim crimine omnia bona confiscantur & Fisco addicuntur.

3 *An pater hoc peculium profectitium libere, quocunque tempore, filio adimere possit?* R. Affir. cum enim hoc omnia patri, nihil vero filio acquiratur, nec hic proprii quid in hoc peculio habeat: hinc nullum quoque interesse allegare poterit, ob quod ademtio non fieri debeat, cum potius haec ademtio in commodum filii redundet, liberatur enim ab administratione, quam gratuito suscipere tenetur.

4 *An tamen pater hoc peculium bona fide adimere debet filio, ut non in fraudem creditorum?* R. Affir.

5 *An pater, si in emancipatione hoc peculium filio non ademit, hoc filio donasse censeatur?* R. Affir. peculium enim filius emancipatus amplius non habet; sic ergo nulla alia, quam donationis praesumtio capi potest, si filio a patre emancipante bona haec profectitia sunt relicta.

6 *An vero mortuo patre filius hoc peculium conferre tenetur?* R. Affir. cum enim filio hoc nihil, nisi administratio competat, proprietas vero & omne emolumentorum patri remaneat, consequenter, perinde ut alia patris defuncti bona inter liberos esse dividenda.

7 *An tamen Justinianus hujus peculii profectitii naturam Novo Jure mutavit?* R. Neg.

8 *Quid est Actio de Peculio?* R. Est Actio personalis, certa qualitate mista, competens &c.

9 *Quae est causa efficiens proxima hujus actionis?* R. Contractus verus & quasi.

10 *Cum quo iste contractus initus esse debet?* R. Cum servo vel filiofam. de servili & profectitio peculio.

11 *Quaenam est causa efficiens remota hujus actionis?* R. Edictum Praetoris.

12 *Quae est causa impulsiva hujus actionis?* R. Generalis domini vel patris permissio.

13 *An haec actio etiam datur de peculio castrensi, quasi castrensi & adventitio?* R. Neg.

14 *Annon etiam ex delictis haec actio datur?* R. Neg. si tamen ex delicto aliquid pervenerit ad patrem, vel peculium, v. g. per rem furtivam auctum sit, tunc pater, in quantum locupletior est factus, utique conveniri potest. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 36.*

15 *Quibus datur haec actio?* R. Illis, qui cum servo vel &c.

16 *Adversus quos datur?* R. Adversus patrem & dominum.

17 *An etiam adversus illum dominum haec actio datur, ad quem servus postea pervenit?* R. Affir.

18 *Ad quid & quatenus haec actio datur?* R. Ad id, quod ex causa illis debetur, & quatenus vires peculii patiuntur.

19 *An tamen prius deducitur, quod domino vel patri & aliis, qui in illorum potestate, tutela vel cura sunt, debetur?* R. Affir.

9. §. 2. & seqq. h. Bachov. de act. Disp. 2. thes. 9. pag. 109 & 113. Schneidew. ad
§. 10. I. de act n. 37 & 38.

Jn Hæc actio hodie plus difficultatis, quam utilitatis (4157) habet. *vid.* 1
Georg. Schultz. synops. Inst. tit. quod cum eo, qui in alien. potest. lit. C. Hahn.
in not. ad W. h. in f.

SS In Monachis, (4158) qui certum peculium ab Abbate (4159) seu Mo- 2
nasteriis habent, hanc actionem etiam locum habere, tradit Christinæus.
vol. 3. dec. 34. num. 1. Zas. in §. 10. I. de act. num. 22. Mudaeus ad d. §. 10. n. 5
& 6. ¶. Ussil. in Comm. ad tit. I. de act. ad §. 10. n. 47. & seqq.

QUANDO DE PECULIO ACTIO ANNALIS EST. XV. 2.

Actio de peculio etiam ratione durationis eadem est, quæ directa, 3
(4160) durante patris, vel domini potestate, (4161) & existente pecu- 4
lio; *1. §. 1. l. 2. Hahn. ad W. h.* Prætor tamen etiam soluta potestate (4162) 5
adhuc intra annum utilem (4163) hanc concedit actionem. (4164) *1. §.*
2 & 3.

DE IN REM VERSO. XV. 3.

D Actio de in rem verso, est personalis (4165) a Prætore certa qualitate 6
aucta, (4166) competens ex contractu filiifam. vel servi, adversus pa-
trem vel dominum de eo, quod ex illo (4167) contractu in rem patris
vel domini est versum. (4168) *§. 4. I. quod cum eo. vid. supr. de exercitor.*
N *act. N. & de Act. tribut. Princ.* Est prætoria, *7. pr. C. quod cum eo, qui in* 7
alien. potest. rei persecutoria, & perpetua. *1. §. 1. h. d. l. 7. C. d. t.* 8. 9
† Directa & Utilis, quæ datur, si homo sui juris (4169) aliena negotia 10
gerens contraxit, & exinde aliquid in rem domini negotiorum vertit.
(4170) *7. § 1. C. Bachov. de act. Disp. 2. thes. 7. fere in f. Hahn. ad Wesenb. h.*
num. 4. vid. Oldend. class. 4. act. 7. Schultz. ad Inst. tit. quod cum eo. Perez. ad
d. t. n. 7.
C Causa efficiens est contractus filiifam. vel servi, sive peculium habe- 11. 12
at, sive non; *1. pr. & §. 1. Bachov. de act. D. 2. th. 7. in f.* ET edictum Præ- 13
toris, *vid. supr. ad tit. de exerc. act. C.* si exinde in rem patris vel domini 14
versum sit, *§. 4. I. quod cum eo.* hoc est, si expensum, comparatum vel 15
acceptum aliquid est, in domini, vel patris necessitatem, *§. 4. I. d. t.* vel
utilitatem; *3. §. 2. l. 5. §. 2. l. 17. pr. & §. 1. h.* licet actu non sit (4171) in rem 16
domi-

1 *Quam utilitatem* hodie *hæc actio habet?* ℞. Hæc actio hodie plus difficultatis, quam utilitatis habet.

2 *An hæc actio etiam locum habet in Monachis, qui certum peculium ab Abbate, seu Monasteriis habent?* ℞. Affirmat hoc Christinæus *cit. l.* aliique ab Autore allegati.

3 *An actio de peculio, etiam ratione durationis, eadem est, quæ directa?* ℞. Affir.

4 *Sed quando ita eadem est, quæ directa?* ℞ Durante patris vel domini potestate & existente peculio: actio enim de peculio sequitur naturam actionis directæ.

5 *Intra quantum temporis spatium tamen* Prætor *soluta potestate adhuc hanc actionem de peculio concedit?* ℞. Intra annum utilem.

6 *Quid est actio de in rem verso?* ℞. Est personalis, a Prætore certa qualitate aucta, competens &c.

7 *Qualis est hæc actio ratione causæ efficientis remotæ?* ℞. Prætoria, quia a Prætore est introducta.

8 *Qualis est ratione objecti?* ℞. Rei persecutoria, quia non pœnam, Legibus constitutam, sed rem, quæ nobis debetur, hac actione persequimur.

9 *Qualis est ratione durationis?* ℞. Perpetua: actiones enim Prætoriæ, quæ rem persequuntur, sunt perpetuæ.

10 *Quotuplex est hæc actio,* (℞. Duplex: *Directa* sc. & *Utilis*) *& quando* Utilis *datur?* ℞. Si homo sui juris aliena negotia gerens contraxit, & exinde aliquid in rem domini negotiorum vertit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 9.*

11 *Quænam est causa efficiens* proxima *hujus actionis de in rem verso?* ℞. Contractus filiifamilias vel servi.

12 *Refertne, utrum iste filiusfamil. vel servus peculium habeat, an non?* ℞. Nihil refert: quia hæc actio venit & datur non ob tacitam voluntatem, sed propter utilitatem. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 2.*

13 *Quæ est causa efficiens* remota *hujus actionis?* ℞. Edictum Prætoris.

14 *Sed quando ex hoc Edicto vel Contractu actio de in rem verso datur?* ℞. Si exinde in rem patris vel domini aliquid versum fit.

15 *Quid autem dicitur in rem versum esse?* ℞. Non tantum illud, quod in necessitatem, *cit. §. 4.* (ubi Imperator loquitur tantum de necessariis; sed exempla non restringunt, *l. 1. §. 25. ff. de vi & vi arm.* & Institutiones ex latioribus Pandectarum libris explicari debent *§. 11. J. de nupt.*) sed etiam, quod in utilitatem patris vel domini est *expensum, comparatum* vel *acceptum*: maxime si impensæ honestæ & consuetæ. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 3.*

16 *An hoc versum esse sufficit, licet actu non sit in rem domini vel patris versum?* ℞. Affir.

domini, vel patris versum, *3. §. 7. &. & ult. l. 17. pr. vid. tamen* (4172) *l. 10.*
§. 6. h. Groenew. ad d. l. 3. num. 1. arg. 3. §. 2. h. junct. 4. C. mandat. 10. §. 1. l.
12. §. 2. de N. G. sed casu (4173) perierit: *dd. §.* [secus est, si pecunia in 1.2
usum domini, vel patris accepta, a filio vel servo dolo malo alio vertatur;
etsi filius vel servus alias solitus fuerit (4174) vertere in rem patris vel do-
mini, *3. §. 9.*] tum enim (4175) rei necessariæ totum conventum preti- 3
um, & rei utilis verum (4176) pretium debetur. *5. pr.* Quod vero ad 4
voluptatem tantum pertinet, non videtur in rem versum, sed pater vel 5
dominus pati tantum debet, creditorem illud auferre; *3. §. 4. h. argum.*
27. pr. in f. d. N. G. junct. l. 3. §. 4. h. nisi patris vel domini voluntate fa- 6
ctum, & pater vel dominus illud facere solitus (4177) sit. *l. 3. §. 4 & 6.* 7
pr. Hanc versionem probet actor. (4178) *§. 5. I. quod cum eo. 7. C. eod.* 8

S Datur contrahentibus, ut in D. *§. 4. I. quod cum eo.* & heredibus, *C. I.* 9
A. h. th. 5. Schneidew. ad d. §. 4. I. num. 3. hic præventioni (4179) locus 10
est; *3. §. f. l. 4.* *NON* etiam fidejussori, (4180) qui pro filiofam. in rem 11
patris contrahente sese obligavit. *18. Schneidew. ad d. §. 4. I. quod cum eo.*
n. 3. C. I. A. h. th. 6.
P Adversus patrem vel (4181) dominum, in quorum rem aliquid ver- 12
sum; & heredes. *7. C. vid. 1. pr.* (4182)
O Ad id, quod ex eo contractu debetur, in quantum aliquid in rem pa- 13
tris vel domini versum (4183) est. *10. § 4. h. §. 4. I. quod cum eo. vid. Bach.*
de act. D. 8. th. 7. Si pater ob eam tantum rationem hac actione tenetur, 14
quod ipsi actiones per filium sint quæsitæ, (4184) liberatur ipse actioni-
bus creditori cedendo. (4185) *3. § 5. h. 51. de pecul.*
J.n Novo jure in rem patris vel domini versum, directo (4186) condici 15
potest ab ipsis, perinde ac si principaliter cum ipsis negotium gestum es-
set. *§. f. I. quod cum eo.*
O Extinguitur jus hujus actionis, si dominus vel pater, filio vel servo 16
id, quod versum erat, restituerit. (4187) *10. §. 6. h. ibi Bus. Schneidew. ad*
§. 4. I. d. t. n. 3. in fin.

QUOD JUSSU. XV. 4.

D ACtio quod jussu, est actio personalis, certa qualitate a Prætore aucta, 17
competens ex contractu filiifam. vel servi jussu patris vel domini ini-
to, adversus patrem & dominum, ad id, quod ex contractu illo debetur,
N in solidum. (4188) *§. 1. I. quod cum eo. ibi Schneidew. n. 2.* Estque prætoria, 18

25. pr.

1 *An ergo hæc actio de in rem verso competit, si res casu perierit?* ℞. Affir.

2 *Num vero hæc actio competit, si filiusfamil. vel servus, pecuniam in rem patris vel domini acceptam, dolo malo in alios usus converterit?* ℞. Neg. etiamsi filius vel servus alias solitus fuerit vertere in rem patris vel domini.

3 *Si itaque a filio vel servo in rem patris vel domini contractum, & illud actu versum non sit, sed casu perierit, quid tum a patre vel domino debetur?* ℞. Tum rei necessariæ tantum convenientis pretium, & rei utilis verum pretium debetur.

4 *An quoque in rem versum videtur, quod tantum ad voluptatem pertinet?* ℞. Neg. nec ejus nomine hæc actio de in rem verso competit.

5 *Quid ergo pater vel dominus tunc præstare debet?* ℞. Pater vel dominus pati tantum debet, creditorem illud auferre.

6 *An tamen actio de in rem verso competit, si patris vel domini voluntate res in voluptatem expensa?* ℞. Affir. Voluntas tamen hæc hic non est causa proxima; sed facit, ut id quoque in rem domini vel patris versum videatur.

7 *An item, si pater vel dominus illud facere solitus sit?* ℞. Affir.

8 *Quis autem hanc versionem probare debet?* ℞. Actor.

9 *Quibus datur hæc actio de in rem verso?* ℞. Illis, qui cum filiofam. vel servo contraxerunt, & ex quorum contractu aliquid in rem patris vel domini versum est, illorumque heredibus.

10 *An tamen hic præventioni locus est?* ℞. Affir. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §.* 9.

11 *An hæc actio etiam fidejussori datur, qui pro filiofamil. in rem patris contrahente sese obligavit?* ℞. Neg.

12 *Adversus quos hæc actio de in rem verso datur?* ℞. Adversus patrem vel dominum, in quorum rem aliquid versum, illorumque heredes, perinde ac si cum ipsis contractum esset.

13 *Ad quid datur hæc actio?* ℞. Ad id, quod ex contractu filiifam. vel servi debetur; non tamen in solidum, sed in quantum aliquid in rem patris vel domini est versum, & in usuras, puta, si easdem promiserit. *cit. l. 10. §. 5. h.*

14 *Si vero pater ob eam tantum rationem hac actione de in rem verso tenetur, quod ipsi actiones per filium sint quæsitæ, quomodo pater liberari potest?* ℞. Actiones has creditori cedendo. *Vid.* Lauterb. *d. l. §.* 6.

15 *Quomodo* Jure novo *in rem patris vel domini versum condici potest?* ℞. Jure novo, ex interpretatione Prudentum, illud, quod in rem patris vel domini versum est, directo quoque ab ipsis condici potest perinde, ac si principaliter cum ipsis negotium gestum esset.

16 *Quando extinguitur Jus hujus actionis?* ℞. Si dominus vel pater filio vel servo id, quod versum erat, restituerit.

17 *Quid est actio quod jussu?* ℞. Est actio personalis, certa qualitate a *Prætore aucta*, competens &c.

18 *Qualis est hæc actio ratione causæ efficientis remotæ, objecti, durationis?* ℞. Est prætoria, (*quia a Prætore est introducta*) rei persecutoria, (*quia non pœnam, sed rem, quæ nobis ex patrimonio abest, eadem persequimur*) perpetua: *actiones enim prætoriæ, quæ rem persequuntur, sunt perpetuæ.*

19 Est

15. pr. ad SC. Vell. rei persecutoria, perpetua, bonæ fidei, vel stricti juris, 1
prout directa (4189) talis est. *Schneidew. ad d. §. 1. num. 3. vid. supr. tit.*
de Exercitor. act. N. *vid. l. 32. §. 1 & 3. ff. d. usur. Bachov. d. Act. D. 2.*
th. 14.

C Datur hæc actio a Prætore ex contractu filiifam. vel servi, jussu (4190) 2
patris vel domini inito. *1 pr. h. §. 1. I. quod cum eo.* Hic non requiritur 3
consensus præcedens, cum aliquo imperio conjunctus; *25 §. 4. de A. vel*
O. H. Fr. in Comm. Inst. ad §. 1 I quod cum eo. num. 5. sed sufficit concomitans
& sequens, (4191) verbis, literis, aut per nuncium expressus, *1. §. 1. 3.*
6. quo pater vel dominus in unum vel plures filiifam. vel servi contra-
ctus specialiter consentit, *1. §. 1.* e. g. chirographo subscribit, *1. §. 4.* 4
verba ad filium vel servum, sive ad extraneum, qui cum illis contrahit,
referendo; *1. §. 1 & 3 l. 3 h. 8. C. quod cum eo. vid. Bachov. ad §. 1. I. quod*
cum eo. & de act. D. 4. th. 12. Fr. ad d. § 1. num. 5. hoc tamen casu (4192) 5
contra patrem & dominum etiam mandati actio competit; *6 C. mand.*
Bachov. d. l. idem est, si jubeat alius domini vice, e. g. tutor, curator, vel 6
verus procurator: nam etiam ex horum jussu contra dominos hæc actio
(4193) datur. *1. §. f. l. 2.* Sola patris vel domini scientia (4194) non 7
sufficit, *arg. 1. §. 5.* nec si filium, vel servum commendaverit, (4195) *f.* 8
C. quod cum eo. aut pro ipsis fidejusserit: *1. §. 5. Schneidew. ad §. 1. I. quod* 9
cum eo. num. 6. in fin. quia posteriori in casu, tanquam extranei (4196)
intercesserunt. *d. l. 1. §. 5. h. C. I. A. h. th. 7.* Hortatus (4197) quomodo 10
a jussu differat, explicatur in *C. I. A. h. th. 8* Si dominus vel pater mini- 11
sterio (4198) servi vel filii contraxit, non hæc, sed directa contra illum
datur. *f. pr. h. 4. C. quod cum eo. 15. de const. pec. Bachov. de Action. D. 4.*
th. 12.

S Competit hæc actio contrahentibus, ut in D. & heredibus. *Schneidew.* 12
ad §. 1. I. quod cum eo. num. 2. Oldend. class. 4. act. 7. C. I. A. h. th. 6. Utilis 13
datur illis, qui cum libero (4199) homine alterius negotia gerente, jussu
negotiorum domini contraxerunt. *7. §. 1. C. quod cum eo. Oldend. class. 4.*
act. 7. Perez. in C. d. t. n. 7. C. I. A. h. th. 11. n. 3.

P Adversus patrem vel dominum, quorum jussu filius vel servus con- 14
traxit, *§ 1. I. quod cum eo. 1 pr. h.* & heredes, *C. I A. h. th. 9.* contra sin- 15
gulos jubentes in solidum, (4200) aut eum, qui solus jussit. *f. §. 1.* Uti- 16
lis datur adversus negotiorum dominum, cujus jussu, illorum admini- 17
strator sui juris contraxit *7 §. 1. C. quod cum eo.*

O Ad omne id, quod ex illo contractu debetur, in solidum; *§. 1. I. quod* 18
cum eo. modo contrahentes jussum non (4201) excesserint. *3.*

Ipso

1 *Estne hæc actio bonæ fidei, an stricti juris?* ℞. Est vel bonæ fidei, vel stricti juris, prout actio directa sive actio principalis est talis; est enim tantum adjectitiæ qualitatis, quæ actionem directæ naturam non mutat, sed potius eam sequitur.

2 *A quo hæc actio ita qualificata datur?* ℞. A Prætore ex contractu filiifam. vel servi, (unde ex delicto filiifam. jussu patris commisso, non datur hæc actio, sed patri tantum actione ex delicto. l. 2. ff. de nox. act. l. 11. §. 3. ff. de injur.) jussu patris vel domini inito, quales nempe sit contractus, nihil refert. l. 1. §. 1 & 3. ff. h. t.

3 *An ergo hic requiritur consensus præcedens cum aliquo tempore comprobatio?* ℞. Neg.

4 *Da exemplum hujus declarationis consensus?* ℞. V. g. si pater vel dominus chirographo subscribat, verbo ad filium vel servum, sive ad extraneum, qui cum illo contrahat, referendo. Nihil ergo interest, sive verba ad filium vel servum, sive ad extraneum, qui cum illis contrahat, dirigantur, & hinc commendetur, ut cum illis contrahat eo ipso enim jubere videtur, ut servo vel filio contrahat. Lauterb. Coll. th. pr. h. t. §. 3.

5 *An tamen hoc ultimo casu contra patrem vel dominum etiam actio mandati competit?* ℞. Affirm. Cum enim hoc patrem vel dominum directe sua ad ipsum creditorem, qui filio vel servo pecuniam credere debet, ea vero nullum aliud, quam Mandati contractum adsit.

6 *An idem est, si jubeat alius domino non?* ℞. Affirm. Nihil enim refert, ipse dominus, sive alius, qui illius vice fungatur, jubeat, e. g. tutor, curator, vel verus procurator nam et horum quoque jussu contra ipsos dominos hæc actio quod jussu datur.

7 *An vero sola patris vel domini scientia hic sufficit?* ℞. Neg.

8 *An ne sufficit, si filium vel servum commendaverint?* ℞. Non sufficit.

9 *An tamen hæc actio quod jussu competit, si pro ipsis fidejusserint?* ℞. Neg. quia hoc in casu nunquam [illegible].

10 *Quomodo hortatus differt a jussu?* ℞. Hoc explicatur in Coll. Jur. Argent. th. 7. §. 5. scil. quod admonitione, & quidem non animo sese obligandi, sed creditorem fraudandi, ex casu l. 20. ff. de dol. vid. Bachov. ad tit. de dol. p. 1004. adde Lauterb. Coll. th. pr. h. t. §. 4. in fin.

11 *Si dominus vel pater mandaverit servo vel filio contrahere, quænam actio datur?* ℞. Non hæc actio quod jussu, sed directa contra dominum vel patrem. Ut enim actio quod jussu competat, necessarium est, ut ipse filiusfam. vel servus suo consensu contrahant, & in ipsos principaliter actio reddatur. Nam, si ipse pater vel dominus contrahat, & filiusfam. vel servus jussu patris vel domini tantum tanquam minister pecuniam vel aliam rem accipit, hæc actio quod jussu locum non habet, sed actio directa ex contractu descendens contra patrem vel dominum competit, quia illi ministerium tantum hoc casu præstare censentur. Vid. Lauterb. d. l. §. 2.

12 *Quibus actio quod jussu directa competit?* ℞. Illis, qui cum filiofam. & servo, jussu patris vel domini contraxerunt, illorumque heredibus.

13 *Quibus datur hæc actio utilis?* ℞. Illis, qui cum libero homine, alterius negotia gerente, jussu negotiorum domini contraxerunt.

14 *Adversus quos datur actio hæc directa?* ℞. Adversus patrem vel dominum, quorum jussu filius vel filia, servus seu ancilla contraxit, illorumque heredes.

15 *In quantum datur hæc actio, si plures jubentes sint?* ℞. Tunc singuli in solidum tenentur.

16 *Quid vero juris, si unus ex pluribus servi dominis jusserit?* ℞. Tunc ipse tantum tenetur.

17 *Adversus quem datur hæc utilis?* ℞. Adversus negotiorum dominum, cujus jussu aliorum administratores sua cura contraxerunt.

18 *Ad quid datur actio quod jussu?* ℞. Ad omne id, quod ex illo contractu debetur, in solidum, modo contrahentes jussum non excesserint.

S Ipse quoque filiusfam. ex hoc contractu, directa actione ex illo contractu descendente conveniri (4202) potest; *3. §. 4. ff. de minor. abst.* 1
(4203) *4. C. quod cum eo.* ita tamen, ut si tanquam administrator rerum 2
paternarum, & administratorio nomine contrahat, ipse etiam tantum
durante administratione, & administratorio nomine; si vero suo nomine 3
gerat, etiam suo nomine conveniri possit. [*vid. tit. de instit. action.* E.] *23. de minor.*

Ͻ Jussus, re integra (4204) revocatur, *1. §. 2.* jubentis morte (4205) 4. 5
SS extinguitur. *30. de A. vel O. H. vid. C. I. A. b. th. 14.* Cum hac actione 6
quandoque concurrit actio de peculio, & de in rem verso; *§. 5. I. quod cum eo.* sed elective. (4206) *9. §. 1. de tribut. act. 4. §. 5. quod cum eo. Fr. ad §. 5. I. quod cum eo.* 7

AD SENATUSCONSULTUM VELLEJANUM. XVI. 1.

D SCtum Vellejanum est jus a Senatu Romano constitutum, quo fœminis 8
pro aliis (4207) intercedentibus auxilium præstatur, ne exinde efficaciter
N conveniantur. *2. §. 1.* Estque Privilegium (4208) favorabile, *40.* 9
pr. de condict. indeb. 24. §. 2. b. 10. C. b. personale *arg. l. 196. de R. I.* 10

C Factum a Senatu Romano, Consulibus suffectis M. Silano & Vellejo Tutore; tempore, ut videtur, Neronis. *arg. 2. pr. & §. 1. junct. l. 16.* 11. 12
§. 1. C. I. A. b. thes. 3. vid. Henel. de vet. JCtis, pag. 306. & seq. Master. in vorr. trr. ad tit. de SCt. Vell. quest. 1. 13

O Prohibet * [1] *FOEMINAS.* *2. §. 1.* quascunque; (4209) *Fr. b. n.* A 14. 15
10. modo contrahere possint; (4210) *arg. 4. §. 1.* [de Hermaphrodito, 16
(4211) *vid. 15. § 1. de testib. 10. de stat. homin.*] quidam tamen excipiunt 17
Reginas, Comitissas, Abbatissas & alias illustres Jurisdictionalia habentes.
(4212) *Hering. de fidejuss. c. 7 num 517. & seqq. C. I. A. th. 5. n. 21.*

* [2] *APUD ALIOS* masculos vel fœminas, (4213) *5. C.* a. 18
b. majores vel minores; (4214) *12 de minor.* [*vid. infr.* Ͻ.] modo sciant, mulierem intercessisse ab initio. (4215) *Vid. 4. pr. 11. 12. 17. pr. 19. §. 5. l. 27. pr. 28. §. 1. b. 1. 10. C. b. vid. Barbov. vol. 1. Disp. 25. th. 5. lit. d. & e. & ad Wesenb. tr. b. num. 6. lit.* L. *C. I. A. b. thes. 5. num. 8. vid. Bus. ad l. 11. & 12. b.*

* [3] *PRO ALIIS* quibuscunque; *1. pr.* licet sit pater, a. 19
(4216) vel filius, (4217) *2. §. 1. ff. l. 3. 8. C.* maritus. (4218) *Auth. si qua mulier. C. b. Nov. 134. c. 8. Berlich. p. 2. concl. 19. num. 55. & seqq. Wibel.*

1 *An etiam ipse filiusfamil. ex hoc contractu, quem patris jussu celebravit, obligetur, & directa actione, ex illo contractu descendente, conveniri potest?* ℞. Affir.

2 *Si vero filius tanquam administrator rerum paternarum, & administratorio nomine contrahat, quando & quatenus potest conveniri?* ℞. Tantum durante administratione, & administratorio nomine.

3 *Quid autem juris, si filius suo nomine gerat?* ℞. Tunc etiam suo nomine conveniri potest, per ea, quæ supra *tit. de inst. act.* E. sunt dicta.

4 *Quando & quomodo jussus revocari potest?* ℞. Re adhuc integra, contraria voluntate.

5 *An jubentis morte jussus extinguitur?* ℞. Affir.

6 *Quænam actiones quandoque cum hac actione* quod jussu *concurrunt?* ℞. Actio de peculio, & de in rem verso.

7 *Quomodo vero hæ actiones concurrunt?* ℞. Elective, non cumulative.

8 *Quid est SCtum Vellejanum?* ℞. Est Jus, a Senatu Romano constitutum, quo feminis pro aliis intercedentibus &c.

9 *Estne Privilegium hoc privilegium favorabile, an odiosum?* ℞. Est favorabile: favorem enim mulierum respicit, ne ex sua intercessione teneantur.

10 *Estne hoc privilegium reale, an personale?* ℞. Est personale, quia certo tantum generi personarum competit: exceptio autem inde competens est realis. *Vid. infra pag. 267.*

11 *A quo hoc SCtum Vellejanum est factum?* ℞. Factum est a Senatu Romano. Vocatur autem hoc SCtum alias etiam SCtum de intercessionibus, *l. 40. pr. ff. de cond. indeb.* Beneficium Amplissimi Ord. *l. 10. C. h. t.* Decretum Patrum. *l. 13 & 19. C. eod.*

12 *Quibus Consulibus factum?* ℞. M. Silano & Vellejo Tutore.

13 *Cujus Imperatoris tempore?* ℞. Tempore, ut videtur, Neronis.

14 *Quid vero prohibet hoc SCtum Vellejanum?* ℞. Prohibet (1) Fœminas, (2) Apud alios, (3) Pro aliis quibuscunque, (4) Intercedere. Unde quatuor hic consideranda veniunt: (a) Personæ, quæ intercedunt; (b) Personæ, apud quas; (c) Personæ, pro quibus, & (d) ipsa Intercessio.

15 *Quas igitur fœminas hoc SCtum prohibet intercedere?* ℞. Quascunque, quæ alioquin contrahere possunt, & usu rationis non destituuntur: fœminæ siquidem furiosæ, prodigæ & similes pro aliis intercedentes, ipso jure tutæ sunt, & hoc auxilio non indigent.

16 *An Hermaphroditus quoque prohibetur pro aliis intercedere?* ℞. De hoc vid. *l. 15. §. 1. ff. de testib. & l. 10. ff. de Statu hom.*

17 *Quasnam mulieres hic quidam ab hac prohibitione excipiunt?* ℞. Reginas, Ducissas, Comitissas, Abbatissas, & alias illustres Fœminas, Regalia & Jurisdictionalia habentes, quippe quæ non aliter ac Viri ex sua intercessione obligantur.

18 *Apud quos fœmina pro aliis intercedere non potest?* ℞. Apud alios, nihilque interest sive sint masculi, sive fœminæ, majores vel minores, modo sciant, mulierem intercessisse ab initio.

19 *Pro quibus fœmina non potest intercedere?* ℞. Pro aliis quibuscunque, & regulariter nihil interest, cujuscunque sint conditionis, adeo, ut etiam pro patre, filio & marito intercedentes SCto de intercessionibus gaudeant. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 6.*

bel. de contract. mul. c. 5. num. 31. & seqq. Nec tenetur uxor, si cum mari- 1
to (4219) in uno instrumento, tanquam correa debendi sese principali-
ter (4220) obligaverit; nisi manifeste (4221) probetur, pecuniam in pro- 2
priam (4222) uxoris utilitatem versam esse: (4223) *dd. ll. Gail. 2. obs. 89. num. 1. ibi, Graev. Faber. in C. l. 4. t. 21. def. 20. Christ. vol. 5. d. 187. ¶. Carpz. L. 2. R. 75. Berl. d. conc. 19. num. 59. & seqq. Wibel. de contract. mul. c. 5. num. 43. & seqq. vid. Menoch. lib. 3. praes. 22. num. 1. vid. omnino Gail. Graev. Carpzov. Berl. Wibel. dd. ll.* potest tamen cum marito suo (4224) contrahere. 3
7. §. 6. l. 52. de donat. inter vir. & uxor. 16. §. f. de alim. leg. Carpzov. p. 2. c. 15. d. 23. Hering. de fidejuss. c. 6. num. 119.

* [4] *INTERCEDERE,* (4225) [sc. jure novo, instrumen- a. 4
to publico desuper confecto, & a tribus testibus signato: hoc enim o-
misso intercessio ipso jure (4226) nulla, neque hoc remedio opus est; *23. § f. C. Fr. h. num. 34. Bor. cl. 2. D. 17. thes. 34. 35. C. l. A. h. th. 6. Busius ad 2. h. num. 4. Sand. lib. 3. Decis. Fris. tit. 11. def. 2. ¶. vid. Barbos. vol. 1. Disp. 15. thes. 2. lit. b. Fr. h. num. 75.*] *OBLIGANDO*, *2. C. h. 4. §. 1. h.* 5
* *BONA* sua. *8. pr. h. 4. 5. 7. C. h. 11. C. de distr. pign.* Si maritus res u- B 6
xoris, ipsa sciente (4227) vel ignorante, oppignoraverit creditori scienti,
oppignoratio ipso jure nulla est, *5. pr. 7. junct. Auth. si quae mulier. C. h.* si vero ignoranti, tenet oppignoratio, nec exceptione SCti impugnatur; modo uxor (4228) consenserit, *5. C. h. 11. C. de distr. pign.* non coacta. (4229) *Fab. in C. h. def. 23.*

* *PERSONAM* suam, obligationem * *VETEREM,* [in alio jam radi- b. C 7
catam,] in se recipiendo, *4. 18. C. 8. §. 1. h.* idque vel * participando (4230) D 8
& cumulative, *4. C. Fr. h. num. 13.* v. gr. fidejubendo, *2. §. 1. l. 25. § 1. h.* 9
3. 48. de fidejuss. alienum debitum constituendo, (4231) *1. §. 1. junct. 24. 28. de const. pecun.* mandando, ut sc. quis alteri credat vel cum alio contrahat. *6. 7. h. 19. C. de fidejuss. 32. mandat.*

* transferendo & pri- d. 10
vative, (4232) e. g. per expromissionem, novationem. *8. §. 8.* Si foemina pro alio judicium suscipiat, ope exceptionis hic tantum liberatur. *2. §. f. h. junct. 2. C. de pact. 20. de interrog. 11. §. 1. de novat. 10. §. 1. de in rem vers. 23. de solut.*

* *NOVAM* pro alio (4233) susci- c. 11
piendo, *4. C.* e. gr. si alii crediturus, vel cum alio contracturus, mulieris fidem elegerit, & ipsi pecuniam alteri daturae dederit, vel alio modo cum ipsa in illius utilitatem contraxerit; *8. §. 14. L. 11. 12. h. l. 19. C. h.* aut si collusorie (4234) obligatio in persona mulieris primordium capiat: *12. 25. §. 1.*

1 *An autem uxor tenetur, si cum marito in uno instrumento tanquam correa debendi sese principaliter obligaverit?* ℞. Neg. quia praesumitur persuasionibus a marito, cui reverentiam & affectionem debet, ac non facile contradicere audet, ad subscriptionem & correalem obligationem seductam esse.

2 *An vero tunc tenetur uxor, si manifeste probetur, pecuniam in propriam uxoris utilitatem esse versam?* ℞. Affir.

3 *An quoque uxor cum marito simul contrahere potest?* ℞. Affirm. quia *sola* intercessio in foemina est prohibita & interdicta.

4 *Ut autem in praedictis intercessionibus SCtum Vellejanum locum habeat, quid novo jure requiritur?* ℞. Ut foeminae intercesserint Instrumento publico confecto, & a tribus testibus consignato. hoc enim omisso, intercessio est ipso jure nulla, nec aliter (*i. e. sine instrumento, aut instrumento tantum privato intercedentes, licet post biennium intercessionem repetant*) SCti auxilio indigent, vel efficaciter conveniri queunt.

5 *Quotuplici vero modo intercedunt foeminae?* ℞. Duplici, sc. obligando bona sua, vel personam suam.

6 *An maritus uxoris res oppignorare potest?* ℞. Distingvendo: si enim maritus res uxoris, tanquam suas ipsa sciente, vel ignorante, creditori scienti oppignoraverit, oppignoratio ipso jure nulla est, si vero uxor hoc permiserit, & creditor rem uxoris esse ignoraverit, tunc tenet oppignoratio, nec exceptione SCti impugnatur; modo uxor consenserit non coacta.

7 *Quotuplici modo foemina personam suam obligare potest?* ℞. Duplici, vel obligationem veterem, quae in alio jam est radicata, in se recipiendo, vel novam, quae in alio nondum consistit, suscipiendo.

8 *Quotuplici autem modo foemina* veterem *obligationem in se recipere potest?* ℞. Duplici: nempe *participando* & cumulative, vel *transferendo* & privative.

9 *Da exemplum, ubi foemina* participando, *vel cumulative* veterem *obligationem in se recipit?* ℞. Si principalis quoque debitor, pro quo mulier intercedit, obligatus maneat, & foemina *accessorie* tantum obligatur, v. g. fidejubendo, alienum debitum constituendo, mandando, ut sc. quis alteri credat, vel cum alio contrahat.

10 *Da quoque exemplum, ubi foemina* veterem *obligationem* transferendo, *seu privative in se recipit?* ℞. Si principalis debitor liberatur, & quidem *perfecte*, per expromissionem & novationem, vel *imperfecte*, & ope tantum exceptionis, si sc. foemina pro alio judicium suscipiat. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 8. in fin.*

11 *Da etiam exemplum, ubi foemina* novam *obligationem pro alio suscipit?* ℞. Si alii crediturus, vel cum alio contracturus mulieris fidem elegerit, & ipsa pecuniam alteri datam dederit, vel alio modo cum ipsa in alium [illegible] contraxerit; aut si cum alio non contrahitur, mulier alteri creditum dederit sciens, cujus rei causa mulier interponeretur, ita, ut collusione obligatio in persona mulieris, quamvis a creditore vel debitore substituta tamen, procedendo capiat. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 9.*

20. §. 1. Cujac. tr. 4. ad African. in *l. 17. h. pag. 1908. v. Cost. in 19. C.* factum 1
esset, si foemina non subsistitur, principaliter (4235) contraheret. *19. C. h.*
Cujac. in d. l. 17. Salicet. in d. l. 19. Fr. h. num. 16.

* *NON* etiam alio modo (4236) contrahere, vel aliquid e. 2
gerere, *8. §. 1. 19. pr. & §. 1. ff. 2. 6. C. h.* e. g. donare, *4. §. 1. 11. §. 1. h. vid.* 3
(4237) *33. §. 1. de don. inter vir. & uxor. 16. C. de donat. ante nupt. Fr. h.*
num. 18. 19. pro alio (4238) solvere, *4. §. 1. 1. l. 5. h. 1. 4. C. h.* debitorem
suum creditori alieno delegare, *5. 8. §. 5. l. 19. §. 5. vers. sive* [modo ex
intercessione non sint obligatæ, *1. 9. C. h. 8. §. 3. ff. h.*] pignora accepta
reddere, *8. pr.* hypothecam marito (4239) remittere. *11. 21. C. h. l. 18.*
quæ in fraud. credit. Perez. in C. h. num. 9. Berl. p. 2. concl. 20. num. 3. & seqq.
vid. tamen 17. §. 1. h. 17. & seqq. de pact. dotal. vid. omnino Auth. Sive a me.
C. h. Novell. 61. Berl. 2. concl. 20. num. 13. & seqq. Hahn. h. p. Tuldan. in C. h. 11.
2. C. l. A. h. th. 10.

E SCtum Vellejanum intercessiones mulierum non reddit ipso jure 4
nullas, nec actiones alias exinde descendentes impedit, sed illas tantum
quoad effectum in totum reprobat, (4240) & irritas reddit. *7. 16. in f. 23.*
ff. l. 9. C. h. vid. 29. pr. l. f. §. 3. ff. l. 6. §. ult. C. h. SCtu actionem jure com-
petentem ipso jure tollere non potuisse, (4241) tradit *Barbos. vol. 1. D. 17.*
th. 2. lit. C. verb. et quomodo. Duar. in Tit. ad SCt. Maced. c. 1. in f. de Mesa.
lib. 2. var. resol. c. 15. num. 11. Si foemina ex intercessione sua contra 5
SCtum facta aliquid juris vel facti errore (4242) solverit, illud, si vult,
indebiti condictione, repetit; (4243) *9. C. h. 8. §. 3. 14. §. 1. 31. h. 40. pr. de*
cond. indeb. Bocer. class. 2. d. 17. th. 38. 39. & rem suam pro alio, prævia in- 6
tercessione, pignori datam, cum fructibus a quocunque possessore vindi-
cat. (4244) *f. §. 1. h. 39. §. 1. de R. V.* Si vero foemina nondum aliquid 7
solverit vel tradiderit, & manifestum sit, foeminam contra SCtum in-
tercessisse, actiones adversus illam (4245) denegantur; *2. §. 1. h. arg. 9. pr.*
de jurejur. Fr. h. num. 31. si vero de eo ambigitur, datur ipsi SCti Vellej.
exceptio, (4246) *6. 23. in f. h. 1. 3. 8. 16. 18. C. h. 40. pr. de cond. indeb. 7. §. 1.*
de except. Fr. d. l. vel replicatio. (4247) *17. §. 1. f. §. 2.*

D Exceptio SCti Vellejani est exceptio, competens ad eludendas actio- 8
nes, quæ ex intercessionibus foeminarum adversus SCtum Vellej. factis
N ipso jure competunt. *1. 10. C.* Est perpetua. (4248) *40. pr. de condict. in-* 9
deb. realis. (4249) *7. §. 1. de except.* 10

S Datur foeminæ, ut supr. in O. & heredibus, (4250) *7. §. 1. de except. 7.* 11
20. C. vid. tamen Sand. l. 3. decis. Fris. t. 11. def. fin. fidejussoribus ejus (4251) 12
licet regressum contra mulierem non haberent; (4252) *8. §. 4. 16. §. f. h.*
14. 15.

1 *An vero secus, si ipsa fœmina recta & principaliter, sua sponte, ab alio, quærendæ pecuniæ causa, non subornata, contrahit, & mutuam pecuniam accipit?* ℞. Affir. quia sic fœmina pro alio non intercedit, nec in fraudem SCti hic contractus cum ea initur.

2 *An hoc SCtum Vellejanum fœminas etiam interdicit alio modo contrahere, vel aliquid gerere?* ℞. Neg. quoniam in proprium commodum & suam utilitatem contrahere non prohibentur.

3 *Da exempla quorundam negotiorum, quæ a fœminis expediri possunt, ita, ut SCto Vellej. non impediantur?* ℞. E. g. possunt donare, (*frustra ergo hoc auxilium implorant mulieres donantes*) pro alio solvere, debitorem suum creditori alieno delegare, (modo ex intercessione non sint obligatæ) pignora accepta reddere, hypothecam etiam marito remittere; modo causa dotis exinde non fiat deterior. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. n.*

4 *An SCtum Vellejanum intercessiones mulierum reddit* ipso jure *nullas, & actiones, alias exinde descendentes, impedit?* ℞. Neg. sed illas tantum quoad effectum in totum reprobat & irritas reddit; quia SCta actionem, jure competentem, *ipso jure* tollere non poterant. *Vid.* Bachov. *cit. l.*

5 *An fœmina, si ex intercessione sua, contra SCtum facta, aliquid, juris vel facti errore, solverit, illud, si velit, condictione indebiti, tanquam indebitum repetere potest?* ℞. Affirm. fœmina enim sic indebite solvit, quia obligatio naturalis, quæ alias in tali fœmina adest, *Jure Civili* plane est reprobata.

6 *Num quoque fœmina rem suam, pro alio prævia intercessione, pignori datam, cum fructibus a quocunque possessore vindicare potest?* ℞. Affir.

7 *Si vero fœmina nondum aliquid solverit, vel tradiderit, quomodo ipsi contra suam intercessionem subvenitur?* ℞. Tunc, si manifestum sit, fœminam contra SCtum hoc Vellejan. intercessisse, actiones adversus illam denegantur; si vero de eo ambigitur, datur ipsi exceptio SCti Vellej. Interdum etiam competit replicatio.

8 *Quid autem est hæc Exceptio SCti Vellejani, sive de intercessionibus?* ℞. Nihil est aliud, quam Exceptio, competens ad elidendas actiones, quæ ex intercessionibus fœminarum adversus SCtum Vellej. factis, ipso jure competunt.

9 *Estne hæc exceptio temporalis, an perpetua?* ℞. Est perpetua: quia nullo tempore excluditur.

10 *Estne realis, an personalis?* ℞. Est realis.

11 *Quibus datur hæc exceptio?* ℞. Datur non tantum ipsis fœminis, quæ apud alios pro aliis sese obligarunt & intercesserunt, sed etiam illarum heredibus.

12 *An hæc exceptio etiam datur fidejussoribus, qui pro fœminis intercedentibus sese obligarunt?* ℞. Affirm. nisi regressum contra mulierem non habeant: (in quo hoc SCtum Vellej. a SCto Macedon. differt. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 13.*) est enim hæc exceptio realis.

1 An

14. 15. C. h. 7. §. 1. de Except. Barbov. vol. 1. D. 25. th. 3. & aliis, qui manda- 1
to mulieris apud alios scientes (4253) pro aliis intercesserunt: *6. 7. f. §. 3. l. 8. §. 4 & 6. l. 30. §. 1. h.* non etiam confidejussori; nam hic, fœmina sub- 2 3
ducta, (4254) in solidum tenetur; *48 pr. de fidejuss. Sand. l. 3. dec. Fris. t. 10. def. 2. ¶ obst. 8. C. h.* (4255) nisi masculus & fœmina, duo rei pro credi- 4
tore suo intercesserint; tunc enim fœmina pro dimidia (4256) parte effi-
caciter obligatur. *vid. 18. junct. 17. § f. Sande dict. def 2. in f.*

P Contra omnes, (4257) ut supr. *in O. L. 1. pr. h.* & illorum heredes. 5
C. I. A. h. th. 8.

O Ad elidendas actiones ex prohibita intercessione, vel ejus occasione 6
competentes, etiam post rem judicatam, (4258) ad executionem impedi- 7
endam. *11. de SCt. Maced. Fr. h. num. 31.* Si vero hæc exceptio plane non 8
opponatur, nulla ejus ratio habetur, & fœmina illam omittens, illi renun-
ciare (4259) censetur. *arg. d. l. 11. de SCt. Maced. Hahn. ad w. W. h. num. 9. Perez. in C. h. num. 21. ibi. & sane si mulier tacite.*

C *CESSAT* exceptio SCti Vellej. * I. ex *PERSONA* E 9
* *MULIERIS* intercedentis, F

* [1] ob ejus (4260) dolum; *2. §. 3. l. 23. 30. pr. w. 5. 18. C. h. Hering. de fidejuss. c. 7. num. 423. Lago de I. & I. D. 32. sect. 2. §. 1. num. 12. vers. Septimo. vid. Borgal de dol. lib. 6. reg. 20. per tot.* G 10

* [2] si pretium intercessionis acceperit, (4261) *23. pr. §. 1. C. ibi Castre.* g.. de cujus quantitate Judex (4262) æstimat; *arg. 1. §. 1. de jur. deliber. Menoch. de arb. jud. quæst. cas. 234. Fr. h. n. 24. Tulden. in C. h. num. 4. Barbov. V. 1. D. 25. th. 4. lit. a. in f. Hering de fidejuss. cap. 7. num. 433. & seqq.*

* [3] si fœmina ætate major post (4263) biennium intercessionem revo- g.. 11
caverit, & se iterato pro extraneo obligaverit: *22. C.* [non etiam pro ma-
rito. (4264) *Auth. si qua mulier. C. h. Nov. 134. c. 8. obst.* (4265) *Nov. 61. c. 1.*]
tum enim ex die ultimæ confirmationis (4266) valide obligatur; *Berlich. 2. c. 19. n. 8. Hering. de fidejuss. cap. 7. num. 451. in f.*

* [4] si in suam utilitatem (4267) intercesserit: *1. §. 1. 2. §. 1. seq. l. 4. §. 1. l. 21. pr. h.* e. g. si debitrix a creditore suo alteri delegetur, *1. C.* vel pro g.. 12
eo, cui delegata est, promiserit; *24. pr.* modo ipsa ita a suo creditore li-
beretur: *24. § 1. h. Duar. ad h. t. c. 2.* alia exempla (4268) sunt *in 3. 13. 17. §. f. 21. pr. 22. h. 8. §. 1. qui satisd. cog.* aut si mulier debitum a debitore,
pro quo intercessit, acceperit; (4269) *16. pr. h. Sand. l. 3. decis. Fris. tit. 11. def. 1. ¶. vid. Hering de fidejuss. cap. 7. num. 414. & seqq. imprimis in 481. Hahn. ad W. w. h. num. 6.*

* [5] si de jure sibi competenti & vi SCti edocta, eidem renunciaverit. g..
(4270)

1 *An datur hæc exceptio & intercessoribus etiam aliis, qui mandato mulieris apud alios fœminam pro aliis intercessisse?* ℞. Affir. quia, si compellerentur ad solvendum, regressum haberent contra fœminam, SCtum autem hoc Vellej. totam reprobavit obligationem.

2 *An hæc exceptio etiam confidejussori datur?* ℞. Neg. Hinc, si fœmina una cum masculo sese pro alio obligaverit, tunc masculo confidejussori hæc exceptio non competit. Licet enim exceptio hæc sit realis, non tamen ultra eas personas extenditur, quibus ut detur, mulieri intercedenti interest; quod interesse autem hic deficit, cum nullus regressus contra mulierem hoc casu detur.

3 *An ergo hoc casu, fœmina subducta, confidejussor masculus in solidum tenetur?* ℞. Affir. & quidem ita, ut nec Divisionis exceptione sese defendere possit, cum scire potuerit, aut ignorare non debuerit, mulierem frustra intercedere. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 15.* & Cocceji Jus contr. *h. t. qu. 10.*

4 *An tamen fortis est, si masculus & fœmina, duo Rei pro Creditore suo intercesserint?* ℞. Affirm. Tunc enim fœmina pro dimidia parte efficaciter obligatur, perinde ac si fœmina una cum masculo in communem rem suam utilitatem contraxisset.

5 *Contra quos datur hæc exceptio?* ℞. Opponitur hæc exceptio regulariter omnibus creditoribus, apud quos fœminæ pro aliis intercesserunt, illorumque hæredibus.

6 *Ad quid hæc exceptio datur?* ℞. Ad elidendas actiones, ex prohibita intercessione, vel ejus occasione, competentes.

7 *An autem hæc exceptio etiam post rem judicatam, ad executionem impediendam, opponi potest?* ℞. Affir. si nempe antea non fuerit opposita, nec rejecta, & in continenti liquida sit.

8 *An, si exceptio hæc plane non opponatur, ejus tamen ratio habenda est?* ℞. Neg. Fœmina enim, illam plane omittens, illi renunciasse censetur.

9 *Quotupliciter cessat exceptio SCti Vellejani?* ℞. Cessat (I) ex persona mulieris intercedentis, vel creditoris, apud quem mulier pro alio intercessit; (II) ob causæ favorem, & (III) ob statuta contraria.

10 *Quibus igitur modis (I) ex persona* Mulieris *intercedentis hæc exceptio SCti Vellejani* [illegible] *cessat?* ℞. (1) Ob dolum mulieris; (2) si creditor instrumentis, (vid. Paul. de Castro ad *l. 25. C. h. t.* ubi ait hodie non necesse esse, ut tres testes subscribant,) vel alio modo probet, fœminam *pretium intercessionis* accepisse; hoc enim casu fœmina lucri cupiditate inducta magis, quam sexus imbecillitate ad intercedendum censetur, & dum pretio renunciavit hoc beneficium videtur, illud quasi [illegible]. Non tamen hoc pretium debito, pro quo fœmina intercedit, æquale exigitur, sed ejus determinatio Judicis arbitrio relinquitur. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 20.* (3) si fœmina, ætate major, intercessionem *post biennium*, pignora vel fidejussorem dando, vel alio modo, renovaverit, & se *iterato* pro eodem obligaverit (tunc enim ex deliberato animo intervenisse fœmina videtur, & geminata ejus promissio constantem voluntatem ostendit) non tamen ex die ultimæ confirmationis valide obligatur. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 25.* (4) si fœmina pro alio intercesserit, sed in suam utilitatem, ita scil. ut neque pauperior facta, neque damnum passa sit; cessat enim tunc causa SCti; (5) si fœmina, de jure sibi competente ex SCto edocta, eidem renunciaverit; (6) si fœmina intercessionem juramento corporali confirmaverit.

11 *An etiam hæc exceptio SCti Vellej. cessat, si fœmina, ætate major, post biennium, se iterato pro eodem obligaverit?* ℞. Neg.

12 *Da exempla, in quibus mulier in suam utilitatem intercessisse?* ℞. Si debitorem creditori suo alteri delegaverit, vel pro eo, cui delegata est, promiserit, modo ipsa ita a suo creditore liberetur (alia exempla sunt in *l. 3. l. 13. l. 17.* [illegible] *l. 21. pr. l. 22. h. t. & l. 8. §. 1. qui satisd. cog.*) nec si mulier debitorem a debitore, pro quo intercessit, exceperit.

(4270) *arg. l. pen. C. de pall. f. §. 9. b. Auth. Mariti & uxor. C. quand. mulier.*
fr. *tut. offic.* etiam extrajudicialiter, & sine (4271) juramento, *vid. 30. pr. h. Exenckel. de priv. lib. 3. c. 18. num. 26. Gail. 2. obs. 77. num. 1 & 2. ¶. Grav. 2. concl. 77. Hunn. part. 3. Encyclop. univ. jur. tit. 6. c. 3. num. 2. ¶¶. Hahn ad W. tr. h. num. 9. ¶¶¶. Bas. ad l. ult. h. ¶¶. Perez. in C. h. num. 11. Masbert. tr. de SCt. Vellej. q. 9. ¶¶¶. Sand. libr. 3 dec. Frisic. tit. 11. def. 6. ¶. C. l. A. h. th. 5. num. 15 Fr. h. num. 19. & seq. Diff. Merend. l. 2. c. 36. Bachov. V. 1. D. 25 th. 4. lit. c. & f. Vinn. lib. 1. quaest. 48. & alii, quos refert Sand. d. l. Berlich. p. 2. c. 19. num. 19.* & in privato (4272) instrumento. *Fr. d. tit. num. 30. [obs. 23. C.] Sand. l. 3. dec. Frisic. tit. 11. def. 2. Tulden. in Cod. h. num. 9. in fin. Groevell. dec. 132. num. 10 & 11. Perez. in Cod. h. num. 11. in f.* 1

Juratae SCti Vellej. renunciatio valet, licet non probetur, fœminam de hoc auxilio, quid & quale sit, fuisse edoctam. (4273) *Hahn. ad tr. h. num. 9. Gail. 2. obs. 77 num. 10. ¶. Harpp. tit. 3. obs. 3. num. 5. ¶¶. Hunn. d. cap. 3. num. 10. Hering. de fidejuss. cap. 9. num. 507. & seqq. Benckend. ad Seraph. de priv. jurام. pr. 99. num. 5.* 2

De exceptione, quam Gail. & alii addunt, si sc. mulier enormiter (4274) sit læsa, *vid. Bachov. ad Tr. V. 1. D. 25. th. 5. lit. c.* 3

* [6] si intercessionem juramento (4275) confirmaverit. *arg. cap. 9. X. de jurejur. l. 1. & seq. Auth. C. si advers. vend. Fr. h. num. 27 & 28. Harpp. d. obs. 3. Benckend. d. l. num. 2. Fachin. 2. cap. 61. vid. Lug. d. l. & l. D. 32. sect. 2. §. 1. num. 12. vers. secundo. Bas. ad l. f. h. num. 6. & seq.* g.

* *CREDITORIS*, apud quem mulier pro alio intercessit. Si ignoravit (4276) [*vid. supr. O. num. 1.*] vel minor sit, in casu *l. 12. ff. de minoribus*; tum enim ætatis ratio est potior. (4277) *12. in f. de minor. 32. pr. h.* f. 4

* II. Ob *CAUSÆ FAVOREM*, e. 5

si fœmina ætate major intercedat pro (4278) dote, *41. pr. de jur. dot. 12. f. C. h. Bachov. V. 1. Disp. 25. th. 4. lit. b.* 6

[quod vix extendendum ad donationem propter (4279) nuptias. *arg. d. l. f. C. h. junct. 12. § 2. C. qui pot. in pign.*] 7

aut pro servo manumittendo manumissionis pretium promittat. *pen. C. h. Bocer. class. 2. D. 17. th. 41.* 8

* III. Ob *STATUTA* & jura contraria. (4280) *Vid. Hahn. h. in f. Mev. ad Jus Lubec. l. 2. t. 10. art. 1. n. 74. & seqq. Groenew. ad rubr. h.* e. 9

E. Creditori (4281) apud quem mulier intercessit, ita succurritur: si fœmina * alienam obligationem in suam fidem suscepit, 10

* cumulative, (4282) tum creditor priorem suam actionem contra principalem debitorem retinet salvam; *1. §. f. h. 23. §. 1. C. h. fin.* H I 11

* privative, (4283) tum Prætor rescissa hac intercessione creditori adversus priorem i. 12

1 *An etiam hæc exceptio SCti Vellej. cessat, si renunciatio a muliere, de jure sibi competente, & vi SCti edocta, extrajudicialiter, & sine juramento, vel in privato instrumento sit facta?* ℞. Affir. Favori enim, pro se introducto, quilibet pro lubitu, & quocunque modo, renunciare potest; cum nemini beneficium obtrudatur.

2 *An jurata SCti Vellejani renunciatio valet, licet non probetur, fœminam de hoc auxilio, quid & quale sit, fuisse edoctam?* ℞. Affir. Nam eo ipso, dum fœmina huic beneficio SCti Vellej. renunciat, scit, vel scire potuit, se habuisse beneficium, atque ideo præsumendum porro est, ipsam non jurasse, antequam sciverit, quale sit beneficium.

3 *Quid de exceptione, quam* Gailius *& alii addunt, si sc. mulier* enormiter *læsa, agit?* ℞. Bach. *ad Treutl. tit. l.* ubi illam exceptionem tum demum admittit, quando mulier intercedere persuasa est, cum debitor tempore intercessionis non esset solvendo, statuitque, tunc, non obstante jurejurando, mulieri per exceptionem doli succurrendum.

4 *Quomodo ex persona* Creditoris, *apud quem mulier pro alio intercessit, hæc exceptio SCti Vellej. cessat?* ℞. Si (1) ignoraverit, vel (2) minor sit, in casu *l. 12. ff. de minor.* (si sc. non sit solvendo principalis debitor) tum enim ætatis ratio est potior. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 5.*

5 *Ob quam causam (II) cessat SCti Vellej. exceptio?* ℞. Ob causæ favorem.

6 *Ergone obligatur fœmina ætate major, si pro dote intercedat?* ℞. Affir. licet uxor cum marito pro fœmina in eodem instrumento promiserit *arg. l. 5. C. h. t.* ibique Brunnem. adde Lauterb. *d. l. §. 25.*

7 *An hoc etiam est extendendum ad donationem propter nuptias?* ℞. Neg.

8 *An item ob causæ favorem obligatur mulier, si, pro servo manumittendo, manumissionis pretium promittat?* ℞. Affir. Immo Ddres hoc ad illum casum extendunt, si uxor pro marito incarcerato ad illum liberandum intercesserit.

9 *Ob quam causam (III) cessat SCtum Vellej.?* ℞. Ob Statuta & Jura contraria.

10 *An vero etiam creditori, apud quem sc. mulier intercessit, succurritur?* ℞. Affir. ne sc. hoc privilegium fœminis concessum, in creditoris injuriam cedat. *l. 1. §. 16. ff. ne quid in loc. publ.*

11 *Quomodo ergo succurritur creditori, si fœmina alienam obligationem* cumulative *in suam fidem recepit, & pro alio* accessorie *tantum sese obligavit?* ℞. Tunc creditor priorem suam actionem contra principalem debitorem retinet salvam: quia principalis debitor hoc casu per fœminæ intercessionem ex nexu obligationis non dimittitur, sed principaliter adhuc manet obligatus.

12 *Quomodo vero succurritur creditori, si fœmina alienam sive veterem obligationem privative in se susceperit?* ℞. Tunc ipsa subducta, ejusque intercessione rescissa, Prætor creditori adversus priorem debitorem, ejusdemque hæredes & fidejussores, pristinam actionem restituit.

rem debitorem, ejusve heredes & fidejussores, pristinam actionem restituit; (4284) *1. §. 7. & seqq. 13. § f. 14. §. 2. h.* quæ exinde vocatur restitutoria, *1. §. 9. 13. l 13. §. f* vel rescissoria, (4285) *16. C.* 1

* ab initio pro alio se ream constituit, & novam obligationem intercedendo suscepit; Prætor utilem actionem, ex contractu mulieris competentem, creditori adversus illum, (4286) pro quo mulier intercessit, concedit, quæ a Dd. institutoria vocatur; *1. §. p. h. vid. 10. ff. h. C. I. A. h. th. 12. & seqq.* modo ille, pro quo mulier intercessit, sese contrahendo efficaciter obligare (4287) possit. *1. §. f. h.* h. 2 3 4

DE COMPENSATIONIBUS. XVI. 2.

D **COMPENSATIO** hic est debiti & crediti inter se contributio, (4288) ipso jure, (4289) mutuum debitum tollendi gratia, (4290) facta. *1. h. 4. f. C. h. §. 30. I. de action.* 5

† Est vel * *PERPETUA*, quæ mutuum debitum in perpetuum tollit, vel minuit *4. C. h. 18. pr. de pign. action.* De aliis Divisionibus (4291) *vid. Fr. l. 1. Ref. 13. num. 26.* A 6 7

C Fit ab ipsa lege, (4292) *4. 10. pr. 21. h. 4. f. C. h. § 30. I. de action. Tuld. in Cod. h. num. 6. Mastr. tr. de compens. quæst. 18.* propter æquitatem, (4193) *5. 18. pr. h. 5. 6. C. h. 36. de admin. tut. arg. 1. quod quisque jur. in alter. 8. pr. de dol. except.* & utilitatem. *3.* (4294) 8 9

Inter mutuos (4295) debitores, *2. h. 4. C. h.* [licet unus conditioni dandi (4295) sit subjectus, *20. §. 2. de stat. lib. 45. de condit. & demonstr. Fr. lib. 2. Ref 17. num. 12 & 13. vid. Christin. vol. 3. dec. 38. num. 5.* aut antequam ex altera parte debitum supervenerit, se soluturum juraverit. (4297) *Vid. Grot de jur. bell & pac. l. 2. c. 13. num. 20. 10. pr. 21. h. 4. C. h. 4. §. 7. de re jud. 19. de lib. caus. 76. de V. S. 4. ff. qui pot. in pign.* Secus est, si tempore juramenti mutuum adfuerit (4298) debitum: *Mast. tr. de compens. quæst. 12. Merend. lib. 1. contr. c. 4. Tuld. in C. h. num. 2. ¶¶. Magon. decis. Flor. 42. n. 7. Covarr. in c. quamvis. de pact in 6. part. 2. §. 4. num. 9. Bachov. vol. 1. D. 25. th. 11. lit. a. Lugo de I. & I. D. 16. sect. 6. num. 17. obst. cap. ad nostram. 7. c. 2. X. de jurejur. vid. Seraph. de Seraphin. de priv. juram. pr. 74. num. 38 & seqq. Transacing. lib. 3. tit. de compens. resol. 1. num. 7.*] cujuscunque sint sexus, ætatis, *3. C. de contrar. jud. tut. 1. §. 4. ff. eod.* vel conditionis; etiam adversus Civitatem & Reipublicæ fiscum; (4299) *3. C. h. 46. §. 5. de jur. fisc. Mastr. d. tr. quæst 4. num. 1.* modo eadem statio (4300) debeat, cujus nomine agitur. *1. C. h. ibi Goth. Mastr. d. quæst. 4. num. 9. Christin. vol. 3.* 10. 11 12 13 14 15

1 *Quomodo secundo vocatur hæc actio restituta?* R. Actio restitutoria, vel rescissoria.

2 *Quomodo creditori succurritur, si femina ab initio pro alio se Reum constituat, & novam obligationem intercedendo susceperit?* R. Hoc casu *Prætor* actionem utilem, ut, contractu mulieris competentem, creditori adversus illum, pro quo mulier intercessit, concedit.

3 *Quomodo hæc actio utilis a DDribus vocatur?* R. Actio institutoria: quia *Prætor* de novo eam instituit.

4 *Quid vero requiritur, ut hæc actio concedi possit?* R. Ut ille, pro quo mulier intercessit, sese contrahendo efficaciter obligare possit.

5 *Quid hic est Compensatio?* R. Est debiti & crediti inter se contributio, ipso jure, mutuum debitum tollendi gratia facta.

6 *Quotuplex est hæc Compensatio,* (R. Duplex: Perpetua & Temporalis) & *quid est Compensatio Perpetua?* R. Quæ mutuum debitum in perpetuum tollit vel minuit.

7 *Quis de aliis divisionibus compensationis adhuc agit?* R. Franzkius *cit. l.* Dividi autem compensatio a DDribus solet [1] in Propriam, (*quæ inter creditorem & debitorem per actum inter vivos fit*) & Impropriam. (*quæ fit in ultimis voluntatibus, ubi quæritur, an testator animo compensandi quid legaverit*) [2] in Necessariam, (*quæ altera parte invita fit*) & Voluntariam. (*quæ non, nisi ex voluntate partium fieri potest*) [3] in Directam, (*quæ fit per contributionem debiti & crediti, animo tollendi mutuum debitum*) & Indirectam. (*quæ fit per retentionem*) Vid. omnino Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 4.* ubi has & alias ejusmodi divisiones rejicit.

8 *Quomodo fit Compensatio?* R. Fit ab ipsa Lege.

9 *Propter quam causam fit?* R. Propter summam æquitatis, & naturalis & civilis rationem, & ipsorum debitorum utilitatem.

10 *Inter quos fit compensatio?* R. Inter mutuos debitores, qui sibi invicem debent.

11 *An quoque compensatio locum habet inter mutuos debitores, licet unus conditioni dandi sit subjectus?* R. Affir. Sic heres, sub hac conditione: *si decem Titio dederit*, institutus, si Titius eidem decem vel majorem debet summam, allegare potest compensationem & hereditatem statim adire.

12 *An etiam locum inveniat compensatio, licet, antequam ex altera parte debitum supervenerit, se soluturum juraverit?* R. Affir.

13 *An ergo compensatio locum non inveniat, si tempore juramenti præstiti debitum jam adfuit?* R. Locum non invenit. *Vid.* omnino Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 6.*

14 *An quoque compensatio inter mutuos debitores est licita, cujuscunque hi debitores sint sexus, ætatis, vel conditionis, privatæ & publicæ personæ?* R. Affir.

15 *An ergo licita est compensatio adversus Civitatis & Reipubl. fiscum?* R. Affirm. Modo eadem statio debeat, cujus nomine agitur. Stationes autem sunt mansiones fiscales, in quibus officia fiscalia consistunt, per Metonymiam sub esse pro adventu denotantes ipsa officia fiscalia: *l. 1. C. de fid. rem. quam vend.* [illegible] ibique Gothofr. lit. g. unde administratores stationales dicuntur. *l. 3. C. de vectig. & commiss.*

vol. 3 decis. 39. Brisson. tr. de solut. lib. 2. tit. de compensat. Nisi (4301) illis 1
debeantur [1] ex Kalendario, (4302) sive codice rationum; *3. C. [vid. 64. de Leg. 3]* [2] ex vectigalibus; (4303) *3. C. vid. 17. §. 1. de V. S. Mastrill. d. q. 4. num. 3.* [3] ex causa annonaria; (4304) *46. §. 5. de jur. fisc. 3. C. Halm. d. num. 10. verb. casus.* [4] ex causa tributorum; (4305) *d. l. 46. §. 5. d. l. 3. Halm. d. l.* ¶ [5] ad alimenta publice praestanda in Xenodochiis, &c. *d. l. 3. cas. de leg. 1. Mastrill. d. q. 4. num. 5.* quod Dd. ad omnia alimenta futura extendunt; (4306) *vid. 8. de alim. legat. Carpzov. p. 1. c. 8. d. 9. Mastrill. d. q. 4. num. 5. Gaerba decis. 4. num. 46. Surd. tr. de aliment. tit. 8. privil. 53.* [6] quod statutis sumtibus (4307) inservit: *3. C.* v. g. sublevandis stipendiis Clericis, Magistratibus, &c. (4308) *Bucer. cl. 4. D. 19. th. 53. lit. c. Halm. d. l. num. 10. vid. Tiraquell. l. 3. c. de compens. ref. 1. num. 18.* ubi in decimis compensationem locum habere (4309) negat; [7] fideicommissum civitati vel fisco (4310) relictum; *3. C. Mastrill. d. q. 4. n. 3.* [8] pretium rei a fisco (4311) venditae. *7. C. h. 46. §. 5. de jur. fisc. Perez. in C. h. num. 17.* NON etiam compensatur inter illos, qui mutui debitores 2
non (4312) sunt, *16. 18. §. 1. h. 9. C. h. Carpzov. p. 1. c. 8. d. 7. num. 1. & 3.* etiamsi tertius ille consentiat (4313) *18. §. 1. Mastrill. d. l. q. 9. num. 2.* vel debeatur uxori; (4314) *arg. dd. & junct. 1. C. ne uxor pro marito.* vel debeat civitas & debeatur civibus. (4315) *arg. dd. & junct. 7. §. 1. quod cujusque universit. Halm. h. n. 10. fere in fin.* ¶ vel debitor principalis debeat & debeatur fidejussori; (4316) *Mastrill. d. tr. q. 5. num. 3.* vel debeat filius emancipatus & debeatur patri, (4317) *arg. dd. & junct. 1. C. ne filius pro patre.* de filio in potestate, (4318) *vid. 9. Mastrill. tr. q. 8.* vel debeat tutor proprio nomine, & debeatur pupillo, (4319) *23. h. Carpzov. p. 1. c. 8. d. 7.* ¶ aut 3
debeat pupillus, & debeatur tutori, (4320) *16. §. 1. h. Mastrill. d. l. q. 9. num. 1. & c.* [quod tamen alii ex aequitate (4321) admittunt. *Fab. in C. h. def. 8. num. 6. & seqq. Carpzov. 1. c. 8. d. 7. num. 6.* ut & contra tutorem pupilli nomine agentem compensatur, quod reo a pupillo debetur (4322) ex causa, ab alio tutore (4323) administrata. *36. ff. de administr. tut. Mastrill. d. tr. quaest. 4. num. 9. vid. Brisson. tr. de solut. & liberat. lib. 2. tit. de compens.*] vel si debeat procurator in rem alienam, & debeatur domino. (4324) *Mastrill. d. tr. quaest. 6. Diff. Faber in C. h. def. 17.* Procurator 4
vero in rem suam recte (4325) compensat; *17. §. 1. ff. de pact. 13. de procurat. 9. C. vid. 18. pr. h. Mastrill. d. tr. quaest. 7. num. 3.* etiamsi in actione cessa lis nondum (4326) sit contestata. *arg. 55. de procurat. Costr. ad d. l. 18. Sand. lib. 3. decis. Fris. tit. 17. d. 2. & in tr. de act. cession. cap. 10. num. 19. Mastrill. d. tr. quaest. 7. num. 4. & c. Barbos. vol. 1. D. 25. th. 10. lit. a. Fr. l. 6. ref. 13. num. 46.* Compensatio tamen, quae ante cessionem obstabat do- 5
mino,

1 *Quibus itaque casibus contra Civitatem & Rempublicam fiscum compensatio locum non habet?* R. Si (1) quis ex *Kalendario*, sive *Codice rationum*, in quo pecuniæ creditæ continentur, ad pecuniam mutuam restituendam conveniatur, (2) si quid debeatur ex *Vectigalibus*, quæ nomine rerum venalium debentur, h. e. nomine mercium & aliarum rerum, quæ invehuntur & evehuntur; **worvon Zoll und Licent gegeben wird**; (3) si quis debitor sit ex causa *Annonaria*, quo nomine veniunt res omnes ad victum pertinentes *l. 3. C. h. t. ibi Neque ex frumenti vel olei publici pecunia*, **zu denen Korn- und Proviant-Häusern.** (4) si ex causa tributorum, **wegen der Steuer, Geschoß und Schatzung**; (5) si quis sit debitor alimentorum *Civitatis*, quæ sc. publice præstantur Xenodochiis, Orphanotrophiis, Ptochotrophiis, Asceteriis & similibus locis degentibus, quod DDres ad omnia alimenta futura extendunt, ne sc. quis fame pereat: qui enim denegat alimenta, necare dicitur in *l. 4. ff. de agn. lib.* (6) si quis debeat, quod *stipendiis famulantibus* inservit, v. g. solvendis stipendiis Clericis, Magistratibus, Consiliariis. *Vid.* Trentacinq. *cit. l.* ubi in Decimis compensationem locum habere negat, quia solvuntur ad alendos Clericos & pauperes, ad reficiendas ædes Ecclesiasticas. (7) si debeatur fideicommissum *Civitati* vel *fisco* relictum; (8) si quis debeat pretium rei a fisco venditæ.

2 *Num etiam compensatio locum habet inter illos, qui non sunt mutui debitores?* R. Neg. etiamsi tertius ille consentiat; vel debeatur uxori; vel debeat Civitas, & debeatur civibus; vel debitor principalis debeat, & debeatur fidejussori; vel debeat filius emancipatus, & debeatur patri, vel debeat tutor proprio nomine, & debeatur pupillo; aut debeat pupillus, & debeatur tutori; vel si debeat procurator in rem alienam, & debeatur domino.

3 *An id, quod pater debet, compensari possit cum eo, quod filio, in patris potestate adhuc constituto, debetur?* R. Affir. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 9.*

4 *An id, quod pupillus debet, & quod tutori debetur, compensari possit?* R. Admittunt hoc aliqui ex æquitate; cum hic nullum damnum pupillo metuendum, & tutor facili negotio id, quod hoc casu pro pupillo per compensationem solvit, repetere possit: modo tamen tutor compensare velit; invitus enim ad id compelli nequit. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 10.*

5 *An cessionario in rem suam (qui vocatur cessionarius) compensari possit?* R. Affirmative, si in actione cessa [illegible] convalitura; quia *cedens* habet actionem [illegible] suo nomine.

6 *An eadem compensatio, quæ ante cessionem domino obstabat, etiam obstat cessionario?* R. Affir.

mino, obstat etiam cessionario: (4327) *arg. 10. in ff. 4. 5 C. h. Tessaur. de-*
cis. 222 ¶. Trentacinq. lib. 3. tit. de compens. res 1. num. 6. Mastert d. tr. q. 7.
num. 1. Papa decis 567. num. 1. ¶. Papon. lib 10. tit. 6. arrest. 2. idque sive 1
cessionarius agat utili sive directa actione; (4328) *arg. 76. de solut. Fr. lib.*
1. res 13. Mastertr. d. l. quæst 7. num. 2. Diss Bachov. vol. 1. Disp. 25. thes. 10.
lit. d. Carpzov. lib. 3. decis 155 num. 18. &c. ¶ sive cessio facta sit ex causa 2
onerosa, sive lucrativa, necessario sive voluntarie. *vid. Fr. 1. Res. 13. Diss.* 3
Carpzov. d. l. Sand. d. l. 3. t. 17 defin. 5 ¶. per l. 33. § 5. & seq. l. 34. ff de pro-
curat. Cæterum si cedens post cessionem factam debitori obligatur, 4
compensatio tunc demum cessionario nocet, si debitori cessio facta non-
dum sit denunciata. (4329) *arg 3. C de novat Fr d. resol. num. 36. 40. &c.*
Tulden in C. h. in fin. vid. Trentacinq. d Res 1. num. 6. Compensari pot- 5
est, quod debet heres, cum eo, quod debebatur, defuncto, licet hereditas 6
cum beneficio inventarii fuerit adita; modo hereditas solvendo sit: alias
hoc tantum pro quantitate (4330) hereditatis procedit *arg 5. § 4. C. de*
Jur delib. Fab. in C. h. def 9. ¶. Carpzov. 1. c. 8. d. 5. ¶. Contra singulos u- 7
nius successores compensatur tantum pro parte hereditaria. (4331) *arg.*
16. h. junct. 25 § 9. ff fam erciscr. 6. C. eod. 2. C. si cert. petat Mastert. d. tr q.
10. num. 1. ubi *num. fin.* etiam explicat, quid in Correis (4332) obtineat. 8
Vid. Brisson. tr de Solut tit de compens

Fit compensatio * [1] in *REBUS*; *vid. Bachov. V. 1. D. 25. th. 5 lit. C.* B 9
verb. genus tamen. non etiam factis, (4333) *31. de solut. Medic. tr. de com-* 10
pens. p. 1. quæst. 44. Zanger part. 3. c. 8 num. 113. Mev. ad Jus Lub. l. 4. t. 4. a.
5. num. 8. * [2] *EJUSDEM GENERIS* proximi; (4334) *4.* b 11
C. non etiam e. g. vinum cum oleo, &c *arg. 2. § 1. de R. C. 16. C. de solut.* 12
Bachov. d. l. Trentacinq. l. 3. tit. de compens. res 1. num. 1. Hahn. h. num. 6. ne-
que 100 Reichs-Thaler in specie Stück für Stück, cum 150 fl. monetæ; 13
(4335) *arg. dd. ll. vid. Carpzov. p. 1. c. 8. def. 11. ¶. Faber. in C. h. def. 2. ¶. Ma-*
stert. d. l. quæst. 10. Hahn. h. num. 1.
* [3] *EJUSDEM QUALITATIS VEL BONI-* b 14
TATIS, (4336) *arg 3. de R. C. vid. Struvr. tr de Solut c. 7. membr. 4. n.*
19. licet alterum sub usuris, alterum absque illis debeatur, (4337) *11. 12.* 15
Brisson. de solut. lib. 2. tit de compens & quantitas inæqualis (4338) sit; *4.* 16
ff 4. C. h. § 30. I. de act. * [4] *IN GENERE, & SIMUL* utrinque: [v. gr. ex b 17
utraque parte debito equo, (4339) sine certa determinatione; *arg. 59.*
de Leg 1. l. 35 § 1 & 2 C de donat Barbos. ad l. 4. C. h. num. 6. &c. Bachov.
1. D. 25. th. 5 lit. C. Tulden. in Cod. h. num 3. Sichard. in l. 14. C. h. num. 2.
Hahn. h. num. 6. vel fundo certæ quantitatis, (4340) sine speciali loci 18
determi-

1 *An quoque talis exceptio obstat sive Cessionarius agat utili, sive directa actione?* ℞. Affir.

2 *An & obstat, sive cessio facta sit ex causa lucrativa, sive onerosa?* ℞. Affir.

3 *An etiam obstat, sive cessio facta sit necessaria, sive voluntaria?* ℞. Affir.

4 *Quid vero obtinet, si cedens, post cessionem factam, debitori obligatur?* ℞. Hoc casu tunc demum compensatio cessionario nocet, si debitori cessio facta nondum sit denunciata: facta autem denunciatione, cum ipsi cedenti amplius solvi non possit, nec creditor, qui cessit, exigere potest, ergo nec compensare.

5 *An compensari potest id, quod heres debet, cum eo, quod debebatur defuncto?* ℞. Affir. quamvis enim heres & defunctus diversæ videantur esse personæ: juris tamen intellectu pro una eademque persona habentur.

6 *An quoque compensari potest, licet hereditas cum beneficio inventarii fuerit adita?* ℞. Affir. modo hereditas solvendo sit: alias enim hoc tantum pro quantitate hereditatis procedit; quia inventarium non facit, quo minus in universum *jus* defuncti succedat, & defunctum repræsentet, & verus heres sit; sed ipsum heredem tantum damno eximit, ne ultra vires hereditatis efficaciter conveniri possit.

7 *Quid vero obtinet, si uni plures successerint?* ℞. Tunc contra hos compensatur tantum pro parte hereditaria.

8 *Quid juris est in Correis?* ℞. Hoc explicat Mæstert. *de Compens. qu. 10. num. fin.*

9 *In quibus fit compensatio?* ℞. (1) in Rebus, (2) ejusdem generis proximi, (3) ejusdem qualitatis vel bonitatis, (4) in genere, & simul utrinque, (5) debitis, (6) pure, ita, ut statim peti possit, & (7) certo & liquido.

10 *Annon etiam in Factis compensatio fieri potest?* ℞. Neg.

11 *Quid (2) requiritur, ut hæc compensatio locum habeat?* ℞. Ut debeantur *Res ejusdem generis,* & quidem *proximi.*

12 *An ergo vinum cum oleo compensari potest?* ℞. Neg. quia non sunt ejusdem generis.

13 *Num tamen 100 Imperiales,* Reichs-Thaler, *in specie,* Stück vor Stück, *aut in auro, cum ipsa currenti moneta compensari possunt?* ℞. Neg. quia debitor thalerorum in specie non liberatur per solutionem monetæ currentis; cum aliud pro alio solvi nequeat; ergo nec per compensationem monetæ, quæ compensatio pro solutione est.

14 *Quid (3) requiritur, ut compensatio locum habeat?* ℞. Ut debeantur Res *ejusdem* quoque *qualitatis* vel *bonitatis.*

15 *An tamen tunc compensatio fieri potest, licet alterum debitum sub usuris, alterum vero absque illis debeatur?* ℞. Affir. sufficit enim, quod debitum utrinque sit liquidum.

16 *An idem dicendum, licet quantitas inæqualis sit?* ℞. Affir.

17 *Quid (4) requiritur, ut compensatio locum habeat?* ℞. Ut dictæ Res utrinque debeantur *in genere & simul,* v. g. ex utraque parte debito equo, sine certa determinatione. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 16.*

18 *An quoque compensatio locum habet, si ex utraque parte fundus, sine certa vel speciali determinatione debeatur?* ℞. Affir.

determinatione. *vid.* (4341) *Strauch. dissert. 17. aph. 10.*] Non etiam speci- 1
es pro specie; vel species pro (4342) quantitate; *17. §. 2. de pign. 14. de* 2
pign. act. 11. C. de contrah. emt. 16. C. de jur. delib. Trentacinq. l. 3. tit. de com-
pens. Res. 1. num. 1. Mastert. de compens. quaest. 18. obst. (4343) *1. §. 9. si pars he-*
red. 22. h. vid. (4344) *Mastert. d. quaest. 18. num. 5. &c.* licet species sit aesti- 3
mata, *Sand. lib. 3. decis. Fris. tit. 17. def. 3. ¶.* taxationis gratia: (4345)
arg. 21. C. de jur. dot. [secus si venditionis gratia. (4346) *arg. 5. un. C. de*
jur. dot.] Species etiam sunt nummi: (4347) e. g. in illa arca, vel apud 4
Titium depositi, *30. de leg. 1. l. 30. §. 4. ad L. Falcid. Trentacinq. l. 3. t. de*
compens. res. 1. num. 2. vers. in secunda conclusione. Mastert. d. tr. qu. 19. Bach.
ad Tr. vol. 1. D. 25. th. 8. lit. b. Fachin. lib. 1. controv. c. 6. Si ab una parte 5
res in genere debetur, v. g. pecunia, ab altera vero alternative species, vel
res ejusdem generis, in genere: v. g. Stichus vel pecunia, utrum credi-
tor vellet, ex eventu electionis dependet, an compensatio locum habe-
at. (4348) *22. Mastert. d. tr. qu. 18. n. 5. vid. Strauch. dissert. 17. aph. 10.* ubi
compensari docet eandem speciem utrinque debitam, (4349) quod pro-
bat *Fr. h. n. 18. vers. sed hoc tamen.*

* [5] *DEBITIS*: sive ex obligatione mixta aut na- h. 6 7
turali tantum; *6. 14. h.* [non etiam compensatur debitum ex obligatio- 8
ne civili tantum: *vid. supr. tit. de condict. indeb. R. 3. Mastert. de compens.*
quaest. 13. num. 7.] *Rot. p. 7. decis. coll. 1485. Carpzov. p. 1. c. 8. def. 3. ¶. Diss.*
Mastert. quaest. 13. de compens. cum R. Vinn. lib. 1. quaest. 49. modo haec obliga-
tio naturalis sit perfecta, (4350) *vid. tit. de condict. indeb. R. 3.* & a jure
civili non reprobata: (4351) *vid. 16. in f. ad SC. Vellej. junct. 40. pr. de con-*
dict. indeb. 95. §. 4. de solut. ita compensatio objicitur vero debitori inju- 9
ria judicii absoluto. (4352) *L. 60. pr. de condict. indebit. 8. §. 1. rat. rem ha-*
ber. Brisson. tr. de solut. lib. 2. tit. de compens. obst. 2. C. vid. Vinn. d. quaest. 49.
Diss. Trentacinq. lib. 3. de compens. Resol. 1. num. 2. ¶. vid. 40. pr. de condict.
indeb. 9. §. 5. & 1. seq. de SC. Maced. Perperam autem condemnatus, 10
quemadmodum solutum non repetit, ita, quod solvit, non (4353) com-
pensat. *2. C. h. argum. 25. de stat. hom. 1. C. de condict. indebit. vid. supra tit.*
de condict. indebit. R. 3. Brisson. lib. 2. de solut. tit. de compens. Compen-
satur debitum ex * *CONTRACTU*, vero vel quasi; *5. 8. C. h.* b. f. vel C 11
stricti juris: *§. 30. I. de Action.* etiam commodato, *arg. 5. Cod. h.* sc. si 12
aestimatio praestanda; (4354) *vid. supra p. 224. tit. commod. in act. con-*
trar. SS. dotis repetitione; (4355) *7. §. 1. 66. §. 5. solut. matrimon. 2.* 13
C. rerum amotar. junct. 5. C. h. obst. un. §. 5. C. de rei uxor. Mastert. de
compens. quaest. 26. Menoch. decis. Florent. 13. ¶. Gipban. ad d. l. un. §. taceat.

5. C. de

1 *Annon ergo species cum specie compensari potest?* R. Neg. quia una species alteri bonitate & valore praevalere potest, & sic alter damno afficeretur.

2 *An tamen species cum quantitate compensari potest?* R. Neg. quia, sicut in solutione, ita & in compensatione aliud pro alio invito obtrudi nequit.

3 *Annon vero species cum quantitate compensari potest, si species aestimata?* R. Neg. si aestimatio sit facta transactionis gratia: secus si venditionis gratia aestimatio accesserit.

4 *An etiam species sunt Nummi, v. g. in illa arca, vel apud Titium depositi?* R. Affir. quia per certam demonstrationem ad modum specierum sunt redacti.

5 *Si ab una parte res in genere debetur, v. g. pecunia; ab altera vero parte alternative species, vel res ejusdem generis in genere, v. g. Stichus vel pecunia, utrum creditor vellet, an tunc compensatio locum habet?* R. Ex eventu electionis dependet, an compensatio locum habeat ita, ut, si creditor pecuniam elegerit, compensatio procedat; secus, si elegerit hominem. Aliter hoc explicat Struch. cit. l. ubi etiam compensationem locum habere ostendit, si ab utraque parte eadem species debetur; quod etiam probat Franzk. h. t. num. 15. vers. *Sed hoc tamen.*

6 *Quid (5) requiritur, ut compensatio locum habeat?* R. Ut debita res invicem *debeantur*, idque vel ex jure *ad rem*, sive obligatione, vel propter jus *in re*; si numerum in realibus actionibus, re perempta, vel ex alia causa aestimatio venit praestanda; quamvis alias in actionibus in rem, quatenus sc. species in iis petuntur, nulla sit compensatio, nisi in latiori significatu, & quoad effectum retentionis. Debiti autem vocabulum hic late accipitur, atque ac in §. 1. J. de Action. arg. l. 5. C. h. t. Lauterb. Coll. th. pr. h. t. §. 15.

7 *Ex quali vero obligatione debita esse debent, ut compensari possint?* R. Hic nihil interest, debitum sive sit civile & naturale *simul*, sive naturale *tantum*: hoc enim etiam cum civili recte compensatur; modo debitum naturale veniat ex obligatione naturali *perfecta*, & a *Jure Civili* non reprobata, vel in totum, ut in muliere contra SCtum Vellejanum pro aliis intercedente, vel quoad effectum & exactionem, ut in filiofam. contra SCtum Macedon. pecuniam mutuam accipiente. Lauterb. *d. l.*

8 *Annon etiam compensatur debitum ex obligatione civili tantum?* R. Neg. quia tale debitum vinculo aequitatis naturalis destituitur, & sic exigi non potest. Hinc illud debitum, quod dolo, metu, errore & sine causa stipulanti promissum est, compensari non potest.

9 *An vero compensatio objici potest vero debitori, injuria Judicis absoluto?* R. Affir. quia adhuc naturale debitum remanet.

10 *Num quoque perperam condemnatus id, quod solvit, compensare potest?* R. Neg. perperam enim condemnatus, quemadmodum solutum non repetit, ita quod solvit, compensare nequit. Lauterb. *d. l. §. 19. in fin.*

11 *Ex quibus contractibus debitum compensatur?* R. Ex contractu vero vel quasi, bonae fidei vel stricti juris.

12 *An ergo debitum etiam ex commodato compensari potest?* R. Affir. si scil. aestimatio praestanda; quia hoc casu non amplius debetur species, sed quantitas, quae cum quantitate compensari potest.

13 *Num etiam in dotis repetitione compensatio locum invenit?* R. Affirm. Sic maritus, qui fundum aestimatum accepit in dotem, & soluto matrimonio convenitur ad dotis restitutionem ab uxoris herede, qui ipsi marito ad certam pecuniae summam est obligatus, compensationis exceptione eundem repellere potest. Lauterb. *d. l. §. 20.*

5. C. de rei uxor. act. fere in fin. Christin. vol. 3. d. 38. num. 7. Treutlering. d. l. num. 18. §. deposito irregulari, (4356) *Barbos. V. 1. D. 16. th. 7. lit. b. vid.* 1
omnino Lugo de J. & J. D. 33. sect. 2. num. 17. Mahn. h. num. 10. aut quod pe- 2
titur actione depositi contraria (4357) *arg. l. C. h. junct. 11. C. depos. Christin. Treutlering. dd. ll.* non etiam in Depositi directa actione, cum res vel 3
aestimatio petitur. (4358) *l. C. h. l. 30. I. de action. l. 9. C. deposit. Christ. d. dec. 38. n. 7. Mahn. h. n. 10.*

* Ex *DELICTO*: *10. §. 1. h. 36. de dol. mal.* hac ratione do- c. 4
lus cum dolo & paria delicta compensantur, *Borgnl. de dol. lib. 6. reg. 17. Mev. ad J. L. l. 4. tit. 4. a. 9.* secus ratione effectus & quoad debitum (4359)
pecuniarium, *arg. 1. l. 10. §. 2. h. vid. 2. l. 4. 13. l. 3. ad L. Jul. de adult. coërc.* (4360) *39. sol. matrim. cap. ult. X. de adulter. vid. Mastert. de compens. q. 17.*
nisi sit spolium, (4361) *l. l. l. C. h. 7. C. ad L. Jul. de vi publ. un. C. si de momentar. possess. fuerit. app. vid. Mastert. d. tr. quaest. 19. Mahn. h. n. 10.* vel fur- 5
6
tum, aut rapina, secundum *Treutlering. l. 3. tit. de compens. res. 1. n. 10. Christin. lib. 3. dec. 38. n. 7.* vel attentatum, secundum *Anton. de Gratiis, decis. 472.* §. 7
* [6] *PURE*, ita ut statim (4362) peti possit. *7. pr. h.* b. 8
argum. 213. de V. S. Brisson. lib. 2. de solut. tit. de compens. §. *vid. Carpz. p. 1. c. 8. d. 4. Mastert. d. tr. qu. 16.* [Nec tamen officii tempus, humanitatis tan- 9
tum gratia, solutioni concessum. *16. §. 1. h. Brisson. d. l. Mastert. d. qu. 16. num. 4.*] Hinc excluduntur fidejussor, (4363) qui ante solutionem pro 10
debitore factam, propter aliam causam a debitore principali conventus, eidem compensationem ratione fidejussionis opponit; *Carpz. 2. d. 129.* §.
Emtor annuorum redituum. (4364) *Rodoric. de ann. redit. l. 2. qu. 18. n. 9. & seqq. Christin. vol. 3. dec. 38. n. 9. propter Ord. Imp. polit. de anno 1548. tit.* 11
von wucherlichen Contracten. §. und nachdem. *Carpz. p. 3. c. 24. d. 16. & seqq. Rodoric. d. quaest. 18.* Lindenspür. *ad Ord. Prov. Württemb. p. 64. num. 10.*
Ita quoque creditor simplex, qui ex debitoris bonis aliquid sub hasta emit, 12
pretium compensare non potest, antequam (4365) satisfactum sit hypothecario. *Berlich. p. 1. concl. 91. n. 112.* Loci adjectio non impedit compen- 13
sationem; modo tempus, quod tacite inest, sit praeterlapsum, *arg. 3. §. 6. de eo, quod cert. loc. junct. 7. h.* & interesse loci (4366) aestimetur. *15. h. Brisson. tr. de solut. l. 2. tit. de compens.*

* [7] *CERTO & LIQUIDE*, (4367) *l. 30. I. de action.* b. 14
l. ult. §. 1. C. h. de quo constet, quid, quale, quantum debeatur, [*vid. Carpz. p. 1. c. 8. d. 10.*] vel ex adversarii confessione, vel ex re judicata, *Carpz. d. l.* vel ex celeri (4368) probatione, *l. l. 1. Mahn. h. n. 7. in f.* quae facien- 15
da contra fiscum, intra duos (4369) menses, *46. §. 4. de jur. fisc.*
contra

1 *An quoque in deposito irregulari compensatio locum habet?* ℞. Affir. vid. tamen *Negativam* in Notis.

2 *An & illud compensari potest, quod petitur actione depositi contraria?* ℞. Affir.

3 *Annon vero compensatio locum habet in Depositi* directa *actione, si res vel æstimatio petatur?* ℞. Neg.

4 *An debitum ex delicto proveniens compensari potest?* ℞. Affir. Hac enim ratione dolus cum dolo & paria delicta compensantur, sc. ratione *effectus*, & quoad debitum pecuniarium ex delicto descendens: *ipsa enim delicta in se considerata* proprie *non compensantur, maxime, si respiciant vindictam publicam; quia pœna hic non debetur accusatori, sed Republ. sive Fisco, adeoque hic non est debitum mutuum; ergo nec compensatio.* Vid. Cocceji *Jus contr. h. t. qu. 13.* & Lauterb. *d. l. §. 21.*

5 *An igitur quod ex spolio debetur, nullam admittit compensationem?* ℞. Nullam admittit.

6 *An idem dicendum de causa furti & rapinæ?* ℞. Affir.

7 *An tamen in causa attentatorum compensatio locum habet?* ℞. Neg. *vid.* Brunnem. *ad. l. 10. ff. h. t.*

8 *Quid (6) requiritur, ut compensatio locum habeat?* ℞. Ut debitum, cujus compensatio objicitur, sit *purum*, ita, ut *statim* jure peti possit.

9 *An vero officit tempus, humanitatis tantum gratia, solutioni concessum?* ℞. Neg.

10 *Ergone fidejussor non potest opponere compensationem ante solutionem a debitore principali ob aliam causam conventus?* ℞. Non potest.

11 *An tamen emtor annuorum redituum, a venditore ex mutuo conventus, in compensationem deducere potest sortem annuorum redituum?* ℞. Neg.

12 *An vero creditor simplex, qui ex debitoris bonis aliquid sub hasta emit, pretium compensare potest, antequam satisfactum sit hypothecariis?* ℞. Neg. *vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 22.*

13 *An loci adjectio impedit compensationem?* ℞. Neg. modo tempus, quod tacite inest, sit præterlapsum, & interesse loci æstimetur.

14 *Quid (7) requiritur, ut compensatio locum habeat?* ℞. Ut debitum sit *certum* & *liquidum*, & de illo, quid, quale, quantumque sit, constet, vel (1) ex adversarii confessione, vel (2) ex re judicata, *l. 2. C. h. t.* (vid. Carpz. *p. 1. c. 4. d. 10.* ubi de compensatione expensarum taxatarum, etiamsi appellatum sit ab ipsa executione. Nec obstat, lite pendente nihil innovandum, *l. 30. ff. de judic.* Resp. sc. quoad Actionem, non vero Exceptionem) vel (3) ex celeri probatione.

15 *Intra quantum autem temporis spatium hæc probatio contra fiscum est facienda?* ℞. Intra duos menses.

contra alios, intra tempus (4370) arbitrarium; *arg. f. §. 4. junct. 1. §. 2. de* 1
jur. delib. Pichard. ad §. 30. I. de action. n. 18. &c. Bachov. V. 1. Disp. 25. th.
9. lit. g. in fin. Maslert. de compens. q. 14. Carpz. d. constit. 8. def. 13. n. 2. ¶. Il- 2
que sit a creditore in judicium (4371) deductum. *4. ibi: Rus. n. 1. arg. 96. &*
seqq. de R. I. Habn h. n. 7. in pr. Peguera. dec. 173. n. 2. ¶. Illiquidi cum li- 3
quido nulla est compensatio, *f. §. 1. C. vid. Barbos. ad d. l. f. n. 9. &c. &*
Trentacinq. l. 3. t. de comp. res. 1. n. 20. &c. e. g. tutores ante redditas ratio- 4
nes, expensis pupillorum nomine factas. (4372) *Carpz. part. 1. dec. 94.* ¶.
Audiendus tamen est, qui causam etiam non liquidam, initio litis per mo- 5
dum exceptionis (4373) opponit, (4374) eamque contestatur. *Vinn. l. 1.*
q. 50. Zang. de except. p. 3. c. 8. n. 104. &c. Bach. Vol. 1. D. 25. th. 9. lit. g. Dis-
D *sent. Maslert. tr. de comp. q. 15.* * TEMPORALIS (4375) compensatio est, 6
quæ ad certum tempus debitum tollit vel minuit. Hic sufficit, debitum 7
esse purum & liquidum; etiam si res diversi generis aut speciei (4376) de-
beantur, *arg. 56. §. 3. de jur. dot. 5. pr. de impens. in res dotal. f. pr. C. h. §. 30.*
I. de action. Fr. h. n. 18. &c. contra scrupulosas limitationes. *Maslert. tr.*
de comp. qu. 21. n. 2. &c. & Zang. de Except. p. 3. c. 8. n. 114. vid. Bach. V. 1. D.
25. th. 7. lit. c. fere in f. C. J. A. h. th. 2. Fr. ad §. 30. I. de action. in fin. Fr. h.
num. 18. &c.

E Ex momento (4377) mutui debiti debitores ipso jure liberantur, *§. 30.* 8
I. de act. 4. 10. pr. 21. ff. 4. f. C. h. Tulden. in C. h. num. 6. Trentacinq. l. 3. tit. de
comp. res. 1. num. 24. Scacc. de commerc. §. 2. gl. 5. num. 424. &c. maxime n.
435. Bach. V. 1. D. 25. th. 10. lit. e. & f. & quidem in compensatione pro-
pria, in perpetuum. (4378) *4. C. Fr. h. num. 18. l. 4. qui pot. in pign. 19. de*
liber. caus. Fretor. de solut. cap. 7. m. 4. n. 107. Pichard. ad §. 30. I. de action. n.
24. Hinc etiam debiti compensatione extincti, usuræ, pariter, ut in so- 9
lutione, currere desinunt, *11. 12. h. 4. C. h. 7. C. de solut.* pignora solvun-
tur, (4379) *12. C. h. arg. 43. de solut.* & fidejussores liberantur, *4. arg. d. l.*
43. Maslert. de compens. quæst. 5. num. 1. & 2. etiam invito (4380) debitore
principali. *arg. dd. 8. junct. 32. de fidejuss. vid. Hering. de fidejuss. cap. 20. §.*
6. Et propter ejusmodi compensatum debitum errore solutum, datur 10
condictio indebiti; (4381) *10. §. 1. h. 30. de condict. indebit. 5. §. 7. de im-*
pens. in res dot. Tulden. in C. h. num. 6. Bac. cl. 4. D. 19. th. 88. lit. c. Pichard.
ad §. 30. I. de Act. num. 27. Dissent. Zas. h. num. 4. mora amplius non (4382) 11
committitur; *arg. 57. & 88. de R. I. ibique. Gothofr. Maslert. d. tr. quæst.*
28. num. 4. etiam in Emphyteusi: (4383) *Maslert. d. quæst. 28. num.* 12
4. Carbal. de jur. Emphyt. c. 15. limit. 5. Rus. ad 11. h. Papa decis. 171. num. 5.
& ibi Rochin. hoc tamen casu legali tempore protestationem (4384)
re-

1 *Intra quantum vero temporis spatium haec probatio contra alios est facienda?* R. Intra tempus arbitrio Judicis determinatum.

2 *An debitum certum & liquidum compensari potest, licet sit a creditore in judicium deductum?* R. Affir.

3 *An illiquidum cum liquido compensari potest?* R. Neg. Debita enim compensanda praeter alia quoque ejusdem qualitatis & bonitatis esse debent, quod requisitum hic deficit.

4 *Da exemplum denegandae compensationis illiquidi cum liquido?* R. E. g. si tutorem ante redditas rationes expensas, pupillorum nomine factas, compensare velint.

5 *An tamen audiendus est, qui causam etiam non liquidam initio litis per modum exceptionis opponit, eamque contestatur?* R. Affir. non quidem, ut ipso jure compensatio fiat, sed ut doli mali exceptio obstet actori, etiam debitum illiquidum solvere declinanti.

6 *Quid est Compensatio Temporalis?* R. Quae ad certum tempus debitum tollit vel minuit.

7 *An omnia illa requisita, quae in compensatione* perpetua *necessaria habemus, etiam in hac* temporali *adesse debent?* R. Neg. sed sufficit, debitum esse *purum & liquidum*, etiamsi res diversi generis, aut species debeantur, *arg. cit. l.* ubi compensatio in omnibus actionibus, etiam realibus, & aliis, quibus regulariter species petuntur, admittitur. Frank. *h. t. n. 18. seqq.* Quamvis enim nonnulli *cit. l. f.* & *cit. §. 30.* restringant ad eum casum, quo in realibus actionibus res fungibilis petitur, Maestert. *cit. l.* aut ubi non ipsa res, sed ejus aestimatio venit restituenda: *Zanger cit. l.* attamen, cum Justinianus actionem depositi specialiter excipiat, sive ipsa res, sive pecunia sit restituenda, *l. 11. C. depos. l. f. §. 1. C. h. t.* proinde haud probabile, & menti Justiniani conveniens censetur, d. Const. ad talem casum rariorem restringendam esse, utpote in quo, veteri quoque Jure, compensatio, maxime in b. f. judiciis locum habuit. Bach. & Frank. *cit. ll.* vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 24.*

8 *Qualem effectum habet compensatio?* R. Ex momento mutui debiti debitores *ipso jure* liberantur, & quidem in compensatione *propria* ita dicta in perpetuum.

9 *An ergo debiti compensatione extincti, usurae pariter, ut in solutione, currere desinunt, pignora solvuntur, & fidejussores liberantur?* R. Affir. & quidem invito debitore principali. sublato enim principali, accessorium quoque tolli, necessum est.

10 *An quoque propter ejusmodi compensatum debitum, errore solutum, Condictio indebiti competit?* R. Affir. si sc. ignorans, se compensare posse, solvens. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 25.*

11 *An post compensationem mora amplius committitur?* R. Neg.

12 *An etiam in emphyteusi compensatio locum invenit?* R. Affir. hoc tamen casu legali tempore protestationem requirit Bach. *cit. l.*

requirit *Barbos. Vol. 1. D. 25. th. 11. lit. D. Diss. Christin. V. 3. dec. 40. num. 1.*

Licet compensatio ipso jure mutua debita tollat, allegandà (4385) 1
tamen est; *1. 6. 7. 8. 10. ff. §. 1. C. h. 13. 15. 18. 19. pen. h. Carpz. p. 1. c. 8. d. 6. num. 1. Bac cl. 4. D. 19. th. 24. lit. b. Scacc. de commerc. §. 2. gl. 5. n. 435.* &
sufficit probatio sola mutui debiti, licet non dixerit: volo compensare, 2
(4386) *Scheffer. part. 3. q. 12. n. 9. Trentacinq. l. 3. tit. de compens. res. 1. n. 24. vers. mihi placet. in fin.* quæ allegatio est tantum facti (4387) exceptio. 3
arg. dd. ll. obst. 4. h. Hinc compensatio etiam opponi, & allegari potest 4
ante (4388) litem contestatam, *Freier. tr. de solut. c. 7. m. 4. n. 155. Carpz. p. 1. c. 8. d. 2. n. 2.* & in ipsa executione, (4389) *1. C. h. Carpz. p. 1. c. 8 d. 6. ¶. Gail. l. 2. obs. 17. n. 10. ¶. Trentacinq. d. l. n. 25. Peguera decis. 173. Caroc. de except. contra sent. Except. 27.* etiam contra instrumenta, quæ paratam ha- 5
bent executionem, (4390) *Carpz. d. c. 8. d. 12. ¶.* nulla obstante prescri- 6
ptione, (4391) *Mohedan. dec. Rot. Rom. tit. de præscript. dec. 3. ¶.* aut sta- 7
tuto, quod præcise solutionem requirit. *Pechaed. ad §. 30. I. de Action. n. 15. Cornazan. dec. 94. n. 10. Mart. p. 2. decis. 148.* Compensatio uni debito 8
semel opposita, non potest alteri rursus (4392) opponi. *13. h. Sande. lib. 3. dec. Fris. t. 17. def. 1. ¶.* Qui compensationem opponit, suum debitum 9
fatetur. *Merenda lib. 5. controv. cap. 46. Christin. Vol. 3. dec. 40. ¶. Dissent. Farbin. lib. 11. controv. c. 6. Masterr. tr. de compens. qu. ult. per l. 9. de except. cap. 63. de R. J. in 6.* 10

Si Judex compensationem non admiserit, * quia debiti qualitas ali- D 11
qua (4393) defuit, tum reo omne Jus salvum manet: (4394) *7. §. 1. h. 18. §. f. commod. 1. §. 4. de contr. tut. act.* * quia non extitit reci- d. 12
procum debitum, tum obstat reo inposterum exceptio rei judicatæ. *7. §. 1. h. d. l. 1. §. 4. l. 8. §. 2. d. N. G. Bacov. cl. 4. Disp. 19. th. 29. ubi Carpz. p. 1. c. 8. def. 5.* (4395)

SS Compensationis cognata sunt Retentio, (4396) *de qua Masterr. tr. de compens. q. 3 Molignac. de retentione.* Reconventio, *de qua Masterr. d. tr. q. 2. num. 5. Gisebert. Molignac Ursin. tr. de reconvent. Carpz. tr. de process. t. 6. n. 3.* Confusio, (4397) *de qua Masterr. d. tr. quæst. 2. num. 3. Brisson. tr. de solut. l. 2. tit. de confus. Freier tr. de solut. cap. 7. m. 7. num. 111. &c.* Solutio, *de qua Brisson. & Freier. dd. trr.* & Datio in solutum, (4398) *de qua Freier. d. tr. c. 7. m. 2.* 13

DE-

1 *Licet compensatio ipso jure mutua debita tollat, an tamen allegenda est?* ℞. Affir.

2 *An vero sufficit sola probatio debiti, licet non dixerit: volo compensare?* ℞. Affir.

3 *Qualis exceptio autem est hæc allegatio compensationis?* ℞. Exceptio facti; quoniam, dum factum hocce mutui debiti allego, suppono, actionem jam *ipso jure* esse sublatam; & sic patet, exceptionem compensationis non esse *proprie* sic dictam exceptionem, quippe quæ præsupponit adhuc actionem existentem.

4 *An hæc exceptio compensationis allegari potest ante litem contestatam?* ℞. Affir.

5 *An etiam in ipsa executione allegari potest?* ℞. Affir. si sc. ante sententiam non sit opposita; alias enim rejecta videretur, & sic appellandum foret.

6 *An quoque compensatio locum invenit contra instrumenta, quæ paratam habent executionem?* Affir. *vid.* Carpz. *cit. l.* ubi ita judicatum esse docet.

7 *An compensationis exceptioni præscriptio obstare potest?* ℞. Neg. nam hujus præscriptionis initium & cursum impedit compensatio. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 26.*

8 *An tamen ipsi obstare potest Statutum, quod* præcise *solutionem requirit, h. e. quod nullam, nisi solutionis exceptionem admittit?* ℞. Neg. quia compensatio nihil aliud est, quam solutio per fictionem brevis manus.

9 *Si vero creditor debitori ex pluribus causis sit obligatus, & compensationem uni debito semel opposuerit, an postea alteri debito eandem objicere potest?* ℞. Neg. quia alias id, quod semel tantum debetur, contra æquitatem bis peteretur; quod non est permittendum.

10 *An is, qui compensationem opponit, suum debitum fatetur?* ℞. Affirm. necessario enim & semper tale præsupponit: *vid.* tamen Coccej. *Jus contr. h. t. qu. 18.* excipiens enim *regulariter* non fatetur, sed præsumitur compensatio *conditionaliter* adjecta, si scil. alter debitum probaverit.

11 *Quid obtinet, si Judex compensationem non admiserit, quia debiti qualitas aliqua defuit?* ℞. Hoc casu Reus jus salvum retinet, ita, ut possit separatim, vel in reconventione jus suum ulterius deducere & prosequi.

12 *Quid vero juris est, si Judex compensationem non admiserit, seu reprobaverit, quia non extitit reciprocum debitum?* ℞. Tum tollitur exceptio Reo competens; & si Reus petere desinat, obstat ipsi in posterum exceptio rei judicatæ

13 *Quænam sunt Compensationis cognata?* ℞. (1) Retentio, *vid.* Lauterb. *Disp. de Retent. th. 7.* (2) Reconventio, (3) Confusio: nam compensatio est crediti & debiti; confusio vero est ipsius creditoris & debitoris coadunatio & coalitio, quando scilic. creditoris & debitoris persona coincidit in unum subjectum & sic compensatio fit in objecto, confusio vero in subjecto; (4) Solutio, & (5) Datio in solutum.

DEPOSITI, VEL CONTRA. XVI.3.

H **D***EPOSITUM* [ab eo, *quod ponitur*, dictum, interdum denotat rem de- 1
positum, *vid. 1. pr. ff. 10. C. h.* interdum vero ipsum actum & contra-
f ctum, *§. 2. in f. I. de I. N. G. & C. 7. §. 1. de pact.* qui etiam dicitur com-
mendatum seu commendatio, (4399) *24. 26. ff. 6. l. 9. C. h. Fr. h. num. 3.*]
D est contractus realis, quo res (4400) gratis custodienda traditur & reci- 2
pitur. *§. 3. I. quib. mod. re.* Estque nominatus, *ἁπλοῦς, d. §. 3. I.* 3
N *junct. 5. pr. h.* & bonæ fidei. *§. 28. I. de action. 1. §. 23. h.*

† Dividitur [*Mantic. de tac. & amb. convent. l. 10. t. 2. num. 10. & t. 4. n.* 4
D *11.*] in *REGULARE*, in quo hoc agitur, ut secundum naturam hujus con- 5
tractus res deposita in specie restituatur, *§. 3. I. quib. mod. re contr. oblig.*
D & *IRREGULARE*, quod in eo notissimos depositi terminos excedit, ut 6
depositarius rebus fungibilibus depositis uti, & illas in genere restituere
possit, *24. 25 §. 1 l. 26. h. 31. locat. Stamler. de contract. D. 5 th. 11.* quod 7
fit tacite, si sc. pecunia numerata & non obsignata simpliciter (4401) de- 8
ponitur, *l. 31. v. nam si quis, locat. Corser. dec. 168. Mantic. de tacit. & amb.
convent. l. 10. t. 3. num. 12. Bachov. Vol. 1. D. 26. th. 6. Menz. de contract. tit. de
depos. tit. de reb. quæ depon. poss. num. 5. Hunn. Encyclop. part. 3. t. 10. c. 2. n.
7.* vel expresse; & quidem vel ab initio, ut accipiens, si velit, pecunia de- 9. 10
posita uti possit, vel ex postfacto. Illo casu, ex tempore, quo deposita- 11
rius usus est pecunia: hoc vero, statim dominium rei in depositarium
transit, & negotium convertitur in mutuum; *9. §. f. l. 10. de Reb. Cred. 1.
§. 34. h.* nisi contrahentes depositum manere velint. (4402) *24. 26. §. 1.* 12
*Christin. Vol. 3. dec. 48. num. 4. vid. Mantic. d. lib. 10. t. 3. num. 10. & c. Fr. h.
num. 24. & c. Bachov. d. th. 6. ubi Ff. ad l. f. C. de novat. vid. Bachov. ad W. h.
num. 5.* Qui sine deponentis permissione re deposita utitur, furti tene- 13
tur; *29. pr. ff. 3. C. h. Ord. Crim. art. 170. ibi Stephan.* nisi deponentem
consensurum speret. (4403) *76. pr. de furt. vid. Carpzov. p. 2. quæst. 87. n.
66. & c. Gruneu. ad §. 6. I. de oblig. quæ ex delicto.*

† Deinde est vel *SEQUESTRUM*, de quo infra: vel *DEPOSITUM* in 14. 15
specie ita dictum: *Mantic. de tacit. convent. l. 10. t 2. num 7.* quale est, si 16
res non litigiosa ab uno vel pluribus, aut litigiosa ab uno simpliciter de-
ponitur. *arg. 6. 17. pr. h. 110. de V. S. abst 9. § 3. de dol.* Hoc iterum divi- 17
† ditur in *VOLUNTARIUM*, quod fit ex libera voluntate: & *NECES-* 18
SARIUM, quod fit ex aliqua necessitate, & ob imminens pericu- 19
lum

1 *Qualis est Etymologia, Homonymia & Synonymia vocab. Depositi?* R. Etymologiam verbis satis perspicuis tradit JCtus Ulpianus in *l. 1. pr. ff. h. t.* ex eo enim dictum est, quod ponitur, & interdum denotat rem depositam, *d. l. 1. pr. & l. 10. C. eod.* interdum vero & proprie ipsum actum deponendi. Hic tamen denotat *Contractum*, id est, totum negotium, quod traditione & acceptatione perficitur, qui etiam *Commendatum*, sive *Commendatio* vocatur, item Depositum. *l. 1. §. 1 & 22. ff. h. t. l. 5. §. 3. ff. de dol.*

2 *Quid igitur est depositum?* R. Est contractus realis, quo res gratis custodienda traditur & recipitur.

3 *Qualis est hic contractus?* R. Est nominatus, (*quia certam ac specialem contrahendi formam habet, indeque speciale nomen & actionem nominatam producit*) bilateralis, (*quia statim ab initio ab utraque parte obligationem producit*) & bonæ fidei, quia in eo non verbis inhæremus, sed æquæ & benignæ interpretationi tantum ejus officium Judicis, quantum in aliis contractibus ejus rei convenit.

4 *Quomodo depositum dividitur?* R. Dividitur in Regulare & Irregulare.

5 *Quid est depositum regulare?* R. In quo hoc agitur, ut secundum naturam hujus contractus res deposita in specie restituatur. Respondendum ergo, quod actum, licet res in specie non restituatur; ut: si culpa lata perierit, interim non desinit regulare, quia hoc non consideratur, quod per accidens secutum. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 2.*

6 *Quid est depositum irregulare?* R. Quod in eo nonnullimas deposito terminos excedit, ut depositarius rebus fungibilibus depositis uti, & illas in genere restituere possit.

7 *Quotuplici modo hoc depositum irregulare fit?* R. Duplici: tacite vel expresse.

8 *Quomodo tacite fit?* R. Si pecunia numerata & non obsignata simpliciter deponitur.

9 *Quomodo expresse fit?* R. Si id expresse inter deponentem & depositarium agatur, ut depositarius re deposita uti, & illas in genere restituere debeat.

10 *Quotuplicitur autem fit expresse?* R. Dupliciter: vel *ab initio*, ut sc. accipiens, si velit, pecunia deposita uti possit; vel *ex post facto*, rogante nempe depositario.

11 *Ex quo tempore vero in deposito irregulari dominium in depositarium transit?* R. Illo casu (*si scilicet tacitum inter contrahentes de usu rei depositæ actum*) ex tempore, quo depositarius usus est pecunia; hoc vero (*si nempe expresse id actum*) statim.

12 *An hoc ultimo casu negotium in mutuum convertitur?* R. Affir. nisi contrahentes depositum manere velint.

13 *An is, qui, sine deponentis permissione, re deposita utitur, furti tenetur?* R. Affir. nisi deponentem consensurum speret, sicque non dolo malo, nec lucrandi animo utatur. Carpzov. & Gomezor. cit. & quidem dicunt, hoc exolevisse, sed male, uti in sqq.

14 *Quotuplex deinde est depositum?* R. Duplex. Sequestrum sc. & Depositum in specie ita dictum.

15 *Quid est sequestrum?* R. De hoc vid. *infra pag. 485. in fin.*

16 *Quid est depositum in specie ita dictum?* R. Si res non litigiosa, ab uno vel pluribus, aut litigiosa ab uno simpliciter deponitur.

17 *Quomodo hoc depositum in specie ita dictum iterum dividitur?* R. In Voluntarium & Necessarium.

18 *Quid igitur est depositum voluntarium?* R. Quod fit ex libera voluntate.

19 *Quid vero est depositum necessarium?* R. Quod fit ex aliqua necessitate, & ob imminens periculum tumultus, incendii, naufragii, vel ruinæ.

lum tumultus, incendii, &c. *1. §. 1. 2 & 3. h.* vocatur etiam miserabile. *Vid. Mantic. d. tit. 2. num. 4. Pichard. ad §. 3. num. 16. I. quib. mod. re. Fr. h. num. 99.* 1

† Depositum *JURIS*, (4404) quod tendit ad effectum liberationis, non est hujus loci. *Vid. 19. C. de Usur. 9. C. de solut. Bachov. V. 1. D. 16. th. 4. pr. Mozz. de contract. c. de depos. tit. de div. depos. n. 14.* 2

C Fit * mutuo (4405) consensu, *§. 3. I. quib. mod. re.* declarato verbis vel factis: (4406) *15. pr. arg. 9 §. 3. de jur. dot. Bachov. ad Tr. V. 1. D. 16. th. 5. pr. Arumae. Exerc. Just. 12. th. 15. Mozz. de depos. tit. quomod. contrah. num. 10. Molin. de I. & I. D. 522. num. 1. vid. tamen §. 3. I. quib. mod. re. contrah. 1. in f. & l. seq. ff. naut. caup. stab. Mantic. de tac. & amb. convent. l. 10. t. 3. num. 3. Hunn. Encyclop. jur. p. 3. t. 10. num. 3. Mozz. d. l. num. 9. Arumae. d. th. 15.* * & rei traditione. (4407) *d. §. 3. arg. 7 §. 4 de pact.* A 3.4 2.

S Ab omnibus, qui valide (4408) contrahunt, etiam hodie mulieribus. (4409) *Carpzov. p. 2. dec. 141. vid. tamen Wibel. tr. de contr. mulier. c. 3. §. 1. n. 19. &c.* 5.6

O Objectum sunt res in commercio existentes, quæ Custodiam recipiunt, deponentis propriæ & alienæ; (4410) *1. §. 39. 31 §. 1. h.* pignus & (4411) depositum, *16. h.* item immobiles; (4412) *11. de peric. & comm. rei vend. 3. §. 5 de A. vel A. P. fac. 1. 6. 17. h. obst. 5 §. 4. de P. V. Fr. h. n. 6. &c. Bachov. V. 1. D. 16. th. 4. lit. d. Harp. ad § 3. I. quib. mod. re. contr. obl. num. 18. &c. Gudd. ad rubr. ff. de sequest. poss. num. 10. &c. & ad l. 110. de V. S. num. 3. Strauch. diss. 13. aph. 14. Vinn. ad §. 3. I. quib. mod. re. contr. num. 1. Hunn. Encycl. jur. part. 3. t. 11. c. 1. num. 6. Stamler. de contr. D. 5. th. 19. &c. Plebst. ad Jus prov. Wirt. D. 2. th. 30. lit. b. Diss. Christin. vol. 3. decis. 48. n. 2. & alii ab Harp. d. l. citati.* non etiam depositarii propria. (4413) *15. 31. in f. h. 45. pr. de R. I. Mantic. de tac. & amb. convent. l. 10. tit. 1. num. 9. &c.* 7 8 9

Deposito accedentia, (4414) non censentur deposita: *1. §. 5 h.* illorum tamen ratio habetur in ipsa restitutione, & depositi actione, *1. §. 24. h.* inprimis, si depositarius egerit dolose. *arg. 5. §. 9. comm. Ruf. ad 1. §. 5. h. Mozz. de depos. tit. de natural. depos. n. 21.* 10.11

R Ad hunc contractum requiritur [1] ut res tradita sit ab initio, primario & principaliter *CUSTODIÆ* gratia. *§ 3. I. quib. mod. re. 1. pr. h. obst. § 17. I. de oblig. quæ ex delict. vid. Gotb. ad l. 23. de R. I. pag. 130.* Hoc in dubio præsumitur ex simplici traditione & acceptione; *25 pr. Mantic. d. l. tit. 3. num. 2. Fr. h. num. 10.* alioquin in aliud negotium (4415) incidit. *1. §. 12.* 12 13

1 *Quomodo hoc depositum necessarium alias vocatur?* ℞. Depositum miserabile.

2 *Quomodo tandem nonnulli depositum dividunt?* ℞. In depositum *Juris* & *Facti*; & illud est actus, quo res debita creditori juste oblata, & ab ipso injuste recusata, rite & legitime, eum in finem deponitur, ut debitor ab obligatione liberetur: quia autem hoc depositum *Juris* non simpliciter tendit ad custodiam, sed ad effectum liberationis, hinc non est hujus loci. *Vid.* Lauterb. *Disp. de depos. Juris. th. 2. & per tot.*

3 *Quomodo fit depositum?* ℞. Fit mutuo consensu, & rei traditione.

4 *Quotuplici modo declaratur hic consensus?* ℞. Duplici: vel verbis, vel factis.

5 *A quibus vero depositum contrahitur?* ℞. Ab omnibus, qui valide contrahunt.

6 *An* hodie *etiam a mulieribus depositum contrahitur?* ℞. Moribus nostris, quamvis multis in locis mulieres sine curatoris consensu ex contractu regulariter non obligentur, ne sc. fragilitate sexus damnum incurrant: si tamen rem depositam, licet sine curatore, acceperint; quia tantum requiritur custodia, & parum consilii aut accuratioris judicii; efficaciter ad illam restituendam conveniri possunt. Et hoc in praxi observari, docet Carpz. *cit. l.* add. Jur. For. *p. 2. c. 15. d. 13.* & *l. 1. §. 15. ff. h. t.*

7 *Quænam res sunt* Objectum *hujus contractus?* ℞. Res in commercio existentes, quæ custodiam recipiunt, & quidem non tantum Res deponentis propriæ, sed etiam alienæ, imo etiam pignus & depositum deponi potest.

8 *An etiam res immobiles sunt objectum hujus contractus?* ℞. Affir. *vid.* tamen *Negativam* in Notis h.

9 *Num etiam res depositarii propria est objectum hujus contractus?* ℞. Neg.

10 *An deposito accedentia censentur quoque deposita?* ℞. Neg.

11 *An tamen eorum, quæ deposito accedunt, ratio habetur in ipsa restitutione & depositi actione, inprimis, si depositarius egerit dolose?* ℞. Affir. & tunc depositarius eo nomine recte convenitur.

12 *Quid* (i) *requiritur, ut hic contractus initus videatur?* ℞. Ut res sit tradita ab initio primario & principaliter *custodiæ* gratia.

13 *Unde vero traditio custodiæ gratia in dubio præsumitur?* ℞. Si res simpliciter sit tradita & accepta, nec alia causa appareat; alioquin enim in aliud negotium incidit.

1. §. 11. & seq. 13. h. 5. § 4. ff. de P. V. Mantic. d. l. tit. 1. num. 8. [2] ut cu- 1
stodia GRATIS (4416) sit recepta. *1. §. 8 & 9. h. vid. f.* Honorarium 2
tamen potest (4417) accedere. *2. §. 24 vi bonor. rapt. Mantic. d. Loc. t. 1. n. 2.*
B * Deponens obligatur minus principaliter ad indemnitatem præ- B 3
standam. (4418)
* Depositarius rem * CUSTODIAT: cista, si fuerit bene clausa de- b. C 4. 5
posita, *vid. 1 § 41. Mantic. d. l. 10. tit. 5 num. 5. 7.* ita debet restitui: ali-
as depositarii dolus præsumitur, & deponens admittitur ad juramentum,
quo res contentas demonstret; (4419) *arg. 1. §. 16. h. Fr. h. num. 64. Carp-
zov. 1 p. 69. num. 9. 10. Mantic. d. l. tit. 5 num. 4* ¶ nisi depositarius con-
trarium probet, *Fr. h num. 65. Mantic. d. L. tit. 5. num. 9. &c* vel sit vir
spectatæ fidei, deponens vero persona levis. (4420) *Fr. num. 66. Carpzov.
d. l. num. 11. vid. Tuldén. in Cod. h num. 5 Hahn. hic num. 4 fere in f* ¶ *Carp-
zov. d. l. Menoch. arbitr. jud. quæst. lib. 2. cas. 204 num. 16.*
* RESTITUAT regulariter in specie. *§. 3. I.* c. 6
quib. mod. re. & quidem [1] in deposito in specie ita dicto, quandocun- 7
que deponenti placuerit (4421) *Vid. Fr. num. 38. fere in f.* [2] in deposi- 8
to regulari, etiam ante (4422) diem additum, pro lubitu deponentis; *1.
§ 45. Pechard. ad § 28 I. de act. quæst. 20. num. 1 obst. 1. § 22. Hahn. h. num.
7. Bachov. P. 1. D. 16. l. 1. lit. G. th. 5. lit. B. Mantic. de tac. convent. lib. 10.
tit. 4. num. 7. Bachov. h. num. 7.* non etiam pro lubitu depositarii, (4423) 9
arg. 5. § 2. h. arg. 5. C. de obl. & act. [3] in deposito irregulari sufficit 10
rem in genere (4424) restitui. *§ 3 I. quibus mod. re. L. 31. locat. Vid. supr.
† Voc. irregulare.* * DEPONENTI, *dd. §* nisi dominus concur- c. 11. 12
rat (4425) rem suam vindicans, *31. §. 1. h.* aut bona deponentis sint pu-
blicata, (4426) *31. pr.* aut ipse inciderit in eam conditionem, ut illi sol-
vere jure non liceat, vel non expediat, ut, si sit furiosus, prodigus, hostis
patriæ &c. (4427) *can. ne quis. 14. caus. 22. quæst. 2. Fr. h. num. 12. Mant. de
depos. tit. quomodo annul. depos. num. 5. Lago de I. & I. Disp. 33. sect. 1. num. 9.
Molin. de I & I. D. 526. num. 2 Vid. Struv. de benefic lib. 4. c. 10. Zoes. h. n. 17.*
D Actio depositi * DIRECTA est actio personalis, competens depo- D 13
nenti, adversus depositarium, ad rem depositam recuperandam. (4428)
N *§ 3. I quib. mod. re.* Estque civilis, *Pechard. ad § 28. I. de act. quæst. 20.* 14
num. 23. bonæ fidei, *§. 28. I. de act.* regulariter (4429) rei persecutoria,
§. 17. I. d. t. perpetua, *18.* & interdum famosa, (4430) *1. de his, qui not. in-
fam. 10. C. h. Carpz. p. 4. c. 45. d. 10.* & pœnalis mixta. (4431) *1. §. 1. l. 18. h. §.
17. I. de action. ibi Pechard. n. 5.*
S Competit deponenti: *§. 3. I. quib. mod. re.* si plures rem commu- 15. 16
nem

1 *Quid (2) requiritur, ut hic contractus merus videatur?* ℞. Ut custodia *gratis* sit recepta: alias enim transiret in locationem conductionem. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 15.*

2 *An tamen honorarium depositario datum vel promissum impedit depositi contractum?* ℞. Neg. Honorarium enim gratuitis contractibus haud contrariatur, & est voluntaria operarum gratis præstitarum remuneratio; merces vero datur ad æstimationem & in compensationem operarum præstitarum; hinc quoque in mercede justa requiritur proportio. Lauterb. *d. l.*

3 *Quomodo, & ad quid deponens ex hoc contractu obligatur?* ℞. Minus principaliter ad indemnitatem depositario præstandam.

4 *Quomodo vero, & ad quid depositarius ex hoc contractu obligatur?* ℞. Principaliter, ad rem custodiendam.

5 *An cista, si bene clausa deposita fuerit, ita restitui debet?* ℞. Affir. alias enim depositarii dolus præsumitur, & deponens admittitur ad juramentum, quo res contentas demonstret; nisi depositarius contrarium probet, vel sit vir spectatæ fidei, deponens vero persona levis.

6 *Quomodo autem depositarius rem depositam restituere regulariter debet?* ℞. In specie.

7 *Quando in deposito* in specie *ita dicto depositarius rem depositam restituere debet?* ℞. Quandocunque deponenti placuerit.

8 *An in deposito* regulari *res deposita, etiam ante diem additum, pro lubitu deponentis est restituenda?* ℞. Affir.

9 *An vero etiam pro lubitu depositarii?* ℞. Neg.

10 *Quomodo autem res in deposito* irregulari *restitui debet?* ℞. In hoc irregulari sufficit rem in genere restitui.

11 *Cui res deposita a depositario est restituenda?* ℞. Deponenti.

12 *Quando vero depositarius rem depositam deponenti restituere non tenetur?* ℞. (1) si dominus rei depositæ concurrat, & rem suam vindicet, quippe cujus fortior & potior est petitio; (2) si bona deponentis fuerint publicata *cit. l. 31. pr. ibi: in fin. nam male meritus publice, ut exemplo aliis ad deterrenda maleficia sit, etiam egestate laborare debet;* aut (3) deponens in eam inciderit conditionem, ut illi solvere jure non liceat, vel non expediat; ut si sit *furiosus, prodigus, hostis patriæ, &c.*

13 *Quid est actio depositi directa?* ℞. Est personalis, competens &c.

14 *Qualis est hæc actio?* ℞. Est civilis, (*quia a Jure Civili est introducta*) bonæ fidei, (*quia in hac actione Judex liberam habet potestatem judicandi, quod alterum alteri ex bono & æquo præstare oportet*) regulariter rei persecutoria, (*quia per eam non pœnam, Legibus constitutam, sed rem, quæ nobis ex patrimonio abest, persequimur*) perpetua, (*quia triginta annos durat*) & interdum famosa, (*puta directa tantum, modo in specie ob dolum & perfidiam propriam depositarius condemnatus sit, seu, ut in ipsa Judicis sententia perfidiæ fiat mentio, & talis ex collegio opificum removeri possit.* Vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 20.*) & per accidens pœnalis mixta.

15 *Cui hæc actio competit?* ℞. Competit principaliter deponenti.

16 *Quibus vero hæc actio datur, si plures rem communem deposuerint?* ℞. Singulis pro rata; nisi *expresse* contrarium actum sit.

1 *An*

nem deposuerint, singulis pro rata, *1. §. 44. l. 17. pr. h.* nisi contrarium a-
ctum sit, (4432) *d. §. 44. Mantic. de tac. & amb. convent. l. 10. t. 7. n. 1.* quod 1
in sequestro semper (4433) actum censetur *d. l. 17. pr.* Pluribus (4434) 2
unius heredibus pro portione hereditaria; *1. §. 36.* & quidem res deposi-
ta * *INDIVIDUA*, tota uni petenti & satisdationem (4435) praestanti re- E
stitui potest, (4436) *1. §. 36. in f. Salicet. Castr. ad. l. 14. Carpz. l. 5. R. 14. n.*
10. Gephan. ad l. 5. C. h. Idem dicendum, si plures species depositae. *arg.* 3
29. de solut. Haen. h. n. 4.

* *DIVIDUA*, tota restituenda est majorem hereditatis partem haben- G
ti, si petat, & idonee caveat. *14. ibi Salicet. Castr. Mantic. d. l. t. 7. num. 2.*
uni petenti tantum sua (4437) portio solvenda, licet res fuerit obsignata. 4
(4438) *1. §. 36.* Si tota res dividua uni, licet caventi, (4439) fuerit resti- 5
tuta, reliqui coheredes actionem depositi, contra depositarium, ad porti-
ones suas petendas, habent salvam. *arg. d. l. 1. §. 36. ff. h. t. Carpz. d. R. 14.*
¶ Si unus ex pluribus portionem suam de re fungibili deposita rece- 6
perit, licet residuum apud depositarium perierit, reliquis tamen nihil
(4440) communicare tenetur. *24. quae in fraud. credit. ff. C. h. ibi Gephan.*
abs. (4441) *61. §. 5. pro soc. Gephan. d. l. Salicet. ad l. 5. C. h. num. 2.* Quod 7
secus est in pluribus speciebus (4442) depositis. *arg. 29. de solut. Mantic.*
d. l. 10. t. 7. n. 5. Salicet. ad 5. C. h. num. 3. vid. Fr. h. n. 18. &c. Utilis actio 8
competit domino, cujus rem alius deposuit, cum pacto, ut domino (4443)
restituatur: *8. C. ad exhib. vid. Bach. V. 1. D. 26. th. 5. lit. c. verb. quod si fi-*
duciarius ff. Pichard. ad §. 24. de act. qu. 20. n. 10.

F Competit contra depositarium; (4444) *l. 3. l. quib. mod. re.* contra 9
singulos in solidum, si apud plures deponens omnium fidem in solidum 10
secutus sit; (4445) *1. §. 43. h. 9. pr. junct. 3. §. 1. de duob. reis. Castr. Salicet.*
ad d. l. 1. §. 43. si vero non singulorum fidem in solidum secutus fuerit
deponens, sed communi periculo apud plures deposuerit, singuli tantum
pro rata tenentur; *arg. 21. §. 1. commod.* nisi omnes dolum admiserint;
tunc enim obligantur singuli in solidum. (4446) *Vid. Salicet. Castr. ad d.*
§. 43. Contra heredem, etiam ob dolum defuncti, competit in solidum. 11
(4447) *11. 49. de O. & A. 7. §. 1. h. Mesa lib. 2. var. resol. c. 34. num. 7. Mant.*
d. l. 10. t. 8. n. 3. vid. Fr. h. num. 101. &c. Si vero heres rem apud defun- 12
ctum depositam distraxerit, ignorans depositam esse, tenetur tantum ad
id, quod exinde ad eum pervenit: (4448) *1. §. f. Mesa d. cap. 34. & seq.*
cap. 35. Castr. ad d. l. 1. §. f. vid. l. 2. & seq. h. Mantic. d. l. 1. 9. num. 35. &c.
Depositarii plures successores, singuli tantum pro portionibus heredita- 13

1 *An hoc in sequestro semper actum censetur?* ℞. Affir. in hoc enim res ita deponitur, ut victori restituatur.

2 *Si plures unius heredes adsint, quomodo ipsis res a defuncto deposita est restituenda?* ℞. Pro portione hereditaria, & quidem res deposita *individua* tota uni petenti & satisdationem praestanti restitui potest: *dividua* vero tota restituenda est majorem hereditatis partem habenti, si se petat & idonee caveat.

3 *Si plures* species *a defuncto depositae sint, & unus ex heredibus ejus easdem petat, & satisdationem offerat, an huic omnes restitui possunt?* ℞. Affir. quaelibet enim species est individua, & in qualibet petens habet suam partem pro indiviso.

4 *An uni heredum petenti sua portio solvi debet de re* dividua *a defuncto deposita, licet res fuerit obsignata?* ℞. Affir.

5 *Si tota res* dividua *uni, etiam caventi, restituta fuerit, an reliqui coheredes actionem depositi contra depositarium, ad portiones suas petendas, salvam habent?* ℞. Affir.

6 *Si unus ex pluribus portionem suam de re fungibili deposita receperit, & residuum apud depositarium perierit, an de eo, quod accepit, reliquis quid communicare tenetur?* ℞. Neg.

7 *An vero hoc factum est in pluribus speciebus depositis?* ℞. Affir. ex his enim ab uno recepta omnibus manet communis, licet reliquae species apud depositarium interierint.

8 *Qualis actio competit domino, cujus rem alius deposuit cum pacto, ut domino suo restituatur?* ℞. Actio depositi *utilis*. Vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 24.*

9 *Contra quem competit actio depositi directa?* ℞. Contra depositarium.

10 *Quomodo contra plures depositarios haec actio datur?* ℞. Si apud plures quis deposuerit, & omnium fidem in solidum consecutus sit, competit haec actio depositi contra singulos in solidum: si vero non singulorum fidem in solidum secutus fuerit deponens, sed communi periculo apud plures deposuerit, singuli pro rata tantum tenentur; nisi omnes dolum admiserint; tunc enim etiam hoc in casu adversus singulos in solidum agi potest.

11 *In quantum competit haec actio contra depositarii heredem?* ℞. In solidum, etiam ob dolum defuncti.

12 *Si ipse heres rem, apud defunctum depositam, distraxerit, ignorans depositam esse, ad quid tenetur?* ℞. Tantum ad id, quod exinde ad eum pervenit.

13 *Quomodo plures depositarii successores tenentur?* ℞. Singuli tantum pro portionibus hereditariis.

ris tenentur; *7. §. 1. l. 9. h.* niſi unus rem poſſit reſtituere, (4449) *arg.* 1
9. §. 3. commod. Salicet. ad 22. aut unus horum ex ſuo dolo (4450) conve- 2
niatur *9. eod. 10.* Si omnes coheredes dolum in rebus dividuis depoſi- 3
tis admiſerint, ſinguli, ſi ſolvendo ſunt, pro partibus; *22. ibi Salicet. n. 2.*
Caſtro. Caſtal. ad L. 5. § ſi duobus. ff. commod. num. 10. ſi in ſpeciebus, quæ
ſalva ſubſtantia dividi non poſſunt, ſinguli tenentur in ſolidum. *22. & ibi*
Salicet. & Caſtr. Caſtal. d. l. n. 11. Pichard. ad § 18. I. de act. qu. 20. n. 21 &c.
vid. Fr. h. num. 107. &c. In depoſito miſerabili heredes ob dolum de- 4
functi in ſimplum, (4451) etiamſi intra annum (4452) agatur; ob propri- 5
um (4453) dolum, in duplum obligantur. *1. §. 1. l. 18. h. Pichard. d. q. 20.*
n. 26. NON competit hæc actio contra ſingulares (4454) ſucceſſores, *4.* 6
C. h. vid. l. 16. h. nec contra tertium, cui depoſitarius rem cuſtodiendam 7
iterum (4455) commiſit *16. h. vid. 1. §. 14. 17. l. 21. h.*

Objectum hujus actionis ſunt res, & quidem in depoſito regulari, 8
(4456) depoſitæ in ſpecie; *§ 3. I. quib. mod. re.* in depoſito voluntario
ſimplum, in neceſſario ſive miſerabili, ſi depoſitarius vel ejus heredes
depoſitum inficientur, aut illud reſtituere dolo detrectent, duplum;
(4457) *1. §. 1. 4. l. 18. Fr. h. num. 99. Pichard. ad §. 3. I. quib. mod. re. n. 16. Me-*
ſia. l. 2. var. reſol. c. 34. n. 3. & 4. quæ dupli pœna non ubique exolevit. 9
(4458) Würtemb. Landr. *p. 2. t. 3. § 5. Diſſent. Gravam. ad L. 1. §. 1. h. & ad*
§. 19. I. de Act.

Venit in hanc actionem res depoſita cum fructibus, & omni cauſa; 10
1. § 24. h. 38. §. 10. de Uſur. Corpz. l. 4. reſp. 35. n. 5. & [poſitis terminis ha-
bilibus, (4459) *vid. Fr. h. n. 68. Bach. ad Tr. V. 1. D. 18. th. 7 pr.*] uſuris, ex
mora, (4460) *38. § 2. de Uſur. 24. inf. 25. § 1. l. 29. § 1. in 1 & 3. C. h. junct.*
2. § 1. l. ff. de condict. furt. Fr. d. l. n. 75. vel pacto; *24. inf. 26. § 1. h. 28 & 29.*
§. 1. Fr. d. l. n. 76. ſed non ob ſolum rei depoſitæ uſum a deponente de- 11
poſitario (4461) conceſſum. *arg. 14. inf. 25. §. 1. 26. §. 1. Fr. h. n. 74. adſt. 29.*
§. 1. ff. 3. 4. C. h. arg. 1. 1. commod. 14. de P. V. 3. C. de uſur. Diſſ. Corpz. l. 4.
reſp. 55. n. 7. &c. Neque ad poſſeſſionem, quam depoſitarius pecuniæ 12
depoſita ſibi (4462) comparavit. *6. C. de R. V. vid. 9. C. eod.*

Si res depoſita deterior reddatur, vel perierit, tenetur depoſitarius 13
ad deteriorationis vel totius rei æſtimationem, *1. §. 26.* jurejurando in li-
tem factam. (4463) *1. §. 26. h. 5. pr. de in lit. jur.* Hic depoſitarius præſtet 14
dolum & culpam latam; *§. 3. I. quib. mod. re. 1. §. 5. l. 32. h. 5. §. 2. commod.*
23. de R. I. 1. C. h. vid. ſupra Tit. Commod. pag. 218. non etiam levem, niſi 15
honorarium (4464) acceperit, *5. §. 2. commod. c. 2. X. h. Trentacinq. l. 3. t.*
de depoſ. Reſ. 2. num. 11. Mantic. de tac. & ambig. convent. l. 10. t. 9. num. 12.
vel

1 *An tamen unus in solidum tenetur, si unus rem possit restituere?* ℞. Affir.

2 *An item in solidum tenetur, si unus ex heredibus ex suo dolo convenietur?* ℞. Affir.

3 *Si autem omnes coheredes dolum admiserint, quomodo tenentur?* ℞. Si in rebus dividuis depositis illum admiserint, singuli, si solvendo sunt, pro partibus; si vero in speciebus, quae salva substantia dividi non possunt, singuli tenentur in solidum.

4 *In quantum tenentur heredes in deposito miserabili ob dolum defuncti?* ℞. In simplum, etiamsi intra annum agatur.

5 *In quantum vero heredes ob proprium dolum in deposito miserabili obligantur & conveniuntur?* ℞. In duplum.

6 *An haec actio depositi contra* singulares *quoque competit successores?* ℞. Neg.

7 *Annon vero competit contra* tertium, *cui depositarius rem custodiendam iterum commisit?* ℞. Neg. nam haec actio est personalis, & competit tantum adversus eum, qui nobis ex contractu est obligatus. Deponens tamen hoc casu cum primo depositario agere potest, ut actiones sibi competentes cedat. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 25.*

8 *Quaenam res sunt Objectum hujus actionis?* ℞. In deposito regulari res deposita in specie, in deposito voluntario simplum; in deposito necessario sive miserabili, si depositarius vel ejus heredes depositum inficientur, aut illud restituere detrectent, duplum.

9 *An haec dupli poena, quae in deposito miserabili obtinuit, hodie exolevit?* ℞. Non ubique. *Vid. tamen* Coccеji *Jus contr. h. t. qu. 9.* & Ludov. *Us. Dist. dist. 3.*

10 *Quid venit in hanc actionem?* ℞. Res deposita cum fructibus & omni causa restituenda, & (*positis terminis habilibus*) usuris, ex mora vel pacto.

11 *An etiam ob solum rei depositae usum, a deponente depositario concessum, usurae in hanc actionem veniunt?* ℞. Neg. Usurae enim non nisi ex mora, vel promissione debentur; utraque vero hic deficit.

12 *An tamen haec actio datur ad possessionem, quam depositarius pecunia deposita sibi comparavit?* ℞. Neg.

13 *Si res deposita deterior reddatur, vel plane perierit, ad quid depositarius tenetur?* ℞. Ad deteriorationis, vel totius rei aestimationem, jurejurando in litem factum.

14 *Quid hic praestare debet depositarius?* ℞. Dolum & latam culpam; quia *hic* contractus tantum in deponentis commodum & utilitatem redundat.

15 *Annon etiam culpam* levem *depositarius praestat?* ℞. Neg. nisi honorarium acceperit, vel alia ratione depositum utriusque (*h. e. deponentis & depositarii*) gratia contractum sit.

vel alia ratione depositum utrinque (4465) gratia contractum sit: *5. §. 2. commod. vid. Barb. V. 1. D. 16. tit. 3. lit. b. &c. Trentacinq. d. Res. 1. num. 9.* Item si culpae praestationem promiserit, *1. §. 6.* aut sese deposito obtulerit. (4466) *c. 1. & h. l. 1. §. 35 depos. vid. Mantic. d. tit. 9. num. 14. &c. Trentacinq. d. Res. 2. n. 6. Molin. de I. & I. D. 527. n. 5.* 2
Si sola depositarii utilitas (4467) versatur, etiam culpa levissima ab ipso praestetur, *4. de R. C. Trentacinq. d. Res. 2. num. 5 & 6. Mantic. d. tit. 9. num. 15. &c. Fr. h. num. 34. &c.* 3
non etiam casus fortuitus, (4468) *1. C. h. 4. de R. C. Mantic. d. tit. num. 13. &c.* 4
nisi in deposito irregulari dominium in depositarium transferit, (4469) *arg. 9. C. de pign. act. junct. 11. C. si cert. pet. Mantic. d. tit 9. num. 12. &c. Trentacinq. d. Res. 2. num. 7.* aut ipse pacto casum in se receperit, *1. C. h. cap. 1. X. h.* aut casum praecesserit ipsius mora, (4470) *12. §. 2. h. 12. 14. § 1. h. Barbos. V. 1. D. 16. l. 3. lit. a. Mantic. d. t. 9. num. 7.* vel talis culpa, quam a depositario praestanda. (4471) *cap. 2. X. h. Trentacinq. d. Res. 2. num. 12. Mesov. tr. de culpa. l. 49. vid. 1. §. 15. obst. 16. de condict. furtiv. vid. Fr. h. num. 72. Mantic. d. t. 9. num. 4. Grotius.* (4472) *ad l. 1. §. 35. h. n. 1. & junct. Ord. Crim. art. 170. Tabor. Racemat. ad d. art. Carpz. p. 2. quaest. 85. n. 36. &c.* 5
Depositarius, si in communi periculo, relicto re deposita, eripuerit suam, tunc demum deponenti tenetur, si res propria minoris (4473) pretii esset, quam deposita; *Bonacin. de contract. & rest. D. 3. qu. 1. punct. 6. num. 25. vers. verum tamen est. Hahn. h. num. 14. pag. m. 394. &c. Dissent. Mantic. d. lib. 10. t. 9. num. 42.* 6
si vero tali in casu depositae propriis praeferret depositariam, tunc a deponente repeteret pretium (4474) propriarum relictarum. *Bonacin. d. l. Lugo de I. & I. D. 8. sect. 10. n. 150. &c. Molin. d. I. & I. tr. 2. D. 296. Layman. Theol. mor. lib. 3. tr. 4. c. 7. num. 7. & supra ad tit. Commod. pag. 222.* 7
De dolo secundi (4475) depositarii non ultra tenetur, quam ut adversus illum actiones suas deponenti praestet.

pr. (4476) 16. Hic probat Depositarius, (4477) rem casu periisse; *arg. 1. & 19. §. 1. de probat. 5. C. de pign. act. Carpz. p. 2. c. 16. def. 17. & lib. 5. Resp. 43. n. 4. &c. Trentacinq. l. 3. t. de pign. Res. 3. n. 2. 3.* 8
Deponens vero, (4478) culpam depositarii praecessisse. *arg. 18. §. 1. de prob. 6. C. de dol. Carpzov. d. c. 26. def. 19. 3. & l. 5. Resp. 17. 3. Dissent. Hahn. h. num. 14. vers. ubi quoad. vid. Trentacinq. d. t. Res. 3. num. 3. &c. & Res. 6.* 9

E. Hac actione condemnatus, rem restituat [1] debito loco, *vid. 12. pr. & §. 1.* [2] illico; *l. 11. C.* nec ad rem in specie restituendam quadrimestre spatium (4479) conceditur, *arg. 11 C. vid. Barb. V. 1. D. 16. l. 7. lit. a. Mantic. de tacit. conv. l. 10. t. 10. n. 3. Wurms. tit. 17. obs. 2. n. 12.* 10
nec admittitur compensatio, (4480) *11. C. h. & §. 1. C. de compens. vid. tit. de compens.* 11

O. p. 274.

1 *An quoque depositarius de culpa* levi *tenetur, si hujus culpæ præstationem promiserit?* ℞. Affir.

2 *An etiam, si deposito sese obtulerit?* ℞. Affir.

3 *An quandoque etiam culpa* levissima *a depositario præstanda est?* ℞. Affir. si scil. sola depositarii utilitas in deposito versatur.

4 *An & casum fortuitum depositarius præstare debet?* ℞. Neg. nisi in deposito irregulari dominium in depositarium transierit, aut ipse pacto casum in se receperit, aut casum præcesserit ipsius mora, vel talis culpa, qualis a depositario præstanda.

5 *Si depositarius, in* communi *periculo,* (cum sc. depositarius utramque & suam & depositam rem liberare non posset) *relicta re deposita, suam rem eripuerit, & res deposita interierit, an ideo deponenti tenetur?* ℞. Hoc casu tunc demum deponenti tenetur, si res propria *minoris* pretii esset, quam deposita.

6 *Si vero in communi periculo depositarius res depositas rebus propriis prætulerat, an tunc a deponente quid repetere potest?* ℞. Affirm. pretium nempe rerum propriarum eam ob causam relictarum.

7 *Ad quid de dolo secundi depositarii depositarius primus tenetur?* ℞. De dolo secundi depositarii primus non ultra tenetur, quam ut adversus illum actiones suas deponenti præstet.

8 *Quid hic probare tenetur depositarius?* ℞. Rem casu periisse; nam rem periisse facti est, ergo non præsumitur, sed probari debet, nec sufficit, si depositarius hoc ipsum juramento docere velit: interdum tamen probatio fit per probabiles conjecturas, quia Lex præsumtionem ex præcedentibus, concomitantibus, & aliis inducit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 35.*

9 *Quid vero hic deponens probare tenetur?* ℞. Culpam depositarii præcessisse.

10 *Ad quid tenetur hac actione condemnatus?* ℞. Ad id, ut res depositas restituat (1) debito loco, (2) illico, adeo ut ipsi ad rem *in specie* restituendam, nec quadrimestre spatium concedatur, & (3) deponenti.

11 *An in hoc Judicio compensatio locum habet?* ℞. Neg.

O. p. 274. Mantic. d. tit. 10. num. 4. & seqq. nec retentio, (4481) 11. C. licet 2
ob expensas necessarias (4482) arg. 11. C. Habn. h. num. 5. verb. sine ulla
mora. Zas. h. num. 29. Dissent Bach. V. 1. D. 26. th. 5. lit. C. verb. sed an &c.
Christin. V. 3. dec. 48. num. 6. in f. Vinn. 1. qu. sel. 51. Mantic. d. tit. 10. n. 24.
nec exceptio rei non traditæ contra depositi instrumentum; (4483) 14. 3
§. 1. C. de non num. pecun. Mantic. d. l. t. 10. num 1. Cales de process. exec. p. 3.
c. 1. n. 23. &c. Schultz. obs. 3. n. 67. &c. quod tamen de jure civili non est 4
certum. (4484) Bach. V. 1 D. 26 th. 7. l. d. [3] deponenti vid. supr. h. pag. 5
279. E. qui omnibus (4485) hypothecariis, etiam creditoribus depositarii 6
præfertur; arg. 17 §. 1. ff. 8. C. h. 24. § 2. ff de reb. auct. jud. poss. Carpz. p. 2.
c. 28. d. 15. ¶. Bach. V. 2. D. 24. th. 7. lit b. Verb. aut apud. etiamsi quantitas 7
sit deposita; d. l. 24. §. 2. in f. (4486) modo res deposita adhuc extet. (4487)
dd. ll. Si autem consumta sit, aut dominium in depositarium transla- 8
tum, [vid. supr. h. †] tunc videndum, si deponens usuras (4488) accepit, 9
a reliquis creditoribus non separatur; 24. §. 2. de reb. auct. jud. poss. 7. §. 2.
si non accepit, & usum tacite vel expresse concessit, tum collocatur post 10
privilegia, ante tamen simplices: (4489) d. l. 24. §. 2. si vero non (4490) 11
concessit, tum præfertur omnibus privilegia personalia (4491) habenti-
bus. 7. §. 2. junct. l. 8. h. Alter (4492) hoc explicat. Fr. ad tit. qui pot. 12
in pign. num. 56. &c. Bach. v. 2. D. 24. th. 7. lit. g. Verb. it. Bas. ad d. l. 7. h.
Zas. h. n. 26. [obst. (4493) arg. 8. ff. h.] Vid. Carpz. p. 1. c. 28. d. 170. ¶. Berl. 1.
concl. 70. n. 2.

D Actio depositi * CONTRARIA est actio personalis, competens depo- d. 13
sitario, adversus deponentem, ad indemnitatem depositi nomine conse-
N quendam. (4494) 5. pr. h. Est civilis, bonæ fidei, rei persecutoria; nun- 14
quam (4495) pœnalis, nec famosa. (4496) 6. §. 5. de his, qui not. infam.
C Oritur ex obligatione secundaria & minus principali, qua deponens 15
ad indemnitatem obligatur. 5. pr.
S Datur depositario, apud quem res est deposita, ejusque heredibus. 16
Oldend. de act. cl. 4. act. 23. q. 6. Verb. heredib. quoque.
P Adversus deponentem, ejusque heredes. Oldend. d. l. 17
O Ad id, quod depositario depositi nomine abest; 5. pr. & g. 12. pr. 23. 18
h. 31. ff. de pign. act. 61. §. 5. de furt. Deponens de levissima (4497) cul- 19
pa tenetur. arg. d. l. 61. § 5. junct. 5. §. 2. ff Comm. Meyer de culp. th. 22.
Damnum in hoc contrario judicio non æstimatur per jusjurandum in li- 20
tem. (4498) 5. pr. Pach. ad §. 28. I. de act. q. 20. n. 34.
D SEQUESTRUM est depositum rei litigiosæ, sub conditione 21
con-

1 *An retentio hic admittitur?* ℞. Neg.

2 *An tamen ob expensas necessarias retentio hic locum habet?* ℞. Neg. *vid. tamen* Cocceji *Jus contr. h. t. qu.* 13. ubi docet, depositarium jure retentionis omnino uti posse, si in rem depositam expensas fecerit necessarias.

3 *An exceptio rei non traditæ in hoc Judicio contra depositi instrumentum locum habet?* ℞. Neg.

4 *An vero hoc de* Jure Civili *est certum?* ℞. Neg. *vid. tamen* Stryk. *in not. h.* ubi hoc etiam de *Jure Civili* certum esse ex ea ratione defendit, quod exceptio non numeratæ pecuniæ *specialis* sit, & hinc non extendenda. *Adde* Cocceji *Jus controv. h. t. qu.* 14.

5 *Cui res deposita est restituenda?* ℞. Deponenti.

6 *An ergo deponens in concursu creditorum omnibus hypothecariis, etiam creditoribus depositariis præfertur?* ℞. Affir.

7 *An etiam præfertur, etsi quantitas sit deposita?* ℞. Affir. modo res deposita adhuc extet. *Vid.* Cocceji *Jus contr. h. t. qu.* 15.

8 *Si autem res deposita consumta sit, aut dominium in depositarium translatum, quomodo tum distinguendum?* ℞. Tunc videndum, si deponens *&c.*

9 *Si ergo deponens usuras accepit, an a reliquis creditoribus est separandus?* ℞. Neg.

10 *Si vero deponens usuras non accepit, & usum tacite vel expresse concessit, ubi locatur?* ℞. Tum deponens habet privilegium personale tantum, ut post privilegia, ante tamen simplices chirographarios, collocetur.

11 *Si vero deponens usum tacite vel expresse non concessit, quibusnam creditoribus præfertur?* ℞. Hoc casu deponens plenius habet privilegium ita, ut omnibus creditoribus privilegium personale habentibus præferatur.

12 *Quinam hanc difficultatem aliter explicant?* ℞. Franck. Bach. Bus. & Zoes. *cit. l.*

13 *Quid est Actio Depositi Contraria?* ℞. Est actio personalis, competens &c.

14 *Qualis est hæc actio contraria?* ℞. Est civilis, (*quia a Jure Civili est introducta*) bonæ fidei, (*quia in hac actione Judex liberam habet potestatem judicandi, quid alterum alteri ex bono & æquo præstare oporteat*) rei persecutoria, nunquam vero pœnalis, nec famosa.

15 *Unde hæc actio contraria oritur?* ℞. Ex obligatione secundaria & minus principali, qua deponens ad indemnitatem obligatur.

16 *Quibus hæc actio datur?* ℞. Depositario, apud quem res est deposita, ejusque heredibus.

17 *Adversus quos datur?* ℞. Adversus deponentem ejusque heredes.

18 *Ad quid datur?* ℞. Ad id, quod depositario depositi nomine abest, e. g. si depositarius in rem depositam aliquid impenderit, vel servus depositus depositario furtum fecerit, sicut deponens servum furem esse ignoraverit. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §.* 42.

19 *De quanta culpa deponens tenetur?* ℞. De culpa levissima. Quia enim ipsius deponentis tantum gratia hic contractus initur, nec ullum commodum ex eo ad depositarium redundat, hinc de *levissima* quoque culpa tenetur.

20 *An vero damnum in hoc contrario judicio per jusjurandum in litem æstimatur?* ℞. Neg.

21 *Quid est Sequestrum?* ℞. Est depositum rei litigiosæ, sub &c.

I *Quæ-*

† contractum, ut lite finita victori restituatur. Est [*vid. Harp. ad §. 3. I. quib. mod. re. n. 64. &c.*] vel * Necessarium sive judiciale, quod fit aucto- F 1
D ritate Judicis, etiam parte invita; *7. §. f. quae sacred. cog. Fr. h. n. 48.* & re- 2
N gulariter, tanquam species executionis, est prohibitum; (4499) *l. un. C. de prohib. sequest. c. 1. x. de sequestr. poss. Harpr. ad d. §. 3. n. 74. &c.* nisi metus armorum, dilapidationis, fugae vel alia justa causa subsit, *vid. Harpr. ad d. §. 3. n. 107. &c. Gadd. de sequest. c. 2. n. 16. &c.* & judex causa cognita illud rite (4500) decernat. *vid. Hunn. P. 2. d. 1. 12. c. 2. Harpr. ad d. §. 3. n. 119. &c.* 3
D vel * Voluntarium, quo a pluribus litigantibus L 4
res litigiosa apud tertium deponitur. *17. pr. h. 18. de P. V. un. de V. S. obs.*
N (4501) *9. §. 3. de dol. v. Fr. h. n. 52. Bach. V. 1. D. 16. §. 13. lit. b.* Hoc omni 5
jure est permissum. *5. §. f. 6. 17. Fr. h. n. 56.*
E Contrahitur sequestrum custodiae gratia; *d. h.* unde in sequestrem 6.7
nec possessio, nec dominium transfertur; *39. de A. vel A. P.* nisi aliud e- 8
gerint partes; (4502) *d. l. 39. 17. §. 1. h. Harpr. ad d. §. 3. n. 174. &c.* si ta- 9
men rei sequestratae conditio aliam quoque curam requirat, sequester illam quoque suscepisse creditur. *Bach. d. D. 16. §. 10. lit. a.* e. g. fructus 10
colligit, (4503) &c. *v. Hunn. d. t. 12. c. 3. num. 2. &c.* jus patronatus rei se- 11
questratae adhaerens exercet. *Harpr. ad d. §. 3. num. 161. &c.* ¶ *Gadd. de sequestr. c. 2. num. 59. &c. vid. tamen* (4504) *Bach. V. 1. D. 16. §. 9. lit. d.* Da- 12
tur ex sequestro voluntario victori, vel illi, cui res sequestrata est restituenda, adversus sequestrem ad rem cum omni causa consequendam, actio
depositi sequestraria directa; (4505) *5. §. 1. 12. §. 2.* ex sequestro necessa- 13
rio sive judiciali, utilis: (4506) *arg. 2. C. ad exhib.* non actio de dolo, nec regulariter [*v. l. 1. §. 9.*] actio praescriptis verbis (4507) *Obst.* (4508) *9. §.*
3. de dol. Bach. V. 1. D. 16. §. 13. lit. b. Sequestri quoque ad indemnitatem 14
consequendam datur actio depositi sequestraria contraria. (4509) *Harpr. d. l. n. 181. Clud. ex de sequestr. c. 12. n. 24. &c.* Alia ad hanc materiam per- 15
tinentia explicant *Gadd. Clud. dd. tr. de sequestr. Harpr. ad d. §. 3. Hunn. in Encyclop. jur. p. 3. d. 1. 12. & alii ibidem citati.*

MANDATI VEL CONTRA. XVII. I.

D MANDATUM hic est contractus consensualis, quo aliquid gratis ge- 16
rendum committitur & suscipitur. *22. §. 11. L. 47. h. Vinn. ad rubr. I. h.*
N Est nominatus, *1. §. 2. de rer. permutat.* bonae fidei, (4510) *§. un. I. de obl. quae ex cons. & διπλευρος. d. §. un.* 17
† Dividitur Ratione causae efficientis, in expressum & tacitum: 18
(4511) *vid. 6. §. 2. l. 18. 53. h. Vinn. ad pr. I. h. Mantic. de tacit. conv.*

1 *Quotuplex est sequestrum?* ℞. Est vel *Necessarium* sive Judiciale, vel *Voluntarium.*

2 *Quid est Sequestrum Necessarium sive Judiciale?* ℞. Quod fit auctoritate Judicis, etiam parte invita.

3 *An hoc sequestrum necessarium est permissum?* ℞. Neg. sed *regulariter* tanquam species executionis est prohibitum; nisi metus armorum, dilapidationis, fugæ, vel alia justa causa subsit, (sic puella, quam duo adolescentes ambiunt, & uterque ab ea matrimonium promissum prætendit, donec lis finiatur, in domo honesta sequestrari dicitur *c. 14. x. de sponsal.* Vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 46.*) & Judex, prævia causæ cognitione, illud sequestrum rite decernat.

4 *Quid est Sequestrum Voluntarium?* ℞. Quo a pluribus litigantibus res litigiosa apud tertium deponitur.

5 *An hoc sequestrum voluntarium est permissum?* ℞. Affir. & quidem omni jure, quia ex libera partium voluntate fit.

6 *Quam ob causam sequestrum contrahitur?* ℞. Custodiæ gratia; est enim species depositi.

7 *An ergo in sequestrem nec possessio, nec dominium transfertur?* ℞. Non transfertur; cum sequestrum, *uti modo dictum*, tantum custodiæ gratia contrahatur.

8 *An tamen aliud agere possunt partes?* ℞. Affir.

9 *An vero, si rei sequestratæ conditio aliam curam, præter custodiam, requirat, sequester illam quoque suscepisse creditur?* ℞. Affir.

10 *An ergo sequester e. g. fructus colligit?* ℞. Affir.

11 *An quoque sequester jus patronatus, rei sequestratæ adhærens, exercet?* ℞. Affir.

12 *Quænam actio datur ex sequestro voluntario?* ℞. Actio depositi sequestraria *directa*, quæ competit illi, cui res restituenda, adversus sequestrem, ad rem cum omni causa consequendam.

13 *Quænam vero actio datur ex sequestro necessario, sive judiciali?* ℞. Actio sequestraria *utilis*, non actio de dolo, nec regulariter actio præscriptis verbis.

14 *Quænam actio datur sequestri adversus sequestrantes?* ℞. Actio depositi sequestraria *contraria* ad indemnitatem consequendam.

15 *Quinam alia ad hanc materiam pertinentia explicant?* ℞. Gœddæus, Cludius, Harpprecht, Hunn. *citt. ll.* ubi in specie docent, quibus modis, & quibus ex causis, *sequestrum solvatur.*

16 *Quid hic est Mandatum?* ℞. Est contractus consensualis, quo &c.

17 *Qualis est hic contractus?* ℞. Est nominatus, (*quia certam ac specialem contrahendi formam habet, indeque speciale nomen, & actionem suo nomini conformem, producit*) bonæ fidei, (*quia in hoc contractu non verbis inhæremus, sed æqua & benigna interpretatione tantum agit officium Judicis, quantum in aliis nominatim ejus rei conventio*) & συνάλλαγος, quia ab utraque parte obligat.

18 *Quomodo dividitur mandatum ratione causæ efficientis?* ℞. In Expressum, (*quod consensu utrinque expresso, voce vel literis declarato, inducitur*) & Tacitum, *quod inducitur tacito consensu.*

convent. lib. 7. t. 2. num. 2. &c. Ratione objecti, in Universale & 1
Speciale, [*vid. supr. tit. de procur.* †.] *Mantic. d. t. 2. num. 21. & tit. 16. ubi de mandato generali. Mozz. tr. de contract. lib. tit. de mandat. cap. de division. mand. num. 4. &c. ubi enumerat casus, in quibus speciale requiritur mandatum.* Item in Judiciale & Extrajudiciale. (4512) *Vinn. d. l.*

Ratione finis, quod contrahatur vel [1] mandantis tantum gratia; 2
(4513) *§. 1. I. h. 2. §. 1. h.* [2] mandantis & mandatarii conjunctim; *§. 2. I. h. ibi: Vinn. l. 2. § 4. h.* [3] mandantis & tertii; *§. 4. I. h. 2. §. 3.* [4] mandantis, mandatarii & tertii; *vid. 8. §. 4. h. Vinn. ad pr. I. h. in f.*
[5] tertii tantum; *§. 3. I. h. 2. §. 2. 6. § 4.* [6] tertii & mandatarii gra- 3
tia; *§. 5. I. h. 2. §. 5. h.* modo aliqualiter intersit mandantis. (4514) *8. §. 6. h. argum. 38. §. 17. de V. O. 21. §. f. l. 28. de N. G. Bachov. Vol. 1. Disp. 27. thes. 7. lit. a. Fr. ad §. 3. I. h. & ad tr. h. num. 50. &c.* Quod mandatarii 4
tantum gratia geritur, consilium est, non mandatum. *§. 6. I. h. 2. §. f. h. Fr. h. num. 54. &c.*

C Contrahitur nudo committentis & recipientis consensu, quocum- 5
que modo declarato, *1. pr. & §. 1. h. §. un. I. d. oblig. ex cons.* etiam facto, (4515) *Clem. 1. de procur.* praesentis scientia ac patientia, (4516) *6. §. 2. l.*
18. h. verbis, e. g. volo, mando, jubeo, rogo, &c. *1. §. 2. h Fr. h. num. 6.* 6
Mantic. d. lib. 7. t. 3. num. 1. non etiam admoneo, commendo, suadeo, 7
exhortor. (4517) *12. §. 12 h. t. §. 14. depos. 20. in f. de his, qui not. infam. Mozz. de contract. tit. mand. cap. de substant. mandat. n. 9.*

S Mandare, & mandatum suscipere possunt omnes, qui contrahendo 8
P sese obligare valent, nec specialiter ab hoc contractu excluduntur; *arg.*
43. pr. & § 1. de procur [*vid. tit. de procur. C. & S.*] etiam deportati, (4518) 9
arg. 17. §. 1. de poen. junct. §. 1. I. de I. N. G. & C. vid. 22. §. 5. h. 15. de interdict. & releg. Bachov. Vol. 1. D. 27. th. 2. lit. a. & mulieres; modo hae 10
non intercedant, (4519) *7. ad SCt. Vellej.* [*vid. tit. de procur. C. & S.*] nec
virile (4520) officium suscipiant. *2. de R. I.* Mandatarii extrajudicia- 11
les; (4521) *8. §. 3. h. c. 1. in f. c. f. de procurat. in 6.* nisi dominus hoc prohibuerit, *Salicet. ad l. 8. num. 3. C. de procur.* vel negotii commissi natura singularem mandatarii industriam requirat: *arg. l. un. §. 9. vers. sin vero. C. de caduc. toll. 31. de solut. c. 12. de offic. & potest. delegat. in 6. Hunded. vol. 1. consult. 55. num. 79 & 80.* quod factum esse censetur in omnibus magni momenti (4522) negotiis, *arg. c. f. de procur. in 6. Tholosan. Syn-*

tagm.

1 *Quomodo dividitur mandatum ratione objecti?* ℞. In Universale, (*quod ad omnia mandantis negotia se extendit*) & Speciale, (*quo certum negotium alicui in specie demandatur.*) Item, in Judiciale, (*quo lites alicui peragendæ committuntur*) & Extrajudiciale, *quo committuntur alia negotia extrajudicialia.*

2 *Quomodo, ratione finis, mandatum dividitur?* ℞. Quod contrahatur vel (1) mandantis tantum gratia, vel (2) mandantis & mandatarii, vel (3) mandantis & tertii causa, vel (4) mandantis, mandatarii & tertii gratia, vel (5) tertii & mandatarii gratia.

3 *An tamen hoc ultimo casu* (si sc. tertii & mandatarii gratia mandatum contrahitur) *aliqualiter interesse debet mandantis?* ℞. Affir. Nisi enim mandatoris quoque aliquo modo intersit, mandatum non subsistit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 4.*

4 *An id, quod mandatarii tantum gratia geritur, magis consilium est, quam mandatum?* ℞. Affir. quia hic mandantis nihil interest, aut interesse potest, ideoque in arbitrio est mandatarii, an illud expedire velit, nec ne. Lauterb. *Disp. de consil. utriusque juri. p. 1. c. 3. th. 2.*

5 *Quomodo mandatum contrahitur?* ℞. Nudo committentis & recipientis consensu, quocunque modo declarato, ita ut sufficiat etiam consensus, sive verbis, sive literis, per nuncium, an *facto* aliquo declaretur, item præsentis scientia & patientia; quamvis enim tacitus sit consensus, verus tamen est.

6 *An quoque nihil refert, mandans sive verbis rogantis, sive jubentis, vel aliis similibus utatur, v. g. volo, mando, jubeo, rogo &c.?* ℞. Nihil refert.

7 *An etiam ad mandatum sufficiunt verba: admoneo, commendo, suadeo, exhortor?* ℞. Non sufficiunt.

8 *Quinam possunt mandare & mandatum suscipere?* ℞. Omnes, qui contrahendo sese obligare valent, nec specialiter ab hoc contractu excluduntur.

9 *An etiam deportati?* ℞. Affir.

10 *An quoque mulieres mandare, & mandatum suscipere possunt?* ℞. Affir. modo hæ pro aliis non intercedant, nec virile officium suscipiant.

11 *An etiam mandatarii extrajudiciales?* ℞. Affir. nisi dominus hoc prohibuerit, aut ex verborum conceptione, vel negotii commissi natura constet, quod singularem mandatarii industriam elegerit, quod factum esse censetur in omnibus magni momenti negotiis. *Vid.* Mev. *p. 5. dec. 176.* & Brunn. *ad l. 8. §. 3. ff. h. t.*

pag. m. Jur. univers. l. 49. cap. 4. num. 6. vid. Salic. ad 1. §. 3. h. & ad l. 14. n. m. 3. C. de procur. ubi explicat *l. 9. §. 2. ff. de divers. temp. praescript.* Manda- 1
tarius ad litem, nisi factus sit litis dominus, (4523) aut dominus actionis substituendi potestatem concesserit, alium substituere nequit. (4524) *8. §. 3. h. t. 11. 13. C. de procur. c. 1. vers. licet de procur. in 6.*

O Objectum sunt negotia gerenda, futura, *12. §. 14.* vel absolvenda; 2
60. de R. J. l. 5. C. ad SCt. Maced. [in totum (4525) absoluta non ratihabentur: *9. ff. 9. C. de N. G. Fr. h. num. 20. & ad tit. de N. G. n. 13.*] certa, (4526) *arg. 69. §. 4. de jur. dot. 115. pr. de V. O. junct. 60. pr. de V. S. vid. Vinn. ad §. 1. I. h. num. 1. Bachov. V. 1. Disp. 27. th. 3. lit. a. & b. verb. sed an de re incerta. Fr. h. num. 21. &c.* honesta: (4527) *6. § 3. ff. §. 7. I. h. 26. &c. 123. de V. O.*
illius enim nec mandatarius mandanti, nec hic illi (4528) obligatur: *§. 7.* 3
I. h. Bachov. d. D. 27. th. 3. lit. g. Carpzov. p. 4. c. 6. d. 8. num. 2. uterque ta- 4
men illis, quibus nocitum est, ex delicto (4529) obligatur. *11. §. 3. de injur. 15. §. 1. ad L. Cornel. de Sicar. 5. C. de accusat. Carpzov. p. 1. quaest. 4. Bonac. tr. de contract. & restit. D. 1. quaest. 2. punct. 6. per tot. Lugo de J. & J. D. 19. sect. 2. Bachov. d. Disp. 27. th. 3. lit. g. vid. (4530) 22. §. 11. h. t. pro nutore.*

Gr. Fiat gratis, (4531) *§. f. I. h. 1. §. f. l. 36. §. 1. h. vid. supr. D.* inde man- 5 6
datum distinguitur a locatione; (4532) *22. de P. V. §. f. Inst. h.* HONO- 7
RARIUM tamen accedere (4533) potest: *6. pr. 7. ff. 1. C. h. arg. 2. § 24. ff. 10 bon. rapt. Fr. h. num. 26. Vinn. ad § f. I. h.* quod petitur condictione 8
certi, (4534) si stipulatione promissum sit certum; (4535) vel actione
mandati contraria, si pacto in continenti adjecto (4536) promissum sit; 9
arg. 56. § 9. h. 24. 27. §. 2. l. 26. §. 1. 10. f. depos. Gl. in l. 1. C. h. vid. tamen Bachov. V. 1. D. 27. th. 1. lit. e. Fr. h. num. 34. vel extraordinaria persecutio- 10
ne, (4537) si pacto ex intervallo (4538) addito promissio facta. *7. ff. 1. C. h. Fr. d. l. num. 36.* Si vero nihil, vel incertum promissum sit, ejus no- 11
mine nihil (4539) potest peti; *56. §. 9. ff. 17. C. h. Fr. d. l. num 37 &c.* nisi conditio mandatarii aliud (4540) suadeat: *1. § 1. 10. l. 4. ff. de extraord. cognit.* ut sunt hodie Procuratores judiciales, Advocati & (4541) similes. *Fr. d. num. 37 & 40. Bachov. V. 1. D. 27. th. 1. lit. a. Papae decis. 68. n. 6. Papon. l. 6. t. 11. arrest. 5.*

E Mandatarius principaliter obligatur ad diligentem & fidelem im- 12
pletionem ejus, quod gerendum suscepit, *22. §. 11.* & ad restitutionem e-
jus, quod mandati occasione accepit *20. §. 1. 10. pr.* Mandans obligatur 13
minus principaliter ad indemnitatem praestandam mandatario; *12. §. 9. 10. pr. 27. §. 4. h. Kopen. lib. 2. obs. 58. n. 13.* hinc nascuntur actiones directa 14
& (4542) contraria.

COM-

1 *An mandatarius judicialis ad litem agendam deputatus alium substituere potest?* ℞. Neg. nisi factus sit litis dominus, aut actionis dominus substituendi potestatem ipsi concesserit.

2 *Quænam negotia sunt Objectum mandati?* ℞. Negotia gerenda, futura, vel absolvenda, (in totum enim absoluta ratihabentur, *vid.* Cocceji *Jus contr. h. t. qu. 5.*) certa & *honesta*.

3 *Quodsi igitur negotia* inhonesta *mandentur, quæ obligatio inde nascitur?* ℞. Nulla; nam tunc nec mandatarius mandanti, nec hic illi obligatur.

4 *An tamen hoc casu uterque* (mandans sc. & mandatarius) *illis, quibus nocitum est, ex delicto obligatur?* ℞. Affir.

5 *Quæ est forma mandati?* ℞. Ut fiat gratis, h. e. ut dicta negotia *gratuito* gerenda committantur & suscipiantur.

6 *A quo contractu ergo per hanc formam mandatum distinguitur?* ℞. A locatione.

7 *An tamen honorarium mandato accedere potest?* ℞. Affir.

8 *Qua actione autem petitur solo honorarium, si stipulatione certum sit promissum?* ℞. Condictione certi.

9 *Si vero pacto in continenti adjecto promissum sit honorarium, qua actione illud petitur?* ℞. Actione mandati contraria.

10 *Sed qua petitur, si pacto ex intervallo addito, promissio honorarii facta?* ℞. Extraordinaria persecutione.

11 *Si vero nihil, vel incertum honorarium sit promissum, an ejus nomine quid peti potest?* ℞. Neg. nisi conditio mandatarii aliud suadeat; ut sunt hodie Procuratores judiciales, Advocati, & similes.

12 *Ad quid mandatarius obligatur?* ℞. Mandatarius *principaliter* obligatur ad diligentem & fidelem impletionem ejus, quod gerendum suscepit, & ad restitutionem illius, quod occasione mandati accepit.

13 *Ad quid mandans obligatur?* ℞. Mandans obligatur *minus principaliter* ad indemnitatem præstandam mandatario.

14 *Quænam hinc actiones ex mandato nascuntur?* ℞. Actiones mandati directa & contraria.

SS *COMMENDATIO* (4543) est, qua prævia vel addita laudatione ge- 1
neraliter saltem persona vel res alterius benevolentiæ aut affectioni insi-
nuatur, *Tulden. in C. h. num. 2.* & ut illi, benevolentiæ ac humanitatis
officia præstentur, rogatur. *12. §. 12. h. 19. pr. de ædil. edict. 11. §. 2. de Leg.
3. Finckelth. obs. 16. num. 1 & 2. Carpz. p. 2. dec. 136. num. 6. Mev. ad J. L. l. 3.*
E *t. 10. art. un. num. 7.* Hinc ex tali commendatione regulariter nulla na- 2
scitur obligatio. (4544) *12. §. 12. h. f. C. quod cum eo. 37. de dol. Mantic. de
tacit. & ambig. convent. l. 7. t. 3. num. 12. Finckelth. d. obs. 16. num. 1. &c.
Carpzov. 2. dec. 136. num. 3. &c. ¶ Mev. d. l. num. 2. &c. Barbos. in d. l. f. C.
quod cum eo. num. 1 & 2.* Exceptiones (4545) tradit *Finckelth. d. obs. n.* 3
*5. &c. Carpzov. 2. dec. 136. num. 10. &c. & in Jurispr. p. 2. c. 18. def. 5. Schef-
fer. part. 1. quæst. 46.*

SS *CONSILIUM* est, quo quis tantum, quid sibi in re dubia faciendum 4
esse videtur, ostendit & suggerit; sine tamen animo alterum ad illud
faciendum, & sese ad indemnitatem præstandam obligandi; sed illud
libero alterius arbitrio relinquit. *§. 6. I. h. 2. §. f. Bonac. tr. de contract. &
restit. D. 1. quæst. 2. punct. 6. num. 6.*

E Consilium non fraudulentum non est obligatorium. (4546) *dd. §. 6.* 5
§. 14. depos. 47. de R. J. c. 62. de R. J. in 6. etiamsi ille, qui consilium est se- 6
cutus, illud ipsum alias non (4547) fecisset, *Tulden. h. num. 3.* & nego- 7
tium etiam tertii commodum respiciat; modo de animo tantum consu-
lendi constet. *arg. dd. §. obst. §. 6. I. h. L. 6. §. 5. h. vid. Bonacin. de contract.
D. 1. quæst. 2. punct. 7. per tot.* In hisce autem negotiis distinguendis, ma- 8
gis ad voluntatem (4548) contrahentium, quam ad verborum concepti-
onem est respiciendum. *arg. fin. C. quæ res pignor. oblig. poss. arg. 2. §. f.
l. 10. §. 7. h.*

D Actio mandati * *DIRECTA* est personalis, competens mandanti, A 9
adversus mandatarium, ad ea, quæ mandatarius, mandati nomine,
N mandanti præstare tenetur. (4549) Est civilis, rei persecutoria, bo- 10
næ fidei, *§. 28. I. de act.* interdum famosa, *1. 6. §. 5. de his, qui not. in-
fam. 21. C. h.* si scil. propter dolum quis condemnatus. *arg. d. l. 6. §. f.
Tulden. in C. h. num. 4. vid. Mantic. de tacit. convent. l. 7. t. 11. Terry. tr. de
Camb. Disp. 2. quæst. 5. num. 3. &c.*

S Competit Mandatori & heredibus, *Pichard. ad §. 28. I. de act. q. 19.* 11
n. 1. Oldend. cl. 4. act. 24. §. 6.

P Adversus mandatarium & heredes, *12. 49. de O. & A.* contra plures 12, 13
mandatarios, singulos in solidum; *60. §. 2. h.* qui tamen hodie (4550)
exceptionem divisionis habent; *vid. Carpzov. p. 2. c. 17. d. 13. Groenew.*
ad

1 *Quid est Commendatio?* ℞. Qua praevia vel addita laudatione, *generaliter* saltem personae vel negotii alicuius benevolentiam aut affectionem insinuatur, & ut illi benevolentiae ac humanitatis officia praestentur, rogatur. Et sic Commendatio differt a Mandato, hoc enim circa negotium aliquod gerendum, & animo obligationem contrahendi committuntur. *Vid.* Lauterb. Coll. th. pr. h. t. §. 16.

2 *An igitur ex hac commendatione obligatio nascitur?* ℞. Regulariter nulla nascitur obligatio: quia commendans non habet intentionem mandandi, seque obstringendi, sed solum commendato majorem fidem conciliandi.

3 *Quae Scriptores hujus asserti* (quod sc. ex commendatione nulla nascatur obligatio) *nomina?* ℞. Frechelde. Carpz. & Schilter. exer. 8.

4 *Quid est* nudum *Consilium?* ℞. Quo quis tantum, quid sibi in re dubia faciendum esse videtur, ostendit & suggerit, sine tamen animo alterum ad illud faciendum, & sese ad indemnitatem praestandam obligandi, sed illud libero alterius arbitrio relinquit. Consilium enim tantum incitat ad deliberandum, non vero obligat ad sequendum, &, qui consilium sequitur, hoc non facit, ut exequatur voluntatem consulentis, illique rem gratam faciat, uti accidit in mandato, sed facit id in bonum & gratiam sui. Lauterb. Coll. th. pr. h. t. §. 17.

5 *An ergo consilium est obligatorium?* ℞. Consilium non fraudulentum non est obligatorium.

6 *An quoque non est obligatorium, etiamsi ille, qui consilium est secutus, illud ipsum alias non fecisset?* ℞. Non est obligatorium.

7 *An tale est obligatorium, etiamsi negotium etiam* tertii *commendatum respiciat?* ℞. Non est obligatorium: modo de animo tantum consulendi constet, quia liberum fuit alteri, apud se explorare, an sibi expediat consilium ab alio datum.

8 *Ad quid vero in hisce negotiis distinguendis est respiciendum?* ℞. Magis ad voluntatem contrahentium, quam ad verborum conceptionem.

9 *Quid est Actio Mandati Directa?* ℞. Est Actio personalis, competens &c.

10 *Qualis est haec actio?* ℞. Est civilis, (*quia a Jure Civili est introducta,*) rei persecutoria, (*quia nullam poenam, sed rem, quae debetur, persequitur,*) bonae fidei, (*quia in hac Judex liberam habet potestatem judicandi, quid alterum alteri ex bono & aequo praestare oporteat,*) & quoad effectum interdum famosa, si sc. propter dolum vel perfidiam quis condemnatus sit, quia hoc duas res sanctissimas, fidem nempe & amicitiam violavit.

11 *Quibus competit haec actio?* ℞. Competit mandatori & ejus heredibus, *l. 58. pr. ff. h. t. ibi Mandatum morte mandatoris, non etiam mandati actio, solvitur.* Qui, si plures sint, pro rata & portione hereditaria; *nam ea, quae in nominibus sunt, non recipiunt divisionem, cum ipso jure in portiones hereditarias ex Lege XII Tabularum divisa sint,* inquit Imperator Gordianus in *l. 6. C. Famil. ercisc.* Lauterb. Coll. th. pr. h. t. §. 20.

12 *Adversus quos haec actio mandati directa datur?* ℞. Adversus mandatarium, ejusque heredes, quatenus ob dolum defuncti conveniuntur. *Cit. l. 12 & ap. tt. de O. & A.*

13 *Quomodo haec actio contra plures mandatarios datur?* ℞. Si plures mandatum susceperunt, tunc datur haec actio contra singulos in solidum, ita tamen, ut de dividenda consortibus ne exceptionem divisionis opponere possint.

ad 60. §. 2. & si unus tantum gesserit, reliquis beneficium ordinis (4551) ex æquitate conceditur. *arg. f. C. de divid. tutel. Bach. V. 1. D. 27. th. 2. lit. d.* 1

Ad id, quod mandatarius ex hoc contractu debet & quidem 2

• [1] si mandatum susceptum, nec finitum, non legitime impleverit, ad B
omne (4552) interesse: *5. §. 1. 6. §. 1. 8. §. 6. 27. §. 2. ff. ad. C. h. junct. 13. §. ult. de re jud. 22. § 11. h. §. 11. I. h.* si fines mandati excesserit, tum negoti- 3
um ratione mandantis est nullum. (4553) *10. C. de procur. 5. §. 3 & 4 ff. 10. C. h.* propter (4554) *5. pr. h. §. 8. I. h. vid. Mantic. de tac. convent. l. 7. tit. 17. per tot. vid. Rec. decis. collect. 1203.* Mandatarius illi, cum quo contraxit, *Carpz. p. 2. c. 20. d. 12.* & mandanti tenetur ad omne interesse: *41. h. Carpz. d. const. 20. d. 11.* ipsi vero mandatario contra mandatorem, quoad
excessum, nulla, nec negotiorum gestorum actio (4555) competit. *22. pr.* 4
41. h. §. 8. I. h. arg. f. C. de N. G. 40. h. Vinn. ad d. §. 8. n. 5. 6. Bach. V. 1. D.
27. th. 7. lit. b. Habn. h. n. 11. Fr. h. num. 77. Mant. d. l. 1. 17. n. 21. Ita man- 5
dati fines excedit, qui minoris vendit: *vid. 5. §. 3 & 4. h. Fr. h. n. 78. Bonac. de contr. D. 1. q. 2. punct. 6. num 13. 14.* [non etiam, si minoris emat. *§. 8. I.* 6
h. 5. in f. h. arg. 1. §. 4. de V. O. Vinn. ad d. §. 8. in f. §. 3 & 4. h. aut faciat 7
æquipollens (4556) *f. §. f. h. vid. Mantic. d. tit. 17. num. 15. 38. &c. Bachov. ad Tr. V. 1. D. 27. th. 6. lit. f.* aut id agat, sine quo mandatum imple- 8
ri non (4557) potest. *56. 62. ff. de procur. arg. 2. de Jurisdict. Mantic. d. t. 17. num. 29. &c. arg. 35. de solut. obs. 1. § 12. de Exerc. act. & l 96 ff de solut. Bachov. d. D. 27 th. 6. lit. f Fr h. num. 82. Cap. 2 obs 59. num. 6. &c.*] Si 9
negotio nulla certa forma est præscripta, expediendum est juxta boni viri arbitrium, omnia ad mandantis præsumtam voluntatem & commo-
dum reducendo. *35 in f 46. 60. § f Fr h. num 80.* De Legato &c. *vid.* 10
(4558) *Gell. 1. Noct. Attic. 13. Paschal de legat. c. 56. Cap. 2. obs 9. num. 9.*
Mandatarius præstat levissimam (4559) culpam; *13. 21. C. mandat. obs.* 11
(4560) *l. 10. pr. Vinn. 1. q. 53. & ad § 11 I h. num. 2. Carpz. p. 2. c. 20. d. 11. n. 6. Habn. ad Wesenb. n. 10. ¶. Fr. h. n. 75. Cappen. lib. 2. obs 59. num. 2. Borgal. de dol. l. 5. c. 4. n. 30. Perez. in C. h. num. 9.* nisi negotium tale sit, quod in- 12
dustriam non requirit, ut: fidejussio, (4561) *Vinn. d. qu. inf.* nunciatio &c. *Bald. in 13. C. h. n. 5.*

• [2] Competit hæc actio ad restitutionem ejus, quod mandatarius oc- b11 13
casione mandati accepit: *10. §. 2. l. 20. pr. h.* licet præter vel contra mandantis (4562) voluntatem ex causa mandati aliquid acceperit, *10. §. 3 & 8. L. 20. h. Fr. h. n. 83. vid. 8. §. 9. h. arg. dd. ll. Bonac. tr. de contr. & restit. Disp. 1. qu. 2. punct. 6. num. 13 & 14.* &

• [3] ad usuras (4563) ob moram in restituendo. (4564) *32. §. 2. de usur.* b12 14

1 *Si vero inter plures unus gesserit, quod beneficium reliquis & cur conceditur?* ℞. Si unus tantum gesserit, reliquis beneficium ordinis ex æquitate conceditur

2 *Ad quod hæc actio mandati datur?* ℞. Ad omne id, ad quod mandatarius ex hoc contractu est obligatus, & quidem (1) si ipse mandatum susceptum nec fortuna non legitime impleverit, non præcise & directe ad implendum mandatum, sed indirecte ad præstandum omne interesse, quia ex facti obligatione non præcise ad factum, sed ad interesse agitur. Lauterb. d. l. §. 21.

3 *Quid igitur obtinet, si mandatarius fines mandati excesserit?* ℞. Tum negotium, ratione mandantis, est ipso jure nullum; mandatarius autem illi, cum quo contraxit, & mandanti tenetur ad omne interesse, perinde ac si non implevisset, cit. l. 41 & 33. ff. h. t. (quod æquum est, ne decipiantur, qui cum illo contraxerunt. l. 17. §. 3. ff. de pign. act. vid. l. 43. §. 1. ff. de adm. tut.) ipsi vero mandatario contra mandantem, quoad excessum nulla competit actio.

4 *Annon vero ad minimum actio negotiorum gestorum mandatario competit?* ℞ Neg. Prohibentis enim negotium gerens actionem negotiorum gestorum non habet; prohibere vero videtur, qui præcise hoc vel illud agendum vel expediendum mandat.

5 *Da exemplum ejus, qui fines mandati excedit?* ℞ Ita mandati fines excedit, qui minoris vendit; hoc enim mandanti damnosum, & mandatario prohibitum censetur; ergo venditio hoc in casu est ipso jure nulla. *Vid.* Lauterb. Coll. th. pr. h. t. §. 23.

6 *An etiam is, qui minoris emit, fines mandati excedit?* ℞. Neg. quoniam qui mandat, ut sibi centum aureorum fundus emeretur, is utique mandasse intelligitur, ut minoris, si possit, emeretur.

7 *An vero is mandatum excedit, qui id, quod sibi mandatum, per æquipollens facit?* ℞. Neg. si sc. mandantis nihil interest; quia non superficiem & corticem verborum, sed mandantis intentionem sectari oportet.

8 *Annon is mandatum excedit, qui id facit, sine quo mandatum impleri non potest?* ℞. Neg.

9 *Quomodo est expediendum negotium, si eidem nulla certa forma est præscripta?* ℞. Juxta boni viri arbitrium, omnia ad mandantis præsumtam voluntatem & commodum reducendo. Lauterb. d. l. §. 17.

10 *Quid de Legati cujusque officio dicendum?* ℞. De hoc vid. Gell. Paschal. & Copp. cit. ll.

11 *Quam culpam præstat mandatarius?* ℞. Culpam levissimam, in mandati enim executione mandatarius debitam adhibere debet diligentiam, & quidem, secundum communem Doctorum sententiam, regulariter exactissimam, quam eo ipso promittere censetur, quo roganti fidem dat de negotio suo expediendo & gerendo, per cit. l. 13. C. mandat. ubi particula omnis nil excludit, sed omnem culpam complectitur, & hinc ibi tantum excipitur casus fortuitus. Lauterb. Coll. th. pr. h. t. §. 18.

12 *An quoque mandatarius culpam levissimam præstat, etiamsi negotium tale sit, quod diligentiam non requirit, veluti fidejussio, numeratio?* ℞. Neg.

13 *Ad quid (2) hæc actio mandati competit?* ℞. Ad omne id, quod mandatarius mandati nomine & occasione est consecutus, restituendum; etiamsi aliquid præter vel contra mandantis voluntatem causa mandati acceperit

14 *Ad quid (3) hæc actio mandati datur?* ℞ Ad usuras ob moram in restituendo.

usur. & ob culpam, e. g. si contra mandantis consuetudinem pecuniam 1
ejus otiosam apud se retinuerit, nec eam fœnori, cum potuisset, ex-
posuerit: *13. §. 1. de Usur. Perez. in C. h. num. 11. in f.* quam si in proprios 2
usus converterit, tenetur ad usuras maximas, seu centesimas; (4565) *38. de*
N. G. obst. (4566) *10. §. 3. vid. Bach. in prim. part. 4. tit. de N. G. c. 5. in f.*
etiamsi usuras ab aliis (4567) exactas in suos usus converterit, *d. l. 10. §. 3.*
in f. h. & * [4] ad actionum cessionem, (4568) quas occasione mandati b. 3
acquisivit. *8. §. 5. & f. l. 43. 45. pr. & §. 5. h. 49. §. f. de A. vel A. P. Bach. ad*
Tr. V. 1. D. 27. th. 7. lit. b. &c. in f.

D Actio mandati * *CONTRARIA* est personalis, competens mandata- a. 4
rio, adversus mandantem, ad indemnitatem ratione mandati consequen-
N dam (4569) Est bonæ fidei, rei persecutoria & famosa, (4570) si pro- 5
pter perfidiam datur. *6. §. 5. de his, qui not. infam.*

S.P Competit mandatario, & heredibus, *12. §. 7. l. 14.* adversus mandan- 6
tem, (4571) & heredes. *58. pr.* 7

O Ad indemnitatem ratione mandati consequendam: *27. 20.* e. g. [1] ad 8
sumtus bona fide factos; *12. § 9.* etiamsi mandans minus impendisset, 9
27. §. 4. aut mandatarius negotium finire non potuerit, *56. §. f. vid. 11.* 10
§. f. h. aut sine culpa contrarium (4572) exitum expertus sit, aut salarium 11
acceperit. *10. § 9. h. vid. Gars. de Expens & melior. c. 10. num 15* [2] ad re-
stitutionem damni, quod mandatario contigit ex re mandata, (4573) culpa
mandatoris quacunque, etiam levissima: *61. §. 5. de furtis Bachov. V. 1.*
D. 27. th. 7. lit. c. & f. ¶. Meyer. decad. 6. Eudox. cap. 1. l. 1. Taber. in Ration.
crim. ad d. l. 61. §. 5. Fr. h. num. 27 &c. vid. 26. §. 7. mandat. [modo man- 12
datarii culpa non (4574) concurrat. *26. § 7. h. vid. dd. ll. & DD. Carpz. 2.*
c. 20. d. 13.] non etiam, quod casu fortuito; (4575) *26. §. 6. h. 23. de R. I.* 13
Bart & Bald. in d. l. 26 § 6. Faber. in C. h. def. 29. Tulden. in C. h. num. 8.
Mantic. de tacit. convent. l. 7 t. 19. num 13 & 14 obst. (4576) *7. tost. quemad.*
aper. Fab. d. d. 29. in f. Tulden. d. l. Carpzov. p. 2. c. 51. d. 14 in fin vid. Gro-
new. ad d. L. 26. §. 6. 52. §. 4. pro soc. 61. §. 5. de furt. vid. Mudo. ad d. l. 52.
§. 4. pro soc. num. 4. &c. nisi mandans tempore mandati sciverit (4577)
periculum, *39. de pact. Tulden d. l. Mozz. d. tit de mand. cap. de natural.*
mandat. num. 25 Natta tom. 1. Cons. 163. num 5 & 6. Hahn h. num. 10. in f.
aut mandatarius potuerit compelli, ad mandatum suscipiendum, ut le-
gatus, (4578) &c. *Natta. Mozz. Mud. dd. ll.* [3] ad usuras ex mora, *12.*
§. 2. de usur & ante moram, quandocunque sc. judici fuerit æquum visum.
Vid. 12. §. 9. [4] ut mandator suscipiat obligationem, quæ mandati nomi-
ne alteri adversus mandatarium (4579) competit. *45. pr. & §. 5. h.*

Sol-

1 *An etiam ob culpam in restituendo admissam hæc actio mandati competit?* ℞. Affirm. e. g. si contra mandantis consuetudinem pecuniam illius otiosam apud se retinuerit, nec eam fœnori, licet potuerit, exposuerit.

2 *Si vero mandatarius in proprios usus pecuniam mandantis converterit, ad quantas usuras tenetur?* ℞. Ad usuras maximas seu centesimas, sicut alius quilibet administrator: nec refert, etiamsi mandatarius usuras, ab aliis mandatario nomine exactas, in suos usus converterit.

3 *Ad quid (4) datur actio mandati directa?* ℞. Ad actionum cessionem, quas mandatarius occasione mandati acquisivit, has enim mandatarius mandanti cedere tenetur.

4 *Quid est Actio Mandati Contraria?* ℞. Est actio personalis, competens mandatario, adversus &c.

5 *Qualis est hæc actio?* ℞. Est bonæ fidei, rei persecutoria, & *famosa*, si scil. propter *perfidiam* datur, uti interdum in hac actione accidit.

6 *Cui competit hæc actio mandati contraria?* ℞. Competit mandatario ejusque heredibus.

7 *Adversus quem competit?* ℞. Adversus mandantem ejusque heredes.

8 *Ad quid competit?* ℞. Ad indemnitatem ratione mandati consequendam. Unde (1) hac actione mandati contraria repetuntur sumtus bona fide, mandati expediendi causa facti; (2) damnum, quod mandatarius ex re mandata quacunque, etiam levissima mandatoris culpa, accepit, in hanc actionem venit; (3) veniunt in hanc actionem etiam usuræ, & quidem non tantum ex mora, secundum *cit. l. 12. §. 9. ff. de usur.* sed etiam ante moram, si sc. hoc Judici æquum & bonum videatur; (4) competit etiam hæc actio contraria ad hoc, ut mandator suscipiat obligationem, quæ mandati nomine alteri adversus mandatarium competit.

9 *An mandans ad sumtus, bona fide a mandatario factos quoque tenetur, etiamsi mandans, si ipse negotium gessisset, minus impendisset?* ℞. Affir. Imputet enim sibi mandans, quod ipse negotium non expedierit, sed homini minus parco illud commiserit.

10 *An quoque mandatarius sumtus, bona fide factos, repetere potest, licet negotium finire non potuerit, aut sine culpa contrarium exitum expertus sit?* ℞. Affir. mandatarius siquidem non eventum, sed diligentiam præstat.

11 *Quid si vero salarium acceperit?* ℞. Neque regulariter salarium, quod mandatario promissum vel datum, impedit sumtuum repetitionem, etiamsi sint sumtus personales. *cit. l. 10. §. 9. ff. h. t.* (*Mandatarius enim salarium non accipit ad sumtus impendendos, sed in compensationem officii vel operæ præstitæ.*) Immo hi sumtus quandoque etiam petuntur mandato impleto negotio. *l. 12. §. f. ff. h. t.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 34.*

12 *Si culpa mandatarii concurrat, an tunc mandans ad damnum, quod culpa ipsius mandatarius passus est, resarciendum tenetur?* ℞. Neg. *vid.* Lauterb. *d. l. §. 35.*

13 *An damnum, quod casu fortuito contigit, a mandante mandatario restitui debet?* ℞. Neg. nisi mandans tempore mandati sciverit periculum, aut mandatarius potuerit compelli ad mandatum suscipiendum, ut Legatus, civitatis negotia exequens, &c.

D Solvitur Mandatum * *DISSENSU* (4580) mutuo, *ſ. f. l. quibus mod. C 1*
toll. obl. * *MANDANTIS* (4581) revocatione, *12. ſ. 16. h.* etiam tacita, D 2
v. gr. si conditio mandantis ita sit mutata, (4582) ut verisimile non sit,
illum adhuc hoc velle; *arg. ſ. 10. in f. I. h. 9. pr. w. de R. C. arg. 38. pr. de*
solut. Bachov. Vol. 1. D. 27. th. 6. lit. d. vid. Mantic. d. l. tit. 22. modo res 3
adhuc sit integra: (4583) *ſ. recte. 9. I. h.* nam si interest mandatarii, tum
hic contra mandantem habet actionem ad indemnitatem: (4584) *vid.*
Mantic. d. l. tit. 21. num. 4. quod etiam procedit, si mandatarius igno-
rans (4585) revocationem, mandatum implevit. (4586) *15. h. vid. Vinn.*
ad ſ. 9. I. h. c. f. Re procur. in 6. Mantic. d. l. tit. 21. n. 20.
* *MANDATARII* renunciatione, modo fiat tempestive: (4587) d. 4
ſ. 11. I. h. 22. ſ. f. h. Fr. h. num. 96. arg. 27. ſ. 2. Vinn. ad d. ſ. 11. I. h. num. 1.
intempestive enim renuncians tenetur mandanti ad interesse; *27. ſ. 2.*
nisi justa subsit causa. (4588) *23. 27. ſ. 2. h. ſ. 11. in f. I. h.* quo tamen casu,
hoc ipsum, si potest, mandanti statim renunciare debet. *l. 27. ſ. 2.*
* *MORTE* * *MANDANTIS*, (4589) ex utra- e. E 5
que (4590) parte; *19. ſ. 3. in f. de donat. arg. 27. ſ. 3. h. Vinn. ad ſ. 10. I. h.*
num. 1. modo res adhuc sit integra, (4591) *ſ. 10. I. h. 15. C. h. 26. pr. h. 35.*
de A. vel A. P. vid. Mantic. d. l. tit. 23. num. 1. &c. Pichard. ad d. ſ. 10. I. h.
& nisi tale negotium sit commissum, quod ante mortem mandantis im-
pleri nequeat, (4592) *12. ſ. f. 13. h. obst.* (4593) *l. f. in f. de solut. Fr. h. num.*
102. Vinn. ad d. ſ. 10. num. 2. & l. 14. ſ. 2. de Relig. & sumt. fun. Barb. Vol.
1. Disp. 27. th. 6. lit. c. aut mandatarius ignorans mandatorem mortuum 6
esse, impleverit mandatum; tunc enim ex æquitate ipsi datur actio.
ſ. 10. I. h. 26. pr. 58. h. arg. 29. ſ. 4. eod. Bachov. Vinn. ad d. ſ. 10. Plura 7
excipit (4594) *Tulden. in C. h. num. 7. Mantic. d. lib. 7. t. 13.* Re non 8
amplius integra (4595) inchoata & connexa impleri debent. *arg. ſ. 10. I.*
h. 15. C. h. 15. de procur. 23. C. eod. Bachov. ad d. ſ. 10. Mantic. d. tit. 23. num.
22. &c. * *MANDATARII*, si res adhuc est e. 9
integra; *ſ. 10. I. h. 27. ſ. 3. l. 57. h.* alias enim mandatarii heredes cœ-
pta & connexa perficere possunt & debent. (4596) *arg. dd. ll. 5. ſ. 5. 37.*
ſ. 1. de admin. tut. 13. de tut. & rat. distr. 3. ſ. 9. de contr. tut. act. 11. C. ar-
bitr. tut. Bachov. Vinn. ad d. ſ. 10. I. h. Fr. h. num. 102. Plura habet (4597) 10
Mant. l. 7. de tac. & amb. conv. tit. 20. &c.

PRO SOCIO. XVII. 2.

D SOCIETAS hic est contractus consensualis, de rebus (4598) lucri 11
(4599) in commune faciendi gratia [*5. ſ. f. h. 32. ſ. 24. de donat. inter*
vir.

1 *Quomodo dissolvitur mandatum?* ℞. Dissensu mutuo, & superveniente morte alterutrius, sc. mandantis & mandatarii. Præterea mandatum solvitur *Pœnitentia*, quæ in mandante *Revocatio*, ex parte mandatarii vero *Renunciatio* dicitur.

2 *Quomodo igitur dissensu ex parte* mandantis *mandatum dissolvitur?* ℞. Revocatione, etiam tacita, v. g. si mandatarii status ita fuerit mutatus, (& quidem sive in *melius*, ut si servus manumissus, si in numerum Nobilium immediatorum quis receptus; vel in *deterius*, si se quis relegatus, vel facultatibus lapsus,) ut verisimile sit, mandatorem nolle jam amplius negotium suum per ipsum geri. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 38.*

3 *Quid tamen, ut hæc revocatio valida sit, hic requiritur?* ℞. Ut res adhuc sit integra: si enim res non amplius est integra, sed mandatarii interesse cœpit, tunc mandatario adversus mandantem actio competit ad indemnitatem; & hoc etiam procedit, si mandatarius, revocationem ignorans, mandatum impleverit.

4 *Quomodo vero ex parte* mandatarii *mandatum dissolvitur?* ℞. Renunciatione; modo hæc renunciatio a mandatario fiat *tempestive*, ita, ut mandantis nihil intersit, sed ipsi integrum maneat, vel per se, vel per alium æque commode expediendi. Si vero mandatarius mandato semel suscepto renunciet *intempestive*: tunc tenetur ipse mandanti ad interesse; nisi justa subsit causa, ob quam mandatum non impleat; quo tamen casu hoc ipsum, si potest, mandanti statim renunciare debet. Lauterb. *d. l. §. 39.*

5 *An morte* mandantis *mandatum exspirat?* ℞. Affir. & quidem ex utraque parte, modo res adhuc sit integra, & nisi tale negotium sit commissum, quod ante mortem mandantis impleri nequeat.

6 *Quid vero, si mandatarius ignorans, mandatorem mortuum esse, impleverit mandatum, an tunc ipsi ex æquitate actio datur?* ℞. Affirm. ne justa & probabilis ignorantia damnum afferat mandatario, cui officium suum non debet esse damnosum.

7 *Quis plures tradit exceptiones?* ℞. Tulden. & Mantic. *citt. ll.*

8 *An vero, re non amplius integra, inchoata & connexa impleri debent?* ℞. Affirm. quia alias damno afficeretur mandatarius.

9 *An etiam morte* mandatarii *mandatum exspirat?* ℞. Affir. si res adhuc est integra; si enim res non est integra, tunc etiam heredes mandatarii cœpta & connexa perficere possunt & debent. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 41.*

10 *Quis plura hac de re tradit?* ℞. Mantic. *cit. l.*

11 *Quid hic est Societas?* ℞. Est contractus consensualis, de rebus, lucri in commune faciendi gratia, communicandis.

vir. & ux. 35. §. 5. de m. c. donat. Vinn. ad rubr. I. h. in f. Mude. ad 31. num. 5. h.] communicandis. *Vinn. Muda. dd. & Felic. de societat. c. 1. n. 4. &c.*

N Est nominatus, *7. §. 1. de pact.* juris gentium, *§. 2. I. de I. N. G. & C.* bonæ fidei, *§ 28. I de act. 75. h.* ... *§. un. I. de oblig. ex consens. §. 2. I. de pœn. temer. litig.* 1

† Est vel * *UNIVERSALIS* sive generalis, [*pr. I. h. Bachov. Vol. 1. Disp.* A 2

D *27. th. 8. lit. f. & g.*] * *OMNIUM* (4600) bonorum, *3. § 1. l. 7. Bachov.* B 3
d. l. quæ comprehendit omnia sociorum bona, præsentia & futura, quocunque titulo, vel modo honesto (4601) quæsita, *vid. Mantic. de tacit. convent. lib. 6. tit. 15. Felic. d. cap. 12. num. 1. &c.* ut hereditates, legata & donationes, *1. §. 1. 3. §. 1. 73. pr.* thesaurum ab uno sociorum inventum, *Zoes h. num. 10. Felic. d. c. 12. num. 14.* & quæ quis ex alieno delicto per actionem (4602) sibi exinde competentem consequitur, *52. §. 16. h.* licet causam societatis non (4603) respiciat. *52. §. §. 73. pr. & §. 1. h. 39. §. 3. fam. ercisc.* Idem est in erogatione (4604) sic unus filiam dotat, filio studioso sumtus præstat, licet alter liberos non (4605) habeat. *arg. 73. § 1. vid. Bachov. Vol. 1. Disp. 27. th. 8. lit. b. Vinn. ad pr. I. h. in f. Felic. d. tr. c. 26. num. 15. &c.* ¶. *Menoch. 2. d. A. J. Q. 1. cas. 127. Diff. Mantic. d. l. 6. tit. 16.* 4 5 6.7

D * *BONORUM* simpliciter, in hac societate communicantur tantum ea, quæ ex quæstu, (4606) h. e. opera & negotiatione veniunt; *7. &c. Felic. d. tr. c. 13. num. 5. &c. Fr. h. num. 10. &c.* non etiam hereditates, legata, donationes; &c. *9. &c. Felic. d. cap. 13. num. 1. &c. vid. Mantic. d. l. 6. t. 16.* b. 8

D * *PARTICULARIS* seu specialis societas est vel unius rei, vel certæ (4607) negotiationis, *5. pr. 52. §. 5. h. pr. I. h.* aut etiam hereditatis; *38. § 3. fam. ercisc.* quamvis hæc ultima certo respectu (4608) etiam universalis dici possit. *Bachov. d. th. 8. lit. f. & g. Fr. d. l. num. 28. &c.* c. 9.10

Hic communicantur, quæ ex rebus vel negotiatione, cujus ratione societas est contracta, proveniunt; sed non quæ aliunde, & non societatis nomine (4609) sunt quæsita. *52. §. 5 & 6. l. 67. §. 1. h. 4. C. comm. utriusque judic. 8. C. si quis alter. vel sibi. vid. tamen 3. C. arbitr. tut. 2. quand. ex fact. tutor. vid. Fr. h. num. 33. &c. Mantic. d. lib. 6. tit. 16. num. 19. &c.* 11

C Fit solo consensu; *19. h. §. un. I. de oblig. ex consens.* utcunque (4610) declarato, etiam facto (4611) *4 pr. ibi Mudæus l 31. seq. l. 44. h.* exempla sunt (4612) in *1. C. h. l. 1. commun. divid.* modo de animo, societatem coëundi, aliunde (4613) constet. *31. &c. h. ibi Muda. Vinn. ad rubr. I. h. Diff. Felic. d. tr. c. 10. num. 26. &c.* ¶. Plura vide apud *Fr. d. t. num. 19. &c.* 12

Man-

1 *Qualis est hic contractus?* ℞. Est nominatus, (*quia certam ac specialem contrahendi formam habet, indeque speciale nomen, & actionem, suo nomini conformem, producit*) Juris Gentium, (*ratione sc. originis, cujus intuitu omnes pene contractus* Juris Gentium *sunt, secus ratione melioris informationis, seu novæ formæ, quam acceperunt, respectu cujus* Juris Civilis *dicuntur*) bonæ fidei, (*quia in hoc contractu non verbis inhæremus, sed æqua & benigna interpretatione tantum agit officium Judicis, quantum in aliis nominatim ejus rei conventio*) διπλευρ@-, quia hic contractus ex utraque parte est obligatorius.

2 *Quotuplex est societas ratione Objecti?* ℞. Est vel *Universalis* sive generalis, vel *Particularis* seu specialis.

3 *Quotuplex iterum est societas* universalis, *seu generalis?* ℞. Duplex: vel omnium bonorum, vel bonorum simpliciter.

4 *Quid est societas omnium bonorum?* ℞. Quæ comprehendit omnia sociorum bona, præsentia & futura, quocunque titulo, vel modo, honesto tamen, quæsita.

5 *Da exempla earum rerum, quas hæc societas omnium bonorum comprehendit?* ℞. E. g. hereditates, legata, & donationes, thesaurus ab uno sociorum inventus, & quæ quis ex alieno delicto per actionem, sibi exinde competentem, consequitur, licet causam societatis non respiciat.

6 *An idem est in erogatione, ita ut omnes sumtus ex communi fiant?* ℞. Affir.

7 *Ergone unus ex sociis filiam elocare, & pro ea dotem numerare, it. filio studioso sumtus præstare potest, licet alter socius nullos liberos habeat?* ℞. Affirm. *vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 3.*

8 *Quid est societas bonorum simpliciter?* ℞. In qua communicantur tantum ea, quæ ex quæstu, h. e. opera & negotiatione veniunt, sed non hereditates, legata, donationes & similia.

9 *Quid est societas* particularis *seu specialis?* ℞. Quæ circa rem, vel negotium singulare initur.

10 *Quotuplex est hæc societas particularis ratione objecti?* ℞. Triplex: vel unius rei, vel certæ negotiationis, aut etiam hereditatis; quamvis hæc ultima secundum quid, & certo respectu, tanquam universitatis, etiam societas universalis dici possit.

11 *Quænam in hac societate particulari communicantur?* ℞. Ea tantum, quæ ex rebus vel negotiatione, cujus ratione societas est contracta, proveniunt, sed non ea, quæ aliunde, & non societatis nomine sunt quæsita; adeo, ut, licet quis communem pecuniam fœneraverit, vel illa rem aliquam, sed *suo nomine*, comparaverit, ipse tamen usuras vel rem illam regulariter communicare non teneatur. Lauterb. *d. l. §. 5.*

12 *Quomodo fit, seu initur societas?* ℞. Fit solo consensu, utcunque declarato, etiam facto; exempla sunt in *l. 4. C. h. t. & l. 2. comm. divid.* modo de animo, societatem ineundi aliunde constet. Plura vide apud Frantzk. & Mantic. *citt. ll.*

1 An

Mantic. d. l. 6. t. 11. per tot. Hoc factum etiam sufficit ad societatem o- 1
mnium (4614) bonorum: ¶¶. *Habn. h. n. 4. Mantic. d. lib. 6. t. 9. per tot. & tit. seq. 10. Felic. d. tr. c. 10. n. 16 & 17. vid. tamen Bach. V. 1. D. 17. th. 4. lit. f. Fr. d. t. num. 15 &c.* in dubio vero societas simpliciter bonorum potius, 2
quam in specie omnium bonorum contracta censetur 7. Sine consensu 3
& affectione societatem ineundi societas non (4615) contrahitur, *31. &c. h. 2. 15 § 16 fam. ercisc.* neque socii mei socius, mihi (4616) socius est. *19.* 4
20. h. ibi Mudaeus.

S Societatem contrahere possunt omnes, qui contrahendo sese obliga- 5
re valent: *C. I. A. h. th. 5. 6. Felic. d. l. cap. 3. n. 2. &c.* etiam maritus cum u- 6
xore (4617) *16. § f. de alim. & cibar. legat. Felic. d. c. n. 6. &c.* De pupil- 7
lis, mutis & surdis, ebriis, (4618) officialibus, Medicis, (4619) Advocatis, (4620) &c. iis, & quatenus societatem contrahere possint, vel non possint, late agit *Felic. d. tr. c. 3. 4. 5. 6. 7 & 8.*

O Objectum sunt res (4621) in commercio, [*vid. infr.* fr.] *19. pr. 63. § f.* 8
80. h. 1. C. h. § 2. I. h. & operæ (4622) honestæ: (4623) *71. 5 § 1. h.* nam 9
ratione propria facti inhonesti nec socius omnium bonorum communi- 10
care socio aliquid tenetur, *52. § 17. l. 53. 57. h.* nec ob delictum jure con- 11
demnatus (4624) rem ex communi consequitur; *52. § 18.* nisi socius turpiter quæsitum sponte in societatem contulerit: (4625) *53. inf. vid. 54.* quod si sciente socio factum, etiam pœna ex communi præstanda, propter (4626) *55. h. arg. 1. § 14. de e. i & v. b. arm.*

fr. Communicantur * *RES*, in societate * *OMNIUM* bonorum, ipso Ju- C.D. 12
re, sine vera traditione, si sc. Res sint præsentes: (4627) *1. § 1. l. 2. h.* [no- 13
mina tamen cedi (4628) debent *l. 3. pr. h. t. Habn. h. inf.*] Postea acquisi- 14
ta (4629) communicare tenetur socius societatis judicio. *74. h. Vinn. ad pr. I. h. n. 3.*
* *BONORUM* simpliciter, & so- d. 15
cietate particulari, si actualiter (4630) conferantur. *arg. 1. § 1. 58. § 1.*
Communicantur autem vel (4631) ad fructus, &c. tantum, *7. 44. 52. § 2.* 16
58. pr. h. 13. § 1. de P. V. Fr. h. n. 45. Felic. tr. de societat. c. 9. n. 52. &c. Lago de I. & I. D. 30. sect. 1. n. 4. vel etiam ita, ut dominium illarum rerum pro partibus indivisis inter socios fiat commune. *13. § 1. de P. V. 58. pr. h. Felic. d. c. 9. n. 43 & 44.* Hic ergo respiciendum est, quid inter partes actum. 17
34. de R. I. * Si ab una parte res vel pecunia confertur, ab altera vero 18
tantum operæ præstentur, regulariter res sive pecunia tantum quoad usum censetur (4632) communicata, & finita societate conferenti tota est restituenda. (4633) *arg. § 2. I. h. 52. § 2. vers. si in colendo. h. Gail. 2. obs. 24. num. 6. Grav. l. 2. concl. 24. consid. 2. Mev. ad J. L. l. 3. t. 9. art. 1.*

Felic.

1 *An vero hoc factum, sive hoc tacitus consensus sufficit ad societatem omnium bonorum?* ℞. Affir.

2 *Qualis societas in dubio contracta censetur?* ℞. Societas *simpliciter* bonorum potius, quam in *specie* omnium bonorum: est enim hæc societas omnium bonorum rarissima; ea vero, quæ raro fiunt, non præsumuntur facta, sed probanda.

3 *An sine consensu & affectione societatem ineundi societas contrahi potest?* ℞. Neg. quia, si hæc affectio deficit, communio tantum rerum adest, ad cujus divisionem provocatur Judicio communi dividundo instituto. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 8.*

4 *An igitur socii mei socius* (quem scil. ipse sine consensu meo admisit) *mihi socius est?* ℞. Neg.

5 *Quinam societatem contrahere possunt?* ℞. Omnes, qui contrahendo sese obligare valent, nec *specialiter* prohibentur.

6 *An etiam maritus cum uxore contrahere potest societatem?* ℞. Affir.

7 *An, & quatenus pupilli, muti & surdi, ebrii, officiales, Medici, Advocati &c. societatem contrahere possunt vel non possunt?* ℞. De his late agit Felic. *cit. l.* & Bonac. *de Contr. Disp. 3. quæst. 6. punct. 1. per tot.*

8 *Quænam res sunt objectum societatis?* ℞. Res in commercio existentes.

9 *Quænam vero opera ad hoc objectum pertinent?* ℞. Operæ honestæ.

10 *An ergo, ratione propriæ facti inhonesti, nec socius omnium bonorum communicare socio aliquid tenetur?* ℞. Non tenetur: socius enim, licet in specie omnium bonorum aliquid ex prohibitis causis acquisiverit, illud tamen socio communicare non tenetur, quia delictorum turpis atque fœda communio est.

11 *An vero socius, ob delictum jure condemnatus, rem ex communi consequitur?* ℞. Neg. (*delicta enim suos autores tenere, nec aliis præjudicium vel damnum afferre debent*) nisi turpiter quæsitum sponte in societatem contulerit, quod si sciente socio factum, etiam pœna ex communi præstanda, propter *l. 55. h.* Neque distingvendum inter delicta leviora & graviora; nisi consuetudine alicujus loci aliud fuerit receptum. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 11. in fin.*

12 *Quomodo* Res *in societate* omnium *bonorum communicantur?* ℞. Ipso jure, sine vera traditione, si scil. res sint præsentes.

13 *An etiam nomina* ipso jure *in hac societate omnium bonorum communicantur?* ℞. Neg. sed hæc cedi debent.

14 *Quo judicio vero postea acquisita socius communicare tenetur?* ℞. Societatis judicio.

15 *Quomodo res in societate* simpliciter bonorum, *& societate particulari communicantur?* ℞. In his societatibus res non communicantur, nisi *actualiter* conferantur; ergo non *ipso jure*, uti quidem fit in societate omnium bonorum, communicantur.

16 *Ad quid autem in hisce societatibus res communicantur?* ℞. Vel ad fructus &c. tantum, vel etiam ita, ut dominium illarum pro partibus indivisis inter socios fiat commune.

17 *Ad quid ergo hic respiciendum?* ℞. Ad id, quod inter partes actum.

18 *Si ab una parte res vel pecunia confertur, ab altera vero tantum opera præstentur, ad quid tunc res seu pecunia collata censetur?* ℞. Hoc casu res vel pecunia *regulariter* (*si scilic. aliud non fuerit conventum,*) tantum quoad usum censetur communicata, & finita societate conferenti est restituenda. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 16.*

Felic. d. cap. 9. num. 54. Bachov. Vol. 1. Disp. 27. th. 9. lit. a. Fr. h. num. 26. Bonac. de contract. D. 3. quæst. 6. punct. 3. num. 9. Donell. in l. 1. C. h. num. 3. Vid. tamen (4634) *Grot. de J. B. & P. c. 12. num. 24. Vinn. l. 1. quæst. 54. Grav. d. consid. 1. num. 5. Menoch. de arbitr. jud. Q. q. lib. 2 cent 3. cas. 125. num. 3.* Unde hoc in casu pecuniæ collatæ casu perditæ periculum pertinet ad solum conferentem, tanquam ejus dominum; (4635) *arg. 58. pr. h. Bachov. Vol. 1. Disp. 27 th. 9. lit. a. Sichard. ad l. 1. C. h. num. 9. Perez. in C. h. n. 9. in f. Vid. Vinn. d. qu. 54.* 1

* *LUCRUM & DAMNUM* * ex *NATURA CONTRACTUS* est E 2
in societate * omnium bonorum æqualiter communicandum, licet res inæquales sint illatæ, (4636) *Felic. de societat. c. 9. num. 13. & cap. 26. num. 29. Bonacin. de contract. D. 3. quæst. 6. punct. 3. num. 2. Mantic. de tacit. convent. 6. 1. 14. num. 4. &c.* F

* simpliciter bonorum, nec non in societate particulari, secundum quantitatem (4637) rerum collatarum, (4638) vel operarum, aut suscepti periculi. *6. 80. 83. h. Hahn. ad W. tr. h. Bach. ad Tr. V. 1. D. 27. th. 9. lit. d. Vinn. ad d. §. 1. I. h. Mantic. d. l. 6. t. 14. n. 7. &c.* f 3

* ex *CONVENTIONE*: (4639) e 4
& tum potest pars damni vel æqualis esse lucro, *§. 1. I. h. ibi Vinn. in f. Bachov. Vol. 1. Disp. 27. th. 9. lit. b.* vel ad unum sociorum, e. g. duæ partes lucri, & una damni pertingere, vel una pars lucri, & nullum damnum &c. (4640) *§. 2. I. h. 29. § 1. h.* nam & societas pro parte donationis causa contrahitur; *38. de contrah. emt. Christ. V. 3. dec 51. num. 2. Mude. ad d. l. 29. pr. num. 9. Carpzov. 2. c. 30. d. 39. num. 4. Menoch. de arbitr. jud. Q. q. l. 2. cas. 125. num 6. Vinn. l. 1. quæst. 53. ¶. & ad § 2. I. h. num. 2. vid tamen Felic. d. tr cap. 17.*
non etiam quis potest omne damnum aut partem ejus absque ullo lucro in se recipere. (4641) *29. §. 2. Hahn. h. num. 6.* 5
Partes conventæ in damno, etiam ad lucrum pertinere videntur; & contra. (4642) *§. 3. I. h. Christin. d. dec 51. num. 2 Bachov. ad d. §. 3. I. h.* 6
Si societas ea conditione est contracta, ut partes lucri & damni postea socii vel tertii arbitrio constituantur, valet societas, & res redigenda est ad boni viri arbitrium. *6. 76. &c h. vid. Felic. d. tr. c. 17. n. 26. &c. Mantic. d. l. 6. t. 14. per tot.* 7
Lucrum non est, nisi deducto omni damno: sicuti nec damnum intelligitur, nisi omni lucro deducto. *30. h. §. 2. in f. I. h. ibi Vinn. in f. Bachov. ad Tr. V. 1. D. 27. th. 9. lit. b.* 8

d. Societas contrahi potest ad dies vitæ, (4643) *1. 14. 70. h. vid. 77. §. 20. de Leg. 2.* vel ad tempus, (4644) vel ex tempore, vel sub conditione. *1. pr.* 9
A *h. 6. C. ead. ibi Donell.* De pœna, (4645) quatenus huic contractui addi possit? *vid. Felic. d. tr. c. 29. n. 2. &c.* 10

ACTIO

1 *Ad quem igitur hoc in casu pecuniæ collatæ* (non communis factæ) *casu perditæ periculum pertinet?* ℞. Ad solum conferentem, tanquam ejus dominum.

2 *Quomodo lucrum & damnum in societate in specie omnium bonorum*, ex natura contractus, *communicatur?* ℞. Æqualiter, ita, ut omnes & lucri & damni partes accipiant absolute æquales, nulla habita ratione quantitatis in societatem collatæ.

3 *Quomodo vero in societate* simpliciter *bonorum, nec non in societate particulari*, ex natura contractus, *lucrum & damnum communicatur?* ℞. Secundum quantitatem rerum collatarum, vel operarum, aut suscepti periculi.

4 *Quomodo* ex conventione *communicatur lucrum & damnum in societate?* ℞. Tum potest pars damni æqualis esse lucro, vel ad unum e. g. duæ partes lucri, & una damni pertingere, vel una pars lucri, & nullum damnum. &c. nam & societas pro parte donationis causa contrahitur.

5 *An etiam quis potest omne damnum, aut partem ejus absque ullo lucro in se recipere?* ℞. Neg. Iniquissimum enim est genus societatis, ex qua quis damnum, non etiam lucrum exspectat; nisi de animo donandi aperte constet, & justa causa concurrat.

6 *An partes conventæ in damno, etiam ad lucrum pertinere videntur, & contra?* ℞. Affir. quia omissa pro expressis sunt judicanda, quoties una eademque eorum est ratio.

7 *Quid obtinet, si societas ea conditione est contracta, ut partes lucri & damni postea sociis vel tertii arbitrio constituantur?* ℞. Tunc valet societas, & res redigenda est ad boni viri arbitrium.

8 *Quid autem in hac ipsa lucri & damni computatione atque distributione semper est observandum?* ℞. Ut lucrum non intelligatur, nisi omni damno deducto; nec damnum, nisi omni lucro deducto.

9 *Quomodo, ratione durationis, societas contrahi potest?* ℞. Vel ad dies vitæ, vel ad tempus, vel ex tempore, vel sub conditione. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 22.*

10 *Quatenus & in quantum pœna* (quæ probatur in l. 41. 42 & 71. ff. h. t.) *huic contractui societatis addi potest?* ℞. De hoc agit Felic. *de Societ. c. 29. n. 2. seqq.*

D *ACTIO* pro socio est actio personalis, competens inter socios, ad id, 1
quod socii, ratione societatis, sibi invicem praestare tenentur. (4646) Est 2
N civilis, bonae fidei, *§. 28. I. de act.* utroque directa, (4647) *§ 2. I. de pers. tem. litig.* rei persecutoria, *§ 17. I. de act.* & interdum generalis, (4648) *38 pr. Bachov. Vol 1. Disp 27. th. ult. lit. b.* ac famosa. (4649) *§. 2. de pers. tem. litig. 1. de his, qui not. infam.*

S.P Competit sociis & heredibus, adversus socios & heredes, *35. 63. §. 8.* 3.4

O Ad id, quod societatis nomine sibi invicem debent, sc. ut communi- 5
cent & (4650) conferant: *73. 74 65 §. 9* qui administravit, inventarium (4651) exhibeat, vel jurato res communes designet, *Richt p. 1. dec. 58 n. 13. 9.* & administrationis suae rationes reddat. *Bach. V 1. Disp. 27 th. 10. lit. a. vid. Felic tr. de Societ cap. 37. 38.* Praestat dolum, *vid. Felic. tr. de* 6
Societ cap. 10. per tot. latam & levem culpam in concreto (4652) *§. 5 I. h. 52. §. 2. l. 72. h. 5 §. 2. commod. Carpzov. p. 2. const 26. def. 12. vid. supr. tit. Commod. pag 226. Felic. d. tr. cap. 21. 22 23.* & si socius ex una parte auxerit lucra societatis, ex alia vero per culpam damnum dederit, hoc resarcire socio debet, sine compensatione (4653) lucri cum damno. *25. §. 1. 26. &c. Grotn. ad d. l 23 § 1. num. 1. Mantic de tacit convent l. 6. t. 21. num. 5. Felic. d. cap. 21. num. 29. obst (4654) 11. de N. G. Mude ad l 19. &c num. 11. in § h.*

Non etiam praestat casum: *52 § 3. 4.* sive ille contingat in re communi, 7
58. pr & § 1. h. sive in re unius socii propria, scil si illam necessario propter societatem exportaverit, & sic societatis causa (4655) casu amiserit, aut ipse vulneratus vel captus fuerit. *&c 52. § 4. l. 60. §. 1. junct. 61. Mude. ad 52. §. 4. num 2. & ad l 58 pr. num. 3. Mantic d. lib. 6. t 21. num. 14.* In 8
hanc actionem veniunt etiam expensae, in societatem factae: *38. §. 1. 52. §. 15 67 § 2. h.* [non aliae, (4656) *d. l 52. § 15*] *vid Felic c. 27 num. 1. &c.* scil. in societate simpliciter bonorum & particulari. secus est in universali in specie omnium bonorum, in quam imputantur omnia damna & expensae, modo non proveniant ex delicto, (4657) dolo vel culpa socii. *52. § 5 59. § 1. h. Felic d. tr. c. 26. num. 1. &c. Mantic. d. l. 6 t 25. n. 1 &c.*

Ad dictas praestationes personales competit haec actio, etiam constante 9
(4658) societate; *73. 65 § 15.* sed non ad res communes dividendas. 10
(4659) *1. ff communi divid. arg. 43. h. Fr ad tit. communi divid. num. 4. & h. t n. 101.* Habent autem socii beneficium competentiae (4660) *§. 38. I.* 11
de act 63 pr & c h. etiamsi certae tantum rei vel negotiationis (4661) socii sint; *63. pr h. obst (4662) 16. de re jud. Felic tr de societ. c 31. n. 33.* modo dolum non admiserint, *63 pr. 22. §. 1. de re jud. Felic. d. tr. c. 31. num 36. &c.*

nec

1 *Quid est Actio pro socio?* R. Est Actio personalis, competens *&c.*

2 *Qualis est haec actio?* R. Est civilis, (*quia a Jure Civili est introducta,*) bonae fidei, (*quia in hac Judex liberam habet potestatem judicandi, quid alterum alteri ex bono & aequo praestare oporteat,*) utrinque directa, rei persecutoria, (*quia hac nullam poenam, sed rem, quae nobis ex hoc contractu debetur, consequimur,*) & interdum generalis, ac famosa, *si sc. ex dolo quis condemnetur.*

3 *Quibus haec actio competit?* R. Sociis, illorumque heredibus.

4 *Adversus quos competit?* R. Adversus socios, illorumque heredes: quamvis enim ipsa societas morte extinguatur, *l. 65. §. 9. ff. h. t.* effectus tamen permanet. *Vid.* Lauterb. *Disp. de transit. Action. th. 23.*

5 *Ad quid haec actio competit?* R. Ad omne id, ad quod ipsi, societatis nomine, sibi invicem, vel ex natura contractus, vel ex conventione sunt obligati, sc. ut communicent & conferant, & qui administravit, inventarium exhibeat, vel jurato res communes designet, (cujus praejudicium *vid.* apud Richter *cit. l.*) & administrationis suae rationes reddat.

6 *Quid praeterea socius socio praestat?* R. Omne damnum dolo, lata & levi culpa, in *concreto* considerata, datum, adeo, ut, si ex una parte auxerit abunde lucra societatis, & alia in parte, per culpam, damnum dederit, hoc resarcire omnino socio debeat, nulla admissa compensatione lucri cum damno. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 25.*

7 *An etiam socius casum fortuitum praestat?* R. Neg. nec interest, sive ille casus contingat in rebus communibus, de quibus *cit. l. 52 pr. & §. 1. h.* sive in rebus unius socii propriis, si sc. illas necessario propter societatem exportaverit, & sic societatis causa amiserit, aut ipse vulneratus vel captus fuerit. Reliqua tamen damna, quae socio occasione societatis *remotiori* contingunt, societati non imputantur; sicuti nec talia lucra, occasione societatis acquisita, communicantur. Lauterb. *d. l. § 26.*

8 *An quoque in hanc actionem veniunt expensae?* R. Affirm. si sc. in societatem factae, (*non aliae*) quod verum est in societate simpliciter bonorum, & particulari; secus est in societate universali in specie omnium bonorum: in hanc enim imputantur omnia damna & expensae, modo non proveniant ex delicto, dolo, vel culpa socii. De usuris expensarum, citra moram a socio commissam solvendis, *vid. l. 6. § pen. ff. h. t.* & Mev. *p. 8. d. 161.*

9 *An vero ad dictas praestationes personales competit haec actio pro socio etiam constante societate?* R. Affir. non enim semper expedit recedere a societate.

10 *An haec actio quoque, constante societate, ad res communes dividendas datur?* R. Neg.

11 *An autem socius, hac actione conventus, competit beneficium competentiae?* R. Affir. etiamsi certae tantum rei vel negotiationis socii sint, modo dolum non admiserint, nec, se socios esse, negaverint.

nec se socios esse negaverint. (4663) *63. §. 5. h. l. 22. §. 1. de re jud. Felic. d. c. 31. num. 42. &c.*

Solvitur societas * [I] ratione *PERSONARUM* * (1) *MORTE*, *4. §. 1.* a. 1.2
63. §. f. h. 5. I. h. ibi Vinn. [licet ad ulterius tempus contracta sit; (4664) 3
Felic. de Societ. c. 32. num. 10. neque tum durat regulariter inter reliquos, 4
(4665) *§. 5. I. h. 65. §. 9. h. vid. Mantic. de tac. conv. l. 6. t. 24. n. 18. Felic. d. tr. cap. 32. n. 16. &c.* neque valet pactum, ut heres socii succedat in societatem; (4666) *35. 52. §. 9 & 11. h.* propter *63. §. 11. Mantic. d. t. 24. n. 14. 15.* 5
vid. 52. §. 9. Felic. d. c. 32. n. 4. nisi in societate vectigalium: (4667) *59. pr. h. vid. Mantic. d. t. 24. n. 22. &c. Felic. d. cap. 32. n. 19. &c.* inchoata tamen 6
a socio negotia etiam heres perficere potest. *40.* Et ad heredes transeunt actiones. (4668) *63. §. 8. 65. §. 9.* 7
Si ignorans socii mortem aliquid 8
egerit, eo nomine actio (4669) datur, *65. §. 10. vid. Mantic. d. t. 24. per tot. Felic. d. cap. 32. per tot.*] etiam *CIVILI*, (4670) *4. §. 1. 63. §. f. Felic.* 9
d. tr. cap. 33. n. 1 &c. Mantic. d. tit. 24. num. 1 &c. *NON* etiam minima 10
capitis diminutione, *58. §. 2. 65. §. 11. Mantic. d. t. num. 8. &c. Felic. d. cap. 33. num. 3.* ubi *seq. num. 10.* tradit, societatem etiam per ingressum religio- 11
nis (4671) solvi. *arg. Auth. ingressi. C. de SS. Eccles.* * (2) *POENITENTIA* mutua, *65. §. 3.* b. 12
verbis, vel facto declarata: v. gr. (4672) *64. Felic. d. l. c. 35. num. 3. Mantic. d. l. 6. t. 23. num. 10.* & unius (4673) renunciatio- 13
ne, *4. §. 1.* rursus vel verbis, vel facto declarata, actione scil. ut societas distrahatur, instituta; *65. pr. Barbos. Vol. 1. Disp. 27. th. 11. Mantic. d. l. 6. t. 23. num. 4 &c. Felic. d. tr. cap. 36.* modo adsit justa renunciationis cau- 14
sa, (4674) si ad certum tempus (4675) contracta sit; *65. §. 6. vid. l. 14. &c. h. ibi Mudae num. 8. &c. Felic. d. c. 35. num. 18. &c. Mantic. d. l. 6. t. 23. n. 13. &c. Sande. de divis. bonor. lib. 2. cap. 7. num. 11. &c.* quae si non adsit, renun- 15
cians socium quidem a se, sed non se a socio liberat. (4676) *65. §. 6. arg. 14. h. Felic. d. l. num. 14. Mantic. d. t. 23. num. 12.* Idem est in renunciatio- 16
ne facta absenti. (4677) *17. §. 1. Felic. d. c. 35. num. 17. Mantic. d. tit. 23. n. 24.* Si nullum tempus est adjectum, tum semper potest renunciari; 17
modo hoc fiat tempestive & absque dolo: (4678) alioquin socius quidem liberatur, sed dolosus tenetur communicare lucrum. *§. 4. I. h. 65. §. 3. 4. 5. Felic. d. l. c. 35. num. 8. Mantic. d. lib. 6. tit. 23. num. 7.*

* [II] ratione *RERUM*: negotio, cujus gratia con- c. 18
tracta est, finito, *65. §. 10. h. §. 6. I. h.* aut bonis, quorum causa societas est inita, amissis, *63. §. f. & 5.* publicatione, *§. 7. I. h. 65. §. 12.* cessione; (4679) *§. 8. I. h. 65. §. 1. h.* nisi ille, qui bona cesserit, ab initio (4680) operam tantum promiserit. *Vinn. ad §. 8. I. h.*

* [III] ra-

1 *Quotuplici ratione societas solvitur?* ℞. Triplici: I ratione personarum, II ratione rerum, & III ratione temporis additi.

2 *Quomodo vero (1) ratione Personarum societas solvitur?* ℞. (1) Morte, etiam civili.

3 *An societas morte solvitur, licet ad certum tempus contracta sit?* ℞. Affir.

4 *An tamen, si unus ex sociis moriatur, societas quoad reliquos durat?* ℞. Neg. quia saepe unius contemplatione societas contrahitur, & sic vel uno sublato, reliqui amplius in societate manere nolle videntur; nisi ab initio hoc conventum fuerit, ut post unius socii mortem, inter reliquos maneat societas.

5 *An vero valet pactum, ut heres socii succedat in societatem?* ℞. Neg. excipiunt tamen societas vectigalium & aliae, quae utilitatem publicam respiciunt.

6 *An tamen a socio inchoata negotia etiam heres perficere debet?* ℞. Affir. generaliter enim verum est, quod, quamvis negotium non est ad heredes transitorium, tamen [illegible] incumbat heredi, ut id idoneo, negotii corpore continuato.

7 *An ad heredes socii transferuntur obligationes & actiones?* ℞. Affir. quamvis enim heredes socii non sint heredes societatis, sunt tamen heredes emolumenti.

8 *Si socius, ignorans socii mortem, aliquid egerit, an eo nomine actio datur?* ℞. Affir.

9 *An societas etiam morte civili, maxima sc. & media capitis deminutione, solvitur?* ℞. Affir.

10 *An etiam minima capitis deminutione societas solvitur?* ℞. Neg.

11 *An societas etiam per ingressum religionis solvitur?* ℞. Affirmat hoc *Felic. cit. l.*

12 *Quomodo (2) ratione personarum societas solvitur?* ℞. Poenitentia, ac contraria voluntate mutua, verbis vel facto declarata.

13 *An etiam unius socii renunciatione societas solvitur?* ℞. Affir. Fit autem haec renunciatio per *Procuratorem*, qui speciale ad hoc mandatum habet, vel generalem omnium bonorum, & quidem rursus vel verbis, vel facto declarata, actione sc. quae in finem, ut societas dissolvatur, instituta, ad hoc nempe, ut alter rationem reddat, residuum restituat, & cuilibet sua portio assignetur, vel si instituat actionem generalem; specialis enim tendit tantum e. g. ad divisionem lucri. &c. vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 35.*

14 *An vero justa & necessaria causa renunciationis adesse debet?* ℞. Affir. si ad certum tempus societas contracta sit.

15 *Quid vero obtinet, si haec justa & necessaria causa non adsit?* ℞. Tunc renuncians socium quidem a se, sed non se a socio liberat. Lauterb. *d. l. § 34.*

16 *An idem est in renunciatione absenti facta?* ℞. Affir. nam & hic renuncians socium sibi praejudicat, non vero absenti; & quod is lucratur, quod is acquisivit, qui renunciavit, in commune redigitur, detrimentum autem solius est, qui renunciavit, sed quod absens acquisivit, ad eum solum pertinet, damnum vero ab eo factum commune est. Lauterb. *d. l. in fin.*

17 *Si vero nullum tempus societati adjectum, an tum semper renunciari potest?* ℞. Affir. modo dolus absit, & renunciatio non fiat intempestive. si enim v. g. renunciatio fiat lucri obvenientis capiendi gratia, tunc socius quidem liberatur, sed dolosus lucrum illud communicare tenetur. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 33.*

18 *Quibus ex causis ratione* Rerum *societas solvitur?* ℞. Ratione rerum solvitur societas negotio, cujus gratia ipsa est contracta, finito, aut bonis, quorum causa est inita, amissis, idque sive per bonorum publicationem, sive illorum cessionem, nisi ille, qui bona cessit, ab initio operas tantum promiserit, aut post cessionem de novo consentiat.

1 *Quo-*

* [III] ratione *TEMPORIS* additi præterlapsi, (4681) *65. §.* 1
§. 6. vid. Mantic. d. l. 6. t. 13. num. 10. &c. Felic. d. tr. c. 35. num. 36. &c. et-
iamsi negotia cœpta nondum sint absoluta & completa; *Felic. d. c. num.*
35. nisi expresse vel tacite prorogetur. (4682) *§. 4. in fin. I. h. vid. Felic. d.*
tr. cap. 41. Mantic. d. l. 6. t. 16. (4683)

DE SOCIIS CUM EXTRANEIS
CONTRAHENTIBUS.

SI * omnes socii simul cum extraneo contraxerunt, datur singulis actio, I 2
pro rata (4684) societatis; *arg. 9. C. si cert. petat. ibi Donell. Felic. tr. de*
societ. cap. 30. num. 40. nisi expresse facti sint rei credendi in solidum; *d. l.* 3
9. ibi Donell. Felic. dict. loc. cum quibus comparantur argentarii socii, qui 4
simul publicum gerunt officium. *27. princ. de pact. Felic. d. cap. 30. num.*
39. Singuli (4685) tenentur pro rata societatis; *arg. 4. pr. de Exerc. act. ibi* 5
Peck. num. 3. Valasc. consult. 94. num. 6. Felic. d. cap. 30. num. 34. nisi tan- 6
quam rei debendi in solidum sese obligaverint. (4686) *Felic. d. cap. 30.*
num. 34. &c.

* Si unus ex sociis, cum extraneo contraxit, * proprio nomine, tum I.K 7
reliquis sociis contra debitorem nulla (4687) quæritur obligatio, *arg. 67.*
§. 1. Felic. d. l. cap. 30. num. 41. etiamsi sint socii omnium bonorum; *arg. 3.*
pr. 74. in hac societate tamen debitum est communicandum, (4688) so- 8
cietatis judicio. *74. arg. 67. § 1.* Reliqui socii non (4689) obligantur; 9
arg. 28. 52. §. 5. 63. §. 3. 67. §. 1. Mude ad 82. Grav. l. 2. concl. 24. consid. 1. n.
10. Carpzov. p. 2. c. 17. d. 12. num. 1. Gratian. dec. 178. num. 11. Farinac. tom. 2.
decis. Rot. Rom. 205. num. 3. Christin. V. 3. dec. 51. num. 2. etiamsi inter so-
cios conventum sit, (4690) ut quicquid unus sociorum faceret, illud o-
mnes obligaret: creditor siquidem, qui cum socio, suo nomine negoti-
um gerente contraxit, non reliquos socios, sed contrahentem tantum
respexit, (4691) & non illorum, sed hujus tantum fidem est secutus,
vid. 13. C. si cert. petat. Grav. lib. 2. concl. 24. consid. 1. num. 10. Tessaur. dec.
136. num. 2. &c. §. licet (4692) res ad societatem pertineant. *arg. 67. §. 1.*
h. arg. 13. C. si cert. petat. Tessaur. d. decis. 136. fere in fin. Felic. d. c. 30. num.
3. Si tamen hæc res vel pecunia, quam socius ex tali contractu accepit, 10
in rem societatis versa sit, (4693) tunc de communi est solvendum; *82.*
arg. 54. &c. Strych. de contract. mercat. num. 15. & creditori contra reli- 11
quos socios actio de in rem verso competere videtur, *Felic. d. c. 30. num.*
13. Grav. l. 2. concl. 24. num. 11. & quidem etiam constante societate, con-
tra singulos in solidum, (4694) secundum nonnullos DD. *Vid. Sanct. tr.*
de dec

1 *Quomodo ratione* temporis *additi societas solvitur?* ℞. Si illud sit præterlapsum, etiamsi negotia cœpta nondum sint absoluta & completa; nisi hoc tempus societati additum expresse vel tacite a sociis prorogetur.

2 *Si omnes socii simul cum extraneo contraxerunt, quomodo singulis sociis actio datur?* ℞. Pro rata societatis; *generale enim est, ubi plures contrahunt, quod quisque tantum pro rata teneatur.*

3 *Quid vero, si inter contrahentes hoc fuerit actum, ut ipsi fiant rei credendi in solidum, an tunc singulis sociis in solidum actio datur?* ℞. Affir.

4 *Quinam cum his reis credendi comparantur?* ℞. Argentarii socii, qui simul publicum gerunt officium. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 37.*

5 *In quantum vero singuli socii, si simul contraxerunt, tenentur?* ℞. Pro rata societatis.

6 *An tamen hi singuli socii in solidum tenentur, si sese tanquam rei debendi in solidum obligaverint?* ℞. Affir.

7 *Si unus ex sociis cum extraneo contraxit proprio nomine, an reliquis sociis contra debitorem ulla quæritur obligatio?* ℞. Neg. etiamsi sint socii omnium bonorum: *Actio enim, semel acquisita, ossibus acquirentis, ut Ddres loquuntur, inhæret, nec alio modo, quam per cessionem, in alium transferri potest.*

8 *An tamen in hac societate omnium bonorum debitum a socio, qui contraxit, est communicandum reliquis sociis societatis judicio?* ℞. Affir.

9 *Si unus ex sociis proprio nomine cum extraneo contraxit, an reliqui socii quoque obligantur?* ℞. Neg. etiamsi inter socios conventum sit, ut quicquid unus sociorum faceret, illud omnes obligaret; creditor siquidem, qui cum socio, suo nomine negotium gerente, contraxit, non reliquos socios, sed contrahentem tantum respexit, & non illorum, sed hujus tantum fidem est secutus, licet res, de quibus socius suo nomine contraxit, ad societatem pertineant.

10 *An tamen, si hæc res vel pecunia, quam socius ex tali contractu accepit, in communem arcam, vel alio modo in rem societatis versa est, tunc debitum de communi est solvendum?* ℞. Affir. Omnes enim illi, in quorum rem aliquid versum, de in rem verso tenentur.

11 *Qualis itaque actio hoc casu creditori contra reliquos socios competere videtur?* ℞. Actio de in rem verso, & quidem etiam constante societate contra singulos in solidum, secundum nonnullos Ddres; quamvis hæc sententia dubio haud careat, cum nullo certo juris fundamento probari possit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 42.*

de divers. honor. cap. 4. num. 11. Rot. Genuens. dec. 161. num. 5. Mantic. de tac. & amb. conv. l. 6. t. 22. num. 7. * nomine societatis, siquidem a reliquis tanquam institor communi negotiationi (4695) præpositus * est, licet tacite, *Felic. d. l. num. 15. 17.* [e. gr. si socii separatim negotia exerceant, vel ratione locorum, (4696) vel ratione negotiationum, (4697) *Christin. Vol. 3. decis. 52. num. 2. Cast. tr. de rata. quæst. 99. num. 5. Mantic. de tacit. convent. lib. 6. tit. 22. num. 5. in fin. Bes. ad L. 24. num. 6. h. Valasc. consult. 98. num. 7. Felic. d. l. num. 16. ¶ Peck. ad L. 4. pr. de exerc. act. num. 3. Castal. in L. 1. § 5. num. 19. de exerc. act.* aut si duo vel plures socii in una statione promiscue negotientur, h. e. modo unus, modo alter. *Surd. decis. 213. num. 1. Valasc. consult. 98. num. 5. in fin. Vers. limitatur. Peck. Castal. dd. ll. Felic. d. l. num. 15. Grav. lib. 1. concl. 24. num. 2. 3. Mev. ad J. L. lib. 3. tit. 9. art. 5. num. 5. Christin. d. decis. 52. num. 4. Rot. Genuens. decis. 196. num. 2. vid. Menoch. V. 5. Cons. 410. num. 37. 38.*] tum soli contrahenti actio acquiritur, reliquis non, nisi in subsidium, (4698) aut si fuerit consensus. *1. inf. l. seq. de institor. act. 1. § 14. de exercitor. action. Felic. d. c. 30. num. 41.* Socii vero singuli in solidum (4699) conveniuntur a creditore, *arg. 1. §. fin. 2. de Exercit. act. 13. § fin. l. seq. de inst. act. Barbos. V. 1. Dissp. 27. th. 4. lit. c. Menz. tr. de contract. tit. de natural. societ. num. 14. ¶ Castal. in l. 1. §. 5. & l. seq. de Exercit. act. Mevius ad I. L. l. 3. tit. 9. art. 5. num. 7. Valasc. consult. 98. num. 11. Cast. tr. de Rata. quæst. 99. num. 4. Felic. d. c. 30. num. 17. 30. &c. ¶.* etiamsi pecunia non probetur in rem societatis versa; (4700) *Felic. d. c. 30. num. 27. Vid. 1. §. 9. & l. 5. § 5. de exerc. act.* [*vid. supra tit. de Inst. act. in fin.*] modo legem præpositionis observaverit. (4701) *Vid.* (4702) *5. §. 11. 12. §. 5. de instit. act. Christ. V. 3. dec. 52. num. 3. Felic. d. c. 30. num. 17.*

* non (4703) est, tum ipsi soli exinde acquiritur actio & obligatio; *arg. 38. §. 18. de Obl. & Act. Felic. de societ. d. l. num. 41. &c.* nisi illa res sit in rem societatis (4704) versa; tum enim contra singulos datur actio de in rem verso. *11. Felic. d. c. 30. num. 13. vid. Mantic. d. l. 6. t. 22. num. 7.* Imo, etiam hoc in casu, si socius societatis nomine, secundum societatis legem & formam contraxerit, concedunt Dd. creditori adversus reliquos (4705) socios actionem, licet versio in rem & utilitatem societatis a creditore non probetur (4706) *Felic. d. c. 30. num. 7. &c. Sanz. lib. 2. de divis. honor. c. 4. num. 14. Dissent. Valasc. consult. 98. num. 4. ¶¶. vid. Rot. Genuens. dec. 14. num. 67. & seq.* Sin vero socius societatis nomine, sed non secundum societatis legem, de rebus ad societatem non pertinentibus contraxerit, adversus socios nulla exinde (4707) actio competit, *Christin. V. 3.*

1 *Cui acquiritur actio, si unus ex sociis, qui a reliquis tanquam institor communi negotiationi præpositus est, nomine societatis contraxit?* ℞. Soli contrahenti, reliquis vero non, nisi in subsidium, aut si fuerit cessa.

2 *Quotuplici modo talis præpositio fieri potest?* ℞. Duplici: vel *expresse*, vel *tacite*.

3 *Da exempla, in quibus unus ex sociis a reliquis negotiationi communi* tacite *præpositus censetur?* ℞. E. g. Si socii separatim negotia exerceant, vel ratione locorum, vel ratione negotiationum, aut si duo vel plures socii in una statione *promiscue* (*h. e. modo unus, modo alter*) negotientur, cum & hi invicem præpositi videantur. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 45. seq.*

4 *Quomodo vero hoc casu* singuli *socii conveniuntur?* ℞. In solidum, etiamsi pecunia non probetur in rem societatis versa; modo præpositus legem præpositionis observaverit, eandemque non excesserit. Lauterb. *d. l. §. 44.*

5 *Cui autem acquiritur obligatio & actio, si unus ex sociis, qui a reliquis negotiationi communi tanquam institor præpositus non est, nomine societatis contraxit?* ℞. Ipsi soli contrahenti, nec reliqui obligantur; nisi illa res sit in rem societatis versa: tum enim creditori contra singulos datur actio de in rem verso.

6 *Annon etiam hoc in casu, si socius, societatis nomine, secundum societatis legem & formam contraxerit, creditori adversus reliquos socios actio est concedenda, licet versio in rem & utilitatem societatis a creditore non probetur?* ℞. Concedunt illam actionem Ddres.

7 *Si vero socius, societatis quidem nomine, sed non secundum societatis legem, de rebus, ad societatem non pertinentibus, contraxerit, an tunc adversus socios exinde actio competit?* ℞. Tunc nulla exinde competit actio.

V. 3. dec. 52. num. 3. nec debitum illud de communi est solvendum; *arg. 12. h. Valasc. d. consult 98. num. 3.* nisi pecunia versa fuerit in communem arcam, *82. junct. 54. & seq. h.* aut societas omnium bonorum sit contracta. (4708) *arg. 39. §. 3. fam. ercisc. 52. §. f. 72. h. Mantic. de tac. & ambig. convent. l. 6. t. 22. num. 1. 2. 3 & 7. Costa. tr. de quota & rata. qu. 99. n. 12. vid. Carpz. p. 2. c. 17. def. 12.* ubi socios semper in solidum obligatos esse scribit: ¶. cujus contrarium (4709) tradit *Mev. ad J. L. l. 3. t. 9. a. 5. n. 4. &c.* 1

DE CONTRAHENDA
EMTIONE, &c. XVIII. 1.

D EMtio venditio est contractus consensualis, de re pro certo pretio tra- 2
N denda. *1. §. f. 2. §. 1. h. pr. I h. Barb. ad W. h. n. 1.* Est nominatus, *1. §. 1. de rer. permut.* Juris Gentium, (4710) *1. §. f. h. ἀπλαυς@, §. un. I. de oblig. ex consf. Mantic. de tacit. convent. l. 4. t. 1. num. 8. &c.* & bonæ fidei. *d. §. un.* 3

† Est vel sine scriptis facta, vel in scriptis, (4711) si nimirum partes convenerint, ut emtio venditio in scriptis fiat; *pr. I. h. 17. C. de fid. Instrum. vid. Fr. h. num. 18. &c. Vinn. ad d. pr. num. 11.* tum partes non obligantur (4712) prius, quam scriptura fuerit perfecta, (4713) *dd. ll. Carpz. p. 2. c. 33. d. 12. Vinn. ad pr. I. n. 10.* & interim locus est pœnitentiæ, (4714) cum arrhæ tamen dispendio, si quæ data. (4715) *pr. I. h. 17. C. de fid. Instr.* Quæ probationis tantum (4716) gratia in scripturam redigitur, in scriptis non est. *Carpz. p. 2. c. 33. d. 13.* ¶. In dubio scripturæ mentio probationis gratia facta videtur. (4717) *arg. 1. §. 2. de rerum permut. 4. de pign. 4. de fid. instrum. Carpz. d. def. 12. n. ult. Christin. Vol. 3. dec. 29. num. 15.* ¶. *Vinn. ad pr. I. h. n. 10. in f. Magon. decis. Lucens. 95 n. 19.* 4. 5 6 7 8

† Est vel Naturalis sive Oeconomica, (4718) vel Artificialis, vel Negotiatoria; (4719) *Molin. de I. & I. D 339. n. 2. Habn. h. num. 4. verb. unum commune.* quarum neutra in se mala est. (4720) *Lugo de I. & I. D. 26. sect. 4. n. 21. Molin. d. D. 339. n. 3. &c.* 9

C Perficitur hic contractus *pr. I. h. 1. §. 2. 2. §. 1. l. 9. h. 1. §. 2. de rer. permut. 2. §. 2. de O. & A. obst. pr. I. h. 8. h. 13. § 8. de ædil. edict. 2. C. de pericul. & commod. rei vend.* consensu (4721) contrahentium, [*ut in* D.] puro, *dd. ll.* declarato utcunque, etiam inter (4722) absentes, *1. §. 2. h. 2. §. 2. de O. & A.* [modo sit simultaneus, (4723) *vid. Mantic. de tac. conv. l. 4. t. 4. n. 3.*] *vid. tamen Harpr. ad pr. I. h. n. 77.* & regulariter libero; (4724) *11. C. h. 16. C. de jur. delib. arg. 5 C. de O. & A.* interdum tamen etiam quis cogitur (4725) emere vel vendere. *arg. 1. §. 11. de offic. præfect. urb. arg. 14. §. 1.* 10 11 12 13

quem-

1 *An vero debitum aliud de communi est solvendum?* R. Non est de communi solvendum; nisi pecunia versa fuerit in communem arcam, aut societas omnium bonorum sit contracta. *Vid.* Carpz. *cit. l.* ubi, ex communi DDrum opinione, socios semper in solidum obligatos esse scribit; cujus contrarium tamen tradit Mev. *cit. l.*

2 *Quid est Emtio venditio?* R. Est contractus consensualis, de re pro certo pretio tradenda.

3 *Qualis est hic contractus?* R. Est nominatus, (*quia certam ac specialem contrahendi formam habet, indeque speciale nomen, & aliud etiam, suo nomine conformem, producit*) Juris Gentium, (*ratione sc. originis, cum ex natura omnes pene contractus Juris Gentium sint; licet ratione melioris informationis, seu novæ formæ, quam hic contractus accepit, respectu cujus Juris Civilis dici potest*) συνάλλαγμα, (*quia utrumque contrahentium, emtorem sc. & venditorem principaliter & ab initio, atque directo, ut in contractu societatis, obligatur; unde etiam actio ex hoc contractu descendens ex utraque parte est directa, secus ac in Commodato, Deposito, Pignore, Mandato.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 1*) & bonæ fidei, (*quia in hoc contractu non verbis inhæremus, sed æquo & benigna interpretatione tantum potest officium Judicis, quantum in stricti juris specialis stipulatio.*)

4 *Quotuplex (2) est emtio venditio?* R. Duplex, vel sine scriptis facta, vel in scriptis facta.

5 *Quando emtio venditio in scriptis facta censetur?* R. Si partes convenerint, ut emtio venditio in scriptis fiat.

6 *In quonam consistit effectus hujus divisionis?* R. In eo, quod tum, si partes convenerint, ut emtio venditio in scriptis fiat, illa non obligatoria prius, quam scriptura fuerit perfecta, & interim locus sit pœnitentiæ, cum arrhæ tamen dispendio, si quæ data fuerit.

7 *An illa quoque emtio venditio, quæ probationis tantum gratia in scripturam redigitur, in scriptis facta dici potest?* R. Neg. quia hoc casu contractus emtionis venditionis ob mutuum consensum jam per se subsistit, & scriptura saltem melioris notitiæ causa, tanquam accidens accedit. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 5.*

8 *Cujus gratia inemtio scriptura in dubio facta censetur?* R. Magis probationis facilioris, & in futuram rei memoriam, quam perfectionis gratia; quia res instrumentis non geruntur, sed ex Regulis Juris consensu, re & verbis constituuntur. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 6. in fin.*

9 *Quotuplex (3) est emtio venditio?* R. Est vel Naturalis sive Oeconomica, (*quæ ad suam vel familiæ utilitatem necessaria emuntur, & superflua venduntur*) vel Artificialis, (*quæ quod emitur, ut per industriam commutatum iterum vendatur*) vel Negotiatoria; (*quæ res emitur ut non mutata cum lucro vendatur*) quarum neutra in se mala est.

10 *Quomodo perficitur emtio venditio?* R. Solo contrahentium consensu de re pro certo pretio tradenda.

11 *Quali consensu perficitur?* R. Consensu puro, declarato utrinque, etiam inter absentes, & regulariter libero.

12 *An vero consensus hic debet esse simultaneus?* R. Affir. eo sc. sensu, ut obligatio citri non sit perfecta, nisi postquam uterque consensum adhibuit.

13 *An tamen invitus etiam quis ad emendum & ad vendendum a Magistratu cogi potest?* R. Affirm.

quemadmod. servit. amitt. ra. pr. de religi. vid. C. I. A. h. th. 31. &c. Hahn. h. n. 3. Carpz. 1. R. 42. num. 17. Molin. tr. 2. d. I. & I. D. 341. n. 2. &c. Lugo de I. & I. D. 26. sect. 2. num. 11. Tuld. in C. h. n. 1. Mynf. 5. obs. 17. Mant. de tac. conv. l. 3. t. 4. n. 9. &c. Petra de jure quaesit. non tollend. per Principem. c. 24. n. 140.

S Emere & vendere possunt, qui contrahendo sese obligare valent, nec specialiter ab hoc contractu excluduntur *Masters h. qu. 3.* Sic emere prohibentur [1] qui ex officio (4726) aliquid vendunt, e. g. tutor, (4727) curator; *34. §. 5. h. 5. §. 2. & 3. de auct. tut. Vid. Mudaeus & Salicet. ad d. l. 34. §. 5. Harpr. ad pr. I. h. n. 125. Carpz. 1. 5. R. 62. Mantan. de jur. tutel. cap. 30. n. 60. &c.* nisi specialiter hoc quibusdam concessum fuerit. *46. ubi Muda.* [2] propter metum concussionis immobilia & mobilia ad victum & amictum non necessaria emere prohibentur, qui officii causa in provincia agunt, (4728) *62. pr. h. 46. §. 2. de jur. fisc. un. §. 2. C. de contract. Jud. vid. Barbos. ad d. l. un. Bach. V. 1. D. 24. th. 3. lit. a. Muda ad l. 62. h.* quod hodie plurimis in locis non (4729) observatur. *Christin. V. 2. dec. 96. num. 3. Wisemb. & Tuld. in C. d. tit. de contr. jud. Bos. ad l. 33. & 34. ff. de R. C. Grom. ad d. l. un. n. 3. Vid. tamen* Würtemb. Landr. *p. 1. tit. 77. §.* Allerley Gefahr. *p. 112. & seq.* Würtemb. Lands-Ordn. *tit. 38. §. 3.* [3] certo respectu ab hoc contractu excluduntur Nobiles & in dignitate constituti; (4730) *vid. 3. C. de commerc. & mercat. ubi Grom. Tuld. & Barb. Carpzov. p. 2. c. 6. d. 4. Scheplitz ad consuet. Brandeb. part. 4. t. 4. §. 1.* item Clerici, (4731) *c. 15. & 16. X. de vit. & honest. cleric. Molin. de I. & I. tr. 2. d. 342. Lugo de I. & I. D. 26. sect. 6. num. 53. &c.* Collegia ecclesiastica (4732) & privilegiata, Lindenspühr. *ad Ord. Provinc. Würtemb. pag. 13. h. 4. & 5.* Hostes; (4733) *2. C. quae res export. non debent. ubi Tuld. num. 1.* item Forenses, (4734) quibus multis in locis subditi bona prohibentur vendere immobilia, *vid. Mev. ad I. L. l. 1. t. 2. n. 5.* & tempore annonae caritatis, frumentum, (4735) *Tuld. in C. tit. quae res export. non debent. n. 3. Carpz. 1. R. 42. n. 12. &c.* farinam vel panem. *Vid. Christ. V. 3. dec. 64. n. 10. Tuld. in C. d. t. n. 4. Diana tr. de just. rer. pret. qu. ult. Vers. De furno dubitari potest. Bord. dec. 133. n. 6.* De venditione inter patrem & ejus filiumfam. (4736) *vid. 2. h. & ibi Muda.* 1 2 3 4 5 6

O Objectum est * MERX sive res, *1. §. 1. in f. h. 1. pr. de rerum permut.* [*Vid.* (4737) *66. 207. de V. S. 1. §. 1. de tributor. act. Fr. h. num. 38. C. I. A. h. th. 13.*] & pretium. *1. pr. de quo infr. pag. 303.* A 7
Merx debet esse * [1] EXISTENS, *15. pr.* alias nec aestimatio, nec pretium debetur. *69. de V. O.* Sic si quis duos servos emerit uno pretio, B 8 9 10

1 *Quinam emere & vendere possunt?* R. Omnes, qui contrahendo sese obligare valent, nec specialiter ab hoc contractu excluduntur.

2 *Quinam autem (1) emere prohibentur?* R. Qui ex officio aliquid vendunt; (*unde nec tutor, nec curator rem pupilli vel minoris, quam ipse ex officio vendit, emere potest*) nisi specialiter illud quibusdam concessum fuerit.

3 *Quinam (2) emere prohibentur?* R. Officii causa in Provincia agentes, qui propter metum concussionis immobilia & mobilia ad victum & amictum non necessaria emere prohibentur.

4 *An tamen hoc hodie adhuc observatur?* R. Hoc hodie plurimis in locis non observatur.

5 *Quinam (3) emere & vendere prohibentur?* R. Certo respectu & quoad negotiationis quæstuariæ exercitium ab hoc contractu emtionis venditionis excluduntur. Nobiles & in dignitate constituti; item Clerici, Collegia ecclesiastica & privilegiata, Hostes; (*cit. l. 2. C. quæ res export. non deb. ubi arma & materiam, ex qua arma conficiuntur, vendere, vel alio modo hostibus communicare, sub capitali pœna prohibitum est*) item Forenses, quibus multis in locis subditi bona immobilia vendere prohibentur. Sic etiam Magistratus (*per quem nonnulli supremum Principem intelligunt,*) ob justam causam, si sc. obsidionis metus adsit, & tempore annonæ caritatis, subditis Edicto injungere possunt, ne extraneis frumentum, farinam vel panem, & alias res similes vendant. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 13 & 14.*

6 *An venditio inter patrem & ejus filiumfamilias subsistit?* R. De hac venditione vid. *l. 2. ff. h. t.* ibique Mudæus.

7 *Quodnam est Objectum emtionis venditionis?* R. Merx sive res, & pretium.

8 *Quomodo autem merx comparata esse debet?* R. Merx debet esse (1) existens, licet potentia tantum; (2) certa & determinata, & (3) in commercio.

9 *Si merx existens non sit, annon ejus loco æstimatio, vel pœna debetur?* R. Neg. rei enim non existentis nulla æstimatio est; nec is peccat, qui, ob impossibilitatem, rem tradere non potest. Lauterb. *d. l. §. 16.*

10 *An igitur, si quis duos servos emerit pariter uno pretio, quorum alter ante venditionem mortuus est, an in uno servo constat emtio?* R. Neg. quia horum servorum una fuit emtio; uno vero servo non amplius existente, mox ipsa deficit emtio.

tio, quorum alter ante venditionem mortuus sit; in uno non constat emtio. *44. Mudae. ad t. h. n. 10. obs.* (4738) *57 pr. vid. Mudae. d. l.* Si domus
exusta veneat utroque * sciente, nihil (4739) agitur; *l. 57. §. f. ibi Mudae.* 1
num. 2. 3. * ignorante, tunc si tota vel major ejus pars est 2
combusta, venditio nulla est; si vero dimidia vel minor (4740) tantum
pars periit, subsistit contractus, pretium vero boni viri arbitrio diminuitur; *57. pr.* nisi expressum fuerit, quod emtor totam domum emtam
velit. *Fr. h. num. 106.* Si venditor tantum hoc scivit, emtor vero ignorarit, tota domo incendio consumta, nulla est venditio; si vero pars su- 3
perest, subsistit contractus, & venditor emtori tenetur ad interesse, *d. l.*
57. §. 1. Fr. h. num. 108. Emtor tantum si hoc scivit, venditio indistincte 4
valet, & venditor totum pretium exigere, & retinere potest; *d. l. 57. §. 2.*
ita ut hic emtor nec ad beneficium *2. C. de rescind. vend.* confugere valeat, (4741) *Mudae ad d. l. 57. num. 4. & seq. vid. C. I. A. th. 71.* licet merx ex- 5
istat POTENTIA tantum: *8. pr. & §. 1. h.* & tum si quis emerit * ipsas res C 6
* futuras directe e. g. fructus nascituros, feras, pisces, aves, quas venditor D
ceperit; venditio habet conditionem tacitam, si aliquid natum vel captum fuerit: hinc, si nihil natum vel captum, contractus redditur retro
nullus. (4742) *8. pr. h. Tulden. in C. h. num. 4. Lago de I. & I. D. 26. sect. 2. num. 15 Zoes. h. num. 15. Molin. de I. & I tr. 2. D. 340. num. 14. Mantic. de tac. convent. lib. 4. tit 18. num. 26. Mudae. ad l. 8. num. 4. h.* Si tamen venditor
in causa sit, quod nihil nascatur, vel capiatur, tum ex emto tenetur, *8. pr. Fr. h. num 17. Bachov. h. num. 7 l. K. Mudae d. l.* si vero nati fuerint fructus, quamvis tenues, vel aliquid captum, subsistit emtio, & totum (4743)
pretium debetur; *Mudae. d. l.* nisi certa quantitas emta, vel pretium ad
quantitatem (4744) sit constitutum, tum pretium debetur tantum pro
quantitate nata, &c. *39. §. 1. ibi Salicet. Mantic. de tacit. convent. l. 4. t. 18. num. 18. Mudae ad d. l. 8. num. 4. in f. Roth. de contrah. emt. assert. 21. in f. Bart. & Bald. in d. l. 39. §. 1.*
* praesentes quidem, sed imperfectas, e. gr. fructus pendentes, vel qui d. 7
sunt in herbis, [quod nec Ord. Polit. Imp. de An. 1577. t. 19. simpliciter 8
(4745) prohibitum, *vid. tamen Sand.* (4746) *l. 3. t. 4. def. 7.*] tum valet
emtio, & pertinet omne periculum ad emtorem, (4747) *arg. §. 3. I. h. arg 78 §. f. h. 15. de act. emt. Struv. h. th. 27. Vers. alter.*

* Spem c. 9

tantum, tanquam aleam & sortem, [quod fit, si ipsum actum
percipiendi emit. (4748) *Vid. Fab. in C. tit. de hoc. def. 26. Tulden. in C. h. num. 4. Lago de I. & I. D. 26. sect. 2. num. 15. Zoes. h. n. 15. Mudae. ad L. 8. num. 5.*

1 *Si vero domus exusta vendatur utroque* (venditore sc. & emtore) *sciente, an emtio subsistit?* ℞. Neg. sed potius nihil agitur; cum dolus cum dolo compensetur.

2 *Quid vero, si domus exusta utroque ignorante vendita sit?* ℞. Tunc, si tota domus, vel major ejus pars est combusta, venditio est nulla, quia verisimile est, emtorem non emturum: si vero dimidia, vel minor tantum pars periit, tunc subsistit quidem contractus, pretium vero boni viri arbitrio diminuitur; nisi expressum fuerit, quod emtor totam domum emtam velit: *hocce enim casu contractus etiam nullus est, quoniam emtor non alias, quam integras ædes emere voluit.*

3 *Quid vero obtinet, si venditor tantum hoc scivit, emtor vero ignoravit?* ℞. Tunc, si tota domus incendio consumta, nulla est venditio; si vero pars superest, subsistit contractus, & venditor emtori tenetur ad interesse.

4 *Quodsi autem emtor tantum hoc scivit?* ℞. Tunc venditio indistincte valet, (*nimirum, sive pars ædium supersit, sive non, quia emtor, sciens nihil quam aream superesse, illam videtur emisse,*) & venditor totum pretium exigere, vel jam solutum retinere potest, ita, ut hic emtor nec ad beneficium *l. 2. C. de resc. vend.* confugere valeat. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 17.*

5 *An valet emtio venditio, licet merx existat* potentia *tantum?* ℞. Affir.

6 *Si quis igitur emerit ipsas res futuras directe, e. g. fructus nascituros, feras, pisces, aves, quas venditor ceperit, quid tunc obtinet?* ℞. Tunc venditio habet conditionem tacitam, si aliquid natum vel captum fuerit: si enim nihil natum vel captum, contractus redditur *vere* nullus; si tamen venditor in causa sit, tum ex emto tenetur: si vero nati fuerint fructus, quamvis tenues, vel aliquid captum, subsistit emtio, & totum pretium debetur. Aliud tamen est, si certa quantitas emta, & pretium ad quantitatem sit constitutum; tum enim pretium debetur tantum pro quantitate nata. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 24. seqq.*

7 *Quid vero juris, si quis res præsentes quidem, sed imperfectas, e. g. fructus pendentes, vel qui sunt in herbis, simpliciter emerit?* ℞. Tunc valet emtio, & omne periculum ad emtorem pertinet.

8 *An hos fructus pendentes, vel qui sunt in herbis, emere* Ordin. Polit. Imp. de Anno 1577. tit. 19. *simpliciter est prohibitum?* ℞. Neg.

9 *Quomodo quis spem tantum, tanquam aleam & sortem emisse censetur?* ℞. Si ipsum actum percipiendi emit.

num. 5. Mantic. d. l.] tum pretium est solvendum, licet nihil natum vel 1
captum sit. 8. §. 1. h. vid. 8. §. f. de peric. & commod. DD. ad. l. Si tamen 2
per venditorem steterit, quo minus aliquid natum vel captum fuerit; aut
ipse nihil natum vel captum iri sciverit & dissimulaverit, tenetur ad æ-
stimationem illius, quod verisimiliter nasci vel capi potuisset, 12. ut. pr.
de act. emt. Tulden. in C. h. num. 4. Fr. h. num. 120. vid. Mudæ. de actione
emt. cap. ult. num. 17. & venditor conqueri non potest, licet captum ex- 3
cedat pretium longo (4749) intervallo; 12. de A. E. V. ibi Mudæ. c. fin.
num. 17. 18. Fr. h. num. 119. Sand. l. 3. dec. tit. 4. def. 16. modo non aliæ res, 4
quam de quibus actum, (4750) fuerint extractæ; Zoes. h. num. 16. Fr. h.
num. 121. quod tamen alii secus esse putant, si quis simpliciter & in ge-
nere jactum retis vendiderit (4751) Vigel. cent. 1. R. 47. Tulden in C. h.
num. 5. In dubio. (4752) emtio rei speratæ censetur, si venierint fru- 5
ctus &c. naturaliter futuri; 8. pr. h. sin vero aliæ res venierint, quæ ra-
tione contrahentium tantum futuræ dicuntur, spes emta censetur. 8.
§. 1. h. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 340. num. 14. vers. discrimen hoc. vid. Mantic.
de tacit. convent. l. 4. t. 18.

* [2] CERTA & determinata: Mantic. de tacit. conv. b. 6
l. 4. t. 14. num. 1 & 2. Et si quidem res comparatur * per AVERSIONEM, c. 7
(4753) [e. gr. certa aliqua res, nulla quantitatis vel saltem demon-
strationis gratia facta mentione: Ranchber. 1. quæst. 21. num. 6. Fr. tit.
de act. emt. num. 105. vid. Mantic. de tacit. convent. l. 4. t. 17. num. 11.
12. &c. Carpzov. l. 5. R. 25. num. 2. &c. Afflict. decis. 61. Tulden. in C.
de peric. & commod. rei vend. num. 11. &c.] emtio statim perfecta est,
quamprimum contrahentes de re & pretio consenserint, arg. pr. l. h.
35. de peric. & commod. 8. pr. eod. Mantic. de tacit. & ambig. l. 4. t. 17.
num. 2. Carpzov. d. R. 25. num. 6. &c. & adimplenda, licet in quantitate 8
sit erratum. (4754) arg. 40. §. 2. h. 42. de act. emt. vend. Ranchber. 1. quæst.
21. num. 9. 5. Carpzov. l. 5. R. 25. num. 14. 15. Fr. d. tit. de actione emt.
num. 118. 119. &c. [illegible] vid. omnino Tulden. in C. t. de peric. & comm. rei
vend. num. 13. * Ad MENSURAM [e. d. 9
gr. si in jugera alicujus prædii vel singula, vel universa pretium sit
constitutum: Ranchber. d. p. 1. quæst. 21. num. 1. 2. Fr. d. t. de act.
emt. num. 111. Carpzov. l. 5. R. 25. num. 3.] tum quantitatis habetur ra-
tio. (4755) Unde si major rei quantitas invenitur, venditor super- 10
fluum retinet, aut emtor pretium auget: sin vero facta mensura mi- 11
nus apparet, venditor defectum supplere, vel partem pretii remittere
cogitur. 40. §. 2. h. 2. pr. 6. pr. 34. pr. instit. 4. §. 1. de act. emt. 69. §. f. de evict.

Fr. d.

1 *An vero hoc casu* (ubi sc. spes fortunæ est emta,) *subsistit contractus, & pretium est solvendum, sive multum, sive parum, sive nihil sit natum vel captum?* R. Affirm. quia emtio est pura, & sibi imputare debet, qui spem magni, sed incerti commodi, lucro parvo, sed certo antepoluit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 17.*

2 *Si tamen per venditorem steterit, quo minus aliquid natum vel captum fuerit, aut ipse nihil natum vel captum esse finxerit & dissimulaverit, ad quid tenetur?* R. Ad æstimationem illius, quod verisimiliter nasci vel capi potuisset.

3 *An vero venditor conqueri potest, si captum excedat pretium longo intervallo?* R. Neg. Sicuti enim, si nihil extractum, damnum est emtoris; ita &, si aliquid, & quidem magnum fuerit extractum; &, re vendita, cujus æstimatio tempore venditionis plane est incerta, si ex eventu probatur læsio ultra dimidium, non est locus *l. 2. C. de resc. vend.* nam ad tempus contractus respiciendum, illo autem tempore & modus & valor est incertus. Lauterb. *d. l. §. 18.*

4 *Sed si aliæ res, quam de quibus est actum, fuerint extractæ, an & hæ ad emtorem pertinent?* R. Neg. (*quicquid enim non venditum, illud non est præstandum, & in dubio spectandum, quod verisimiliter actum, sive venditor, qui capturam piscium vendidit, si aliud pretiosum quid extraxerit, illud emtori præstare non tenetur*) quod tamen alii secus esse putant, si quis simpliciter & in genere jactum retis vendiderit.

5 *An in dubio emtio* rei speratæ, *an vero* spes *emta censetur?* R. Si venierint fructus &c. naturaliter futuri, emtio rei speratæ censetur; si vero aliæ res venierint, quæ apparenter & ratione contrahentium tantum futuræ dicuntur, spes emta censetur. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 19.*

6 *Quid* (2) *ratione rei vendendæ est necessarium?* R. Ut merx sit certa & determinata; hinc non valet venditio: Vendo tibi fundum, animal, librum pro 100 &c. ubi tamen omnino notandum, quod res vendantur vel tanquam corpora sive species, & per *aversionem*, vel ad mensuram & quantitatem.

7 *Quid igitur obtinet, si res per* aversionem *est vendita, e. g. certa aliqua res, nulla quantitatis, vel saltem demonstrationis gratia facta mentione?* R. Tunc emtio statim perfecta est, quamprimum contrahentes de re & pretio consenserint.

8 *An ergo adimplenda tunc est emtio, licet in quantitate erraverint?* R. Affir.

9 *Quid vero, si res ad* mensuram *sit vendita, e. g. si in jugera aliquis prædii, & quidem vel singula vel universa, pretium sit constitutum?* R. Tum quantitatis habetur ratio. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 20.*

10 *Quid itaque obtinet, si major vel quantitas inveniatur?* R. Tunc venditor superfluum retinet, aut emtor pretium auget.

11 *Quid vero, si falsa mensura minus appareat?* R. Tum venditor defectum supplere, vel partem pretii remittere cogitur.

Fr. d. tit. n. 119. &c. Rauchb. d. q. 21. n. 3. Carpz. d. R. 27. n. 16. &c. ¶. *vid. Treutlering. lib. 3. tit. de E. & V. Ref. 5. num. 7* Spectari debet mensura, quæ est 1
in loco rei sitæ, non loci contractus, (4756) *Mart. dig. nov. tom. 3. rubr. emt.*
vend. cap. 19. ¶. *Christin. Vol. 3. dec. 53. num. 5* ¶. etiam post LX dies, (4757) 2
in perpetuum. *Pistor obs. 110. Struv. h. t. §. 17.* ¶. *obs. 51. f. 11. de edil. Edict.*
Pistor d. l. in f. vid. Barb. V. 1. Diss. 28. th. 7. in f. Hæc emtio ad mensuram, 3
quamvis ratione pœnitentiæ (4758) sit perfecta, quamprimum partes consenserint de re & pretio: *Treutlering. lib. 3. tit. de emt. & vend. Ref. 5. n. 1.*
Mantic. de tac. conv. l. 4. t. 17. n. 5 attamen ratione periculi ante mensurationem pro imperfecta (4759) habetur, & facta demum mensuratione
perfica dicitur, *in f. 1. ff. 2. C. de pericul. & commod. rei vend. 35 § 5 & 7. h.*
Fr. h. n. 301. & tit. de all. emt. n. 101. Ca. l. 5. R. 27 n. 9. &c. Treutlering. d. Ref.
n. 1 & 3. Mantic. d. n. 5 & 6. ubi hoc limitat, maxime si vera traditio (4760)
intervenerit, *per d. l. 2. C. de peric. & comm.* de quo etiam Treutlering. *d.*
Ref. n. 5 & 6. *[3] in *COMMERCIO*: *34 §. 1. h.* alias enim contractus h. 4-5
nullus est. (4761) *6. pr. 34. §. 2 & 3. l. 70. h. Vinn. ad §. 5. I. h.* Sic quoque 6
contractus est nullus, si talem rei qualitatem esse ignoraverit uterque
contrahentium, emtor sc. & venditor: si vero ignoraverit solus *Emtor, F 7
tum venditor emtori obligatur ad interesse; *4. 34. §. 3 in f. 70. h. § 5 I. h.*
Mudæ. ad 34. § 3. obs. 61. § 1 h. vid. Barb. ad W. h. n. 6. & Vinn. ad § 5. I.
h. in f. nisi venditor habuerit justam ignorantiæ causam. (4762) *arg. § 5.*
I. h. 11. § 5. de all. emt. 19. § 1. 39. locat. Barb. Vol. 1. D. 25. th. 7. lit. c. Vinn.
ad § 5. I. h. in f. * Vendi- f. 8
tor: (4763) tum id, quod ab emtore sciente solutum, non repetitur. *34. §.*
3. ubi Mudæ. n. 6. vid. Vinn. ad § 5. I. h. n. 2. *NON* etiam, quæ sunt extra 9
commercium: sive exemerit ea natura, ut: Sol, Luna, &c. sive Jus genti- 10
um, ut: liber homo, (4764) *1. §. 9. de O. & A. 103. de V. O. 34. §. 2. vid. tamen § 4. I. de Jur. person. l. 2. C. de patr. qui fil. distr. Fr. h. n. 119. &c.* res religiosæ, (4765) sacræ, (4766) sanctæ; (4767) *§ 7. I. de R. D. 6. pr. 22. 73.*
vid. tamen (4768) 21. &c. Auth. præterea. C. de SS. Eccles. Fr. h. n. 130. &c. sed
non Ecclesiasticæ; (4769) *Nov. 120. cap. 6 & 9 Fr. h. n. 121. &c.* sive jus civitatis, (4770) idque * vel simpliciter, ut: res usu publicæ, (4771) *6. pr. 72.* G 11
§. 1. h. §. ult. I. h. Fr. h. n. 137. &c. C. J. A. h. th. 76. venena mala, (4772) *35.*
§. 2. Mudæ. ad l. 34. §. 1. h. n. 11. libri reprobatæ lectionis, (4773) *arg. 4. §.*
1. famil. ercisc. Christin. V. 3. dec. 64. n. 4. Officia. (4774) *Novell. 8. cap. 1. §.*
9. Nov. 8. cap. 7. C. L. A. h. n. 77. Lago de I. & I. D. 34. sell. 2. Fr. h. n. 139. &c.
* vel secundum quid, ut: res Litigiosæ, (4775) *2. & f.* g.
C. de litig. Fr. h. n. 143. & seq. Furtivæ, (4776) *34. §. 3. ubi Mudæ. Fr. h. num.*
145.

1 *Cujus autem loci mensura spectari debet?* ℞. Loci rei sitæ, aut ubi res tradendæ, non vero loci contractus.

2 *An etiam post sexaginta dies in perpetuum mensuratio rei, in contractum deducta, peti potest?* ℞. Affir.

3 *An hæc emtio ad mensuram contracta statim & ante mensuram est perfecta?* ℞. Est quidem ratione pœnitentiæ perfecta, quamprimum partes consenserint de re & pretio, attamen ratione periculi (*non ergo ratione vinculi obligationis,*) ante mensuram pro imperfecta habetur, & facta demum mensuratione perfici dicitur. *Vid.* Mantic. *cit. l. ubi hoc limitat*, maxime si vera traditio intervenerit per *cit. l. 2. C. de peric. & comm. rei vend.* de quo etiam Trentacinq. *cit. l.* quia tunc dominium transfertur. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 35. in fin.*

4 *Quid (3) requiritur circa mercem?* ℞. Ut merx sit in *commercio.*

5 *An ergo contractus emtionis venditionis nullus est, si res vendita in commercio non est?* ℞. Affirm.

6 *An quoque hic contractus est nullus, si talem rei qualitatem esse ignoraverit uterque contrahentium, emtor sc. & venditor?* ℞. Affir.

7 *Quid vero obtinet, si solus emtor illam rei qualitatem ignoraverit?* ℞. Tum venditor stricto jure obligatur ad interesse; ex æquitate tamen, exceptione justæ ignorantiæ, si ipse quoque ignoraverit, a præstatione ejus, quod interest, liberatur. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 19.*

8 *Sed, quid juris, si solus venditor hanc rei qualitatem ignoraverit?* ℞. Tum id, quod ab emtore sciente sponte solutum, repeti non potest; emtor enim sic sciens indebitum solvit, ergo, quia in culpa est, contra jus non potest res exigere, nullamque inde habet actionem, sed donare videtur. Nec tamen venditor, qui ignoravit, aliquid exigere potest; haud enim caret culpa, quia rei suæ conditionem scire debuit. Lauterb. *d. l.*

9 *An ergo res, quæ extra commercium sunt, non possunt esse objectum emtionis venditionis?* ℞. Non possunt: Regula enim est: *Omnia, quæ a nobis neque haberi, neque possideri possunt, illa nec emi nec vendi possunt.*

10 *Quotuplicitor autem res commercio sunt exemtæ?* ℞ Tripliciter: vel enim eximuntur sua *Natura*, ut: Sol, Luna, Stellæ, *&c.* vel *Jure Gentium*, ut: liber homo, (*quia liber homo non recipit æstimationem,*) Res religiosæ, sacræ & sanctæ, (Res ecclesiasticæ tamen Jure Gentium commercio non sunt exemtæ; nam hæ, exigente necessitate, vel utilitate alienari possunt) vel *Jure Civitatis.*

11 *Quotuplicitor vero Jure Civitatis res commercio eximit?* ℞. Dupliciter: vel *simpliciter*, ut sunt res usu publicæ, venena mala, libri reprobatæ lectionis, officia; vel *secundum quid*, ut sunt res litigiosæ & furtivæ.

105. &c. purpuræ & sericum ratione privatorum. (4777) *1. 2. C. quæ res* 1
vend. non possunt. ibi Tuldén. num. 1. 2. & Perez. num. 1. vid. C. I. d. h. th. 74.
&c. Fr. h. num. 160. &c. Christin. V. 3. decis. 64.

O Venduntur res corporales, & incorporales, *34. §. 1. h. 1. 2. ff. & C. de* 2
hered. vel act. vend. 1. C. de O. & A. pro parte divisa (4778) vel indivisa:
(4779) mobiles vel immobiles: ita, ut etiam ipsa pecunia, si non for- 3
maliter, sed tanquam aurum vel argentum consideratur, aut quia vetus
vel pulchra, vendi possit, *Lago de I. & I. D. 26. sect. 1. num. 1.* etiam com- 4
munis, (4780) *61 pro soc. 2. 3. C. de comm. rer. alienat. 13. §. 17. de act. emt.*
vid. tamen 1. & seqq. C. de commun. rer. alien. & ibi Tuldén. obs. 14. commun.
divid. & plane aliena, *28 h. 11. §. 2. 30. § 1. de act emt. vid. Barbos. Vol. 1.* 5
D. 18. th. 4. lit. c Bonac. de contract. & restit. D. 3. quæst. 2. punct. 2. num. 10.
&c. scilicet ut actio inde nascatur: (4781) *17. 16. commod. 31. depos. 7 locat.*
9. pr. 22. § si prædo. 2. de pign. act. Barbos. Vol. 1. D. 7. th. 4. lit. c. [præsta- 6
bit tamen venditor evictionem; *9. pr. 36. pr. & § 1. de pign. act. arg. 75. §.*
5. de V. O 25. § 1. h. qui tamen ignorans rem alienam vendidit & tradidit, 7
obligationi suæ in tantum satisfecisse censetur, ut ante ejusdem evictio-
nem (4782) ab emtore conveniri non possit, *3. C. de evict. 30. § 5. de act.*
emt. vid. Rach. de contr. emt. ass. 38. 39. 40 & 41. Barbos. d. l. & ad tr. ff. tit.
commodat. num. 4 lit. c Hahn. ad W. d. t. n. 4. Brunn. d. t. th. 5.] licet alie- 8
num esse scoverit venditor, (4783) *d. l. 30. § 5. Mede. de alleon. emt. cap.*
ult. num. 11. & emtor (4784) *arg. 28. h. obst. 34. §. 3. h. Molin. de I. & I.*
D. 357 num. 6 vid. tamen Lago de I. & I. D. 26. sect. 3. num. 18. Mede. ad d.
l. 34. § 3. h. Bonac. d. D. 3. quæst. 2. punct. 2. num. 23. NON etiam res emtoris 9
propria, (4785) licet ignoraverit suam esse: *16. h. 4. C. h. 45 de R. I. arg.*
3. §. 4. de A. vel A. P. obst. 34. § 4. h. & §. ult. I. h. vid. Rach. de contrah. emt.
assert. 42. hujusmodi emtio est ipso jure nulla; *dd. ll.* pretium repeti- 10
tur condictione indebiti; (4786) *16.* subsistit tamen, si pro parte tan- 11
tum propria sit, (4787) *18.* aut tantum quoad usumfructum: (4788) *16.* 12
§. 1. h. arg. l. 25 de V. S. officio tamen judicis pretium minuitur, *17. Me-* 13
de. ad l. 17. §. 2. h. num. 5. &c. aut si sub conditione (4789) eam emat, 14
61. h. junct. 31. 98. pr. de V. O. Rach. d. l. vid. Mantic. de tacit. convent.
l. 4. tit. 4. num. 18. aut si dominium rei emat jus, quod tertius in re 15
domini vel ad rem habet vel prætendit, *34. §. 4. h. 4. C. h. Mede. ad*
d. 17. §. 2. num. 9.

* *PRETIUM, §. 1. I. h. 2. §. 1. 72. h. 1. pr. de Rer.* 2. 16
permut. Mand. 17. de emt. vend. tit. 4. §. 6. vid. Mantic. d. l. 2. 19. n. 51. &c.
quo

1 *Quatenus vero purpura & sericum?* ℞. Ratione privatorum.

2 *Quales res vendi possunt?* ℞. Corporales & incorporales, & quidem non tantum in totum, sed etiam pro parte divisa, & indivisa; item Res mobiles & immobiles.

3 *An ergo & ipsa pecunia vendi potest?* ℞. Affirm. si scil. pecunia non formaliter, sed tanquam aurum & argentum consideratur, aut quia vetus, vel pulchra.

4 *An etiam res* communis *vendi potest?* ℞. Affir. & quidem pro parte vendentis propria cum effectu dominii transferendi; pro parte alterius vero cum eo effectu, quem alias habet venditio rei alienæ. *Vid.* Cocceji *Jus controv. h. t. qu. 16.*

5 *Num quoque res plane* aliena *vendi potest?* ℞. Affir. sc. ut actio inde nascatur vel ad rem præstandam, vel ad interesse solvendum.

6 *An tamen venditor rei alienæ præstabit evictionem?* ℞. Affir. venditor enim semper ratione rei venditæ & traditæ emtorem indemnem servare tenetur.

7 *Num vero is, qui ignorans rem alienam vendidit & tradidit, obligationi suæ in tantum satisfecisse censetur, ut ante ejus evictionem ab emtore conveniri non possit?* ℞. Affirm. *vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 21. in fin.*

8 *An quoque venditio rei alienæ valet, & actio nascitur, licet uterque & venditor & emtor sciverit rem esse alienam?* ℞. Affir. *vid.* Lauterb. *d. l. §. 22.*

9 *An vero res emtoris propria ipsi vendi potest?* ℞. Neg. licet emtor ignoraverit, suam esse.

10 *Quid igitur obtinet, si res emtoris propria ipsi sit vendita?* ℞. Hujusmodi emtio est ipso jure nulla, & pretium, quod ignorans solvit, repetit condictione indebiti.

11 *Si vero ista res tantum pro parte sit emtoris propria, an subsistit contractus?* ℞. Affir.

12 *An item, si tantum quoad usumfructum res emtoris sit propria?* ℞. Affir.

13 *Quid vero tunc de pretio statuendum?* ℞. Officio Judicis (*quod hujus contractus actioni inservit,*) pretium minuitur.

14 *An tamen valet emtio rei propriæ, si dominus eam sub conditione emat?* ℞. Affir.

15 *An item, si dominus rei emat jus, quod tertius in re domini vel ad rem habet, vel prætendit?* ℞. Affir. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 23.*

16 *Quid præter* mercem *ad emtionem venditionem requiritur?* ℞. Pretium.

1 *Quid*

quo res vendenda æstimetur. 16. §. 5. de pignor. 11. C. de Jur. dot. Et hoc pretium debet esse 2

* [1] PECUNIA [non reprobata, (4790) quæ incidit in contractum innominatum: arg. 1. pr. h. vid. 24. §. 1. de pign. act. Mantic. d. tit. 19. num. 14.] numerata. (4791) §. 2. I. h. t. §. 1. h. t. pr. de rer. permut. 5. §. 1. de P. V. 9. C. h. vid. Maul. d. l. num. 17. 18. Fr. h. num. 107. Muda. ad 7. §. 1. & l. 37 h. num. 7. 8 Rach. de contrah. emt. assert. 10. lit. b. vid. Lampad. de natura nummi. Mantic d. l. num. 13. Si cum pecunia (4792) promittatur res, itidem potest esse venditio, si partes hoc egerint. arg. 6. §. 1. 21. §. 4. ca act. emt. arg. 38. h. 34. de R. I. Muda ad l. 7. §. 1 & 37. h. num. 9. Fr. h. num. 111. vid. Mantic de tacit. & ambig. convent. lib. 25. tit. 2. num. 2. & seq. Carpzov p. 2. c. 31 d. 15. In dubio respiciendum, an res, vel pecunia potior sit, & minus habetur pro additamento, als eine Zugabe. 6. C. de pact. inter emt. & vend. Fr. h. num. 114. & c. Barbos. Vol. 1. Disp. 30. th. 5. Carpzov. d. d. num. 5 & 6. Muda. ad d. l. 7 & 37. h. num. 9. in f. & seq. in. Mantic. d. lib. 25. tit. 2. num. 22. Si æqualia sint, creditur esse emtio; (4793) Barbos. Vol. 1. Disp. 28 th. 5. vid. tamen (4794) Carpzov. d. l. num. 7. Mantic. d. l. 25. tit. 2. num. 22. in fin. Maul. d. l. num. 13. Molin. de J. & J. D. 356. num. 8. cum hoc negotium, maxime quoad præjudicium tertii, sit in rei veritate negotium mixtum. Lugo de I. & I. D. 26. sect. 1. num. 6. Potest tamen res in solutum dari. (4795) 9. C. de rescr. vend. arg. 8. pr. mandat. 1. §. 13. depos. vid. Fr. h. num. 76. Maul. d. l. num. 19. 3 H 4 5 6 7 8

* [2] VERUM, & non simulatum, ac dicis gratia constitutum, 16. de R. I. 55. h. 54. de O. & A. licet sit pretium minus justo: nam hoc valet in vim donationis, inter non (4796) conjuges. 38. h. vid. Muda. ad 38 h. num. 1. NON etiam vendi potest uno nummo, (4797) arg. 46. locat. 10. § 5. de A. vel A. P. obs. (4798) 66. de jur. dot. vid. Fr. h. num. 111. Barbos. Vol. 1. Disp. 28 th. 5. in f. aut ita, ut quis ab initio & expresse totum rei pretium donationis gratia promittat non exactum iri: 36 & 38. h. vid. 5. locat. 31. §. 4. de don. inter vir. & ux. Muda. ad d. l. 36. num. 2. & c. nam tum negotium subsistit in vim donationis; (4799) 3. 9. C. modo res tradatur; ad. 8 vid. Barbos. Vol. 1. Disp. 28. th. 5. in f. etiam novo jure. (4800) Different Muda ad L. 36. h. num. 14. h 9 10 11 12 13

* [3] CERTUM §. 1. I. h. 35. §. 1. h. vid. Tuldem. in C. h. num. 2. Gail. 2. obs 13. Mynsf. 4. obs 74. & cent. 5. O. 79. Mant. de tac. conv. l. 4. t. 19. n. 55. & c. Maul. tr. de emt. vend. tit. 4. § 14. & c. Trentacinq. lib. 3. tit. de emt. Res. 9. (Hinc non valet venditio, si convenerint partes, quod res pro justo pretio alicui debeat esse vendita; arg. 5. C. h. Molin. de I. & I. h 14 15

1 *Quid autem hic est pretium?* R. Quo res vendenda aestimatur. Vox enim pretii varie sumitur, & quidem (1) late, pro omni eo, quod alicui datur quasi in compensationem vel remunerationem: sic, quod in causa transactionis datur, pretium dicitur (2) stricte, pro mercede locationis, & (3) pro eo, quod in emtione, ex parte emtoris, pro re, quae venit, promittitur, ut hic fit. Hic proprie loquendo pretium non est aestimatio, sed potius illud, quo res vendenda aestimatur. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 38.*

2 *Quomodo autem comparatum debet esse hoc pretium?* R. Debet esse (1) pecunia numerata. *Vid.* omnino Lauterb. *d. l.* (2) verum, & non simulatum, ac certa ratione constitutum, & (3) certum.

3 *An vero hoc pretium etiam in pecunia reprobata consistere potest?* R. Neg. sed hoc casu transit hoc negotium in contractum innominatum. Lauterb. *d. l. §. 40.*

4 *Si enim pecunia simul res, & quidem summa aestimanda contrahendo, promittatur, qualis contractus est?* R. Iudicium potest esse venditionis, sed tamen tunc hoc negotium [illegible] venditio, & res [illegible] additamentum, als eine Zugabe, habetur.

5 *Pro quali vero contractu in dubio habetur?* R. In dubio respiciendum, an res, vel pecunia potior sit, & tunc minus habetur pro additamento. Si enim contrahentes animum expresse declaraverint, nec aliunde de illorum mente constet, denominatur negotium ex eo, quod praevalet, & alterum, quod superest, pro additamento habetur, *l. 6. C. de pact. int. emt. & vend.* alias, negotium pro permutatione habetur, [illegible]; quod [illegible] in emtione. *l. 14. C. de resc. vend.* Lauterb. *d. l. §. 39.*

6 *Quid vero, si res & pretium aequalia sint?* R. Hoc casu creditur esse emtio; quia credibile est, contrahentes potius ad id, quod numerabile est, & *frequentius*, quam ad antiquius respexisse.

7 *Estne autem hoc negotium ex ea veritate negotium mixtum?* R. Affir.

8 *An vero manet emtio, si pecunia non praesens, sed res in solutum detur?* R. Affir. Si enim partes de certo pretio pro re solvendo convenerunt, tunc alia res, salva emtionis substantia, omnino in solutum dari potest. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 40.*

9 *Quale pretium (2) esse debet?* Verum & non simulatum, ac certa ratione constitutum. Pretium autem verum dicitur (1) ratione solutionis, quod *persolvendum*, (2) ratione veritatis, quod vere constitutum & promissum est. Quomodo vero pretium certa ratione constituatur, vid. Lauterb. *d. l. §. 42.*

10 *Potestne et contractus venditionis pretium justo minus constitui?* R. Affir. nam hoc valet in venditionibus inter non conjuges.

11 *An vero nummus pro re vendi potest?* R. Neg. nam [illegible], quae alicujus monetae est, [illegible] tantum pretii habet. Lauterb. *d. l. §. 44.*

12 *An tamen ita res vendi potest, ut quasi ab emtore* (antequam sc. ad eum veniat,) & *expresse* ([illegible] *l. 7. C. de cond. caus. dat.* & quod [illegible]) *nullum res pretium, donationis gratia, promittat nec exsolvat [illegible]?* R. Neg. nam tum negotium subsistit in vera donatione, modo, ut in majore de animo donandi constet, res [illegible] tradita. An autem hoc in casu sit donatio [illegible], an vero pretium vel partem, [illegible], de quo si aperte non constet, [illegible] ad conjecturas. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 45.*

13 *An etiam Novo Jure ad hoc, ut emtio hoc casu in veram donationem subsistat, traditio est necessaria?* R. Affir. Jure quidem veteri stipulationis quoque perficiebatur donatio; sed Imperatores requirunt traditionem. *Vid.* Bachov. *ad. l.*

14 *Quid (3) circa pretium requiritur?* R. Ut pretium sit certum.

15 *An ergo valet venditio, si conveniant partes, quod res pro justo pretio alicui debeat esse vendita?* R. Neg.

An

I. & I. tr. 2. D. 337. num. 4 obst. (4801) *16. §. 5. de pign. Bus. ad 1. de rer. permut. num. 7. in f. Molin. d. D. 337. num. 11. vid. Maul de emt. & vend. tit. 4. num. 22. vid. tamen Mantic. d. tit. 19. num. 21. &c.* nisi res a magistratu habeat certum pretium, *Tulden. in C. h. num. 4. Vinn. ad §. 1. I. h. num. 2. in f. Surd. dec. 81. num. 14. in f.*] etiam per relationem; (4802) *6. de R. C.* vel ad præteritum, e. g. quanti emisti: (4803) vel ad præsens, v. gr. quantum in arca habeo: [*vid. Bach. V. 1. D. 24 th. 6. lit. d. Rath. de contrah. emt. assert. 10. n. 5. &c. Muda. ad 7. §. 1. & l. 37. h. n. 2. 3. Bus. ad 1 de rer. permut. num. 6. Mantic. d. tit. 19. n. 18 & 50.*] vel ad futurum, v. g. quo pretio illo die in foro publico vendetur. (4804) *Vinn. ad §. 1. I. h. n. 2. in f. Rath. d. assert. 10. n. 10. vid. 7. §. 1. l. 37. h. §. p. I. de V. O. arg. §. 1. I. h.* Si pretii determinatio collata in arbitrium (4805) alicujus * ex contrahentibus, emtio nulla est. (4806) *35. §. 1. l. 7. pr. ff. 13. C. h. arg. §. 1. I. de locat. & cond. 22. de P. V. 2. §. 3. quod cert. loc. Vinn. ad §. 1. I. h. num. 3. in f. Perez. in C. h. num. 15. Rath. de contrah. emt. assert. 11. lit. a. Bachov. Vol. 1. Disp. 24. th. 6. lit. d. Fr. h. num. 252. Muda. ad d. l. 7. §. 1. & l. 37. h. num. 5. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 337. num. 8. Bonac. de contract. D. 3. quæst. 2. punct. 1. num. 6. obst.* (4807) *24. pr. locat. l. 7. pr. h. & 6. pro soc. Vinn. ad §. 1. I. h. num. 6. Muda. ad d. l. 6. num. 1 & 2.*

* tertii * incerti, emtio est nulla, *f. C.* I. K 5

h. 25. locat. Mantic. d. l. 4. t. 19. num. 19. nec ad boni viri arbitrium est recurrendum. (4808) *Vinn. ad §. 1. I. h. num. 3. verb. quanti ille æstimaverit. vid. tamen Mantic. d. tit. 19. num. 33. &c. Bus. ad l. 1. de rer. permut. num. 4.* ubi testatur de contraria consuetudine, (4809) de qua etiam *Vinn. d. l. in f. vid. 1. §. 1. de leg. 2. Fr. h. n. 260.* 6

* certi, tum emtio sub conditione (4810) videtur contracta, & si arbitrator electus pretium definire non possit, vel nolit, venditio deficit; *§. 1. I. h. f. C. h. 75. pro soc. 43. de V. O. Vinn. ad d. §. 1. num. 6. Rath. d. assert. 11. lit. d. obst.* (4811) *3. §. 1. C. comm. de leg. arg. 12. de R. I. Vinn. d. l. Rath. d. l. lit. e.* si vero arbitrator electus pretium definiat, ejus arbitrio standum est; *d. §. 1. I. h. f. C. h.* nisi nimis magno vel parvo pretio rem æstimaverit, tunc enim arbitratur judex, *76. in f. 78. & seq. pro soc. arg. 30. de op. libert. Fr. h. num. 261. &c.* licet læsio dimidium justi pretii non (4812) excedat; *Mastert. in varr. tr. 1. de emt. qu. 5. Vinn. ad §. 1. I. h. num. 5 Rath. d. assert. 11. lit. g. h. & 1. num. 12 & 13. vid. Lanfranc. tr. de arbitr. p. 1. num. 3. Bapt. a S. Blasio tr. de differ. inter arbitr. & arbitrat. quæst. 2. num. 5.* aug- K. 7 8 9

1 *An tamen talis venditio valet, si res a Magistratu justum pretium habeat constitutum?* ℞. Affir.

2 *An quoque sufficit, si pretium sit certum per relationem?* ℞. Affir.

3 *Quotupliciter autem pretium per relationem certum esse potest?* ℞. Tripliciter: scilic. (1) per relationem ad *praeteritum*, v. g. quanti emisti, quae est similis conditionali. (2) per relationem *ad praesens*, v. g. quantum pretii, vel quod pretium in arca habeo. *Vid* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 48.* (3) per relationem *ad futurum*, v. g. quo pretio illo die in foro publico vendetur.

4 *An emtio valida est, si pretii determinatio collata in arbitrium alicujus ex contrahentibus?* ℞. Neg. quia nulla promissio valet, quae ex voluntate promittentis statum capit, cum nulla sic subsit necessitas praestandi. Lauterb. *d. l. §. 49.*

5 *Quid vero, si pretii determinatio collata sit in arbitrium alicujus tertii incerti?* ℞. Tunc emtio iterum est nulla; quia hoc modo pretii determinatio exitum habere non potest.

6 *An non tamen hoc casu est recurrendum ad arbitrium boni viri?* ℞. Neg. (hoc enim tunc tantum fit, si *tertius* inique aestimaverit.) *Vid. tamen* Bus. *cit. l.* ubi testatur de contraria consuetudine, de qua etiam Vinn. *cit. l.*

7 *Quid vero obtinet, si pretii determinatio in tertii certi arbitrium est collata?* ℞. Hoc casu, ubi arbitrium *certi* est electum, emtio sub conditione videtur contracta, ita, ut, si arbitrator electus pretium non definiat, vel quia non possit, vel quia nolit, etiam venditio deficiat: si vero arbitrator electus determinet pretium, eius arbitrio omnino standum est.

8 *Quid vero, si hic nimis magno, vel parvo pretio rem aestimaverit, & manifesta ejus iniquitas appareat?* ℞. Tunc res, officio Judicis, quod actioni bonae fidei inservit, reducitur ad boni viri arbitrium.

9 *An autem etiam tunc Judex arbitratur, licet iniquitas dimidium justi pretii non excedat?* ℞. Affir.

augmentum tamen potest esse incertum. (4813) *7. §. f. h. vid. Mantic.* 1
d. lib. 4. t. 19. num. 49. & tit. 25. num. 3. Menl. de cont. vend. tit. 4.
num. 11.

* *NEQUE* requiritur ad substantiam hujus contractus, ut h. 2
pretium sit *JUSTUM* : *38. h. 16. §. 4. de minor. 22. §. f. locat. Mantic.*
de tacit. convent. l. 4. tit. 10. num. 1. Dinner. tr. de just. ver. pret. defin. quæst.
2. num. 2 hoc tamen ad ejus justitiam (4814) pertinet. *2. C. de resc. vend.* 3
49. §. 8. de leg. 1. 31. §. 4. de don. inter vir. & ux. 7. §. 12. comm. divid. 50. pr.
de furt. Dinner. d. tr. q. 2. n. 9 & 10.

D *JUSTUM* autem pretium esse censetur, quod est definitum L. 4
a * Superiore, & legitimum seu legale vocatur. Perpetua definitio 5.6
pretii difficilis est; *63. §. f. ad L. Falc. 3. de eo, quod certo loco. Mantic. d.*
t. 20. num. 5. expedit tamen reipublicæ. (4815) *Vid. 1. §. 11. de off. præfect.* 7
urb. 1. C. de Episc. audient. c. un. §. post natalem. 4. 2. Feud. 27. Lugo. d. sect.
4. num. 49. & seq. Mantic. d. l. 4. t. 20. num. 24. 26 & 29. Dinner. d. tr. quæst.
3. num. 1. &c. & quæst. 4. num. 1. &c. vid. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 364. 365.
Hoc legale sive legitimum regulariter justum præsumitur, *Lugo. d. sect.* 8
4. num. 38. Bonac. in d. punct. 4. num. 1. Molin. d. D. 364. num. 2. cujus omnis 9
excessus læsio est, licet dimidium non (4816) excedat. *c. un. §. 4. 2. Feud.*
27. arg. 29. de usur. Mantic. d. tit. 20. num. 27. Lugo. d. D. 26. sect. 6. num. 87.
Dinner. d. tr. c. 4. num. 6. vid. Molin. d. D. 364. num. 4. &c. & D. 365. Bas.
de annuis redit. c. 9. num. 38. Si tamen pretium definitum sit in gratiam 10
emtoris [uti plerumque fit] tum venditor potest minus accipere; sin
venditoris [quod fit e. g. in emtione annuorum (4817) redituum] tum
emtor potest majus dare. *Lugo. d. D. 26. sect. 4. num. 38. in f. Bas. de ann.*
redit. c. 9. num. 17.

* vel communi hominum æstimatione; non privato alicujus affe- l. 11
ctu. *63. ad L. Falc. 33. pr. ad L. Aquil. vid. 18. §. f. de m. c. donat. 1. §. 16. ad*
SCt. Trebell. 52. §. 29. de furt. 2. §. 4. ad L. Rhod. de jact. 114. §. 5. de leg. 1.
L. 14. in f. pr. de cond. furt. Mantic. d. l. tit. 20. num. 6. Dinner. d. l. quæst.
2. num. 5. Gail. de pign. c. 18. num. 8. Hoc dicitur vulgare seu naturale; 12
Lugo. d. l. num. 38. Bonac. d. l. Molin. de J. & J. tr. 2. D. 347. num. 2. 3. vid.
Speidel. voc. Anschlag. & latitudinem (4818) habet, den geringsten, 13
mittel, und höchsten Anschlag. *Molin. d. l. num. 4. Lugo. d. l. num. 39.*
40. Bonac. d. l. pro ratione circumstantiarum: [e. gr. rerum, emto- 14
rum, pecuniæ raritate vel copiæ, *Lugo. de J. & J. D. 26. sect. 4. num.*
43. 44. Bonac. de contract. D. 3. quæst. 2. punct. 4. num. 2 & 14. Mantic.
de

1 *Ut vero emtio & venditio dicatur perfecta, an sufficit, si certum pretium sit constitutum, licet ejus* augmentum *incertum, & in casum futurum, vel emtoris, aut venditoris arbitrium sit collatum?* ℞. Affir. Unde etiam venditio valida esse censetur, si res veneant pro certo, licet modico pretio, eo pacto addito, ut emtor solvat venditoris debita. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 52.* & *Tract. Syn. h. t. §. 1. n. 15. in fin.*

2 *An ad substantiam hujus contractus requiritur, ut pretium sit justum?* ℞. Neg.

3 *An tamen hoc justum pretium ad ejus justitiam pertinet?* ℞. Affir.

4 *Quodnam autem (1) pretium justum & aequivalens esse censetur?* ℞. Quod definitum est a Principe, seu Superiore.

5 *Quomodo illud pretium vocatur, quod a Principe seu Superiore est definitum?* ℞. Pretium legitimum, seu legale; quia a Principe seu Superiore *Lege* sive *Decreto* definitur.

6 *An perpetua definitio pretii difficilis est?* ℞. Affir. non enim semper una eademque copia rerum vendendarum adest, & ideo pro ratione copiae, vel defectus, vel augendum, vel minuendum est pretium.

7 *An tamen Reipublicae expedit perpetua pretii definitio?* ℞. Affirm. ne sc. venditores, privato arbitrio, pretia rerum augeant, emtoresque hac occasione decipiant.

8 *An hoc legale, sive legitimum pretium regulariter justum praesumitur?* ℞. Affir. quia a Principe seu Superiore est determinatum.

9 *An vero hujus pretii legalis omnis excessus laesio est, licet dimidium justi pretii non excedat?* ℞. Affir.

10 *Si pretium a Principe seu Superiore est definitum, an minus vel majus accipi vel dari potest?* ℞. Si pretium in favorem emtorum lege est definitum, (*uti plerumque fit*) venditor minus accipere; & si in gratiam venditoris est determinatum, (*uti interdum etiam accidit, e. g. in emtione annuorum redituum*) emtor majus dare non prohibetur.

11 *Quodnam vero (2) pretium justum & aequivalens esse censetur?* ℞. Quod constituitur non ex unius curiosa levitate, aut privato alicujus affectu; sed communi hominum, tam prudentum, quam aliorum aestimatione, nach gewöhnlichen und gemeinen Anschlage. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 17.*

12 *Quomodo illud pretium vocatur, quod communi hominum aestimatione est definitum?* ℞. Pretium vulgare, seu naturale.

13 *Quomodo hoc pretium vulgare seu naturale est comparatum?* ℞. Latitudinem habet; den geringsten, mittlern, und höchsten Anschlag: in hoc enim pretio vulgari non tam intrinseca rerum perfectio, quam utilitas in ordine ad usus humanos, item qualitas, ornatus, antiquitas & variae aliae circumstantiae considerantur.

14 *Quaenam sunt istae circumstantiae, quae pretium hoc vulgare variant?* ℞. E. g. Circumstantiae Rerum, (*sic gemma, quamvis minus utilis sit, quam domus, pratum, vinum, frumentum &c. saepe tamen plus valet.*) Emtorum, pecuniae raritatis vel copiae; nam quae rara, cara: unde ex rerum copia, emtorum inopia, & pecuniae abundantia crescit & decrescit valor vulgaris.

de tacit. convent. l. 4. t. 20. num. 41. &c. fructuum in fundo pendentium, 1
ult. §. fructus. ff quæ in fraud. credit. Mantic. d. t. num. 33. loci
rei sitæ periculosi, vid. 7. §. 8. ut §. 5. de minor. Mantic. d. l. num. 39.
vel fructuosi, 13. pr. de reb. eor. qui sub. tut. Gaden. consf. 17. tempo-
ris pacis vel belli, Molin. d. tr. D. 348. num. 4. Mantic d. t. num. 40.
pacti de retrovendendo, (4819) vel similis pacti addici, 79. Man-
tic. d. t. 20. num. 41. 42. securitatis pretii, 4. §. 6. de in diem addict.
Mantic. d. tit. 20. num. 45. Bonacin. d. punct. 4. num. 18 19. aut futu-
ræ evictionis, Mantic. d. t. 20. num. 45. dilatæ vel anticipatæ solutio- 2
nis, d. l. 4. §. 6. 15. §. 1. in f. de in diem addict. §. 33. vers. Plus. Inst.
de act. Mantic. d. l. num. 46. vid. Molin. d. tr. D. 355. &c. prædiorum 3
culturæ, (4820) 3. §. 5. de jur. fisc. Mantic. d. l. num. 50. conditionis
& qualitatis vicini, (4821) arg. 35. §. fin. h. Barbos. locupl. lib. 19. cap.
27. ax. 2. fere in f. modi vendendi, an scil. magna quantitas venda- 4
tur, Bonacin. d. punct. 4. num. 11. Lago. d. D. 26. sect. 4. num. 45. Mo-
lin. de I. & I. Tr. 2. D. 348. num. 5 & 7. laboris, expensæ, periculi, 5
vid. Bonacin. d. punct. num. 19. Molin. d. D. 348. num. 8. fructuum & an- 6
nuorum proventuum. (4822) 92. pr. de Leg. 1. 13. pr. de reb. eor. qui
sub. tut. 16. C. de resc. vend. vid. Dimer. d. tr. quæst. 2. num. 11. &c.
Webner. obs. pract. Besold. thes. pract. & Speidel. Specul. voce Anschlag.
Mantic. d. t. 20. num. 10. &c. Gail. de pignor. cap. 18. num. 12. dignita- 7
tis rei annexæ: vid. Lago. d. D. 26. sect. 4. num. 48. unde etiam plus
est 300 ex Jurisdictione, quam 800 ex aliis rebus percipere, Mantic.
d. t. 20. num. 17 Dimer. d. quæst. 2. num. 16. 18. vid. omnino Gaden. Con-
sil. 17. Webner. Besold. Speidel. d. voc Anschlag. Mantic. d. tit. 20. Di-
mer. Lago. Bonac. dd. ll. Molin. d. D. 348. &c.] Sic in pretio emtionis 8
naturaliter [secundum naturam commerciorum, vid. Grot. d. J. B. & P.
lib. 2. c. 12. num. 26. Dimer. de just. pret. def. quæst. 1. Lago. de I. & I.
D. 26. sect. 6. num. 81 Mantic. de tacit. convent. l. 4. tit. 20. num. 57. &c.]
licet, [h. e. permissum est, Lago. d. sect. num. 81. &c. Fr. h. num. 148. &
num. 336. &c. vid. Molin. de I. & I. d. Tr. D. 350.] contrahentibus se cir-
cumvenire; (4823) ἐμπορικῶς, negotiative & sine proposito fallendi,
vid. Nov. 97. c. 1. 8. C. de rescind. vend. Fr. h. num. 233. Dimer d. tr. quæst. 1.
num. 29. Mantic. d. t. 20. num. 62. & quidem usque ad dimidium (4824) 9
justi pretii: 2. C. de rescind. vend. non etiam fraudulenter. (4825) 13. §. 10
4 & 5. de A. E. V. 43. §. f. h. Fr. h. n. 330. &c. Mantic. d. t. 20. n. 61. Lago. d. D.
26. sect. 4. n. 66. Molin. d. tr. d. 352. Circa has quæstiones (4826) respici- 11
endum ad tempus, quo contrahitur, 8. in f. C. de rescind. vend. 3. §. 5. de
jur.

1 *Quaenam circumstantiae porro pretium hoc vulgare variant?* R. V. g. Circumstantia fructuum in fundo pendentium, *item*, loci rei sitae periculosi, & rei casibus fortuitis subjectae, v. g. prope flumen in loco ruinoso, *item*, loci fructuosi, vel infructuosi, nam pro fructuum modo pretium inveniunt res immobiles, *item*, temporis pacis, vel belli, quo plus valent arma, equi & alia ad bellum necessaria; *item*, pacti de retrovendendo, (*eo propter quod res, quae aliàs valet 100, non dicitur valere ultra 70.*) vel similis pacti additi, quo sc. rei onus imponitur, vel jus emtoris imminuitur; *item* securitatis vel periculi pretii, (sic periculum pretium vel pro parte amittendi, aut cum molestia exigendi, justa est causa illud augendi) *aut* periculi futurae evictionis, si sc. venditor aere alieno est oneratus, ita, ut in casum evictionis facultatibus non sit idoneus.

2 *Quae circumstantiae variae solutionis variant hoc vulgare pretium?* R. Circumstantia dilatae vel anticipatae solutionis.

3 *An etiam praediorum cultura, & conditio seu qualitas vicini variat hoc pretium?* R. Affir. Sic Plutarchus scribit, Themistoclem, dum praedium distraheret, per praeconem jussisse id edici: *Aedibus, quas auctioni subjiceret, bonum esse vicinum*: bella enim e vicino illata sunt periculosissima, unde ratione conterminii sive vicini mali res dicuntur minoris pretii esse. *Vid.* Gothofr. *ad l. 35. [illegible] lit. S.*

4 *An quoque modus vendendi hoc vulgare pretium variat?* R. Affir. Aliud enim est, ut quid minutim, aliud vero, ut quid in magna quantitate vendatur, quia ille modus plures labores & expensas venditori affert.

5 *An etiam labor, expensa & periculum hoc pretium vulgare variant?* R. Affir.

6 *An &, in rebus maxime soli, modus fructuum & annuorum proventuum hoc pretium variant?* R. Affir. *arg. l. 13. pr. de rebus eor. qui sub tut.* ibi: *Cum pro fructuum modo pretium inventurus sit.* & *l. 16. C. de resc. vend.* ibi: *Rei qualitas & fructuum quantitas aestimatur.* Reditus autem debent computari secundum eam quantitatem, quae rebus proventus annui est collecta, & justum pretium dicitur, quod quantitate respondet XX annorum. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 57.*

7 *An quoque dignitas rei annexa variat pretium?* R. Affir. honorificum enim habetur, res habere raras & pretiosas, vel quae pretiosae ab omnibus habentur. Unde etiam pluris esse dicitur fundus cum Jurisdictione, quae praebet dignitatem & utilitatem, quam [illegible]. Sic Castra, quibus Jurisdictio annexa, majori pretio digna dicuntur, & [illegible] ex fructibus Jurisdictionis non valere dicuntur. *Vid.* Donner. Gendan. & Wehner. *obs.* K.

8 *An quatenus in pretio vulgari emtoribus & venditoribus naturaliter (h. e. secundum naturam commerciorum) licet (h. e. permissum est) contrahentibus se circumvenire?* R. Affir. sc. [illegible], & sine proposito fallendi. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 59.* & Cocc. *Jus controv. h. t. q. 16.*

9 *Quousque vero hanc superationem laesionem Jus Civile permittit?* R. Usque ad dimidiam justi pretii partem.

10 *An etiam citra dimidium permissum, fraudulenter se circumvenire?* R. Neg.

11 *Ad quodnam tempus circa has quaestiones est respiciendum?* R. Ad tempus, quo contrahitur.

Ad

Jur. fisc. 5 § 5 C. de admin. tut. Mantic. d. lib. 4. t. 20. num. 51. 52. vid. Tuld. in C. tit. de rescind. vend. n. 2. & locum, (4827) ubi res venditur & tradi- 1
tur. *d. l 5. §. ult. C. de adm. tutor. vid. Bonac. de contr. D. 3. quæst. 2. punct. 4. num. 5. &c. Molin. de J. & I. tr. 2. D. 348 n. 3.*

D *SUBSTANTIALIA* (4828) hujus contractus sunt, quæ ad ejus con- 2
stitutionem & perfectionem necessario requiruntur. *Vid. 72. Fr. h. num. 309. 312. Mantic. de tacit. & ambig. convent. l. 1. t. 22. & l. 4. t. 4. num. 1 & 2. Gentil. tr. de solennit. c. 2. Moda. de contrah. emt. p. 5. de pact. inter emt. & vend. n. 14.*

D *NATURALIA* (4829) sunt, quæ contractum perfectum naturaliter 3
concomitantur, eique insunt; scil. propriæ illius affectiones. Et sunt 4
vel interna, (4830) intrinseca & inseparabilia, *Zas. l. 1. sing. resp. c. 12. Fr. h. n. 315 vid. Moda. d. l. n. 16.* quæ ex essentialibus principiis promanant, 5
& inseparabiliter insunt; *Dd. dd. l. Mantic. d. l. 1. t. 13. & l. 4. t. 24. Vinn. de pact. c. 9. n. 7. Gentil. d. tr. c. 2.* vel externa & separabilia, quæ autorita- 6
te legis vel consuetudinis [quæ in naturam *quasi-contractus* transit, *vid. 31. § 20. de adil. edict.*] adhærent, (4831) *Fr. d. t. num. 316. Gentil. d. tr. c. 4. Mantic. d. l. 1. t. 13. n. 10. & t. 14. n. 4.*

D *ACCIDENTALIA* (4832) in specie sunt, quæ ultra substantialia & 7
naturalia, libera contrahentium voluntate huic & aliis contractibus acce-
dunt, *Fr. h. n. 318. Mantic. d. l. 1. t. 14. n. 1. &c. & l. 4. t. 15. n. 1. &c.* ut sunt
[1] *ARRHA*, (4833) sive res in evidentiorem negotii gesti probationem 8.9
data, *pr. I. de E. V. 17. C. de fid. instr.* [2] *DIES*, qui adjicitur vel tanquam 10
terminus a quo, vel ad quem. (4834) *20. §. 1. vid. Moda. de contrah. emt. part. 5. rubr. de pact. transform. n. 3. vid. tit. de pact. pag. 52.* [3] *CONDITIO*, (4835) *§. 4. I. h. ibique Vinn. vid. Fr. h. n. 295. Mantic. d. l. 4. t. 25. n. 2.* qua expresse (4836) apposita, * pendente, ipsa quoque emtio, ra- M 11
tione obligationis, [non vero ratione perniitentiæ, (4837) *8 pr. de commod. & peric. rei vend. Mantic. d. l. 4. tit. 26. num. 17. 20. Brussel. de conditi- on. lib. 2. tit. 1 num. 1.*] est in pendenti: *7 pr. h. 43. §. 9. de adil. edict.* nec
agi potest ad illam implendam, *41 pr. Mantic. d. tit. 25. n. 4.* nec per pre-
tii solutionem, aut rei traditionem perficitur, (4838) *8. de peric. & commod. rei vend. Fr. h. num. 285.* neque tum in emtorem transfertur condi- 12
tio usucapiendi, (4839) *4 pr. de in diem addict. 8. de peric. & commod. rei vend. 2. §. 2. pro emt. 1. pro dot. junct. 10. § 5. de jur. dot. Mantic. d. t. 26. num. 5. Brussel. tr. de condition. l. 3. tit. 2. num. 17. obst.* (4840) *1. §. 2. pro dot. Brussel. d. l. pag. 102.* neque rei dominium; *arg. dd. ll. junct. 38. de A. R. D. arg. 4. pr. de in diem addict. 8. pr. de peric. & commod. rei vend. vid.* 13

Ju-

1 *Ad quem autem locum est respiciendum?* R. Ad illum locum, ubi res venditur & traditur, & sic excusantur, qui olim apud *Indos* aurum commutabant pro speculis, tintinnabulis & similibus; eodem modo excusatur, qui fascem herbarum parvi emit, sciens in illo latere herbas operosas & pretiosas. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 60.*

2 *Quaenam sunt* Substantialia *hujus contractus emtionis & venditionis?* R. Quae ad hujus Contractus constitutionem & perfectionem necessario requiruntur. Hinc dicitur, tria esse Substantialia emtionis, quae salvo contractu nullo modo abesse queant, sc. *Consensus, Res & Pretium.*

3 *Quaenam sunt* Naturalia *hujus Contractus emtionis & venditionis?* R. Quae hunc contractum perfectum *naturaliter* concomitantur, eique insunt, sc. propriae illius affectiones.

4 *Quotuplicia sunt haec naturalia?* R. Duplicia: vel *interna*, intrinseca, & inseparabilia; vel *externa*, & separabilia.

5 *Quid sunt naturalia* interna, *intrinseca, & inseparabilia?* R. Quae ex principiis essentialibus promanant, & semper, perpetuo, ac inseparabiliter insunt, e. g. ut dominium rei oppignoratae, depositae, commodatae, maneat penes dantem, *l. 45. ff. de R. I.* in emtione facultas exigendi pretium. *l. 56. ff. h. t.* vid. Zas. *lib. 1. sing. resp. cap. 12.* ubi inquit: Ad hanc distinctionem opus esse ingenio instructo; nam praeclarissima ingenia defatigavit.

6 *Quid sunt naturalia externa seu separabilia?* R. Quae autoritate Legis, vel Consuetudinis (quae consuetudo in naturam quasi-contractus transit, vid. *cit. l. 31. §. 20. ff. de aedil. edict.*) adhaerent.

7 *Quid sunt Accidentalia in specie ita dicta?* R. Quae ultra substantialia & naturalia, libera contrahentium voluntate, huic & aliis contractibus accedunt.

8 *Da exempla accidentalium in* specie *hujus contractus?* R. E. g. (1) Arrha, (2) Dies, (3) Conditio, (4) Modus, (5) Pacta adjecta.

9 *Quid est Arrha?* R. Est res, in evidentiorem negotii gesti probationem data.

10 *Quotupliciter* Dies *huic contractui emtionis & venditionis adjici potest?* R. Dupliciter: vel tanquam terminus *a quo*, vel tanquam terminus *ad quem*. Priori modo dies adjectus & quidem certus, suspendit non obligationem & actionem, sed implementum ejusdem & exsecutionem, ita, ut ante diem existentem efficaciter agi non possit; posteriori vero casu emtio pura est, & statim perfecta, ut in casu *cit. l. 50. §. 2. ff. h. t.* nec elapso tempore ipso jure finitur, sed ope exceptionis eliditur. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 81.*

11 *Quid obtinet in contractu emtionis venditionis, conditione* expresse *apposita pendente?* R. Tunc ipsa quoque emtio in pendenti est, & ratione obligationis & actionis (non vero ratione permutationis) imperfecta, ita, ut nec ad illam implendam agi possit, nec per pretii solutionem, aut rei traditionem perficiatur.

12 *An tamen per hanc rei traditionem, pendente conditione, simpliciter saltem, conditio usucapiendi in emtorem transfertur?* R. Neg. quia deficit titulus.

13 *An igitur sic nec dominium rei in emtorem transfertur?* R. Non transfertur.

34. in f. pr 38. §. 1. de A. vel A. P. 3. § 5. de stat. liber. obst 7. §. 5. § 8. 9. pr. de jure dot. 1. § 2. pro dot. vid omnino Mude. d. contrah. emt. cap. 2. num. 7. &c. Brussel. d. num. 17 pag 103. &c. Fr h. num. 304. obst. (4841) *16. de solut. vid. Mude. d. l. Bachov. Vol. 2. Disp. 21. th. 7 lit. h. Brussel. d. num. 17. pag. 104. Diss Fr d. t. num. 187. &c.* nisi venditor, justo errore (4842) lapsus, conditionem extitisse crediderit, *16. pr. de condict. indeb. obst.* (4843) *2. §. 2. pro emtor. vid. 11. d. t.* 1
* existente [etiam sola juris fictione. m. 2
(4844) *50. h. C. I. A. h. th. 39. Mantic. d. t. 26. n. 25. vid. omnino Mude. d. l.*] emtio retro censetur perfecta. *8. de per. & comm. rei vend Molin. de I. & I. Tr. 2. D. 357. n. 10. & D. 379. n. 1.* * deficiente, emtio ab initio nulla m. 3
fuisse creditur. *37. in f. h. 8. de peric. & comm rei vend. Molin. d. l. Mantic. d. tit. 26. num. 2.* [4] *MODUS:* (4845) qui venditionem non suspen- 4
dit. (4846) *41 h. vid. tit. de pact. pag. 53. Molin. de I. & I. d. D. 377. n. 10. Mude. de contrah. emt. part. 5. de pact. inter emt. & vend. num. 2. Carpent. p. 3. c. 3. d. 26 num. 3 4.* [5] *PACTA, ADJECTA* * in CONTINENTI, hoc N 5
est, immediate, in ingressu vel egressu contractus, antequam partes di- 6
vertant ad alium actum extraneum. *7. §. 5. Verb. Subsernio. de pact. 3. C. de aedil. act. Vinn. de pact. c. 9. num. 14 & 15. Tabor. part. elem. part. 3. sect. 9. th. 39. Bachov. ad tit. de pact rubr. de pact. adject. num. 2. in f. obst.* (4847) *7. §. 5. de pact. 23. 27 de R. I. 13. C. de pact. vid. Fr. h. num. 371. &c.* * Si de es- O 7
sentialibus aliquid * tollunt, [v. gr. ne pro merce pretium, *36. h.* aut P
non pecunia, sed alia res solvatur, *5. §. 1. de P. V. Vid. 6. §. 1. de A. E. V.*] ipsum contractum transformant, & novum ac specie diversum inducunt; (4848) *dd. ll. Fr. d. t. num. 376. vid. Bachov. ad tit. de pact rub. de pact. transformant.* modo pacta illa novi contractus nomen induere, & 8
jure valere possint; alias ipsa vitiantur. (4849) *arg. 11. §. 1. de R. C. Mude. de contrah. emt. p. 5 rubr de pact. deformant. num. 1. obst.* (4850) *48. de pact. Vid. Bachov. ad tit. de pact. rubr. de pact. adject. num. 1 & 5. Vinn. tr. d. pact. c. 9. n. 9. Fr. d. t. n. 377.*
* si mutant, adjiciendo tantum vel detrahendo, tum p. 9
manet idem contractus specie, alius vero numero (4851) quandoque efficitur. *arg. 7. §. 6. 27. §. 2. Vers. idem dicemus, de pact. Vid. Fr h. num. 378. &c.* * Si de na- o. 10
turalibus, * internis aliquid tollunt, e. gr. ne dolus praestetur, (4852) *1. §. 7. deposit* ea vitiantur: *Mantic. de tac. conv. l. 4. t 27 n. 4. 5 Vid. Bach. ad tit. de pact. rubr. de pact. adject. n. 7. Mude. d. l rubr de pact. transform. n. 2.* aliquando etiam alterant, & contractum faciunt irregularem. (4853) 11
Vid. 24. 26. deposit. 31. de locat. Tabor. part. elem. part. 3. sect. 3. th. 39. Vers.

1 *An tamen, pendente conditione, conditio usucapiendi aut dominium rei in emtorem transfertur, si venditor justo errore lapsus, conditionem extitisse crediderit?* ℞. Affir. quia sic re vera adest animus dominium transferendi; alias vero omnia illa, quæ pendente conditione facta sunt, sub eadem conditione facta censentur.

2 *Quid vero obtinet, conditione,* expresse *apposita, existente, licet conditio saltem juris fictione existat?* ℞. Tunc purificatur ac perficitur emtio ita, ut retro perfecta censeatur; tempus enim conditionis existentis ad tempus contractus initi retrotrahitur: cujus rei maximus est usus in casu creditorum, quoad periculum rei emtæ & venditæ, uti in *seqq.* apparebit.

3 *Quid autem obtinet, conditione, expresse apposita, deficiente?* ℞. Hoc casu emtio ab initio nulla fuisse creditur.

4 *An* Modus *conditionem suspendit?* ℞. Neg. Modus enim saltem indicat, quid post contractum impletum fieri debeat.

5 *Quotupliciter pacta, quæ inter contrahentes fieri solent, contractui adjiciuntur ratione temporis?* ℞. Dupliciter: vel in continenti, vel ex intervallo.

6 *Quænam Pacta* in continenti *adjecta dicuntur?* ℞. Quæ immediate in ingressu vel egressu contractus, antequam partes divertant ad alium actum extraneum, qui cum præsenti nihil commune habet, sunt apposita: modicum tamen temporis intervallum, item modicus actus, modo obligationi non sit contrarius, etiam in stipulatione non nocet. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 86.*

7 *Quid efficiunt hæc pacta in continenti adjecta, si de essentialibus aliquid tollant, v. g. ne pro merce pretium, aut non pecunia; sed alia res solvatur, aut ne dominium vel aliud jus in re transeat?* ℞. Talia pacta ipsum contractum transformant, & novum ac specie diversum inducunt.

8 *Si tamen ista pacta novi contractus nomen inducere, & jure valere non possent, an ipsa vitiantur?* ℞. Affir.

9 *Quid vero efficiunt hæc pacta in continenti adjecta, si de essentialibus* nihil tollunt, *sed circa illa aliter, & tantum mutando, alterando, detrahendo, vel adjiciendo disponunt?* ℞. Tunc manet eadem contractus *species*, non vero semper unus *numero* contractus. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 88.*

10 *Quid autem juris, si pacta in continenti adjecta de naturalibus* internis *aliquid tollant, v. g. ne dolus præstetur?* ℞. Hoc casu illa pacta vitiantur.

11 *An tamen hæc pacta aliquando tantum alterant, & contractum irregularem efficiunt?* ℞. Affir. scil. quando leges adhuc certam ob causam negotium sub illo nomine valere permittunt, & quodammodo illi speciei, licet improprie, annumerant, singulari æquitate hoc suadente. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 87.*

 1 *Quid*

Verf. porro. Bach. ad tit. de pact. rubr. de pact. adject. n. 8. * Si in accidentalibus & * naturalibus externis aliquid mutant, tum contractui insunt, (4854) *7 § 5 de pact. 1. §. 6. depos.* & quidem ex parte * Actoris, si contractui aliquid adjiciunt, & augent (4855) naturalem præstationem, datur ad ea actio ex contractu; *7. § 5 de pact. 11. 13. C. eod. 4. de Leg. commiss. 16. de in diem addict. 75. 79. h. 2. C. de pact. inter emt. & vend. 6. §. 1. de act. emt. Vinn. de pact. c. 9. n. 4. & cap. 11.* interdum etiam actio præscriptis verbis. (4856) *l. 2. C. de pact. inter emt. & vend. 12. de P. V. 6. de resc. vend. Bach. ad tit. de pact. rubr. de pact. adject. n. 6. Zas. in w. tit. de retract. conv. n. 3. Fr. h. n. 412. &c. Vinn. de pact. c. 11. n. 6. vid. Mude. d. part. 5. rubr. de pact. informat. Mascard. in var. tract. rubr. de pactis contioni adjectis. q. 1.* o. q. R. 1 2 3

* ex parte Rei, r. 4

(4857) si naturalem præstationem minuunt: (4858) tum enim actionem ipso Jure minuunt. *Vid. Mude. d. part. 5. rubr. de pact. informat. n. 2. & seq. Fr. h. n. 400. &c. Vinn. tr. de pact. c. 9. n. 4.* * *EX INTERVALLO* sive postea, [post tractum scilic. temporis aliquanto longiorem, vel postquam contrahentes ad alia negotia processerunt, *vid. 6. §. 3. de duobus reis. Fr. h. num. 336.*] adjecta si afficiant * substantialia, vel naturalia intrinseca, detrahendo vel adjiciendo, re integra, & contractu nondum impleto vel in pristinum statum reducto, perinde ac pacta in continenti addita contractum interdum informant, interdum vero illum renovant & reformant, novumque (4859) a priori numero diversum contractum constituunt, & actionem producunt; *2. de rescind. vend. 7. §. 6. 27. §. 2. de pact. 72. h. Tabor. d. part. 3. sect. 3. th. 39. vid. omnino Bach. ad tit. de pact. rubr. de pact. renovat. n. 3. 4. Fr. h. n. 368. &c.* n. 5 S 6

* naturalia externa & accidentalia, sive adminicula, uti vocantur in *l. 72. pr.* tum si quidem aliquid * adjiciant, e. gr. ut fidejussor detur pro evictione, ex parte actoris non insunt, nec actionem producunt, (4860) interdum (4861) tamen exceptionem; *72. Tab. d. l. Fr. n. 404.* s. 7 T

* detrahant, e. gr. ne cautio dupli in casum evictionis præstetur, ex parte rei insunt, (4862) [*vid. Bach. ad tit. de pact. rubr. de pact. adject. num. 3. Fr. h. num. 371.*] & exceptionem producunt, *72. pr. h. Tabor. d. l.* quæ ipso jure huic & aliis b. f. judiciis inest. *3. de resc. vend. Fr. h. n. 400. & n. 445.* t.

D *PACTA RESOLUTIVA* sunt, quibus a contractu in totum receditur, & uterque ipso jure liberatur, nec novus contractus in 8

1 *Quid vero, si pacta in continenti adjecta in accidentalibus & naturalibus externis aliquid mutant, an tum contractus reformant?* R. Affir.

2 *Qualis ergo datur actio debitori, si ista pacta contractui aliquid adjiciunt, & augent naturalem praestationem?* R. Actio ex contractu.

3 *An etiam interdum datur actio praescriptis verbis?* R. Affir. si sc. pactum in continenti adjectum tendat quodammodo ad contractus dissolutionem, & facta relatione ex contractu ad pactum, vel ex pacto ad contractum, subsit reciprocatio praestationum, ut inde immediate resultare possit aliqua species contractuum innominatorum, secuto implemento. Alii quidem hic [illegible] & sic novam actionem semper ex hoc pacto competere volunt. verum, ubi actio ordinaria sufficit, ibi illa non competit. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 49.*

4 *Si vero pacta in continenti adjecta in accidentalibus & naturalibus externis nihil addunt, sed aliquid minuunt & detrahunt ex parte Rei, & naturalem contractus praestationem restringunt atque minuunt, an etiam tunc actionem ipso jure minuunt?* R. Affir.

5 *Quaenam pacta ex intervallo dicuntur adjecta?* R. Quae postea (post tractum scilicet temporis aliquanto longiorem, vel postquam contrahentes ad alia negotia processerant,) sunt apposita.

6 *Quid efficiunt haec pacta ex intervallo adjecta, si afficiunt substantialia, vel naturalia intrinseca, detrahendo, vel adjiciendo, re integra, & contractu nondum impleto, vel in pristinum statum reducto?* R. Perinde, ut pacta, *in continenti adjecta*, contractum interdum informant, interdum vero illum renovant & reformant, novumque, a priori numero diversum, constituunt, & actionem producunt.

7 *Quid vero, si haec pacta ex intervallo adjecta afficiunt naturalia externa & accidentalia, sive adminicula, ut vocantur?* R. Tum distinguendum est inter *adjicientia*, & *detrahentia*. Illa, quibus sc. naturalis praestatio augetur, & ultra naturam contractus aliquid promittitur, v. g. ut etiam levis culpa praestetur, ut fidejussor pro evictione detur, &c. ex parte actoris non insunt, nec actionem producunt, quamvis interdum ipsi per accidens ad exceptionem prosint, e.g. si emtor rem petat, ipse repellitur exceptione, nondum traditi fidejussoris; nam pactum de adminiculis tantum initum, nec contractum reformare, ac novum contractum instituere; *quia reformatio fit in essentialibus*. nec pars veteris contractus esse potest, quae ex intervallo additur. *Detrahentia autem*, v. g. ne teneat dupli in casum evictionis praestare, ex parte Rei insunt, & exceptionem producunt, quae ipso jure huic & aliis bonae fidei judiciis inest. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 51.*

8 *Quid sunt Pacta Resolutiva?* R. Quae dissolutionem respiciunt, & quibus a contractu in totum receditur, obligatio perimitur, & uterque contrahentium ipso jure liberatur, nec novus contractus in ejus locum substituitur.

non est. Carpz. d. l. d. 14] actio competit personalis ex vendito, (4875) *2. C.*
de pact. inter emt. ad rem, si illam in sua potestate habet, & pactum cer-
tum (4876) pretium continet, praecise (4877) tradendam; [*vid. Fr. in tr.*
tit. de act. emt. n. 69. &c. Carpz. 2. c. 1. d. 15.] *Arumae, lib. 1. disc. 15. §. Zos.*
in tr. tit. de retract. convent. num. 11.] emtor fructus interim perceptos 1
retinet (4878) *arg. d. l. 2. Zos. d. l. num. 15.* Plura de hoc pacto tradunt 2
Zos. d. l. Carpz. p. 2. c. 1. d. 1. &c. & lib. 5. Resp. 27. &c. Richter. tr. de pact.
ad l. 2. C. de pact. inter emt. & vend. Mantic. de tac. conv. l. 4. t. 31. 32. & 33.
Lago de I. & I. Disp. 26. sect. 13. Bonac. de contract. D. 3. quaest. 2. punct. 3. Mo-
lin. de I. & I. tr. 2. D. 374. &c. Tiraquell. lib. 3. t. de E. V. ref. 10.

D Pactum de jure *προτιμήσεως* conventionale est, (4879) quo vendi- 3
tor idem pretium, quod alius solveret, solvens, aliis praefertur, re ab emto-
re iterum vendita. (4880) *75. Fr. de Landem. c. 16. num. 78. &c. de quo &*
aliis hujus Juris speciebus late agit Tiraquell. de retract. Bocer. Cl. 3. D. 12. per
tot. Reinck. de retract. consang. Carpz. ad p. 2. c. 31. & seq. Zos. ad tr. tit.
de retract. Becer. tr. de retract.

C Emtionis & Venditionis contrarii sunt * [1] *DOLUS*, *5. C. de resc.* U 4
vend. qui causam dans huic vel aliis b. f. contractibus, illos ipso jure red- 5
dit nullos; (4881) *7. pr. de dol. 16. §. 1. de minor.* incidens (4882) purga- 6
tur actione ex contractu, (4883) *13. §. 4. & 5. de act. emt. 2. C. eod.* vel ex-
ceptione doli, (4884) quae b. fidei judiciis inesse dicitur. *5. ff. de rescind.*
vend. 21. sol. matrim. Carpz. p. 2. c. 34. d. 9. Vinn. lib. 1. select. qu. 12. Borgal. de
dolo. l. 2. divis. 3. Riemer. de contract. c. 6. §. 30. n. 18. &c. vid. sup. tit. de do-
lo. p. 79. * [2] *METUS*, qui in con- 7
stantem virum cadere potest; *1. C. de resc. vendit.* propter quem contra- u10 8
ctus rescinditur, (4885) sed non ipso jure nullus redditur, etiamsi illi 9
causam (4886) dederit. *7. §. C. de his, quae vi met. caus. Vinn. d. q. 12. p. 56. &c.*
Riemer. d. c. 6. §. 30. num. 2. Perez. in C. d. t. n. 4. Zos. in tr. tit. quod met. caus.
num. 3. &c. * [3] *ERROR*, qui scienti- u11 10
am & voluntatem excludit, ac consensui est contrarius. *15. de Jurisd. 2.*
pr. de Judic. 57. de O. & A. 116. pr. & §. 2. de R. I. ibi Sand. Hinc si contra- 11
hentes errant circa id, quod principaliter respiciunt, naturaliter nul-
lus (4887) est contractus. *Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 11. n. 6. vid. Riemer.*
tr. de contract. c. 5. § 18. in fin. vid. Wehn. voc. Unstendlich. *Hering. de fidejuss.*
c. 19. n. 13. De Jure Civili [1] error circa contractum, [e. gr. quando 12
alter putat locari, alter vendi] facit, ut nihil (4888) agatur: *9. pr. &*
arg. 18. de R. C. Bus. ad d. l. 9. num. 2. Fr. d. num. 77. Riemer. de contract. c. 5.
§. 18. n. 1. [2] error circa personam, cum qua contrahitur, idem facit; 13
(4889)

1 *An tamen emtor omne incrementum, commodum & fructus interim perceptos retinet?* ℞. Affir. *quia fuit dominus, & eos ut dominus percepit.*

2 *Quinam plura de hoc pacto de retrovendendo tradunt?* ℞. Lœf. Carpz. Richter. Mantic. Bonac. Molin. Trentacinq. *citt.* ℞.

3 *Quid est pactum de jure προτιμήσεως conventionale?* ℞. Quo venditor idem pretium, quod alius solveret, solvens aliis præfertur, re ab emtore iterum vendita.

4 *Quænam sunt emtionis & venditionis contraria?* ℞. Sunt (1) Dolus, (2) Metus, (3) Error, (4) Simulatio, & (5) Obscuritas & ambiguitas.

5 *Qualis dolus hos vel alios bonæ fidei contractus ipso jure nullos reddit?* ℞. Talis, qui illis causam dedit.

6 *Quibus vero remediis* Dolus *incidens purgatur?* ℞. Vel actione ex contractu veniente, vel exceptione doli, quæ bonæ fidei judiciis inesse dicitur.

7 *Qualis* Metus *contrariatur emtioni venditioni?* ℞. Qui in constantem virum cadere potest.

8 *An talis metus contractum rescindit?* Affir.

9 *An vero contractum* ipso jure *reddit nullum?* ℞. Neg. etiamsi illi causam dederit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t.* §. *104.*

10 *Qualis* Error *emtioni venditioni contrariatur?* ℞. Qui scientiæ refragatur, & per consequens voluntatem excludit, ac consensui est contrarius. Lauterb. *d. l.* § *105.*

11 *Si ergo contrahentes errant circa id, quod* principaliter *respiciunt, an tunc contractus* naturaliter *nullus est?* ℞. Affir. quia talis error voluntatem & consensum excludit.

12 *Quid de* Jure Civili (1) *error, circa* contractum *commissus efficit?* ℞. Talis error facit, ut nihil agatur. Hinc si *Titius* promittit rem *locandi* causa; *Cajus* vero pro re illa pecuniam *emendi* animo, tunc nulla est locatio, nullaque emtio.

13 *An de* Jure Civili (2) *idem dicendum, si error contingat circa* Subjectum, *sive Personas?* ℞. Affir.

de tacit. convent. l. 4. t. 20. num. 41 &c. fructuum in fundo pendentium, *ubi. § fructus. ff. quæ in fraud. credit. Mantic. d. t. num. 33.* loci rei sitæ periculosi, *vid. 7. § 8. 11 § 5. de minor. Mantic. d. l. num 39.* vel fructuosi, *13. pr. de reb. eor. qui sub. tut. Goden. consil. 17.* temporis pacis vel belli, *Molin. d. tr. D. 348. num. 4. Mantic d. t. num. 40.* pacti de retrovendendo, (4819) vel similis pacti additi, *79. Mantic. d. t. 20. num. 41. 42.* securitatis pretii, *4. § 6. de in diem addict. Mantic. d. tit. 20. num. 43. Bonacin. d. punct. 4. num. 18. 19.* aut futuræ evictionis, *Mantic. d. t. 20. num. 45.* dilatæ vel anticipatæ solutionis, *d. l. 4. § 6. 15. § 1. in f. de in diem addict. § 33. vers. Plus. Inst. de act. Mantic. d. l. num. 46. vid. Molin. d. tr. D. 355. &c.* prædiorum culturæ, (4820) *3. § 5. de jur. fisc. Mantic. d. l. num. 50.* conditionis & qualitatis vicini, (4821) *arg. 35. § fin. h. Barbos. locupl. lib. 19. cap. 15. ax. 2. fere in f.* modi vendendi, an scil. magna quantitas vendatur, *Bonacin. d. punct. 4. num. 21. Lugo. d. D. 26. sect. 4. num. 45. Molin. de I. & I. Tr. 2. D. 348. num. 5 & 7.* laboris, expensæ, periculi, *vid. Bonacin. d. punct. num. 19. Molin. d. D. 348. num. 8.* fructuum & annuorum proventuum. (4822) *92. pr. de Leg. 1. 13. pr. de reb. eor. qui sub. tut. 16. C. de resc. vend. vid. Dinner. d. tr. quæst. 2. num. 11. &c. Wehner. obs. pract. Besold. thes. pract. & Speidel. Specul. voce* Anschlag. *Mantic. d. t. 20. num. 10. &c. Gail. de pignor. cap. 18. num. 12.* dignitatis rei annexæ: *vid. Lugo. d. D. 26. sect. 4. num. 48.* unde etiam plus est 300 ex Jurisdictione, quam 800 ex aliis rebus percipere, *Mantic. d. t. 20. num. 15 Dinner. d. quæst. 2. num. 16. 18. vid. omnino Goden. Consil. 17. Wehner. Besold. Speidel d. voc* Anschlag. *Mantic. d. tit. 20. Dinner. Lugo. Bonac. dd. ll. Molin. d. D. 348. &c.*] Sic in pretio emtionis naturaliter [secundum naturam commerciorum, *vid. Grot. d. J. B. & P. lib. 2. c. 12. num. 26. Dinner. de just. pret. def. quæst. 1. Lugo. de I. & I. D. 26. sect. 6. num. 82 Mantic. de tacit. convent. l. 4. tit. 20. num. 57. &c.*] licet, [h. e. permissum est, *Lugo. d. sect. num. 81. &c. Fr. h. num. 248. & num. 336. &c. vid. Molin. de I. & I. d. Tr. D. 350.*] contrahentibus se circumvenire; (4823) *ἀμφοτερῶς*, negotiative & sine proposito fallendi, *vid. Nov. 97. c. 1. 8. C. de rescind. vend. Fr. h. num. 133. Dinner. d. tr. quæst. 2. num. 29. Mantic. d. t. 20. num. 61.* & quidem usque ad dimidium (4824) 9
justi pretii: *2. C. de rescind vend.* non etiam fraudulenter (4825) *13. § 4 & 5. de A. E. V. 43. § f. h. Fr. h. n. 330. &c Mantic. d. t. 20. n. 61. Lugo. d. D. 26. sect. 6. n. 86. Molin. d. tr. d. 352.* Circa has quæstiones (4826) respiciendum ad tempus, quo contrahitur, *8. in f. C. de rescind. vend. 3. § 5. de jur.*

1 *Quænam circumstantiæ* porro *pretium hoc vulgare variant?* R. V. g. Circumstantiæ fructuum in fundo pendentium; *item*, loci rei sitæ periculosi, & rei casibus fortuitis subjectæ, v. g. prope flumen in loco ruinoso, *item*, loci fructuosi, vel infructuosi, nam pro fructuum modo pretium inveniunt res immobiles, *item*, temporis pacis, vel belli, quo plus valent arma, equi & alia ad bellum necessaria; *item*, pacti de retrovendendo, (*res propter quod res, quæ alias valet 100, non dicitur valere ultra 90.*) vel similis pacti additi, quo sc. rei onus imponitur, vel jus emtoris imminuitur, *item* securitatis vel periculi pretii, (sic periculum, pretium vel pro parte amittendi, aut cum molestia exigendi, justa est causa illud augendi) *aut* periculi futuræ evictionis, si sc. venditor ære alieno est obrutus, ita, ut in casum evictionis facultatibus non sit idoneus.

2 *Quæ circumstantiæ ratione solutionis variant hoc vulgare pretium?* R. Circumstantiæ dilatæ vel anticipatæ solutionis.

3 *An etiam prædiorum cultura, & conditio seu qualitas vicini variat hoc pretium?* R. Affir. Sic Plutarchus scribit, Themistoclem, dum prædium distraheret, per præconem jussisse id edici: *Ædibus, quas venderet, subjiceret, bonum esse vicinum*: bella enim e vicino illata sunt periculosissima, unde ratione contentionis sive vicini mali res dicuntur minoris pretii esse. *Vid.* Gothofr. *ad l. 35.* [illegible]

4 *An quoque modus vendendi hoc vulgare pretium variat?* R. Affir. Aliud enim est, an quid minutim, aliud vero, an quid in magna quantitate vendatur, quia ille modus plures labores & expensas venditori affert.

5 *An etiam labor, expensæ & periculum hoc pretium vulgare variant?* R. Affir.

6 *An &, in rebus maxime soli, modus fructuum & annuorum proventuum hoc pretium variat?* R. Affir. *arg. l. 13. pr. de rebus eor. qui sub tut. ibi: Quam pro fructuum modo pretium inventurum sit. & l. 16. C. de resc. vend. ibi: Res qualitas & fructuum quantitas æstimatur.* Reditus autem debent computari secundum eam quantitatem, quæ *ordine* proximis annis est collecta, & justum pretium dicatur, quod quantitati respondet XX annorum. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 57.*

7 *An quoque dignitas rei annexa variat pretium?* R. Affir. honorificum enim habetur, res habere raras & pretiosas, res quas pretiosas ab omnibus habentur. Unde etiam plus esse dicitur pro ea Jurisdictione, quæ præbet dignitatem & utilitatem, quam pro ea alia rebus percipere. Sic Castra, quibus Jurisdictio annexa, majoris pretii digna dicuntur, & duo ex fructibus Jurisdictionis non valere dicuntur. *Vid.* Dieter. Contin. & Wehner. *oss.* &.

8 *An igitur in pretio vulgari emtoris & venditoris naturaliter* (h. e. secundum naturam contrahentium) *licet* (h. e. permissum est) *contrahentibus se circumvenire?* R. Affir. sc. temporale, voluntarie, & sine proposito fallendi. *Vid.* Lauterb. *d. l.* §. 59. & Carpz. *Jur. consist. h. t. q. 16.*

9 *Quousque vero hanc negotiationum lusionem Jus Civile permittit?* R. Usque ad dimidium justi pretii partem.

10 *An etiam contrahentibus permissum, fraudulenter se circumvenire?* R. Neg.

11 *Ad quodnam tempus circa has quæstiones est respiciendum?* R. Ad tempus, quo contrahitur.

12 *An*

jur. fisc. 5. §. 5. C. de admin. tut. Mantic. d. lib. 4. t. 20. num. 31. 32. vid. Tuld. in C. tit. de rescind. vend. n. 2. & locum, (4827) ubi res venditur & tradi- 1
tur. *d. l. 5. § ult. C. de adm. tutor. vid. Bonac. de contr. D. 3. quæst. 2. punct. 4. num. 5. &c. Molin. de J. & J. tr. 2. D. 348. n. 3.*

D *SUBSTANTIALIA* (4828) hujus contractus sunt, quæ ad ejus con- 2
stitutionem & perfectionem necessario requiruntur. *Vid. 72. Fr. h. num. 309. 312. Mantic. de tacit. & ambig. convent. l. 1. t. 12. & l. 4. t. 4. num. 1 & 2. Gentil. tr. de solemnit. c. 2. Mudæ. de contrah. emt. p. 3. de pact. inter emt. & vend. n. 14.*

D *NATURALIA* (4829) sunt, quæ contractum perfectum naturaliter 3
concomitantur, eique insunt; scil. propriæ illius affectiones. Et sunt 4
vel interna, (4830) intrinseca & inseparabilia, *Zas. l. 1. sing. resp. c. 12. Fr. h. n. 315. vid. Mudæ. d. l. n. 16.* quæ ex essentialibus principiis promanant, 5
& inseparabiliter insunt; *Dd. ad. 8. Mantic. d. l. 1. t. 13. & l. 4. t. 24. Vinn. de pact. c. 9. n. 7. Gentil. d. tr. c. 2.* vel externa & separabilia, quæ autorita- 6
te legis vel consuetudinis [quæ in naturam quasi-contractus transit, *vid. 31. §. 20. de ædil. edict.*] adhærent, (4831) *Fr. d. t. num. 316. Gentil. d. tr. c. 4. Mantic. d. l. 1 t. 13. n. 10. & t. 14. n. 4.*

D *ACCIDENTALIA* (4832) in specie sunt, quæ ultra substantialia & 7
naturalia, libera contrahentium voluntate huic & aliis contractibus acce-
dunt, *Fr. h. n. 318. Mantic. d. l. 1. t. 14. n. 1. &c. & l. 4. t. 15. n. 1. &c.* ut sunt
[1] *ARRHA*, (4833) sive res in evidentiorem negotii gesti probationem 8. 9
data, *pr. I. de E. V. 17. C. de fid. instr.* [2] *DIES*, qui adjicitur vel tanquam 10
terminus a quo, vel ad quem. (4834) *40. §. 1. vid. Mudæ. de contrah. emt. part. 3. rubr. de pact. transform. n. 3. vid. tit. de pact. pag. 52.* [3] *CONDITIO*, (4835) *§. 4. I. h. ibique Vinn. vid. Fr. h. n. 295. Mantic. d. l. 4. t. 25. n. 2.* qua expresse (4836) apposita, * pendente, ipsa quoque emtio, ra- M 11
tione obligationis, [non vero ratione pœnitentiæ, (4837) *8. pr. de commod. & peric. rei vend. Mantic. d. l. 4. tit. 26. num. 17. 20. Brussel. de conditi- on. lib. 2. tit. 1 num. 1.*] est in pendenti: *7. pr. h. 43. § 9. de ædil. edict.* nec agi potest ad illam implendam, *41 pr. Mantic. d. tit. 25. n. 4.* nec per pretii solutionem, aut rei traditionem perficitur, (4838) *8. de peric. & commod. rei vend. Fr. h. num. 285* neque tum in emtorem transfertur condi- 12
tio usucapiendi, (4839) *4. pr. de in diem addict. 8. de peric. & commod. rei vend. 2. §. 2. pro emt. 2. pro dot. junct. 10. § 5. de jur. dot. Mantic. d. t. 26. num. 5. Brussel. tr. de condition. l. 2. tit. 1, num. 17. obst.* (4840) *1. §. 2. pro dot. Brussel. d. l. pag. 102.* neque rei dominium; *arg. dd. ll. junct. 38. de A. R. D. arg. 4. pr. de in diem addict. 8. pr. de peric. & commod. rei vend. vid.* 13

34

1 *Ad quem autem locum est respiciendum?* ℞. Ad illum locum, ubi res venditur & traditur; & sic excusantur, qui olim apud *Indos* aurum commutabant pro speculis, tintinnabulis & similibus; eodem modo excusatur, qui fascem herbarum parvi emit, sciens in illo latere herbas operosas & pretiosas. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 60.*

2 *Quænam sunt* Substantialia *hujus contractus emtionis & venditionis?* ℞. Quæ ad hujus Contractus constitutionem & perfectionem necessario requiruntur. Hinc dicitur, tria esse Substantialia emtionis, quæ salvo contractu nullo modo abesse queant, sc. *Consensus, Res & Pretium.*

3 *Quænam sunt* Naturalia *hujus Contractus emtionis & venditionis?* ℞. Quæ hunc contractum perfectum *naturaliter* concomitantur, eique insunt, sc. propriæ illius affectiones.

4 *Quotuplicia sunt hæc naturalia?* ℞. Duplicia: vel *interna*, intrinseca, & inseparabilia; vel *externa*, & separabilia.

5 *Quid sunt naturalia interna, intrinseca, & inseparabilia?* ℞. Quæ ex principiis essentialibus promanant, & semper, perpetuo, ac inseparabiliter insunt, e. g. ut dominium rei oppignoratæ, depositæ, commodatæ, maneat penes dantem, *l. 45. ff. de R. I.* in emtione facultas exigendi pretium. *l. 56. ff. h. t.* vid. Zas. *lib. 1. sing. resp. cap. 12.* ubi inquit: Ad hanc distinctionem opus esse ingenio instructo; nam præclarissima ingenia defatigavit.

6 *Quid sunt naturalia externa seu separabilia?* ℞. Quæ autoritate Legis, vel Consuetudinis (quæ consuetudo in naturam quasi contractus transit, vid. *cit. l. 31. §. 20. ff. de ædil. edict.*) adhærent.

7 *Quid sunt Accidentalia in specie ita dicta?* ℞. Quæ ultra substantialia & naturalia, libera contrahentium voluntate, huic & aliis contractibus accedunt.

8 *Da exempla accidentalium* in Specie *hujus contractus?* ℞. E. g. (1) Arrha, (2) Dies, (3) Conditio, (4) Modus, (5) Pacta adjecta.

9 *Quid est Arrha?* ℞. Est res, in evidentiorem negotii gesti probationem data.

10 *Quotupliciter* Dies *huic contractus emtionis & venditionis adjici potest?* ℞. Dupliciter: vel tanquam terminus *a quo*, vel tanquam terminus *ad quem*. Priori modo dies adjectus & quidem certus, suspendit non obligationem & actionem, sed implementum ejusdem & exsecutionem, ita, ut ante diem existentem efficaciter agi non possit: posteriori vero casu emtio pura est, & statim perfecta, ut in casu *cit. l. 30. § 1. ff. h. t.* nec elapso tempore ipso jure finitur, sed ope exceptionis eliditur. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 31.*

11 *Quid obtinet in contractu emtionis venditionis, conditione* expresse *apposita pendente?* ℞. Tunc ipsa quoque emtio in pendenti est, & ratione obligationis & actionis (non vero ratione periculi) imperfecta, ita, ut nec ad illam implendam agi possit, nec per pretii solutionem, aut rei traditionem perficiatur.

12 *An tamen per hanc rei traditionem, pendente conditione, simpliciter factam, conditio usucapiendi in emtorem transfertur?* ℞. Neg. quia deficit titulus.

13 *An igitur sic nec dominium rei in emtorem transfertur?* ℞. Non transfertur.

34. in f. pr. 38. §. 1. de A. vel A. P. 3. § 3 de stat. liber. obst. 7. §. f. 8. 9. pr. de jure dot. 1. §. 2. pro dot. vid. omnino Mude. d. contrah. emt. cap. 1. num. 7 &c. Brussel. d. num. 17. pag. 103. &c. Fr b. num. 304. obst. (4841) *16. de solut. vid. Mude. d. l. Bachov. Vol. 2. Disp. 21. th. 7 lit. b. Brussel. d. num. 17. pag. 104. Diss Fr d. 1. num. 187. &c.* nisi venditor, justo errore (4842) lapsus, conditionem extitisse crediderit, *16. pr. de condict. indeb. obst.* (4843) *2. §. 2. pro emtor vid. u. d. 1.* 1
* existente [etiam sola juris fictione. m,, (4844) *50. b. C. I. A. b. th. 39. Mantic. d. 1. 26. n. 25. vid. omnino Mude. d. l.*] emtio retro censetur perfecta. *8. de per. & comm. rei vend. Molin. de I. & I. Tr. 2. D. 357. n. 10. & D. 379. n. 1.* 2
* deficiente, emtio ab initio nulla m. fuisse creditur. *37. in f. b. 8. de peric. & comm. rei vend. Molin. d. l. Mantic. d. tit. 26. num. 2.* 3
[4] *MODUS* : (4845) qui venditionem non suspendit. (4846) *41. b. vid. tit. de pact. pag. 53. Molin. de I. & I. d. D. 357 n. 10. Mude. de contrah. emt. part 5. de pact. inter emt. & vend. num. 2. Carpzov. p. 3. c. 3. d. 26. num. 3. 4.* 4
[5] *PACTA ADJECTA* * in *CONTINENTI*, hoc N 5
est, immediate, in ingressu vel egressu contractus, antequam partes divertant ad alium actum extraneum. *7. § 5 Verb. subjecta. de pact. 3. C. de aedil. act. Vinn. de pact. c. 9. num. 14 & 15. Tabor. part. elem. part. 3. sect. 9. th. 39. Bachov. ad tit. de pact. rubr. de pact. adject. num. 2. in f. obst.* (4847) *7. §. 5. de pact 23. 27. de R. I. 13. C. de pact. vid. Fr. b. num. 371. &c.* 6
* Si de essentialibus aliquid * tollunt, [v. gr. ne pro merce pretium, *36. h.* aut non pecunia, sed alia res solvatur, *5. §. 1. de P. V. Vid. 6. §. 1. de A. E. V.*] ipsum contractum transformant, & novum ac specie diversum inducunt; (4848) *dd. ll. Fr. d. 1. num. 376. vid. Bachov. ad tit. de pact. rub. de pact. transformant.* O P 7
modo pacta illa novi contractus nomen induere, & jure valere possint; alias ipsa vitiantur. (4849) *arg. 11. §. 1. de R. C. Mude. de contrah. emt. p. 5. rubr. de pact. deformatio. num. 1. obst.* (4850) *48. de pact. Vid. Bachov. ad tit. de pact. rubr. de pact. adject. num. 1 & 5. Vinn. tr. d. pact. c. 9. n. 9. Fr. d. 1. n. 377.* 8
* si mutant, adjiciendo tantum vel detrahendo, tum manet idem contractus specie, alius vero numero (4851) quandoque efficitur. *arg. 7. § 6 27. §. 2. Vers. idem dicemus, de pact. Vid. Fr b. num. 372. &c.* p. 9
* Si de naturalibus, * internis aliquid tollunt, e. gr. ne dolus praestetur, (4852) *1. §. 7. depos.* ea vitiantur: *Mantic. de tac. conv. l. 4. t. 27 n. 4. 5 Vid. Bach. ad tit. de pact rubr de pact. adject n. 7. Mude. d. l. rubr. de pact. transform. n. 2.* o,, Q 10
aliquando etiam alterant, & contractum faciunt irregularem. (4853) *Vid. 24. 26. depos. 31. de locat. Tabor. part. elem. part. 3. sect. 3. th. 39.* 11

Vers.

1 *An tamen, pendente conditione, conditio usucapiendi aut dominium rei in emtorem transfertur, si venditor justo errore lapsus, conditionem extitisse crediderit?* ℞. Affir. quia hic re vera adest animus dominium transferendi; alias vero omnia illa, quæ pendente conditione facta sunt, sub eadem conditione facta censentur.

2 *Quid vero obtinet, conditione,* expresse *apposita, existente, licet conditio saltem juris fictione existat?* ℞. Tunc purificatur ac perficitur emtio ita, ut retro perfecta censeatur; tempus enim conditionis existentis ad tempus contractus initi retrotrahitur: cujus rei maximus est usus in casu creditorum, quoad periculum rei emtæ & venditæ, uti in *seqq.* apparebit.

3 *Quid autem obtinet, conditione, expresse apposita, deficiente?* ℞. Hoc casu emtio ab initio nulla fuisse creditur.

4 *An* Modus *venditionem suspendit?* ℞. Neg. Modus enim saltem indicat, quid post contractum impletum fieri debeat.

5 *Quotupliciter pacta, quæ inter contrahentes fieri solent, contractui adjiciuntur ratione temporis?* ℞. Dupliciter: vel in continenti, vel ex intervallo.

6 *Quænam Pacta* in continenti *adjecta dicuntur?* ℞. Quæ immediate in ingressu vel egressu contractus, antequam partes divertant ad alium actum extraneum, qui cum præsenti nihil commune habet, sunt apposita: modicum tamen temporis intervallum, item modicus actus, modo obligationi non sit contrarius, etiam in stipulatione non nocet. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 86.*

7 *Quid efficiunt hæc pacta in continenti adjecta, si de essentialibus aliquid tollunt, v. g. ne promittatur pretium, aut non pecunia; sed alia res solvatur, aut ne dominium vel aliud jus in rem transeat?* ℞. Talia pacta ipsum contractum transformant, & novum ac specie diversum inducunt.

8 *Si tamen ista pacta novi contractus nomen inducere, & jure valere non possint, an ipsa vitiantur?* ℞. Affir.

9 *Quid vero efficiunt hæc pacta in continenti adjecta, si de essentialibus* nihil tollunt, *sed circa illa aliter, & tantum mutando, alterando, detrahendo, vel adjiciendo disponunt?* ℞. Tunc manet eadem contractus *species*, non vero semper unus *numero* contractus. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 88.*

10 *Quid autem juris, si pacta in continenti adjecta de naturalibus* internis *aliquid tollunt, v. g. ne dolus præstetur?* ℞. Hoc casu illa pacta vitiantur.

11 *An tamen hæc pacta aliquando tantum alterant, & contractum irregularem efficiunt?* ℞. Affir. scil. quando leges adhuc certam ob causam negotium sub illo nomine valere permittunt, & quodammodo illi speciei, licet improprie, annumerant, singulari æquitate hoc suadente. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 87.*

Verf. porro. Bach. ad tit. de pact. rubr. de pact. adject. n. 8. * Si in acci- o. 1
dentalibus & * naturalibus externis aliquid mutant, tum contractui insunt, q.
(4854) *7. §. 5 de pact. 1. §. 6. depos.* & quidem ex parte * Actoris, si con- R 2
tractus aliquid adjiciunt, & augent (4855) naturalem præstationem, da-
tur ad ea actio ex contractu; *7. § 5. de pact. 11. 13. C. eod. 4. de Leg. commiss. 26. de in diem addict. 75. 79. h. 2. C. de pact. inter emt. & vend. 6. §. 1. de act. emt. Vinn. de pact. c. 9. n. 4. & cap. 11.* interdum etiam actio præscriptis 3
verbis. (4856) *l. 2. C. de pact inter emt. & vend 12. de P. V. 6. de resc vend. Bach. ad tit. de pact. rubr. de pact. adject. n. 6. Zoes. in ir. tit. de retract. conv. n. 3. Fr. h. n. 412. &c. Vinn. de pact. c. 11. n. 6. vid. Muda. d. part. 5. rubr. de pact. informat. Mastert. in var. tract. rubr. de pactis contons adjectis. q. 1.*

* ex parte Rei, r. 4
(4857) si naturalem præstationem minuunt: (4858) tum enim actio-
nem ipso Jure minuunt. *Vid. Muda. d. part. 5. rubr de pact. informat. n. 2. & seq. Fr h. n. 400. &c. Vinn. tr. de pact. c 9. n. 4.* * *EX INTERVALLO* sive u. 5
postea, [post tractum scilic. temporis aliquanto longiorem, vel post-
quam contrahentes ad alia negotia processerunt, *vid. 6. §. 3. de duobus reis. Fr. h. num. 376.*] adjecta si afficiant * substantialia, vel naturalia in- S. 6
trinseca, detrahendo vel adjiciendo, re integra, & contractu non-
dum impleto vel in pristinum statum reducto, perinde ac pacta in con-
tinenti addita contractum interdum informant, interdum vero illum
renovant & reformant, novumque (4859) a priori numero diversum
contractum constituunt, & actionem producunt; *2. de rescind. vend. 7. §. 6. 27. §. 2. de pact. 72. h. Tabor. d. part. 3. sect 3. th. 39. vid. omnino Bach. ad tit. de pact. rubr. de pact. renovat. n. 3. 4. Fr. h. n. 368. &c.*

* naturalia externa & acciden- s. 7
talia, sive adminicula, uti vocantur in *l. 72. pr* tum si quidem ali-
quid * adjiciant, e. gr. ut fidejussor detur pro evictione, ex parte T
actoris non insunt, nec actionem producunt, (4860) interdum (4861)
tamen exceptionem; *72. Tab. d. l. Fr. n. 404.*

* detrahant, e. gr. ne cautio dupli in casum evictionis præste- t.
tur, ex parte rei insunt, (4862) [*vid. Bach. ad tit. de pact. rubr. de pact adject. num. 3. Fr. h. num. 371.*] & exceptionem producunt, *72. pr. h. Tabor. d. l.* quæ ipso jure huic & aliis b. f. judiciis inest. *3. de resc. vend. Fr. h. n. 400. & n. 445.*

D *PACTA RESOLUTIVA* sunt, quibus a contractu in totum 8
receditur, & uterque ipso jure liberatur, nec novus contractus in
ejus

1 *Quid vero, si pacta in continenti adjecta in accidentalibus & naturalibus externis aliquid mutant, an tum contractus insunt?* R. Affir.

2 *Qualis ergo datur actio dictis, si ista pacta contractus aliquid adjiciunt, & augent naturalem praestationem?* R. Actio ex contractu.

3 *An etiam interdum datur actio praescriptis verbis?* R. Affir. si sc. pactum in continenti adjectum tendat quodammodo ad contractus dissolutionem, & facta relatione ex contractu ad pactum, vel ex pacto ad contractum, subsit reciproca praestationis, ut inde immediate resultare possit aliqua species contractuum innominatorum, secuto implemento. Alii quidem hic *actionem* [illegible] & sic novam actionem semper ex hoc pacto competere volunt: verum, ubi actio ordinaria sufficit, ibi illa non competit. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 89.*

4 *Si vero pacta in continenti adjecta in accidentalibus & naturalibus externis nihil addunt, sed aliquid minuunt & detrahunt ex parte Rei, & naturalem contractus praestationem restringunt atque minuunt, an etiam tunc actionem ipso jure minuunt?* R. Affir.

5 *Quaenam pacta ex intervallo dicuntur adjecta?* R. Quae postea (post tractum scilic. temporis aliquanto longiorem, vel postquam contrahentes ad alia negotia processerunt,) sunt apposita.

6 *Quid efficiunt haec pacta ex intervallo adjecta, si afficiant substantialia, vel naturalia intrinseca, detrahendo, vel adjiciendo, ex integro, & contractum mutando, amplius, vel in pristinum statum reducto?* R. Perinde, ut pacta *in continenti adjecta,* contractum interdum informant, interdum vero illum renovant & reformant, novumque, a priori numero diversum, constituunt, & actionem producunt.

7 *Quid vero, si haec pacta ex intervallo adjecta afficiant naturalia externa & accidentalia, sive adminicula, uti vocantur?* R. Tum distinguendum est inter *adjicientia,* & *detrahentia:* illa, quibus sc. naturalis praestatio augetur, & ultra naturam contractus aliquid promittitur, v. g. ut etiam levis culpa praestetur, ut fidejussor pro evictione detur, &c. ex parte actoris non insunt, nec actionem producunt, quamvis interdum ipsi per accidens ad exceptionem prosint, e. g. si emtor rem petat, ipse repellitur exceptione, nondum traditi fidejussoris, non pactum de adminiculo tantum mutant, nec contractum reformare, ac novum contractum instituere; *quae reformatio fit in essentialibus,* nec pars veteris contractus esse possit, quae ex intervallo additum. *Detrahentia* vero, v. g. ut [illegible] dupli in casum evictionis praestetur, ex parte *Rei* insunt, & exceptionem producunt, quae ipso jure hunc & aliis bonae fidei judiciis inest. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 90.*

8 *Quid sunt Pacta Resolutiva?* R. Quae dissolutionem respiciunt, & quibus a contractu in totum receditur, obligatio perimitur, & uterque contrahentium ipso jure liberatur, nec novus contractus in ejus locum substituitur.

ejus locum substituitur. *Vid. Bach. ad d. tit. de pact. rubr. resolutio. Muda. d. p. 5. rubr. de resolutiv. pact. num. 1.* Hæc pacta contractum resolvant vel retro, & quasi ex tunc, cum contraheretur, ut Lex commissoria, & addictio in diem, *2. de in diem addict. 1. de leg. commiss. vid. Muda. de cont. emt. p. 5. rubr. de resolut. num. 4.* vel ex præsenti, (4863) vel facto aliquo secuto. *Fr. de Landen. c. 5. num. 62. &c. c. 14. num. 156. &c.* e. gr. si re adhuc integra, [h. e. nihil eorum, quæ ex contractu debentur, præstito. *Vid. 3. 5. ff. 1. de resc. vend. ff. l. quib. mod. toll. obl. & ibi Vinn. Vid. Muda. d. rubr. num. 1. &c.*] vel in pristinum statum restituta, (4864) contrahentes conveniant, ut ab emtione recedatur, quo pacto obligatio utriusque ipso jure (4865) perimitur, & uterque liberatur; *7. ff. 6. 27. ff. 2. 58. de pact. l. 3. 5. de resc. vend. 1. 2. C. quando liceat ab emt. reced. ibi Tulden. num. 1. & Perez. num. 1. Muda. d. l.* idem est, si ex una tantum parte hoc conventum sit, e. g. ne emtor pretium solvat, (4866) *1. 5. de resc. vend.* nisi ex parte remittentis propria sit ratio, *56. de pact.* e. gr. animus donandi. (4867) *Bach. ad d. t. de Pactis. rubr. de pact. resolut. num. 1. & v. seq. tit. de in diem addict.* 1

3 Quomodo pactum DE EMENDO vendendo ab hoc ipso contractu Emtionis & Venditionis differat, (4868) *vid. Mantic. de tacit. conv. lib. 4. tit. 3. Vid. Bach. Vol. 1. Disp. 18. th. 7. lit. a. & th. 2. lit. b. Tessaur. decis. 233. Burs. decis. 11. num. 1 & 2. Vid. omnino Muda. de cont. vend. cap. 2. n. 1. &c.*

4 D Pactum de RETROVENDENDO eo tendit, ut emtor rem emtam venditori, (4869) pretium restituenti, vel quandocunque illi placuerit, (4870) vel intra certum tempus, aut ex certo tempore, iterum vendat & restituat. *2. C. de pact. inter emt. & vend. 12. de P. V. Vid. omnino* (4871) *Carpz. p. 2. c. 1. d. 8. 9. & lib. 5. Resp. 27. Fr. b. num. 312. &c. & de Landen. c. 16. num. 19.* Igitur prior venditor non manet dominus. (4872) *Carpz. d. c. def. 18. n. 1. &c. Bach. Vol. 1. Disp. 10. th. 10. lit. a. c. arg. 16. b. Fr. de land. c. 16. num. 28. &c. Tulden. in C. de pact. inter emt. & vend. Muda. d. part. 5. rubr. de pact. resolut. num. 6. Carpz. d. const. 1. def. 16. ¶¶. Gail. 2. obs. 16. num. 4. ¶. Cras. tr. de jur. offerendi, c. 17. n. 37. &c.* Hinc pretio restituto vel oblato, venditori ejusque heredibus, (4873) vel singularibus ejusdem successoribus, [ut cessionario sive procuratori in rem suam. *Vid. Carpz. d. const. 1. def. 10. 11 & 12.*] contra emtorem, ejusque heredes, [*2. C. de pact. inter emt. Carpz. d. const. def. 10.* licet sint minores, (4874) *1. C. quand. decr. op.* 2 5 6

non

1 *Quotupliciter hoc pacto contractum resolvunt?* ℞. Dupliciter: nimirum, ut contractus retro, & quasi *ex tunc*, cum contraheretur, resolvatur, vel ut ex præsenti tempore, quasi *ex nunc*, quo pactum fit, vel factum aliquod sequitur, dissolvatur. *Prioris* generis sunt Pactum sive Lex Commissoria, & Addictio in diem, quo emtio pura sub conditione resolvitur: *posterioris* est, si postea, re adhuc integra, (h. e. nihil eorum, quæ ex contractu debentur, præstito,) vel in pristinum statum restituta contrahentes conveniant, ut ab emtione recedatur; quo pacto obligatio utrinque ipso jure perimitur, & uterque liberatur.

2 *An idem est, si ex una tantum parte hoc conventum sit, e. g. ne emtor pretium solvat?* ℞. Affir. nisi ex parte remittentis propria adsit ratio, e. g. animus donandi.

3 *Quomodo pactum de emendo vendendo ab hoc ipso contractu emtionis sc. & venditionis differt?* ℞. De hoc vid. Mantic. *cit. l.*

4 *Quid est pactum de retrovendendo?* ℞. Quod non respicit ad prioris emtionis dissolutionem, sed ad contrahendam novam emtionem, ipso verbo *retrovendendi* hoc indicante: hoc siquidem pactum de retrovendendo eo tendit, ut emtor rem emtam venditori, pretium restituenti, vel quandocunque illi placuerit, vel *intra certum tempus*, aut *ex certo tempore*, iterum vendat & restituat.

5 *An vero prior venditor manet dominus?* ℞. Ex hactenus dictis sua sponte fluit, priorem venditorem propter hoc *pactum de retrovendendo* non manere rei venditæ & traditæ dominum, quia prior venditor iterum emit, & quia traditur res ex pura venditione, quæ neque proinde per hoc pactum resolvitur; nec ipsi rei vindicationem contra emtorem aut tertium possessorem competere, quoniam ex hoc pacto de retrovendendo nullum jus reale, nihilque juris in re, sed saltem actio personalis ex vendito, vel præscriptis verbis nascitur. Immo retrovenditio haud locum haberet, si res adhuc prioris venditoris esset: & hæc sententia communis & in praxi recepta, & in *Camera Imp.* approbata est. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 98.*

6 *Ad quid igitur, pretio restituto vel oblato, venditori, ejusque heredibus, vel singularibus ejusdem successoribus, (ut cessionario, sive procuratori in rem suam, hujus enim juris & actionis cessio non est prohibita,) contra emtorem, ejusque heredes, (licet sint minorennes) hæc actio personalis ex vendito datur?* ℞. Non ad interesse, sed ad rem, si illam in sua potestate habet, & pactum *certum* pretium continet, præcise tradendam.

7 An

non est. Carpz. d. l. d. 14.] actio competit personalis ex vendito, (4875) *2. C. de pact. inter empt.* ad rem, si illam in sua potestate habet, & pactum certum (4876) pretium continet, praecise (4877) tradendam. [*vid. Fr. in tr. sic de act. emt. n. 69. &c. Carpz. 2. c. 1. d. 15.* [illegible] *Arumae, lib. 1. disc. 19. §. Zoes. in tr. tit. de retract. convent. num. 11.*] emtor fructus interim perceptos 1
retinet (4878) *arg. d. l. 2. Zoes. d. l. num. 15.* Plura de hoc pacto tradunt 2
Zoes. d. l. Carpz. p. 2. c. 1. d. 1. &c. & lib. 5. Resp. 27. &c. Richter. tr. de pact. ad l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. Mantic. de tac. conv. l. 4. t. 31. 32 & 33. Lugo de J. & J. Disp. 26. sect. 13. Bonac. de contract. D. 3. quaest. 2. punct. 3. Molin. de J. & J. tr. 2. D. 374. &c. Tiraquell. lib. 3. 1. de E. V. ref. 10.

D Pactum de jure προτιμήσεως conventionale est, (4879) quo venditur idem pretium, quod alius solveret, solvens, alius praefertur, re ab emtore iterum vendita (4880) *75. Fr. de Landsm. c. 16. num. 78. &c. de quo & aliis hujus Juris speciebus late agit Tiraquell. de retract. Bocer. Cl. 3. D. 22. per tot. Reinck. de retract. consang. Carpz. ad p. 2. c. 31. & seq. Zoes. ad tr. tit. de retract. Buter. tr. de retract.* 3

C Emtionis & Venditionis contraria sunt * [1] *DOLUS, 5. C. de resc. vend.* qui causam dans huic vel aliis b. f. contractibus, illos ipso jure reddit nullos; (4881) *7. pr. de dol. id. §. 1. de minor.* incidens (4882) purgatur actione ex contractu, (4883) *13. §. 4 & 5. de act. emt. 2. C. eod.* vel exceptione doli, (4884) quae b. fidei judiciis inesse dicitur. *3. ff. de rescind. vend. 21. sol. matrim. Carpz. p. 2. c. 34. d. 9. Vinn. lib. 1. select. qu. 11. Burgol. de dolo. l. 2. divers. 5. Riemer. de contract. c. 6. §. 30. n. 18. &c. vid. sup. tit. de dolo. p. 79.* * [2] *METUS,* qui in constantem virum cadere potest; *1. C. de resc. vendit.* propter quem contractus rescinditur, (4885) sed non ipso jure nullus redditur, etiamsi illi causam (4886) dederit. *7. §. C. de his, quae vi met. caus. Vinn. d. q. 12. p. 56. &c. Riemer. d. c. 6. § 30. num. 5. Perez. in C. d. t. n. 4. Zoes. in tr. tit. quod met. caus. num. 3. &c.* * [3] *ERROR,* qui scientiam & voluntatem excludit, ac consensui est contrarius. *15. de Jurisd. 2. pr. de Judic. 57. de O. & A. 116. pr. & §. 2. de R. J. ibi Sand.* Hinc si contrahentes errant circa id, quod principaliter respiciunt, naturaliter nullus (4887) est contractus. *Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 11. n. 6. vid. Riemer. tr. de contract. c. 5. § 28. in fin. vid. Weber. voc.* [illegible] *Hering. de fidejuss. c. 19. n. 13.* De Jure Civili [1] error circa contractum, [e. gr. quando alter putat locari, alter vendi] facit, ut nihil (4888) agatur: *9. pr. & arg. 18. de R. C. Bos. ad d. l. 9. num. 2. Fr. h. tit. num. 77. Riemer. de contract. c. 5. §. 28. n. 1.* [2] error circa personam, cum qua contrahitur, idem facit; (4889)

U 4
5
6
7
u10 8
9
u11 10
11
12
13

1 *An tamen emtor omne incrementum, commodum & fructus interim perceptos retinet?* ℞. Affir. *quia fuit dominus, & eos ut dominus percepit.*

2 *Quinam plura de hoc pacto de retrovendendo tradunt?* ℞. Zoes. Carpz. Richter. Mantic. Bonac. Molin. Trentacinq. *citt. ll.*

3 *Quid est pactum de jure προτιμήσεως conventionale?* ℞. Quo venditor idem pretium, quod alius solveret, solvens aliis præfertur, re ab emtore iterum vendita.

4 *Quænam sunt emtionis & venditionis contraria?* ℞. Sunt (1) Dolus, (2) Metus, (3) Error, (4) Simulatio, & (5) Obscuritas & ambiguitas.

5 *Qualis dolus hos vel alios bonæ fidei contractus ipso jure nullos reddit?* ℞. Talis, qui illis causam dedit.

6 *Quibus vero remediis* Dolus *incidens purgatur?* ℞. Vel actione ex contractu veniente, vel exceptione doli, quæ bonæ fidei judiciis inesse dicitur.

7 *Qualis* Metus *contrariatur emtioni venditioni?* ℞. Qui in constantem virum cadere potest.

8 *An talis metus contractum rescindit?* Affir.

9 *An vero contractum* ipso jure *reddit nullum?* ℞. Neg. etiamsi illi causam dederit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 104.*

10 *Qualis* Error *emtioni venditioni contrariatur?* ℞. Qui scientiæ refragatur, & per consequens voluntatem excludit, ac consensui est contrarius. Lauterb. *d. l. § 105.*

11 *Si ergo contrahentes errant circa id, quod* principaliter *respiciunt, an tunc contractus* naturaliter *nullus est?* ℞. Affir. quia talis error voluntatem & consensum excludit.

12 *Quid de* Jure Civili (1) *error, circa* contractum *commissus efficit?* ℞. Talis error facit, ut nihil agatur. Hinc si *Titius* promittit rem *locandi* causa; *Cajus* vero pro re illa pecuniam *emendi* animo, tunc nulla est locatio, nullaque emtio.

13 *An de* Jure Civili (2) *idem dicendum, si error contingat circa* Subjectum, *sive Personas?* ℞. Affir.

(4889) *arg. 2. pr. de judic. 9. pr. de hered. Inst. 4. C. conf. Roemer. tr. de con-*
tract. c. 5. §. 26. Fr. h. num. 38. & seq. secus est, si tantum in qualitate (4890) 1
errent, *arg. 3. de SC. Maced. arg. c. un. 29. quæst. 1. obst.* (4891) *l. 2. §. 16. pro*
emtor. vid. tamen Fr. h. num. 39. [3] circa nomen, nihil (4892) officit; 2
40. de Judic. 5. §. 4. de R. V. 4. pr. de Leg. 1. 17. pr. &c. de cond. & demonstr.
32. de V. O. vid. §. 29. I. de Leg. ibi Vinn. modo de persona, re & pretio
constet. *9. §. 1. h.* [4] Error circa objectum, scilicet * circa pretium, X. 3
impedit (4893) contractum, *9. pr.* si scil. venditor majus, emtor vero m.
minus (4894) intelligat; *obst.* (4895) *1. §. 4. de V. O. vid. Mude. tr. de con-*
trah. emt. cap. 2. ad l. 9. h. num. 3. 4. secus est, si emtor majus intelli-
gat, &c. tum enim emtio minori pretio conclusa censetur. (4896) *arg.*
d. l. 1. §. 4. de V. O. 52. junct. Mude. d. l. num. 3. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 390.
num. 15. C. I. A. h. th. 13. in f. * circa rem si re- x. 4
spiciat * ipsum corpus, (4897) emtio nulla est. (4898) *9. pr.* Idem est, Y 5
si in * tota ejus materia, substantia sive *ὕλῃ* sit erratum: e. gr. æs pro Z
auro, vitrum pro gemma &c. veneat; (4899) *9. §. 2. l. 14. 41. §. 1. h. vid.*
omnino Mud. de contrah. emt. cap. 2. ad l. 9. h. num. 6. obst. 1. §. 5. de pign. act.
22. de V. O. vid. Fr. h. num. 48. Roemer. d. tr. de contr. c. 5. §. 27. Bachov. Vol.
1. Disp. 28. th. 7. lit. e. sive unus tantum, sive uterque hic (4900) errave-
rit; *9. §. 2. l. 14. h. C. I. A. h. th. 14. in f. Mastert. in varr. tit. h. t. quæst. 6.*
vid. Bas. ad l. 9. h. num. 6. & ad l. 14. h. num. 6. & datur hoc in casu non 6
tantum condictio (4901) ad datum vel solutum repetendum; *41. §. 1.*
sed decepto etiam actio ad interesse. (4902) *arg. 21. pr. & §. 2. de Act.*
emt. vend. 62. §. 1. l. 45. Zes. in tit. h. num. 9. in f. C. I. A. h. th. 14. in f. Mude.
ad d. l. 9. num. 6. vid. Bachov. Vol. 1. Disp. 28. th. 7. lit. e. vers. illud in univer-
sum. Bas. ad l. 9. h. num. 7. &c.

* vel in maxima parte materiæ sit erratum, ut si res pro aurea ven- z. 7
dita, tantum æris habeat, ut potius ærea dicenda: (4903) *arg. 41. §. 1. h.*
Mastert. d. l. quæst. 7. minor pars autem & impuritas materiæ nihil 8
(4904) officit. *10. 14. h. Fr. h. n. 51.*

* Rei qualitates, (4905) tum emtio subsistit: *21. §. 2. de A. E. V.* y. 9
Mauric. de tacit. convent. l. 4. tit. 4. num. 7. Roemer. d. c. 5. §. 27. Bachov. d.
disp. 28. th. 7. lit. e. Fr. h. num. 54. &c. obst. (4906) *16. h.* v. gr. si pro vino
veneat acetum, quod antea fuit vinum; *9. §. 2. h. vid. 6. de per. & comm. rei*
vend. Fr. h. num. 57. vid. Molin. de I. & I. Tr. 2. D. 340. num. 15. corrupta
pro virgine; *11. §. 1. h. vid. Fr. h. num. 64. &c.* quamvis emtori non supi-
ne erranti [*vid. 15. §. 1. h.*] hisce in casibus contra venditorem scien-
tem, vel crasse ignorantem, actio competat ad interesse, (4907) *21. §. 2.*
de

1 *An tamen firma est, si tantum circa personæ* qualitatem *erretur?* ℞. Affir. si enim error qualitatis non vitiat matrimonium, sequitur, quod neque emtionem: ut, si quis crederet, emtorem esse divitem, doctum, nobilem, &c.

2 *An error circa* Nomen *quicquam efficit?* ℞. Neg. Error enim Nominis, sicut in *aliis* veritati non officit, (hinc Imperator: *Nomina enim significandorum hominum gratia reperta sunt, qui si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest.* §. 29. J. de Leg.) ita nec emtioni; modo de persona, re & pretio constet.

a 3 *An (a) error circa* Objectum, *& in specie circa* pretium, *contractum impedit?* ℞. Affir. si sc. venditor majus, emtor vero minus intelligat; secus est, si emtor majus intelligat, venditor vero minus: tunc enim, cum nulli ulla fiat injuria, emtor etiam in minorem summam consensisse, & emtio minori pretio conclusa censetur. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 108.*

4 *An, si error circa* Rem *respiciat ipsum* corpus, *emtio nulla est?* ℞. Affir.

5 *An quoque emtio ipso jure nulla est, si de corpore quidem consentiant, sed in tota ejus materia, substantia seu usia errent, ut, si æs pro auro, plumbum pro argento, vitrum pro gemma, aut pro mensa argentea veneat lignea, quæ scil. laminis argenteis tantum est cooperta & obducta?* ℞. Affir. sive unus tantum, sive uterque hic erraverit.

6 *Qualis autem actio hoc in casu datur?* ℞. Non tantum Condictio ad datum vel solutum repetendum, sed decepto etiam actio ad interesse competit.

7 *An & emtio nulla est, si in maxima parte materiæ sit erratum, ut, si vas, pro aurea vendita; tantum æris habeat, ut potius ærea sit dicenda?* ℞. Affir. *est enim error hic quoque circa ipsum corpus commissum, cum talem qualitatem non habeat, qualem emtor desideravit; per consequens quoque consensus deficit.*

8 *An quoque minor pars & impuritas materiæ efficit ad annullandum contractum?* ℞. Neg. *quia minor pars, v. g. æris, vel impuritas non efficit, ut v. g. aurum vel argentum tale non sit, vel dici nequeat, & emtor sibi imputet, quod in qualitatem & bonitatem auri vel argenti melius non inquisiverit.*

9 *Si error circa rem respiciat alias vel qualitates, an tum emtio subsistit?* ℞. Affir. v. g. si pro vino veneat acetum, quod antea fuit vinum, corrupta pro virgine; quamvis emtori non supine erranti (*Scire enim & scire debere aut posse in jure paria sunt.* cit. l. 15. §. 1. ff. h. t.) hisce in casibus contra venditorem scientem, vel crasse ignorantem (*paria siquidem sunt scire & supine ignorare*, l. 55. ff. de ædil. edict.) actio competat ad interesse, & interdum ad contractus rescissionem.

de act. emt. vend. 45. h. & interdum ad contractus rescissionem, (4908)
11. §. 5. ff. de act. emt. vend. Si vero venditor quoque rei qualita- 1
tem non supine ignoravit, tenetur emtori non ad interesse, sed tan-
tum ipsius rei nomine, *45. h. Fr. h. num 66.* ut scilic. tantum pretii
restituatur, vel detrahatur, quanto ob deficientem illam qualitatem
res minoris est; licet laesio non sit enormis. (4909) *arg. d.d. ll. Bes.
ad l. 14. num. 7. in f.* In sexu tamen si erraverint, & mulier pro pu- 2
ero veneat, nulla est emtio. *11. §. 1. h. Fr. h. num. 63.* [5] Error cir- 3
ca accessoria, quae scilic. accessionis vice rem principaliter venditam
sequuntur, emtionem non vitiat, (4910) *34. pr. h. arg. 10. de jur. co-
dicill. 44. de vulg. & pupill. subst. Muda. d. l. ad l. 9. h. num. 13. in fin.*
ita ut illud debeatur, de quo venditor sensit. *34. obst.* (4911) *39. de
pact. vid. Fr. h. num. 70. &c. Barbos. Vol. 1. Disp. 6. th. ult. lit e. Rie-
mer. de contract. c. 5. §. 31. num. 11.* In hujusmodi autem quaestioni- 4
bus, an contrahentium, an vero illorum, quibus ex contractu illo
actio acquiritur, scientia seu error considerari debeat, de eo *vid. 12.
h.* (4912) *& ibi Muda. Fr. h. num. 72. & seq. C. I. A. h. th. 15.*

* [4] *SIMULATIO*, (4913) *v.*, 5
qua emtio & venditio simulatur, ea tamen intentione & partium
conventione, [*vid. Sichard. ad rubr. C. plus valer. quod agitur, num.
3. Paul. de Castr. in l. 7. §. dolo. 9. h. num. 1. Moz. de contr. art. 4. de
divis. contract. num. 44.*] ut vel * nihil plane agatur, quod fit in ima- Z 6
ginaria venditione, *55. h. 16. de R. J. vid. 30. de R. N.* haec facit, ut 7
nihil omnino actum sit, (4914) *55. h. vid. Barb. locupl. l. 17. c. 35. ax.
5. l. 21. C. de transact. 6. C. si cert. petat. Faber. in C. l. 4. t. 17. d. 1. n. 1.
&c. Sichard. ad d. rubr. num. 5.* nullisque salutaribus clausulis (4915) 8
atque renunciationibus convalescit. (4916) *Faber. d. tit. 17. def. 6. vid.
Barbos. locupl. d. cap. 35. ax. 7.* Unde simulationis allegatio etiam in- 9
strumentis guarentigiatis opponitur. (4917) *Berlich. 1. concl. 84. num. 21.
Carpzov. de process. t. 21. a. 3. num. 26. &c. Diss. Finckelthaus. obs. 119.
num. 16.*

* ut sub emtionis specie (4918) aliud K. 10
negotium geratur, e. gr. donatio, *3. 9. C.* contractus pignoratitius,
ad velandas usurarias pravitates, *vid. Barbos. Vol. 1. Disp. 28. th. 7.
lit. c. Tuldeu. in C. tit. plus valere quod agitur. num. 6.* [quod a Bal. di- 11
citur contractus fictitius, vel simulatus ab uno ad aliud, *Moz. de
contr. art. 4. de divis. contract. num. 42. Sichard. d. rubr. num. 3. Rie-*

mer.

1 *Quid vero, si venditor quoque rei qualitatem non scripsit ignoraverit?* ℞. Tunc tenetur emtori non ad interesse, sed tantum ipsius rei nomine, ut sc. tantum pretii restituatur, vel detrahatur, quanto ob deficientem illam qualitatem res minoris est, licet laesio non sit enormis; quia *dd. ll.* non distinguunt, & per *l. 2. C. de resc. vend.* tanquam *generalem* non corriguntur. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. xx. in fin.*

2 *Si in sexu erraverint emtor & venditor, & mulier pro puero veneat, an valet emtio?* ℞. Non valet, sed haec emtio nulla est; *quia cum emtor puerum emere voluerit, in hac emtione venditione ipse mutuus consensus deficit.*

3 *An (5) error circa* Accessoria *commissus, quae sc. accessionis vice rem* principaliter *venditam sequuntur, emtionem vitiat?* ℞. Neg. sed virtute rei principalis, in quam consensum, sustinetur negotium etiam quoad accessiones ita, ut illud debeatur, de quo venditor sensit.

4 *An in hujusmodi quaestionibus contrahentium, an vero illorum, quibus ex contractu actio acquiritur, scientia, seu error considerari debet?* ℞. De hoc vid. *l. 12. ff. h. t.* & ibi Mudz. Franck. C. I. A. *cit. ll.*

5 *Quid hic est Simulatio?* ℞. Est machinatio, qua emtio & venditio simulatur, & extrinsecus quidem celebratur, ea tamen intentione, & partium conventione, ut vel nihil plane agatur, (*nullumque in rei veritate negotium geratur,*) vel sub specie emtionis aliud negotium fiat.

6 *Quomodo in venditione ita simulatur, ut plane nihil agatur?* ℞. In venditione imaginaria.

7 *Quid haec simulatio efficit?* ℞. Ut nihil omnino actum sit: simulata enim gesta, cum sola contrahentium verba habeant, nihil autem ex contrahentium animo & consensu, (*qui tamen omnium conventionum mater est,*) sed in hoc, ut nihil, vel aliud geratur, proinde in genere pro infectis habentur, & a DDbus corpora sine spiritu, & cadavera sine anima dicuntur. Ergo non indigent restitutione in integrum, nec nomen contractus merentur, aeque ac homo mortuus non est homo. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 116.*

8 *Annon haec imaginaria venditio salutaribus clausulis atque renunciationibus convalescit?* ℞. Neg.

9 *An simulationis allegatio etiam instrumentis guarentigiatis opponi potest?* ℞. Affir. (*aequissimum enim est, debitoribus hanc exceptionem dari, cum egeni facile ad omnia scribenda induci possint, quae ita gesta non sunt*) illamque opponit quilibet successor, etiam singularis; imo etiam tertius possessor, si ejus interest. Et quamvis ex hoc contractu tertio jus non quaeratur: attamen tertius hic tantum negat alteri jus quaesitum ex contractu simulato. Lauterb. *d. l. §. 116. in fin.*

10 *Da exemplum simulatae emtionis, ubi aliud negotium geritur, & vere contrahitur?* ℞. E. g. Donatio & contractus pignoratitius, ad velandam usurariae pravitatis maculam.

11 *Quomodo vocatur talis contractus a DDbus, ubi emtio simulatur, & sub ejus specie aliud negotium geritur?* ℞. Contractus fictitius, vel simulatus ab uno ad aliud.

mer. de contract. c. 5. §. 17. num. 3.] & tum quod simulate geritur, ha- 1
betur æque ac in priori casu, regulariter pro non facto; (4919) *36. 30. ff.*
3. C. h. Faber. in C. d. t. 17. d. 3. num. 1 &c. quod vero sub specie hujusmo- 2
di emtionis agitur, eum effectum habet, quem haberet, si aperte fa-
ctum fuisset. (4920) *3. 9. C. h. t. 1. C. plus valer. quod agitur. Faber in C. l.*
4. t. 17. d. 3. obs. f. C. plus valer. quod agitur. vid. Fab. d. l.

50. Hæc simulatio per se non præsumitur, sed ab allegante probanda 3
est, etiam per conjecturas. (4921) *Carpz. p. 2. c. 1. def. 2. num. 5. Vid. Mosc.* 4
d. art. 4. num. 63. &c. Faber. d. t. 17. def. 1. num. 6. &c. Christ. V. 3. dec. 30.
Vid. Barbos. d. l. 17. c. 33. ax. 1.

* [5] *OBSCURITAS* & am- 5
biguitas; (4922) *Vid. Gothofred. ad 21. h. Riemer. de contract. c. 5. §. 31.*
num. 1. Mantic. de tacit. convent. l. 1. t. 15. num. 2. &c. quæ tamen contra-
ctum non illico reddit nullum, sed si aliunde de mente & voluntate
contrahentium constat, illud, quod actum, omnino est attendendum; *34.*
de R. I. f. C. quæ res pign. obl. 6. §. 1. 33. h. Dimmer de interpret. contract. concl.
1. num. 1. &c. quo non apparente, verbis regulariter inhærendum, *7. §.*
2. de suppell. leg. 69. de Leg. 3. 126. §. 2. circa fin. de V. O. pro ratione antece- 6
dentium & consequentium, *4. pr. mand. 3. 12. de SCt. Maced. 1. C. de impon.*
lucr. descript. & inprimis ex initio & natura contractus, (4923) *4. pr. de*
usur. Dimmer. d. tr. concl. 2. & concl. 7. num. 7. item ex consuetudine loci
vel personæ, *34. de R. I. 6. de Evict.* Et si ex his & aliis obscuritas tolli 7
nequit, facienda est interpretatio contra illum, qui verba obscura & am-
bigua protulit, & scripturam formavit, cujusque in potestate fuit, le-
gem contractus apertius dicere vel scribere. *39. de pact. 21. 33. h. 172. de R. I.*
38. §. 18. l. 99. de V. O. Mude. de contrah. emt. cap. 2. ad l. Labeo. 21. h. num.
5. &c. Riemer. d. §. 31. num. 11. vid. Fr. h. num. 70. &c. Dimmer. d. conclus. 7.
num. 4. Quod si vero a tabellione verba obscura sint posita, obscuritas 8
pacti nocet illi, qui se in illo fundat. (4924) *Mude. ad d. l. 21. num. 5. vid.*
Dimmer. d. concl. 7. n. 1 & 2.

DE IN DIEM ADDICTIONE. (4925) XVIII. 2.

D ADdictio in diem [*vid. Fr. h. num. 3. Rath. de resc. vend. assert 40. num. 2.*] 9
est pactum, quo inter emtorem & venditorem hoc agitur, ut
venditori rem venditam alii emtori, meliorem conditionem offerenti
ad-

1 *An ergo in hoc specie illud, quod simulate agitur, aeque ac in priori, regulariter pro non facto habetur?* R. Affir.

2 *Qualem vero effectum & vim habet id, quod sub specie [illegible] contractus agitur?* R. Eum, quem haberet, si aperte fieret. *Vid.* Lauterb. *Coll. [illegible] pr. [illegible] §. seq.* ubi simul ad *[illegible] l. f. C. plus valere quod agitur* respondet.

3 *A quo haec simulatio est probanda?* R. Ab allegante: simulatio enim est facti; ea vero, quae facti sunt, ab eo, qui in illis se fundat, semper sunt probanda.

4 *An tamen haec probatio etiam per conjecturas fieri potest?* R. Affir. e.g. ex pactis & clausulis insolitis, quae saepe dolum inferunt; quamdiu autem non probatur, standum contractui & instrumento, ac pro eo praesumendum, quamvis hic multum Judicis arbitrio relinque[illegible], quippe qui [illegible] ex personarum, rerum & temporum varietate. Quaecunque enim non nisi per conjecturas probari possunt, si quaeratur, an probata sint, pendent ex arbitrio & religione judicantis; quo etiamnunc etiam universa [illegible] probationis *arbitraria* dicitur. Lauterb. *d. l. §. seq. in fin.*

5 *An tandem Obscuritas & ambiguitas contractum quoque reddit vitiosum?* R. Non illico, (*quia pro actu semper est praesumendum, ut res, de qua agitur, magis valeat, quam pereat l. [illegible] ff. de reb. dub. l. [illegible] ff. de V. O. l. [illegible] ff. de [illegible]*) Quamvis autem quaestiones facti & voluntatis difficillimae sint definitionis *l. [illegible] pr. ff. de usur.* tamen hic quoque *in genere* subjicitur, quid observandum. Quare, si aliunde de mente & voluntate contrahentium constet, tunc illud, quod actum, omnino est attendendum, quo non apparente, verba clara, tanquam [illegible] characteribus regulariter est inhaerendum.

6 *Unde vero hujusmodi obscura & ambigua sunt interpretanda?* R. Vel ex antecedentibus, vel ex subsequentibus, maxime vero ex contractus initio & ipsius natura, item ex consuetudine loci vel personae. Ut enim non verba *legis*, sed vis & sententia spectanda: ita verba minus curanda, si de mente constat, (*l. [illegible] C. [illegible] pag. [illegible] Cum sit justum, voluntatem contrahentium magis, quam verborum conceptionem inspicere*) ut, propter nimiam subtilitatem verborum, latitudo voluntatis contrahentium impediatur. Lauterb. *Coll. [illegible] pr. [illegible] §. seq. in fin.*

7 *Quid vero, si ex his & aliis obscuritas tolli nequeat?* R. Tunc facienda est interpretatio contra illum, qui verba obscura & ambigua protulit, & scripturam formavit, cujusque in potestate fuit, legem contractus apertius dicere, vel scribere.

8 *Cur vero id statuitur, [illegible], si a Tabellione verba obscura sunt posita?* R. Illi, qui [illegible] fundamentum ex illis accipit.

9 *Quid est Addictio in diem?* R. Addictio in diem est pactum, quo inter emtorem & venditorem hoc agitur, ut &c.

addicere liceat. *2. h. 2. §. 4. pro emt.* Dies etiam hic ut plurimum adji- 1
citur, non tamen necessario. (4926) *41. pr. de R. V. Schütz. synop. eq. conel. 10.*

† * *TACITA* addictio in diem est, quæ ex legis dispositione inest: A 2
e. gr. in venditionibus fiscalibus, (4927) *10. §. f. ad municip. 5. de jur. fisc. 4. C. de fid. & jur. hast. 1. C. de vend. reb. civitat. C. l. A. h. th. 4. Mantic. de tacit. convent. l. 4. t. 28. num. ult. Fr. h. num. 3. Tabor. de fid. & jur. hast. th. 17.*

* *EXPRESSA* est, quæ nominatim a contrahentibus exprimitur. *L.* a. 3
31. §. f. ad municip. 1. C. de vend. reb. civitat. arg. 16. de V. S. Masters. in tract. de pact. inter emt. quæst. 4. Hæc fit vel * *PURE* & sub resoluti- B 4
va (4928) conditione, seu conventione, [*vid. 2. §. 3. pro emt. Brunsel. tr. de condit. lib. 4. t. ult. num. 1.*] e. g. (4929) *l. 2. pr. h. vid. Menl. de contrahend. emt. tit. 7. num. 12.* & tum emtio statim est perfecta; (4930) *1. §. 4.* 5
pro emtor. arg. 3. de contrahend. emt. d. l. 2. § 4 & 5 pro emt. Brunsel. d. tr. de condit. l. 4. t. 5. num. 1. 3. 10 f. Hahn. ad W. h. num. 3. hinc per traditio- 6
nem subsequentem transfertur dominium, *4. §. 3. h. arg. 41. pr. de rei vind. Mantic. de tacit. convent. l. 4. t. 28. num. 4.* [*adde* (4931) *1. in fin. ff. h. vid. Bach. d. tr. assert. 59. num. 3. l. 38. §. 2. ff. ad L. Falcid.* (4932) *Brunsel. d. t. 5. num. 3.*] vel conditio usucapiendi. (4933) *2. §. 1. h. 2. § 4. pro emt.* 7
Mantic. d. t. 28. num. 5. Interim emtor fructus ex re illa perceptos [re- 8
vocabiliter] (4934) suos facit, *4. §. 4. 6. pr. h. 2. § 4. pro emtor. arg. 5. de L. Commiss. Mantic. d. t. 28. num. 6.* acquirit thesaurum, (4935) *arg. un.* 9
C. de thesaur. omnia commoda & incommoda, *l. 4. §. 4. 11. §. 10. quod vi* 10
aut clam. ipsique res perit: (4936) *2. §. f. h. Mantic. d. t. 28. num. 8. l. 3. h. Brunsel d. tr. de condit. lib. 4. t. 5. num 7 Bach. d. tr. de resc. vend. assert.* 11
74. ita, ut nec ratione peritus vel fructuum post totalem rei interitum 12
adjectio sive licitatio locum habeat; (4937) *4. § 1. h. Brunsel. d. l.* quod
tamen secus est, si ipsa res vendita, licet deterior facta, vel pars ejus, su- 13
persit. *4. §. 2. h. Brunsel. d. l. vid. 17. h. Mantic. d. t. 28. num. 11. &c.* Hac
conditione (4938) resolutiva * *PENDENTE*, emtor, qui dominium ac- C 14
quisivit, rem potest pignorare, *4. §. 3. h. 3 quib. mod. pign. sol. vid. 72. de R. I.* vindicare, *41. pr. 66. de R. V.* Publiciana in rem agere. *arg. 1. §. f. h. junct. 7 § 2. 11. §. 4. de publ. in rem. C. l. A. h. th. 6.* Habet interdictum 15
quod vi aut clam. *l. 4. §. 4. h. 11. § 10. junct. §. pen. quod vi aut clam.*
An vero interim locum habeat retractus & pœna commissi, si vasal- 16
lus aut emphyteuticarius hoc modo alienet, item an gabella vel laudemium solvi debeat, de illis *vid.* (4939) *Fr. tr. de laudem. c. 5. num. 64. &c.*

1 *An dies hic est adjiciendus?* ℞. Ut plurimum quidem adjicitur, non tamen necessario.

2 *Quotuplex est addictio in diem,* (℞. Duplex: *Tacita & Expressa*) *& quid est addictio in diem tacita?* ℞. Quæ ex Legis dispositione in venditionibus tantum fiscalibus semper facta censetur.

3 *Quid est addictio in diem expressa?* ℞. Quæ nominatim a contrahentibus exprimitur.

4 *Quotupliciter fit hæc addictio in diem expressa?* ℞. Dupliciter: vel *Pure*, & sub solutive, sive resolutiva conditione, seu conventione; e. g. *l. 2. pr. ff. h. t.* vel *conditionaliter*, & sub conditione suspensive, sive constitutiva.

5 *An, si addictio in diem expressa pure fit, & sub conditione resolutiva, tum emtio statim est perfecta?* ℞. Affir. *quia ea, quæ in posterum, casu eveniente, resolvenda sunt, perfecta esse debent, alias enim non opus esset resolutione.*

6 *An igitur per traditionem subsequentem dominium transfertur?* ℞. Affir. quia contractus emtionis venditionis perfectus adest, ex quo, si traditio fiat, semper dominium in emtorem transfertur.

7 *An & conditio usucapiendi transfertur?* ℞. Affir.

8 *An vero emtor medio tempore fructus, ex re illa perceptos, suos facit?* ℞. Affir. & quidem revocabiliter.

9 *An quoque emtor thesaurum in re illa inventum acquirit?* ℞. Affir.

10 *An & omnia commoda & incommoda ad emtorem spectant?* ℞. Affirm. quia est verus dominus, quem omnia illa sequuntur.

11 *An ipsi quoque res perit?* ℞. Affir. nam post interitum rei melior conditio afferri non potest, ideoque emtio quoque non resolvitur, sed jam deficiente restitutione emtor factus est dominus irrevocabiliter.

12 *An vero ratione partus vel fructuum post totalem rei interitum adjectio sive licitatio locum habet?* ℞. Neg.

13 *An tamen secus est, si ipsa res vendita, licet deterior facta, vel pars ejus superfit?* ℞. Affir. *cum enim res destructa* (licet pro parte) *adhuc extet, & ratione hujus partis melior conditio allata, omnia commoda cum re simul revocantur.*

14 *An, hac conditione resolutiva* pendente, *emtor, qui dominium acquisivit, rem potest pignorare, & , si possessionem rei amisit, illam rem vindicare, & Publiciana in rem agere?* Affir. *quia omne jus in emtorem est translatum, & sic quoque omnes dominii effectus.*

15 *An quoque emtori, si in possessione turbatur, Interdictum* Quod vi aut clam *competit?* ℞. Affir. *ob jam dictam rationem.*

16 *An vero interim locum habet retractus & pœna commissi, si vasallus, aut emphyteuticarius hoc modo alienat,* item: *an gabella vel laudemium solvi debet?* ℞. De his vid. Franzk. Brussel. Mudæ & Marc. *citt. ll.*

64. &c. Brussel. d. c. 5. num. 4 & 12. Mada. de contrah. emt. p. 5. rubr.
de pact. resol. num. 5. Marc. 1. dec. 571.
* *EXISTENTE*, emtio perfecta resol- C. 1
vitur, *2. pr. 9. h.* ita ut retro ab ipso initio pro non facta habeatur.
(4940) *19. de usurpat. 6. §. 1. de divers. & temp. praescript. 17. h. Bona-*
cin. de contract. d. 3. quaest. 2. p. 7. num. 3. vid. Barbos. Vol. 1. d. 28. th.
9. lit. d. fere in f. Brussel. d. l. num. 1. in f. Fr. h. num. 9. Mada. d. tr.
rubr. de pact. res. num. 5 & 6. Hinc * *EMTOR* statum desinit domi- D. 2
nus esse, (4941) *1. in f. h.* & rei vindicationem amittit; *41. pr. de R.*
V. pignus (4942) ipso jure extinguitur; (4943) *4. §. 3. h. vid. 3. quib.* 3
mod. pign. solv. Brussel. d. l. num. 10. Bes. ad 4. in f. h. tenetur etiam 4
emtor omnes fructus, (4944) omniaque commoda ex re vendita
quaesita venditori, non secundo (4945) emtori restituere, *4. §. 4. 6.* 5
pr. 16. h. 11. §. 10. quod vi aut clam. vid. 14. §. 4. h. obst. (4946) *1. §. f.*
h. Rath. tr. de resc. vend. ass. 77. &c. etiamsi primus emtor adjiciendo 6
rem sibi addici obtinuerit; (4947) *l. 6. §. 1. h. f. de jur. fisc. Fr. h. n.*
9. Ancharr. ad l. 4. num. 25. C. de pact. int. emt. Zoes. h. num. pen. & ult.
ubi de fructibus consumtis. Rath. d. l. assert. 76. num. 4. deducit tamen 7
expensas (4948) in rem necessarias, & pretium, quod solvit, (4949) 8
arg. 29. §. 2. de aedil. edict. C. l. A. h. th. 19. 20. quae si rem superant, 9
datur etiam actio emti. (4950) *16. h. Brussel. d. l. num. 10. Mantic. de*
tacit. convent. l. 4. t. 28. num. 19. * *VENDITOR* recipit domi- d. 10
nium, ipso jure, sine rei traditione ita, ut illud nunquam (4951) ab
ipso discessisse videatur. Unde non tantum habet actionem venditi, 11
ratione praestationum personalium, (4952) *4. §. 4. in f. 14. §. 1. in f. h. 11.*
§. 10. quod vi aut clam. sed quoque Rei vindicationem (4953) contra
quemcunque possessorem. *arg. 41. pr. de Rei vind. 4. C. de pact. inter*
emt. Brussel. d. c. 5. num. 5. Mantic. d. t. 28. num. 11. Fr. tr. de laudem.
c. 5 num. 65. Perez. in C. tit. de pact. inter emt. num. 6. Molin. de I. & I.
tr. 2. D. 378. num. 7. Covarr. l. 3. Resol. c. 8. num. 1. Resoluta prima 12
emtione, an poena commissi cesset, & arrha, vectigal, gabella, vel
laudemium repeti possit, de eo vide (4954) *Brussel. d. c. 5. num. 11*
& 12. Fr. de Laudem. c. 5. & c. 14. Bonacin. de contract. D. 3. quaest. 2.
punct. 7. num. 4. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 379. n. 12. &c.

R Modo (4955) hoc pactum fiat [t] verbis directis, quae important 13
contractus resolutionem directo & ipso jure; idque vel propria sui 14
forma & figura; v. gr. res esto inemta, &c. *Molin. de I. & I. tr. 2.*
d. 378.

1 *An hac conditione solutiva existente, emtio perfecta resolvitur?* ℞. Affir. ita quidem, ut retro ab ipso initio pro non facta habeatur; *reducitur enim ad non causam.*

2 *An ergo, hac conditione solutiva existente, emtor statim dominus esse desinit, & rei vindicationem amittit?* Affir. *dominium enim, vi hujus pacti, tacite restitutum videtur.*

3 *An quoque pignus ipso jure extinguitur?* ℞. Affir. dominio enim restituto statim etiam omnes dominii effectus cessant.

4 *An etiam emtor omnes fructus, omniaque commoda, ex re vendita quaesita, venditori restituere tenetur?* ℞. Affir.

5 *An primus emtor secundo emtori fructus & commoda, ex re vendita quaesita, restituere tenetur?* ℞. Neg.

6 *An quoque primus emtor fructus & commoda venditori restituere tenetur, etiamsi adjiciendo rem sibi addici obtinuerit?* ℞. Affir.

7 *An tamen emtor deducit expensas in rem necessarias factas?* ℞. Affirm. & quidem de fructibus.

8 *An & emtor pretium deducit, quod solvit?* ℞. Affir. & quidem cum usuris: ubicunque enim venditor rem recipit cum fructibus, ibi aequum est, ut ipse quoque pretium restituat cum usuris, maxime, si sine culpa emtoris res fiat inemta, uti hoc in casu. *Obj.* Usuras deberi tantum ex conventione vel mora. *Resp.* Imo & aequitate suadente. *l. 12. §. 9. in med. ff. mand.* vid. Brunnem. *ad l. f. ff. h. t.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 12.*

9 *Quaenam autem Actio datur, si expensae ab emtore in rem necessario factae, fructus perceptos vel ipsam rem superant?* ℞. Actio emti: novum quippe non est, ut contractus reddatur nullus, & tamen duret Actio ex contractu. Lauterb. *d. l.*

10 *An hac conditione* resolutiva *existente VENDITOR dominium ipso jure, sine rei traditione recipit?* ℞. Affir. ita ut illud dominium pure vel sub conditione reservatum, & nunquam ab ipso venditore discessisse videatur.

11 *Quales ergo Actiones habet hic Venditor?* ℞. Non tantum Actionem venditi, ratione praestationum personalium, (*quamvis* Hahnius *putet, dari tantum Condictionem sine causa ad fructus repetendos*; vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 13.*) sed quoque Rei vindicationem contra possessorem quemcunque.

12 *An vero resoluta prima emtione, poena commissi cessat, & arrha, vectigal, gabella vel laudemium repeti potest?* ℞. De hoc vid. Brussel. Franck. Bonac. Molin. *citt. ll.*

13 *Quaenam autem sunt Requisita hujus Pacti addictionis in diem seu, quid a DD. requiritur ad hoc Pactum, ut emtionem perfectam resolvat?* ℞. Ut sint (1) verba directa, quae importent contractus resolutionem directo & ipso jure; (2) Res adhuc integra.

14 *Quotuplicia sunt verba illa directa?* ℞. Duplicia: vel enim important contractus resolutionem directo & ipso jure, propria sui forma & figura, v. g. Res sit inemta, invendita, emtio sit infecta, quae tamen verba essentialia non sunt; Molin. *d. l.* vel per necessariam consequentiam, v. gr. liceat venditori rem vindicare, rem suam recipere: expresso enim effectu, etiam efficiens expressum esse censetur. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 14.*

d. 378. num. 9. vel per necessariam consequentiam; (4956) v. g. liceat venditori rem vindicare. (4957) *vid. Gotb. ad l. 2. verb. inemtus. ff. de leg. commiss.* rem suam recapere. *arg. 13. pr. de pign. action. Carpzov. p. 2. c. 1. d. 17. num. 7. Covarruv. lib. 3. resol. cap. 8. num. 1. ¶. vid. Berlich. in C. ad l. 3. de pact. inter emt. num. 9.* Secus est, si hoc pactum 1
verbis obliquis (4958) vel indifferentibus concipiatur, v. gr. res resti- 2
tuatur. (4959) *arg. 3. C. de pactis inter emt. Bruffel. d. t. 5. num. 1. Muda. de contrah. emt. cap. 5. tit. de pact. res. num. 6. C. I. A. h. tit. vi. inf. Bonacin. de contract. d. 3. quaest. 2. punct. 7. num. 3. Tiraquell. de retract. convent. §. 1. gl. 7. num. 17. ¶¶. Dissent Covarruv. lib. 3. Resol. c. 8. num. 1. fere in f. Mantic. d. tit. 28. num. 14. Barb. d. tr. ass 71. Molin. d. D. 378. num. 9. per l. 41 de R. V.* [2] Re adhuc integra, (4960) *Muda. de con-* 3
trah. emt. cap. 5. rubr. de pact. resol. num. 7. imo in continenti, per *44. §. 2. de O. & A. Bruffel. de condit. lib. 4. tit. 5. num. 1. 8. Mantic. d. lib. 4. tit. 28. num. 12. Fr. de laudem. c. 5. num. 61. Molin. d. l. num. 10. Covarruv. d. l. num. 1. Trentacinq. lib. 3. t. de E. & V. Resol. 10. num. 24. Tiraquell. d. l. n. 4. 5. inf ¶¶. Menl. de contrah. emt. tit. 7. num. 4.* Nam si ex intervallo, 4
re tamen integra adjiciatur, tunc secundum nonnullos habet quidem vim ipso jure resolvendi, *arg. 7. §. 6. 27. §. 2. de pact.* sed tamen ex nunc, non vero ex tunc: (4961) *Castro ad l. 59. num. 9. de pact. Muda. d. rubr. inf.* re non integra adjectum nihil (4962) resolvit. *arg. 7. §. 6. l.* 5
27. §. 2. l. 58. de pact. Fr. d. c. 5. n. 69. v. dd. DD.

Idem faciunt (4963) alia pacta resolutiva, si haec requisita habe- 6
ant. *19. de Usurp. arg. 11. §. pen. quod vi aut clam. 3. de C. E. V. 13. pr. de pign. act. 10. §. 1. quib. mod. pign. solv. 7. C. de pact. inter emt. & vend. Bruffel. de condit. lib. 4. t. 5 num. 1. 8. Covarr. lib. 3. c. 8. num. 2. ¶. Tiraquell. de retract. convent. §. 1 gl. 7. num 14 & 17. ¶. Gutierrez. de Gabell. quaest. 10. num. 10. 14. Muda. d. rubr de pact. res. num. 6. Trentacinq. lib. 3. tit. de E. & V. Res. 10. num. 23 & 24 ¶. Carpzov. p. 2. c. 1. def. 17. Diff. Zas. in tr. tit. de retract. convent. num. 11. & seq. Marc. 1. decis. 572. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 374. num. 5. per l. 4. C. de adil. act.* de qua *vid. Covarr. d. l.*

Existere autem censetur haec resolutiva conditio, si alius, [licet pu- 7
pillus sine tutoris auctoritate, (4964) *14. §. 3. h. arg. 1. §. 1. de novat. Barb. de rescind. vend. assert 62. num 2 & seq.* aut facultatibus non idoneus, (4965) *d. l. 14. §. 2.* aut unus ex pluribus emtoribus vel venditoribus, *13. §. 1. l. 16. h. Barb. d. tr. assert. 63. n. 7. &c.*] venditori vel ejus heredi intra tempus de-

1 *Ergone secus est, si hoc pactum verbis* obliquis, *vel* indifferentibus *concipiatur?* ℟. Affir.

2 *Da exemplum ejusmodi verborum obliquorum vel indifferentium?* ℟. E. g. Res restituatur, vel revertatur: *nam hæc verba dici possunt non minus, si res est restituenda ex obligatione personali, quam si illi reddenda, qui jure dominii illam petit.*

3 *Quid* (2) *requiritur ad hoc Pactum addictionis in diem?* ℟. Ut fiat re adhuc integra: imo *in continenti* venditioni adjiciatur.

4 *An hoc pactum, si ex intervallo, re tamen adhuc integra, adjiciatur, tunc vim* ipso jure *resolvendi habet?* ℟. Secundum nonnullorum sententiam habet quidem hanc vim ipso jure resolvendi, sed tamen *ex nunc*, non vero *ex tunc*; ita, ut non retrahatur ad tempus contractus.

5 *An igitur pactum addictionis in diem re non integra adjectum nihil resolvit?* ℟. Affir.

6 *An idem faciant pacta resolutiva, si hæc requisita habeant?* ℟. Affir.

7 *Quando autem existere censetur hæc resolutiva conditio?* ℟. Si alius, (*non ergo venditor, sive per se, sive per servum aut filium suum: nemo enim & emtoris & venditoris officio fungi potest, nec venditor duplum pretium offerens recedere potest*) [licet pupillus sine tutoris auctoritate, aut facultatibus non idoneus, aut unus ex pluribus emtoribus, (*licet sit pro parte dominus, l. 13. §. 1. l. 18. ff. h. t.*) vel venditoribus, [*emere enim cum tota re etiam nostram partem possumus, si e. gr. tribus dominis, rem communem vendentibus, unus meliorem conditionem offerat*] venditori, vel ejus heredi, intra tempus definitum, vere & bona fide, meliorem obtulerit conditionem, idque vel pretii quantitate, vel solutionis loco & tempore, vel personæ qualitate, vel onerum priorum remissione; *ET* acceptent hanc oblationem *omnes* creditores *in totum. Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 1.*

definitum, [*vid.* (4966) *15. pr. h.*] vere & bona (4967) fide, [*vid.* (4968) *4. §. 5. l. 14. pr. h. Rath. d. tr. assert 63. num 2. & seq.*] meliorem obtulerit conditionem; *4. §. 5. in f. h.* idque vel pretii quantitate, vel solutionis loco & tempore, vel personæ qualitate, vel onerum priorum remissione, (4969) *4. §. 5 l. 5 h. Maul. de contrab. emt tit. 7. Rath. d. tr. ass. 64.* *NON* etiam, si tantundem (4970) oblatum; licet hoc ipso, ratione fru- 1
ctuum (4971) a priori emtore perceptorum, venditoris conditio redderetur melior, *14. §. f. h.* *ET* acceptent (4972) hanc oblationem omnes 2
venditores (4973) in totum. *13. pr. Zas. ad h. t. num. 9. Perez. in C. de pact. inter emt. num. 4 vid. 9. 14. § 2. in f. h. arg. 41. de minor. Mantic. de tac. convent. l. 4. tit. 28 num. 22. vid. 10.* Nam si unus hoc non acceptet, res 3
manet priori (4974) emta; *11. §. 1. 13. pr h.* nisi diversis pretiis partes suas (4975) distraxerint; tum enim venditio pro ea tantum parte rescinditur: *11. 12.* nisi prior emtor ita contraxit, ut non nisi totam rem habere velit: *13. pr. in f. h. C. J. A. h. thes. 13. Zas. h. num. 9.*

Reperto majoris emtore hoc debet indicari priori emtori, qui idem 4 5
offerens aliis præfertur. (4976) *6. §. 1. 7. 8. h. 11. pr. h. 35. de min. Tab. de fid. & jur. hast. th. 18. Maul. de contr. emt. t. 7. num. 6. Richter. tr. de pact. ad l. 4. C. de pact. int. emt. num. 79. obst.* (4977) *7. h. vid. Rath. d. tr. assert. 66. num. 2.*

* *DEFICIENTE* hac resolutiva conditione, c. 6
vel illa abjecta, emtor dominium & omnia commoda irrevocabiliter retinet. *Brussel. de condit. l. 4. t. 5. num. 13.*

* *CONDITIONALITER,* b. 7
& sub conditione suspensiva, (4978) *1. pr. h. Maul. d. l. num 12. Fr h. num.* 8
5. & tum * pendente hac conditione ipsa emtio in pendenti & imperfe- E 9
cta est, *7. pr. de contrab. emt.* nec propter subsequentem traditionem (4979) dominium transfertur, *arg. 4. pr. Fr. h. num. 8. Faber. in rational. ad l. 4. pr. h. Richter. de pact. ad l. 4. C. de pact. int. emt & vend. num. 70. Rath. tr. de resc. vend. ass. 72. fere in f. Zas. h. num. 5. fere in f. & num. 13. in f. C. J. A. h. num. 7. Perez. in C. de pact. inter emt. num. 2. in fin.* nec rem illam usucapit, nec fructus percipit. (4980) *4. pr. h. C. J. A. h. th. 7.*

* Existente hac conditione, & meliore conditione non alla- e. 10
ta vel abjecta, venditio retro (4981) censetur perfecta ita, ut emtor ex tempore contractus dominium, fructus, & omnia commoda, acquisivisse videatur. *C. J. A. h. num. 7. in f. Bonacin. de contract. Disp. 3. qu. 2. punct. 7. num. 12. Molin. de J. & J. tr. 2. D. 379. in f. Brussel. tr. de condit. lib. 2. tit. 3. pr. &c.*

*Defi-

1 *An etiam existere censetur hac conditio resolutiva, si tantundem pretium ab alio oblatum?* ℞. Neg. etiamsi hoc ipso ratione fructuum, a priore emtore perceptorum, venditoris conditio melior redderetur: sed requiritur, ut alius quid adjiciat, quod venditoris conditionem meliorem reddat.

2 *Ut autem hac conditio resolutiva existere censeatur, an etiam porro requiritur, ut omnes venditores hanc oblationem accepteut in totum?* ℞. Affir.

3 *Quid vero obtinet, si omnes venditores meliorem conditionem oblatam non accepteut?* ℞. Tunc tota res manet priori emta; nisi diversis pretiis partes suas distraxerint: tum enim venditio pro ea tantum parte rescinditur; nisi prior emtor ita contraxerit, ut non nisi totam rem habere velit. Lauterb. *Coll.th.pr. h. t. §. 19.*

4 *Quid, reperto majoris emtore, fieri debet?* ℞. Hoc debet indicari priori emtori.

5 *Cur autem ipsi hoc indicandum est?* ℞. Quia prior emtor idem offerens aliis præfertur.

6 *Quid obtinet deficiente hac resolutiva conditione, & nulla meliori conditione allata, vel illa abjecta?* ℞. Tunc contractus firmus & stabilis manet, ipseque emtor dominium & omnia commoda irrevocabiliter retinet, perinde ac si ab initio nulla conditio adjecta fuisset: nam resolutio fuit conditionalis, & conditionalia, deficiente conditione, pro infectis habentur.

7 *An Pactum addictionis in diem etiam* conditionaliter *adjici potest?* ℞. Affir.

8 *Quomodo autem hoc pactum conditionaliter adjicitur?* ℞. Sub conditione suspensiva.

9 *Si igitur Addictio in diem expressa* conditionaliter *sub conditione* suspensiva *est facta, quid hac conditione* pendente *obtinet?* ℞. Tum ipsa quoque emtio in pendenti & imperfecta est ita, ut, licet res tradatur, emtor tamen per hanc traditionem, ex causa conditionali factam, nec dominium consequatur, nec rem illam usucapiat, nec fructus ad eum pertineant; &, si res, pendente sc. conditione, *in totum* perierit, nec periculum rei peremtæ vel deterioratæ ad accipientem spectet: si vero *ex parte* perierit, & deterior tantum facta fuerit, periculum existente conditione pertinet ad emtorem. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 22.*

10 *Quid vero obtinet, hac conditione suspensiva* existente, *& meliore conditione non allata vel abjecta?* ℞. Tunc venditio retro censetur perfecta ita, ut emtor ex tempore contractus dominium, fructus & omnia commoda acquisivisse videatur.

I Sed,

* Deficiente, & meliore conditione allata & acceptata, ipsa e. 1
quoque deficit emtio & venditio. *37. in f. de contrah. emt. 8. de peric. & comm. rei vend.*

Circa hæc pacta (4982) potius respiciendum ad mentem, quam ad 2
verba contrahentium: *2. pr.* & in dubio præsumitur emtio pura. 3
(4983) *2. §. 4. pro emt. arg. 3. quib. mod. pign. solv. Bes. ad L. 2. §. h. n. 2 Rath. d. l. assert. 73.*

DE LEGE COMMISSORIA. (4984) XVIII. 3.

D LEx commissoria est conventio (4985) inter emtorem & venditorem inita, ut, pretio non soluto, res sit inemta. *1. 2. 4. pr. h.* 4
N Est tantum resolutiva, (4986) *1. Rath. de resc. vend. ass. 72. Zas. h. n. 3.* 5
C Hæc lex sive qualitas (4987) commissoria emtioni & venditioni non 6
inest naturaliter, (4988) *vid. 14. C. de resc. vend.* sed jure permittente & approbante; *13. §. 26. de act. emt. 1 1. de L. Comiss. obst.* (4989) *38. de minor vid. Hilig. ad Donell. Enucl. 16. c. 19. lit. E. Mastert. tr. de Leg. Commiss. quæst. 4. num. 5 & 6.* adjicitur partium conventione; *l. 3. h.* decla- 7.8
rata verbis directis [*e. gr. res esto inemta &c. Rath. d. l. assert. 79. num. 3.*] vel per necessariam (4990) consequentiam: v. gr. si pretium non solvatur, liceat venditori rem venditam vindicare, &c. *Barbos. ad l. 3. C. de pact. inter emt. num. 3. 9. Zas. h. num. 13. &c. Covarr lib. 3. Res. c. 8. num. 1.* non etiam sufficiunt (4991) obliqua vel ambigua (4992) verba, ¶¶. 9
arg. 3. C. de pact. inter emt. & vend. ibi Barbos. num. 3. &c. Scacc. de commerc. § 1. quæst. 1. num. 433. Richter. ad l. 4. C. de pact. inter emt. Mantic. de tacit. convent. lib. 4. t. 29. num. 25. Gutierrez de Gabell. quæst. 10. num. 12. Rath. d. assert. 79. num. 3. Molin. de I. & I. tr. 2. d. 378. num. 9. C. I. A. h. th. 10. Negusant. de pignor. part. princ. 4. num. 1. Mantic. d. t. 29. num. 26.
in continenti, (4993) *arg. 3. pr. de O. & A. 10. C. de pact.* ¶¶. *Mantic. d.* 10
l. num. 24. Covarruv. d. l. num. 1. Zas. h. num. 12. Tiraquell. de ret. convent. §. 1. gl. 7 num 4. Barbos. d. l. num. 7. vid. Mudæ. de contr. emt. p. 5. rubr. de pact resolutiv. num. 7. &c. sine die, (4994) *arg. 3. de contrah. emt. 41.* 11
pr. de R. V. Cujac. tr. 7 ad Afric. ad l. 23. de O. & A. fere in f. C. I. A. h. th. 6. Zas. h. n. 7. a Jena Disp. de L. Comm. th. 55. vel cum die, (4995) *2. 4. pr.* 12
5. h. propinquo vel remoto. (4996) *Gutierrez. de Gabell. q. 10. n. 13. Barbos.* 13
ad d. l. 3. num. 8. arg. 2. 4. pr. h.

E Emtio commissoria est pura, & statim perfecta: *1. h. 2. §. 3.* 14
pro

1 *Sed, quid obtinet, hac conditione suspensiva deficiente, & meliore conditione allata & acceptata?* ℞. Tum ipsa quoque deficit emtio & venditio, & pro non facta habetur.

2 *Ad quid autem circa hæc pacta est respiciendum?* ℞. Circa hæc pacta potius respiciendum ad *mentem*, quam ad *verba* contrahentium.

3 *Qualis vero emtio in dubio præsumitur?* ℞. Pura: *conditionales enim venditiones minus sunt favorabiles, tanquam imperfectæ, & quilibet actus natura sua purus est.*

4 *Quid est Lex Commissoria?* ℞. Est conventio inter emtorem & venditorem inita, ut &c.

5 *Estne hæc Lex Commissoria tantum resolutiva?* ℞. Affir. *vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 4.*

6 *Quomodo hæc Lex, sive qualitas commissoria emtioni inest?* ℞. Inest eidem non naturaliter, sed jure permittente & approbante.

7 *Quomodo vero emtioni adjicitur?* ℞. Partium conventione.

8 *Quotuplici modo hæc conventio declaratur?* ℞. Duplici: vel verbis directis, *e. g. Res esto inemta,* &c. vel per necessariam consequentiam, *e. g. si pretium non solvatur, liceat venditori rem venditam vindicare. &c.*

9 *Annon etiam sufficiunt verba obliqua vel ambigua?* ℞. Neg.

10 *An vero hæc Lex Commissoria emtioni in continenti est adjicienda?* ℞. Affir. quia de Jure Civili pacta, ex intervallo adjecta, pro nudis habentur, nec Actio ex iis datur, quod tamen *hodie* secus.

11 *An adjici potest sine die?* ℞. Affir.

12 *An etiam cum die adjici potest?* ℞. Affir.

13 *An quoque nihil refert, sive dies sit remotus, sive propinquus?* ℞. Affir.

14 *Num emtio commissoria est pura & statim perfecta?* ℞. Affir. hinc hæc ipsa conditio, sive Lex Commissoria emtionis puritatem non impedit, nec ejusdem perfectionem suspendit: conditio enim non emtioni, sed ejusdem resolutioni est addita. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 10.*

pro emt. C. I. A. h. thes. 3. inducta hac resolutiva (4997) conditione, * pendente emtor rei traditæ est dominus, *Brunnem. de cond. lib. 4. c. 5 num. 3. C. I. A. h. th. 3.* vel usucapiens; (4998) *ead. 74. de contrah. emt.* fructus suos (4999) facit, *5. h.* periculum tanquam dominus sustinet. *2. in f. h.* A 1

* existente; [scilicet si certo tempore solutioni * præfinito [1] hoc totum elapsum est, *38 pr. de min. arg. §. 2. l. de V. O. 41. §. 1. L. 42. 113 §. 1. de V. O.* [2] nec intra illud omne pretium solutum, vel compensatum, novatum, &c. *arg. f. h. 4. qui pot. in pign.* licet minimum restet, (5000) *arg. 85. §. 13. fam. ercisc. 45. §. 1. de V. O. C. I. A. th. 4. num. 1.* & licet emtor non sit interpellatus (5001) a venditore, *4. §. f. h. 12. C. de contr. stip. 2. C. de J. Emphyt. Fr. ad tit. de A. E. V. num. 429.* atque [3] per emtorem (5002) steterit, quo minus totum pretium intra tempus conventum solutum sit. *4. pr. 4. §. f. L. f. h. vid. f. de resc. vend. C. I. A. h. th. 5. in pr. arg. 39. 72. pr. de solut. f. h. vid. a Jena de L. Commissoria. thes. 49.* a 3 B 4

* Non præfinito, (5003) emtor, post modicum tempus, per venditoris interpellationem, in mora fuerit constitutus, *Zas. h. num. 7 vid. 23. de O. & A. ibi Cujac. tr. 3. ad Afr. C. J. A. th. 6. a Jena de L. Commiss. th. 55*] emtio & dominii translatio ipso jure (5004) & quidem retro ex tunc resolvitur, *2. h. 19. de Usurp.* & ab initio nihil actum videtur. (5005) *Faber. in Ration. ad l. 2. h. in f. Bachov. Vol. 1. Disp. 28. th. 9. lit. d.* Hinc * Emtor (5006) restituat rem, cum suis accessionibus, *6. § 1. h.* & fructus interim (5007) perceptos; *5. h. Ruth. d. tr. assert. 79. num. 5. &c. C. I. A. h. th. 11.* etiamsi de hoc nihil conventum sit; *arg. 5. h. obst.* (5008) *6. § 1. de contrah. emt. vid. 56. pr. mand. C. I. A. d. l.* nisi emtor partem pretii solutam perdat, *4. §. 1. h.* aut aliud inter partes actum sit. *Bachov. d. l. in fin. C. I. A. d. th. 11.* b. C 5

* Venditor ipso jure sine rei traditione dominium recipit, *arg. f. h. 4. C. de pact. int. emt. 41. pr. de R. V. Bachov. d. l. Carpzov. p. 2. c. 33. def. 22. num. 3. Zas. h. num. 6. Mynſ. 6. obs. 64. C. I. A. h. th. 5. 6. Brunnem. de condict. lib. 4. c. 5. num. 2. obst.* (5009) *10. C. de pact. 3. pr. de Obl. & Act.* [hujusmodi enim pacta reservativa tradenti jus in re pure & sub conditione reservare possunt; (5010) *32. de usufr. 19. de Servit. 7. pr. commun. præd. 20. §. 1. de pact. dotal. vid. f. C. de pact. inter emt. 33. pr. de S. P. R. 41. pr. de R. V. 9. de manumiss. 5. C. si mancipium ita fuerit.* licet emtori fides de pretio sit habita. (5011) *Berlich. p. 1. concl. 64. num. 43. &c. Carpzov. p. 1. c. 28. def. 21.*] c. 6

Ut vero existens hæc conditio vires suas exerat, necessarium est, si 7

cer-

1 *Ergone hac conditione resolutiva* pendente *emtor rei vendita & tradita est dominus vel usucapiens?* ℞. Affir.

2 *An itaque talis emtor pendente hac conditione resolutiva fructus suos facit, & periculum tanquam dominus sustinet?* ℞. Affir.

3 *Quid vero obtinet, hac conditione resolutiva* existente? ℞. Emtio & dominii translatio ipso jure, & quidem retro ex tunc resolvitur, & ab initio nihil actum videtur.

4 *Quando vero hac conditio extitisse censetur?* ℞. Si certo tempore solutioni *præfinito* (1) hoc totum elapsum est; (2) nec intra illud tempus omne pretium solutum, vel compensatum, novatum *&c.* licet minimum restet, & licet emtor a venditore non sit interpellatus, atque (3) per emtorem steterit, quo minus totum pretium intra tempus conventum solutum fuerit. Tempore vero *non præfinito* existere videtur hæc conditio resolutiva, si emtor, post modicum tempus, per venditoris interpellationem in mora fuerit constitutus.

5 *Ad quid igitur emtor, hac conditione existente, tenetur?* ℞. Restituat rem cum suis accessionibus, quæ adhærent, e. gr. per alluvionem, nec non fructus interim perceptos, etiamsi de hac fructuum restitutione nihil sit conventum; nisi emtor partem pretii soluti perdat, aut aliud inter partes actum sit: tunc enim fructus restitui non debent.

6 *Quid vero operatur hac conditio existens ratione venditoris?* ℞. Venditor statim ipso jure, sine rei traditione, iterum dominus esse incipit: hujusmodi enim pacta reservativa tradenti jus in re pure & sub conditione reservare possunt, licet emtori fides de pretio sit habita. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 12.*

7 *Ut existens hac conditio vires suas exerat, an necessum est, si certus dies huic Legi adjectus, ut illo elapso statim declaret venditor, se hac Lege usurum vel non?* ℞. Affir.

certus dies huic Legi est adjectus, ut illo elapso venditor statim decla-
ret, expresse vel tacite, (5012) se hac lege usurum, vel non; (5013) *4.* 1
*§. 2. h. 2. 3. 6. pr. h. arg. 1. §. 10. de op. nov. nunc. Mantic. de tacit. convent. l. 4.
t. 29. num. 12. arg. 41. de min. l. 9. C. de pact. 6. C. de LL. vid. Fab. in ration. ad
3. h. & l 2. ibi. Vers si Dominus voluerit. C. de Jur. Emph.* qui, electione 2
semel facta, pœnitere non potest; (5014) *4. § 2. L. 7. h. vid. 20. de opt.
legat. Rarb. de rescind. vend. assert. 41. num. 1. 6. §. 2. L. 7. h. 4. C. de pact. in-
ter emt. Carpzov. 2. c. 33. d. 22. ¶. Mantic. d. l. num. 18. C. J. A. h. num. 9.*
Emtorem vero, re ex hac lege commissa, pretium offerendo, invito 5
venditore, moram purgare posse, asserit Pichard. *de mora. num. 160. per
4. C. de pact. int. emt. 38. de minor.* rectius (5015) negant *Cujac. ad d. L. 38.
arg. 4. §. 2. L. 6. §. f. L. 7. h. f. in f. C. de pact. int. emt. vid. 23. de O. & A. 23.
pr. de recept. Cujac. ad 23. de O. & A. fere in f. tr. 7. ad Afric. C. I. A. h. th. 4.
num. 1. a Jena de leg. commiss. th. 47. Mastert. in varr. tit. rubr. de pact. int.
emt. quæst. 10. vid. Arum. tr. de mora. c. f. num. 8. Carpz. de locat. p. 4. quæst.
31. num. 73. &c.* Si vero pacto commissorio certa dies solutioni non est 4
præfinita, emtorem usque ad litis contestationem moram purgare pos-
se, docet Cujac. *ad d. L. 23. de O. & A. fere in f. per L. 21. §. f. & 22. f. de arb.
17. de const. pec. 84. 135. §. 2. de V. O.* nisi ex mora ante litem contestatam 5
venditor damnum senserit. (5016) *arg. 21. de arb. Cujac. d. l. C. I. A. th. 6.
in f.*

Hinc dantur actiones * Venditori rei vindicatio, *arg. f. h. 4. C. de* D 6
pact. inter emt. contra quemcunque, (5017) etiam cui emtor pignoravit 7
(5018) vel vendidit, *arg. dd. 8. junct. 9. de R. V. a Jena de L. commiss th. 69.*
& actio ex vendito, (5019) qua petit non tantum ipsam rem, sed etiam 8
fructus, damni æstimationem (5020) & alia in eum casum promissa, *6.
§. 1. de contr. emt. 4. pr. h. 6. §. 1. de C. E. V.*

* Emtori nullæ, *l. 6. §. 1. ibi: ne venditor emto-* d. 9
ri. ff. de contrahend. emt. etiamsi arrham, vel partem pretii dederit:
utrumque enim, ob fidem non servatam, emtor perdit, & venditor re-
tinet, *4. §. 1. l. 6. pr. h. 25. pr. de hered. petit. Mantic d. lib. 4. tit. 19.
num. 28. C. I. A. h. th. 12. Maul. de emt. vend. tit. 7. num. 17. Rarb de
rescind. vend. assert. 24. Faber. ad l. 4. §. 1. h. ibi Salicet. obs.* (5021) *8.
pr. ibi: emtor pactus est, ut arrham perderet. h. 1. C. de pact. int. emt.
vid. 36. pr. mandat. C. I. A. h. th. 11. 12.* [quod secus est in addictione 10
in diem, (5022) ubi & pretium solutum, *tit. præced. pag. 317. in med.*
& arrha emtori est restituenda. *Brussel. tr. de cond. l. 4. t. 5. num. 12.*]

Hanc

1 *An vero sufficit, sive expresse, sive tacite declaret?* ℞. Affir.

2 *An autem venditor ita electione semel facta postea pœnitere potest?* ℞. Neg.

3 *An vero emtor, re ex hac Lege commissa, pretium offerendo, invito venditore, moram purgare potest?* ℞. Asserit hoc Pichard. *cit. l.* Rectius vero negat Cujac. *cit. l.* aliique ab Auctore allegati; idque ob solicitam contrahentium provisionem, & enixam illorum voluntatem, qua id actum, ut, pretio ad diem non soluto, res sit inemta, quod emtor postea, pretium offerendo, invito venditore mutare nequit: Venditor enim, cum non alia Lege jus suum transferri passus sit, nisi tali fretus conventione, quomodo ferendum erit, aliquam captionem ex varia eum pati interpretatione. Et hæc vera sunt, si in pacto commissorio *certa dies* solutioni est præstituta. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 21. seq.*

4 *Si vero pacto commissorio certa dies solutioni non est præfinita, quousque emtor moram purgare potest?* ℞. Usque ad litis contestationem, uti docet Cujac. *cit. l.*

5 *An tamen hoc secus est, si ex mora ante litem contestatam venditor damnum senserit?* ℞. Affir.

6 *Quænam hinc Actiones, hac conditione existente, Venditori dantur?* ℞. Rei vindicatio, & Actio ex vendito.

7 *Contra quem datur hæc Rei vindicatio?* ℞. Contra quemcunque, etiam contra eum, cui emtor interim rem oppignoravit vel vendidit; quia hac conditione resolutiva existente, dominium ipso jure ad venditorem revertitur.

8 *Quid vero venditor Actione ex vendito petit?* ℞. Non tantum ipsam rem, sed etiam fructus, damni æstimationem, & alia in casum existentis conditionis promissa.

9 *Quales autem Actiones Emtori contra venditorem dantur?* ℞. Nullæ, etiamsi aliquid arrhæ nomine, vel partem pretii dederit vel solverit: *vid.* Hartm. Pistor. *Q. 8. num. 8.* utrumque enim & arrham & partem pretii solutam, emtor, ob fidem non servatam, perdit & venditor retinet; & emtor sibi ipsi hoc imputare debet, cum damnum hoc, pretium statuto tempore solvendo, evitare potuisset.

10 *An hoc secus est in addictione in diem?* ℞. Affirm. in hac enim pretium solutum & arrha emtori est restituenda. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 14.*

Hanc dispositionem juris civilis duram, *Bachov. ad W. h. in f. Rath. d.* 1
I. assert. 65. restringunt *Mestert. d. l. in f.* ad casum, quo hoc inter
partes convenit: (5023) & *Habn. ad W. h. num. 1. in f.* ad casum, quo 2
emtor fructus quoque, & quidem pretio æquales percepit: & *Zof. hic*
num. 4. monet, hoc in casu cavendum esse ab usuraria (5024) labe. [correxit (5025) Würtenb. Landr. *p. 2. tit. 10. §. 1.*] Neque emtor gabellam 4
solutam a fisco repetet. (5026) *Bruffel. tr. de cond. lib. 4. tit. 5. num. 12.*
C. I. A. h. num. 13. vid. tamen Bonac. de contract. Disp. 3. quæst. 2. punct.
7. num. 4. Gutierrez. de Gabell. quæst. 10. num. 10. ¶¶. *Molin. de I. & I. tr.*
2. D. 378. num. 11. &c. ¶.

A Huic pacto interdum etiam hoc jungitur, ut pretio dicta die non 5
soluto, res non tantum fiat inemta, sed etiam prior emtor præstet, quanto minoris (5027) venditor eandem alteri vendiderit. *4. §. 3. h. ibi Salicet.* Hæc Lex Commissoria etiam accedere potest aliis similibus nego- 6
tiis, (5028) v. gr. locationi & conductioni, &c. *Treutl. V. 1. d. 29. th. 3. lit.*
d. Houd. V. 1. conf. 31. num. 32. &c. a Jena. de L. commiss. th. 14. 36. &c. non 7
etiam pignori, (5029) *de quo sup. ad tit. de pign. act. p. 231. in f.*

SS Simile est huic pacto illud: si venditor ante traditionem vel in ipsa, 8
arg. 3. § 1. de O. & A. 20. C. de pact. rei venditæ & traditæ dominium tamdiu sibi reservavit, donec omne pretium fuerit solutum. *Moller. l. 1. Semestr. c. 4. num. 2.* (5030) Hujus virtute dominus vindicans omnibus 9
(5031) creditoribus præfertur: *Carpzov. p. 1. c. 28. d. 21. & l. 1. R. 108. num.*
3. Rauchb. l. 1. quæst. 6. num. 12. Richter. tr. de jur. & privileg. creditor. cap.
2. m. 1. num. 1. 47. Berlich. p. 1. concl. 64. num. 43. periculum tamen est pe- 10
nes emtorem; (5032) *§. 3. I. de E. V.* nam emtio pure facta est. *Diss. Carpz. 1. resp. 108.* ¶.

DE HEREDITATE VEL ACTIONE VENDITA. XVIII. 4.

VEndi potest hereditas, (5033) *vid. Tabor. part. Elem. part. 2. §. 17.* * fu- A 11
tura, hominis * incerti: (5034) scil. tanquam spes, *arg. 3. §. 2. pro* B 12
Soc. 8. de contrah. emt. & vend. vid. Carpz. p. 2. c. 35. d. 17. Molin. de I. & I.
tom. 2. D. 340. num. 3. in f.

* certi: modo hic consentiat, (5035) & in ea volunta- b. 13
te perseveret; (5036) *arg. f. C. de pact. Molin. de I. & I. tom. 2. D. 340. num. 3.*

1 *Ad quem casum hanc dispositionem Juris Civilis duram Bach. & Rath. restringunt?* ℞. Ad illum, quo hoc inter partes convenit. Lauterb. *d. l. §* 17

2 *Ad quem vero casum hanc dispositionem Hahnius restringit?* ℞. Ad eum, quo emtor fructus quoque, & quidem pretio æquales percepit.

3 *Quid autem Zasius hic monet?* ℞. Hoc in casu cavendum esse ob usuraria labe.

4 *An emtor gabellam quoque a Fisco repetere potest?* ℞. Negat hoc Brussel. *cit. l.* vid. tamen Bonac. & Gutierrez. *cit. l.* ubi opinionem contrariam communem esse scribunt.

5 *Quale pactum huic Legi Commissoriæ interdum jungitur?* ℞. Tale, ut, pretio dicta die non soluto, res non tantum fiat inemta, sed etiam quanto minoris venditor eandem alteri vendiderit, id a priori emtore petere possit.

6 *An hæc Lex Commissoria etiam aliis negotiis accedere potest?* ℞. Affir. v. g. Locationi & Conductioni, &c.

7 *An vero hæc Lex pignori quoque accedere potest?* ℞. Neg. ne sub hoc prætextu usuraria pravitas exerceatur.

8 *Quodnam pactum huic Legi sive pacto simile est?* ℞. Illud, quo venditor rei venditæ & traditæ dominium tamdiu sibi reservat, donec omne pretium ipsi solutum fuerit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §* 25.

9 *An vi tamen hujus pacti dominus rem suam vindicans omnibus reliquis emtoris creditoribus præfertur?* ℞. Affir. ob dominium, sibi in re ipsa reservatum, quod omni alio juri potius est. Ut autem hæc conventio prædictum effectum operetur, requiritur, ut ante traditionem, vel in ipsa traditione accedat: re enim semel & pure tradita, dominioque in emtorem translato, venditor de dominio tali conventione reservando frustra est solicitus. *arg. l. 3. §. 1. ff. de O. & A. l. 20. C. de pact.* Lauterb. *d. l. §.* 27.

10 *An tamen periculum est penes emtorem?* ℞. Affir. nam emtio pure facta est. Sunt quidem, qui statuunt, per *l. 21. ff. de resc. vend.* hoc pactum ipsius contractus puritatem & perfectionem impedire, ac venditionem conditionalem reddere, & ex eo ipso ulterius inferunt, nihil certius esse, quam, dominio rei venditæ venditori usque ad totius pretii solutionem reservato, damnum combustionis & totalem rei interitum, qui interea accidit, ad venditorem pertinere, neque hoc casu emtorem solutione pretii gravandum, sed ipsi potius solutam pretii partem restituendam esse. Verum, sicuti *prius* nulla Lege, nullaque firma juris ratione probari potest, ita ipsi juris analogiæ repugnat; dominii siquidem translatio, quam hoc pactum suspendit, non pertinet ad hujus contractus perfectionem, sed tantum ad ejus implementum: ita etiam *posterius* tale est, quod nulla ratione admitti potest, emtione enim & venditione perfecta, periculum non ad venditorem, *licet adhuc sit rei dominus*, sed ad emtorem pertinere, ipse tradit Justinianus Imperator in *§. 3. J. de emt. & vend.* Vid. Lauterb. *Tract. Syn. h. t. §. 1. n. f. & Coll. th. pr. h. t. §. 26.*

11 *An vendi potest hæreditas?* ℞. Affir.

12 *An hæreditas futura hominis* incerti *vendi potest?* ℞. Affir. scil. tanquam spes.

13 *An vero hæreditas futura hominis* certi *vendi potest?* ℞. Affir. modo hic consentiat, & in ea voluntate perseveret.

14 *Estne*

num. 3. Lago de l. & l. D. 16. sect. 2. num. 13. Rach. de contrah. emt. assert. 29.
num. 1. vid. Carpz. p. 2. c. 35. d. 19. alias venditio nulla est, (5037) *arg. 5. C.* 1
de pact. 2. § 1. ff. de vulg. & pupill. substit. vid. (5038) *29. § 2. l. 30. de donat.*
2. § f. de his, quæ ut indign. * præ- a. 2
sens, modo revera sit delata: (5039) *1. 7. h.* alias emtor pretium repe-
tit cum interesse, *7. 8. 9.* nisi tanquam spem (5040) emerit, *11. h. ibi Fa-*
ber. in f. rational. & ad d. l. 7. h. ab ignorante (5041) nullam esse heredi-
tatem. *arg. 12. h. & 11. pr. de action. emt.*

Si vendita hereditas ad venditorem * non pertineat, *arg. 28. de con-* C 3
trah. emt. Faber, in ration. ad l. 8 & 9. h. emtio quidem subsistit; (5042)
sed tamen si vendita sit * simpliciter, (5043) venditor illam præstare de- D
bet, *13.* aut ejus æstimationem, cum interesse emtoris, *8. h. ibi Faber. in*
fin. * hoc modo: *vendo tibi, quicquid juris in ea here-* d.
ditate habeo: vel, si quid juris in illa habeo: tunc, si nihil juris habet, nihil
præstat; *10. 13. h. Mantic. de tacit. convent. l. 4. t. 10. num. 4. 5.* nisi scive-
rit hereditatem ad se non pertinere; tunc enim ex dolo tenetur. *12. h.*
vid. Faber. in ration. ad 10. * pertineat; tum c. 4
* *VENDITOR* manet quidem jure (5044) heres: *88. de her. inst. 7. §.* E
10. de minor. tenetur tamen tradere hereditatem [res hereditarias]
quantacunque ea sit, (5045) *14. § 1.* [nisi venditor certam quantitatem
affirmaverit, *15.*] & actiones cedere, ac mandare, *2. §. 3. 8. L. 14. pr. h.* &
generaliter omnia, quæ tempore venditæ (5046) hereditatis *2. § 1. 8. 9.*
exinde habuit, [licet ea rursus amiserit. (5047) *2. § 3. h. Wes. h. num. 5.*
Fr. h. num 7 Maul. de contr. emt. tit. 3. num. 13. Cujac. l. 2. obs 30. Fab. in ra-
tion. ad l. 2. §. 5 h. Et proprii debiti compensatio rescinditur. (5048)
2. § 6. 10. §. 1. h. C. I A. h. th. 7. num. 9.] aut dolo vel lata culpa non habu-
it: (5049) *2. § 5. h. ibi Faber. in ration.* quæ vero levi (5050) culpa pe- 5
riere, illa non præstantur. *2. § 5. h. ibi: Faber. hic. d. in fin. obs. 3. h.* (5051)
Non etiam præstat singularum (5052) rerum evictionem; *1. C. de Evict.* 6
25. §. 1. de contrah. emt 2. pr. h. vid. Mantic. de tac. convent. lib. 4. t. 10. num.
26. & c Burg de evict. c. 10. num. 1. & c. nec quæ specialiter excepit, *2. §.* 7
12. & c. h. aut quæ ex alia causa, quam ex hereditate, licet ex eodem te- 8
stamento acquisivit, e. gr ex pupillari substitutione; (5053) *2. §. 2. h.*
Mantic. d. l. num. 9. nec quæ occasione tantum hereditatis excepit, ut 9
indebitum; (5054) *2. §. 7. h. Fr h. num. 4. Mantic d. l. num. 12. & c. vid.*
C. I. A. h. num. 9. in f. nec aliam hereditatis portionem, quæ post vendi- 10
tionem factam accrevit. (5055) *9. de suis & legit. 31. 53. §. 1. de A. vel O. H.*
in. f.

1 *Estne ergo venditio nulla, si tertius ille certus non consentiat, nec in eo voluntate perseveret?* R. Affir. ob improbum captandæ mortis votum.

2 *An hereditas præsens vendi potest?* R. Affir. modo re vera sit delata: alias enim emtor pretium repetit cum interesse, nisi tanquam spem emerit ab ignorante nullam esse hereditatem.

3 *Quid obtinet, si vendita hereditas ad venditorem non pertineat?* R. Hoc casu emtio quidem subsistit; sed tamen, si vendita sit *simpliciter*, venditor illam præstare debet, aut ejus æstimationem, cum eo, quod emtoris interest; si quis vero non simpliciter, sed *hoc modo* hereditatem delatam vendit: *Vendo tibi, quicquid juris in ea hereditate habeo*, vel: *si quid juris in illa habeo*, tunc, licet venditor nihil juris in illa habeat, ipse tamen eo nomine nihil præstat, quia videtur spes in hereditate jacente vendita, maxime, si non certum sit, cui hereditas delata; licet videndum, an rem, an spem vendere voluerit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. tit. de contrah. emt. §. 24.* Si vero venditor sciverit hereditatem ad se non pertinere: tunc ex dolo tenetur, & ad interesse ac æstimationem hereditatis conveniri potest. Lauterb. *hoc tit. §. 4.*

4 *Quid vero obtinet, si vendita hereditas ad venditorem pertineat?* R. Tum venditor manet quidem jure heres, tenetur tamen tradere hereditatem, (res hereditarias,) quantacunque ea sit, (nisi venditor certam quantitatem affirmaverit,) & actiones cedere, ac mandare, & generaliter omnia, quæ tempore venditæ hereditatis exinde habuit, (licet ea rursus amiserit. Et proprii debiti compensatio rescinditur) aut dolo vel lata culpa non habuit.

5 *An quoque illa, quæ levi culpa periere, a venditore sunt præstanda?* R. Neg.

6 *Num venditor hereditatis* singularum *rerum evictionem præstare tenetur?* R. Neg. has enim non vendidit, sed jus, & sic hereditas quasi per aversionem est vendita, ubi semper quoad res singulas evictionis præstatio cessat.

7 *Num venditor hereditatis ea præstare tenetur, quæ specialiter excepit?* R. Neg. quia ad illa, quæ excepit, se obligare noluit.

8 *Num tamen venditor hereditatis ea præstare tenetur, quæ ex alia causa, quam ex hereditate acquisivit?* R. Neg. nec refert, licet ex eodem testamento illa acquisiverit, e. g. ex pupillari substitutione.

9 *Annon vero illa præstare tenetur, quæ occasione hereditatis tantum accepit, ut indebitum?* R. Neg.

10 *An nec aliam hereditatis portionem, quæ post venditionem facta accrevit, venditor emtori restituere tenetur?* R. Neg.

un. §. 10. ibi: aliis coheredibus. C. de cadut. tollend [etiamsi ipse suam por- 1
tionem hereditatis aliis restituerit, (5056) *43. ibi: accrevisse portionem*
hereditatis post restitutionem scripto heredi. ff. ad Senatusconf. Trebell.] *arg.*
19. de R. C. obst. (5057) *33. §. 1. de usufr. 83. de A. vel O. H. 4. 27. §. 2. 14. L. 43.*
ad SCt Trebell. 1. 3. 43 de Jur fisc 10. de his, quae ut indign. 2. pr. §. 4. 9. 18.
h. 7 de peric. & commod. rei vend. Vid. Barbos. Vol. 1. Disp. 28 th. ult. lit.
A. Vinn. 1. quaest 55 Tulden. in C. h. num. 2. Fr. h. num 9. 10. Sorv. tr. de Jur.
accresc. c. 2. §. Cretschm. de jur. accresc concl. 70. &c. Schwanenb. de jur. ac-
cresc. c. 8. Diff. Mantic. de tacit. convent. l. 4. t. 11. Neque heres venditor 2
debet damnum ex hereditate illa vendita sentire, (5058) *2. §. 9. h.* hinc
* repetit ab emtore hereditatis legata, quae ipse praestitit, (5059) *2. § 3.* F
h. aes alienum, hereditario nomine solutum, *2. § 7 l. 18. h.* [licet il-
lud vere debitum non fuerit, modo sine dolo suo condemnatus solverit.
(5060) *2 § 7.*] expensas in funus defuncti, cui successit, *2 §. 17. h.*
vel in ipsam hereditatem aut res hereditarias, (5061) *2 § 11. 16. h.* & si in
tradenda hereditate non retinuit, quod sibi a defuncto debebatur, tan-
quam indebitum (5062) condicit: *2. §. 15. h. 45. de cond. indeb. Fr. h. num.*
12. licet actio (5063) confusione perierit. *2. §. 19. h. ibi Faber. in ration.*
Idem est in servitutibus confusione extinctis, (5064) quarum restitutio-
nem actione ex vendito repetit (5065) *2. §. 19.*
* creditoribus hereditariis, legatariis, & fideicommissariis, etiam post f. 3
hereditatis venditionem respondere quidem cogitur; (5066) *2. C. h. 2.*
C. de legat. obst. (5067) *§. restitutae. 3. I. de fideicomm. heredit. vid. Mantic.*
de tacit. convent. lib. 4. tit. 10. num. 22. sed tamen, quod hisce praesti- 4
tit, actione ex vendito repetit ab emtore: *dd. B. Mantic. d. l. num.*
24. aut etiam ab iis conventus contra emtorem dicta actione agit, ut
veniat, & (5068) ipsum contra illos defendat. *arg. 28. de donat.*

* *EMTOR* nunquam quidem fit heres, (5069) *arg. 2. C. h. Menl. de* e. 5
emt. & vend. tit 3. num 17 nec rerum hereditariarum dominus, an- 6
te traditionem: *6 C. h. ibi Donell. num. 1. & c Perez. in C. h. num. 5.*
attamen vicem heredis obtinet, *2. §. 18. h. 9. ff. commun. praed.* & in 7
effectu neque minus, neque plus juris habere debet, quam heres.
(5070) *2. pr. §. 3 & 8. h. arg 4. C. h. & ibi Donell. num 2.* Ratione 8
actionum cessarum fit procurator in rem suam; (5071) *5. C. h. 34. 42.*
§. 2. de procur. Fr. h. num. 16. Vid. 5 C. quando fisc. vel privat. 9. C. de pro-
cur. 1. C. de evict. eidem etiam ante cessionem ex Rescripto D. Pii suo 9
nomine contra debitores hereditarios dantur utiles actiones, (5072) *16.*
de pact.

1 *Sed quid, si venditor hereditatis suam portionem aliis jam restituerit?* ℞. Nihilominus tamen adhuc portio accrescens venditoris manet. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 9.*

2 *Quid autem venditor hereditatis, ne ex hereditate vendita damnum sentiat, agere potest?* ℞. Repetit legata, quæ ipse præstitit, æs alienum, hereditario nomine solutum, (licet illud vere debitum non fuerit, modo sine dolo suo condemnatus solverit,) expensas in funus defuncti, vel in ipsam hereditatem aut res hereditarias, &c, si in tradenda hereditate id, quod sibi a defuncto debebatur, non retinuit, tanquam indebitum per condictionem indebiti repetit, aut eo nomine ex vendito agit, licet actio per confusionem extincta fuerit. Idem est in servitutibus confusione extinctis, quarum restitutionem actione ex vendito repetet.

3 *An tamen venditor hereditatis creditoribus hereditariis, legatariis & fideicommissariis respondere cogitur?* ℞. Affir. nam onera hereditatis *formaliter* penes venditorem manent; nisi Fiscus illam vendiderit. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 13.*

4 *Quibus vero remediis hoc etiam casu se indemnem servare potest venditor?* ℞. Potest id, quod hisce præstitit, actione ex vendito ab emtore repetere, aut etiam ab iis conventus contra emtorem dicta actione agere, ut veniat, & ipsum contra illos defendat.

5 *An emtor hereditatis per emtionem & traditionem hereditatis fit heres?* ℞. Neg.

6 *An hic emtor rerum hereditariarum dominus fit ante traditionem?* ℞. Neg. quia dominia rerum non nudis pactis, vel contractibus, sed traditione transferuntur. Lauterb. *d. l. §. 14.*

7 *An tamen vicem heredis obtinet, & in effectu neque minus, neque plus juris habere debet, quam heres?* ℞. Affir. venditorem enim sibi obligatum, & adversus ipsum actionem habet ad omnes res hereditarias tradendas & actiones cedendas.

8 *Quid fit emtor ratione actionum cessarum?* ℞. Fit procurator in rem suam.

9 *Quales actiones emtori, etiam ante cessionem, ex Rescripto D. Pii suo nomine contra debitores hereditarios dantur?* ℞. Actiones utiles.

de pact. 5. C. h. arg. f. C. quand. fisc. vel privat. Perez. in C. h. num. 3. Fr. h. num. 16. etiam reales contra rerum hereditariarum possessores. *arg.* 1
f. C. h. Donell. ad l. 5. C. h. num. 23. &c. Vid. Lenz. tr. de nom. cess. c. 25. nu. 2.
Onera ferat hereditaria : (5073) *2. §. 9. 11. 16.* etsi enim creditoribus 2
hereditariis, legatariis, &c. invitus regulariter non (5074) tenetur ;
2. C. h. [*Vid. 2. 25. C. de pact. Gron. ad 2. C. h.* nisi venditor non sit solvendo, (5075) *arg. 94. §. 1. de leg. 1. Arum. 1. dec. 12. ¶. Tulden. in C. h. num. 1. Hahn. h. num. 4.* aut Fiscus hereditatem vendiderit : (5076) *1. C. h. 41. de I. Fisc. Vid. Zas. h. num. 5. Donell. ad 1. C. h.*] attamen actione ex vendito compellitur, restituere venditori, quæ ille hoc nomine præstitit. (5077) *2. C. h. l. 2. C. de legat. Vid. Donell. ibid.*

DE ACTIONE VENDITA.

D Actionis venditio est, (5078) qua pro actione cedenda certum pro- 3
mittitur pretium. (5079) *5. §. 2. quib. mod. pign. solv. 36. ff. de fidejuss.*
N Licita est : (5080) *4. & 1. 1 ff. 3. 5. C. h. 33. C. de donat. obst.* (5081) *9. & 5.* 4
C. mand. Lenz. de nomin. & act. cess. c. 22. num. 21. &c. Rach. de contrah. emt. ass. 31. num. 6.
C Perficitur solo contrahentium (5082) consensu ; etiam inscio, (5083) 5.6
vel invito (5084) eo, contra quem actiones, quæ veneunt, competunt.
3. C. h. 1. C. de novat. Vid. Don. ad d. l. 3. num. 5. &c. Bach. de action. d. 4. th. 3. p. 125. Vers. quarto quæst. Lenz. d. tr. c. 12.
S Quicunque alias res, illi etiam nomina & actiones emere & vendere 7
possunt ; [etiam personæ privilegiariæ ; *Sande, de act. cess. c. 4. n. 5.* 8
milites, *arg. 8. §. 2. ff 9. C. de procurat. obst.* (5085) *7. C. eod. 10. C. mand. 15. C. de procurat. ibi Sichard. num. 1. Fr. 1. resol. 8. num. 25. Vid. Fr. 1. resol. 10. num. 21.* Clerici, *Ritterrsh. de diff. jur. civ. & can. lib. 7. c. 5.* quod mutatum quidem quodammodo jur. can. *c. f. X. d. alien. jud. mut. caus. Ritterrsh. d. l. Lenz. d. l. c. 8. n. 5. num. 4.* hodie tamen hic (5086) observatur 9
Jus civile ¶.] nisi specialiter prohibeantur : ut sunt [1] Potentiores, 10
(5087) in quos actores sive acturi, [*vid.* (5088) *Fr. l. 1. Res. 10. num. 10. &c.*] actiones suas, adversarium opprimendi causa, (5089) sub actionum jactura transferre, & illi sub pœna arbitraria illas recipere prohibentur. *Rubr. & l. 2. C. ne lic. potent. Vid. Lenz. d. tr. cap. 8. n. 6. Sande. d. tr. cap. 4. num. 6. &c. Fr. l. 1. Res. 10.* ubi hoc tamen limitat, quod h. f. 11
fieri possit. (5090) *num. 53. ¶. Richter. 1. decis. 36. num. 7. ¶. Besold. p. 5. consf. 232. num. 11. &c.* [2] Judæi non possunt Christiano vendere a- 12
ctionem contra Christianum (5091) competentem, sub pœna amissio-
nis :

1 *Danturne eidem etiam actiones utiles reales contra verum hereditariarum possessores?* ℞. Affir.

2 *An emtor hereditatis onera hereditaria quoque ferre tenetur?* ℞. Affir. etsi enim emtor hereditatis creditoribus hereditariis, legatariis & fideicommissariis *invitus* regulariter non teneatur, nisi venditor hereditatis non sit solvendo, aut Fiscus hereditatem vendiderit: attamen ex vendito compellitur restituere, quæ ille hoc nomine præstitit.

3 *Quid est actionis venditio?* ℞. Qua pro actione cedenda certum promittitur pretium.

4 *An hæc actionis venditio est licita?* ℞. Affir. emtio enim & venditio est de genere permissorum, ut ita iniquum sit, venditionem actionis justam & legitimam contra *Jus Gentium* prohibere, cum tamen nullibi prohibita inveniatur.

5 *An actionis cessio solo contrahentium consensu perficitur?* ℞. Affir quia emtio venditio est contractus consensualis, qui præter consensum ad sui perfectionem ulterius quid haud requirit.

6 *An hæc actionis cessio etiam fieri potest inscio vel invito eo, contra quem actiones, quæ veneunt, competunt?* ℞. Affir.

7 *Quinam possunt nomina & actiones emere & vendere?* ℞. Omnes, qui alias emere & vendere non prohibentur.

8 *An etiam personæ privilegiariæ, milites & Clerici?* ℞. Affir.

9 *Cum vero Clericis hæc emtio venditio Jure Canonico quodammodo interdicta, sed Jure Civili permissa, quodnam Jus hodie hic observatur?* ℞. Jus Civile.

10 *Quinam autem actiones emere & vendere prohibentur specialiter?* ℞. (1) Potentiores, in quos actores sive acturi actiones suas, adversarium opprimendi causa, sub actionum jactura transferre, & illi sub pœna arbitraria illas recipere prohibentur. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 20.*

11 *An tamen secus est, & venditio procedit, si quis bona fide & non malitiose nomen vel actionem potentiori vendiderit?* ℞. Affir. quia hic cessat ratio Legis prohibentis, quod nempe talis alienatio animo vexandi adversarium fieri soleat. *Vid.* Franzk. *cit. l.* ubi inter alias multas etiam hanc addit limitationem.

12 *Quinam (2) actiones emere & vendere specialiter prohibentur?* ℞. Christiani a Judæis actiones, hisce contra Christianos competentes, emere, & Judæi tales actiones illis sub pœna actionum amittendarum vendere prohibentur.

 13 An

nis- *Recess. Imp. de Anno 1551. §.* Diesem zu begegnen. *vers.* Es soll auch
kein Christ. Ord. Imp. Polit. *de Anno 1577 tit. 20. §.* Es soll auch kein
Christ. *Lenz. d. tr. c. 6. membr. 12. num. 1 &c.* licet debita non sint usu- 1
raria: (5092) *d d. 8. junct. 76. de solut. Dissent.* (5093) *Carpz. 2. c. 30.
d. 45. & lib. 5. R. 38. Richter. p. 1. dec. 36. num. 12. &c.* & magi- 2
stratus super hujusmodi prohibita emtione instrumentum conficere
sub pœna infamiæ & remotionis ab officio vetantur (5094) *d. Re-
cess. Imp. de Anno 1551. §.* Zu dem wollen. *vid. Richter. p. 1. decis. 36.
num. 12. & Lenz. d. tr. c. 6. m. 13. num. 9.* [3] Tutores & curatores 3
actiones contra illos, quorum tutelam vel curam gerunt, vel gesse-
runt emere novo jure prohibentur: (5095) *Nov. 72. c. 5.* contra *l. 12.
de reb. cor. qui sub tutel.* qui contra facit, (5096) jure suo cadit. *d. c.
5. §. 1. ibi: sed pro non facto id esse, & lucrum fieri adolescenti, &c.
Rittersh. ad Nov. part. 8. c. 5. num. 11. &c. Stephan. ad Nov. 72. num. 19.
&c. Sand. de act. cess. c. 4. num. 22. &c. Lenz. d. tr. de nom. cess.
c. 8. m. 5.* 4

O Vendi possunt actiones regulariter omnes; (5097) *Carpz. p. 2. c. 32.* 5
d. 20. num. 6. Sand. de act. cess. c. 5. num. 1. Lenz. d. l. c. 13. num. 2. Reales & 6
personales, *f. C. h. vid. Lenz. d. tr. c. 15. per tot.* Petitoriæ & possessoriæ, 7
*16. §. 4. de hered. petit. Sand. d. tr. c. 5. num. 4. in f. Lenz. d. tr. c. 17. num. 2.
&c.* Pœnales, (5098) & rei persecutoriæ, *arg. 14. pr. de furt. 31. pr. de* 8
act. emt. Ordinariæ, & persecutiones extraordinariæ: *C. l. d. h. num.* 9
15. ut v. gr. restitutio in integrum ob ætatem; *24. pr. de minor. 25. de* 10
*admin. tut. Sand. d. c. 5. num. 6. Odd. de rest. in integr. p. 1. quæst. 49. num.
32.* Præsentes & futuræ, (5099) *vid. 17. 19. h. l. 3. C. de donat. ibi Sichard.* 11
*Lenz. d. tr. c. 18. num. 2. &c. Molina, in consil. apud Besold. p. 1. cons. 10. num.
6. Diss. Lenz. d. tr. cap. 20. m. 1. num. 3. Noal. de transmiss. cap. 1. num. 331.
e. g.* hereditatis petitio, *Lenz. d. tr. c. 14. m. 4. num. 1. &c.* Inofficiosi que- 12.13
rela. *arg. f. C. h. Lenz. d. tr. cap. 14. m. 3. num. 1. &c. Diss. Sand. d. tr. c. 5.
num. 12.* Personalis, vel confessoria ad Usumfructum vel (5100) Ha- 14
bitationem competens. *arg. f. C. h. & arg. 12. §. 2. l. 67. ff. de Usufr. 19. C.
eod. §. 5. I. de Usu. & Habitat. ibi Vinn. Diss. Tiraq. de retract. con-
sangu. §. 26. gl. 1. num. 29.* Actio Injuriarum æstimatoria, (5101) *arg.* 15
*f. C. h. vid. 11. §. 2. l. 17. §. 19. ff. de injur. 42. §. 1. de Procur. Wes. ad
tit. de injur. num. 13. ibi Bachov. & Hahn. Sichard. ad rubr. C. h. num.
9. & alii citati a Tiraquell. d. §. 26. gl. 1. num. 50. obst. 28. de injur. 32.
pr. ad L. Falcid. vid. Sichard. d. l. Diss. Sand. d. c. 5. num. 11. Lenz. d. tr.
c. 20.*

1 *An vero Judæi possunt Christiano vendere Actionem contra Christianum competentem, si debita non sunt usuraria?* ℞. Neg.

2 *Sub quanam autem pœna Magistratus super hujusmodi prohibita emtione instrumentum conficere vetantur?* ℞. Sub pœna infamiæ & remotionis ab officio: unde frustra a prædicta prohibitione excipitur talium actionum emtio in Judicio facta & Actis insinuata; vitiosum enim & prohibitum per æque vitiosum & prohibitum confirmari non potest. Lauterb. *d. l. §. 22. in fin.*

3 *Quinam (3) actiones emere specialiter prohibentur?* ℞. Tutores & curatores actiones contra illos, quorum tutelam vel curam gerunt, vel gesserunt, emere novo Jure prohibentur. Nov. *72. c. 5.* contra *l. 12. de reb. eor. qui sub tut.*

4 *Quomodo autem puniuntur hi tutores & curatores ementes?* ℞. Jure suo cadunt

5 *Quales actiones vendi possunt?* ℞. Regulariter omnes.

6 *An igitur actiones tam reales, quam personales vendi possunt?* ℞. Affir.

7 *An etiam petitoriæ & possessoriæ?* ℞. Affir.

8 *An quoque pœnales & rei persecutoriæ?* ℞. Affir.

9 *An ordinariæ & persecutiones extraordinariæ?* ℞. Affir.

10 *Da exemplum extraordinariarum?* ℞. E. g. restitutio in integrum ob ætatem.

11 *An præsentes & futuræ?* ℞. Affir.

12 *An etiam hæreditatis petitio?* ℞. Affir. nam licet jus hereditarium in alium transferri non possit, tamen actionis exercitium: differt enim hereditas & actio, sive hereditatis petitio. Lauterb. *d. l. §. 27.*

13 *An & querela testamenti inofficiosi?* ℞. Affir.

14 *An quoque personalis vel confessoria ad usumfructum vel habitationem competens?* ℞. Affir.

15 *An etiam actio injuriarum æstimatoria?* ℞. Affir. *vid. tamen in Not. num. (5101) h. t.*

1 *An*

c. 20. m. 8. per tot. Actio, qua donatio propter ingratitudinem (5102) 1
revocatur; *arg. f. C. h. 11. §. 2. 17. §. 19. de injur. junct. 1. de procurat.*
Dissent Sand. d. l. c. 5. num. 13. Lauz. d. l. c. 20. m. 11. num. 1. [Nam 2
non sequitur: (5103) non transeunt in heredem, ergo cedi non pos-
sunt: multa enim competunt, quæ morte alicujus finiuntur, de qui-
bus tamen vivus valide disponit. (5104) *12. §. 2. 67. de Usufr. Dissent.*
Tiraquell. d. l. § 26. gloss. 1. num. 47. Berl. p. 1. concl. 65 num. 109. Lauz.
d. l. c. 19. m. 2. num. 1. Mesa. 1. Ref. c. 30. num. 15. ¶¶. Nec contra se- 3
quitur: quæ transeunt in heredem, (5105) etiam cedi possunt: (5106)
arg. 2. f. C. de litig. Tiraquell. d. l. num. 44. Lauz. d. l. c. 19. m. 2. num.
6. Mesa. d. l. c. 19. num. 17] extraordinaria fideicommissi universalis 4
persecutio. *arg. f. C. h. 37. pr. 65. §. f. 66. §. 1. ff. ad SCt. Trebell. Fu-*
sar. de fideicommiss. substit. quæst. 524. num. 8. Molin. in cons. 49. Besold.
p. 1. cons. 10. num. 6. obst. (5107) *19. §. 1. de jur. dot. Diss. Sand. d. tr.*
c. 5. num. 15. & alii citati a Molin. d. cons. num. 5. NON etiam acti- 5
ones criminales, (5108) *arg. §. 10. I. de Injur. 9. §. 5. de public. & ve-*
ctigal. Sand. d. tr. cap. 5. num. 9. vid. Lauz. de nom. & act. cess. c. 20.
m. 9. Populares, (5109) *arg. 5. 7. de popul. action. 42. de procurat. Lauz.*
d. c. 20. m. 7. num. 1. &c. Sand. d. l. num. 9 & 10. vid. Borchol. Vol. 2.
Disp. 4. th. 9. lit. b. Litigiosæ, *l. 2. l. f. C. de litigios. Sand. d. l. c. 5.*
num. 15 &c. Lauz. d. tr. c 19. m. 1. num. 5. &c. vid. Fr. 1. Ref. 11. Schef-
fer. lib. 1. quæst. 17. actio personalis & confessoria ad usum petendum 6
& vindicandum, (5110) *arg. §. 1. I. de Usu & Habitat. Lauz. d. tr. c.*
20. m. 6. Actio, qua agitur ad uxorem exhibendam & ducendam, 7
de qua in l. 2. ff. de liber. exhib. Actio ad rem, jure sanguinis (5111) re- 8
trahendam, ratione extranei, *Tiraquell. de retract. consang. §. 26. gl. 1.*
num. 1. &c. Carpz. 2. c. 32. d. 19. ¶. Sand. d. tr. c. 5. num. 18. Lauz. d. tr.
c. 20. m. 10. Mesa lib. 1. Ref. c. 21. n. 10. quod secus est in conventionali retra- 9
ctu, (5112) *Carpz. 2. c. 32. def. 20. ¶. Mesa, d. c. 21. n. 10. Sand. d. c. 5. n. 19.*
De jure & actione annuos reditus redimendi vel luendi, an a debi- 10
tore alteri vendi & cedi possit, (5113) *vid. Mesa d. l. Ref. c. 22.* & de 11
retractu Emphyteuticario, (5114) eundem *d. l. c. 22. num. 10. Lauz. d. c.*
20. m. 11. num. 4.

E Hac * *VENDITIONE* facta * *VENDITOR* Emtori obli- OH 12
gatur * *CEDERE*, (5115) *13. h.* præstare, *14. pr. h.* sive mandare, I
3. C. h. l. 1. C. de novat. [hæc enim Synonyma sunt: *dd. ll. 74. de sol.*
11. 14. 22. C. de fidej. 1. §. 14. l. 20. §. 1. Instit. 31. de rat. & rat. distr. 2.
C. de

1 *An & actio, qua donatio propter ingratitudinem revocatur?* ℞. Affirm. *vid. tamen in Not. num. (5102) h. t.*

2 *Cur vero hac actio, qua donatio propter ingratitudinem revocatur, vendi potest, cum tamen ad heredes non transeat?* ℞. Quia non sequitur; non transeunt in heredem, ergo cedi non possunt: multa enim competunt, quæ morte alicujus finiuntur, de quibus tamen vivus valide disponit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 28. seq.* vid. tamen *in Not. num. (5103) h. t.*

3 *Nec igitur contra sequitur: quæ transeunt in heredem, etiam cedi possunt?* ℞. Non sequitur. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 29. in fin.* vid. tamen *in Not. num. (5105) h. t.*

4 *An tandem etiam emi & vendi potest extraordinaria fideicommissi universalis persecutio?* ℞. Affir.

5 *Quales vero actiones cedi vel vendi non possunt?* ℞. Actiones Criminales, populares, litigiosæ.

6 *An quoque actio personalis & confessoria ad usum petendum & vindicandum cedi & vendi non possunt?* ℞. Non possunt.

7 *An nec actio, qua agitur ad uxorem exhibendam & ducendam, cedi & vendi potest?* ℞. Non potest.

8 *An etiam actio ad rem, jure sanguinis retrahendam, ratione extranei cedi & vendi non potest?* ℞. Non potest.

9 *An tamen vendi & cedi potest actio ex conventionali jure retractus?* ℞. Potest.

10 *An quoque jus & actio annuos reditus redimendi vel luendi, a debitore alteri vendi & cedi potest?* ℞. De hac Quæstione *vid.* F. A. de Mesa *cit. l.* ubi affirmativam defendit.

11 *An & actio retractus emphyteuticarii vendi & cedi potest?* ℞. Et de hoc vid. Mesa & Lenz. *citt. ll.* ubi affirmativam docent: multi quidem negativam defendere conantur, sed sine sufficienti ratione; quin enim in hac causa possit procurator constitui, & retractum prædium statim in alium transferri, extra dubium est: cur non igitur & actio in rem mandari poterit? *vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 31. in fin.*

12 *Hac actionum* VENDITIONE *facta, ad quid* VENDITOR *Emtori obligatur?* ℞. Obligatur *CEDERE*, præstare, sive mandare (*hæc enim synonyma sunt,*) *ACTIONES*, cum accessoriis, *VERAS* & ad se pertinentes, licet non sint *BONÆ* aut debitor non sit solvendo.

C. de divid. tut. junct. 2. C. de contr. judic. 44. §. 6. junct. 75. §. 2. de leg. 1. 18. C. de legat Fr. ad w. tit. de evict. num. 57. Barbos. de act. D. 4. th. 3. pag. 123. Schifferdegh. l. 3. tr. 23. quaest 3. Hilig. ad Donell. encucl. l. 15. c. 43. lit. a. Sand. de act. cess. c. 1. num. 3. 4. 5. 6. Dissent. Lenz. tr. de nom. cess. c. 4. m. 7. Sand. d. l. c. 1. num. 1. 2. & quod in rebus est 1
traditio, illud in actionibus est cessio. (5116) *4. C. h. vid. Barbos. de Act. D. 4. th. 3. Fr l. 1. res. 8. num. 2. & in w. tit. de evict. num. 50.*
Sed cedere actiones significat, actiones ex justo (5117) titulo mandare, 2
& illas alteri in suam (5118) utilitatem exercendas committere: *4. C. de procurat. 8. in f. mandat. vid. Fr. 1. Res. 8. num. 2. & ad w. tit. de evict. num. 49. Barbos. de act. D. 4. th. 3.* quod fit Jure Civ. etiam 3
nuda voluntate, quocunque modo declarata: (5119) *arg. 1. §. 1. mandat. 43. pr de procurat. Barbos. d. l. pag. 123. vers. licet.* hodie tamen 4
quibusdam in locis judicis autoritate; (5120) *Carpz. 5. R. 33. Fr. 1. resol. 9. in fin. Lenz. de nom. cess. c. 26. m. 4.*]

* *ACTIONES dd. 6.* cum accessoriis, (5121) e. gr. hypothecaria, l. 10 5
6. & omni jure, quod ex illa causa & adversus debitorem & adversus intercessores habet, *23. h.* [nam haec non transeunt, sola 6
principali cessa. (5122) *11. 14. C. de fidejuss. 73. pr. ad SC. Trebell. Schifferr. l. 1. quaest. 37. num. 6. 7. Faber in C. lib. 4. tit. 29. def. 1. num. 1. vid. tamen Fr. 1. resol. 14. num. 3. Sand. d. l. c 8. num. 31. Lenz. c. 14. m. 2. num. 7. &c.* Praeparatoriae tamen (5123) actiones cum ipsa principali 7
transeunt, nec indigent speciali cessione: (5124) *arg. 2. de Jurisd. 56. 62. de procur Caler. de process. exec. p. 2. c 2. n. 44.*]

* *VERAS,* (5125) & ad SE pertinentes. *4. h. Burgund. de evict.* l. 10 8
cap. 11. num. 1. Verae autem Actiones hic dicuntur, quae ipso jure 9
competunt, nec exceptione perimi possunt. (5126) *Burg. d. l. num. 12.*
Nam emtori seu cessionario, perinde ac ipsi venditori cedenti pos- 10
sunt (5127) opponi [1] exceptiones facti, ut solutionis, acceptilationis, &c (5128) *Lenz. d. tr. cap. 31. m. 5. num. 1. &c.* compensationis *vid. supr. tit. de compensat. pag. 291. in fin. & pag. seq. Sand. d. cap. 13. num. 4. &c. ¶ Lenz. d. c 31. m. 6. per tot.* [2] exceptiones reales juris, *Sand. de act. cess. c 13. num. 2. Lenz. d. c. 32. num. 8. Fr l. 1. res. 13. num. 16.* v. gr. rei judicatae, *9. §. 2. l. 11. §. 9. l. 28. de except. rei jud.* pacti. *arg. 56. §. 4. de V O. 16. §. 1. pro socio. 14. §. 3. communi divid. Lenz. d. c. 31. m. 2. num. 1. &c.* transactionis, *f. de transact.* jurisjurandi, non numeratae pecuniae, metus, SCti Vellejani, Macedoniani, & similes; *Lenz. d. c. 31. m. 3. &c. Sand. d. c. 13. Fr. d. l.*

etiamsi

1 *An id, quod in rebus est traditio, illud in actionibus est cessio, sive mandatum?* ℞. Affir. Sicuti enim rei venditæ vel donatæ dominium sine traditione non transfertur: ita nec venditi sive donati nominis dominium sine cessione transit.

2 *Quid vero cedere actionem significat?* ℞. Significat actiones ex justo titulo mandare, & illas alteri in suam utilitatem exercendas committere.

3 *Quomodo hoc fit Jure Civili?* ℞. Nuda voluntate, quocunque modo declarata: cum enim intercedente emtione fiat, hic præter consensum nihil aliud ad sui perfectionem opus habet.

4 *Quomodo vero hodie quibusdam in locis fieri solet?* ℞. Judicis auctoritate.

5 *Quid vero venditor actionis emtori cedere tenetur?* ℞. Actiones cum accessoriis, e. g. hypothecaria, & omni jure, quod ex illa causa & adversus debitorem, & adversus intercessores habet.

6 *Annon ergo,* sola *principali actione cessa, accessoria quoque & reliquum jus, quod cedens ex illa causa & adversus debitorem, & adversus intercessores habet, simul transeunt?* ℞. Neg.

7 *An tamen actiones præparatoriæ speciali cessione indigent?* ℞. Neg.

8 *Quales autem actiones præstare tenetur venditor?* ℞. Actiones *VERAS* & ad *CEDENTEM* pertinentes.

9 *Quid significant actiones veræ & ad cedentem pertinentes?* ℞. Quæ ipso jure competunt, nec exceptione perimi possunt.

10 *Quales vero exceptiones emtori seu cessionario perinde ac ipsi venditori cedenti possunt opponi?* ℞. Non tantum (1) exceptiones *facti*, ut solutionis, acceptilationis, compensationis; sed etiam (2) Exceptiones reales *juris*, v.g. rei judicatæ, pacti, transactionis, jurisjurandi, non numeratæ pecuniæ, metus, SCti Vellejani, Macedoniani, & similes.

etiamsi emtor cessionarius utili (5129) agat actione. *Fr. d. resp. 13. num.* 1
14. Sand. d. c. 13. num. 2. [3] De personalibus, an & quando illæ 2
huic emtori opponi possint, *vid.* (5130) *Sand. d. c. 13. num. 7. &c.*
Lenz. d. tr. c. 33. per tot. Hinc ad evictionem tenetur; (5131) *Burg.* 3
de evict. c. 11. num. 20. nisi emtor sciverit, (5132) actionem non esse 4
veram, vel ad venditorem non pertinere. *arg. l. si fundum. 27. C. de*
eviction. Fr. d. r. num. 20. Pistor. obs. 112. num. 30. &c.

g. * *LICET* non sint *BONÆ*, (5133) aut debitor sit non solven- 5
do; *4. h. 74. §. f. de evict. arg. 96. §. 2. de solut. vid. Fr. ad tit. de*
evict. num. 25. 31. 42. Lenz. d. l. c. 27. nr. 7. num. 16. &c. Burgund. d. l.
c. 11. num. 1. Carpz. p. 2. c. 34. d. 26. ¶. nec officit periculum jam tem- 6
pore venditionis adfuisse, *Fr. d. l. num. 42. &c. Lenz. d. l.* & evicti- 7
onem expresse promissam esse, (5134) *arg. 4. pr. de Usur. Berl. 2. dec.*
291. num. 14. ¶. *Richter. 1. decis. 36. num. 25.* ¶. *Lenz. d. tr. c. 27. nr. 7.*
num. 14 & 15. ¶. *obst.* (5135) *4. h. vid. Fr. ad tit. de evict. num. 38.* aut 8
emtorem ignorasse, debitorem non solvendo esse: *arg. 4. h. 74. §.*
ult. de evict. ipse enim sibi imputet; *19. d. R. I. 3. in f. ff. ut in poss.*
legat. nom. Vid. 17. ad SCt. Vellejan. Fr. d. r. num. 66. Lenz. d. tr. c. 27.
nr. 7. num. 20. &c. Tulden. in C. h. num. 5. obst. (5136) *41. §. 3. Vers.*
quod si jam tunc. ff. de jur. dot. Vid. Fr. d. r. num. 68. &c Diss. Frisler.
tr. de solut. cap. 3. num. 27. *NISI* venditor [1] sciverit debitorem ces- 9
sum brevi decocturum, aut actionem inanem esse idque emtorem
celaverit, (5137) *arg. 74. §. ult. ibi: & dolum præstare cogitur, de*
evict. Vid. 21. §. 2. solut. matrim. Lenz. d. tr. c. 7. nr. 7. num 33. &c.
Tulden. d. l. Fr. d. r. num. 77. &c. [ubi etiam ob probabilem erro- 10
rem emtori succurrendum esse putat, cum *Busio ad l. 4. h.* ubi tamen
in fine addit, hoc in locis Belgiæ non observari, nisi scientia vendi-
toris concurrat; quod etiam de jure verum esse statuit, (5138) *Tuld.*
d. l. per d. l. 74. §. f. de evict.] vel [2] verum & (5139) bonum no-
men, aut simpliciter (5140) bonum promiserit: *4. h. Vid. Burg. d. l.*
num. 9 &c. Lenz. d. c. 27. nr. 7. num. 35. &c. Fr. d. l. num. 37 &c. tum
enim nomen bonum requiritur tempore contractus, nec officit post-
ea defecisse, (5141) *arg. § 3. I. de emt & vend. 96. §. 2. de solut. Fr. d. r.*
num. 45 Carpzov. 2. c. 24. def. 26. num. 4. Mev. discuss. levam. inop. de-
bit. c. 7. num. 47. vid. Sand. d. c. 9. num. 29. ubi hoc limitat in debi-
to conditionali, sive in diem. (5142) *Pistor. obs 112. num. 10. &c. Vid.*
Mev. d. c. num. 53. &c. h. * *EMTOR* nominis sive actionis 11
etiam ante cessionem post rescriptum D. Pii sola Juris potestate (5143)
ex-

1 *An hæ exceptiones emtori seu cessionario opponi quoque possunt, etiamsi utili actione agat?* ℞. Affir. *vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 40.*

2 *An & exceptiones personales emtori huic opponi possunt?* ℞. De hac quæstione *vid.* Sand. *cit. l.*

3 *Ergone venditor ad evictionem tenetur?* ℞. Affir.

4 *Si tamen emtor seu cessionarius sciverit, actionem non esse veram, an & tunc venditor seu cedens ad evictionem tenetur?* ℞. Neg.

5 *An sufficit, præstare actiones veras, licet non sint bonæ, aut debitor non sit solvendo?* ℞. Affir.

6 *An quoque periculum ad emtorem seu cessionarium pertinet, licet illud jam tempore venditionis adfuerit?* ℞. Affirm. qui enim cedit seu vendit alicui nomina debitorum, tenetur saltem veros illos facere.

7 *An & nominis cessi periculum ad cessionarium seu emtorem spectat, licet cedens evictionem promiserit?* ℞. Affir. cum simplex & generalis hujusmodi evictionis promissio secundum naturam contractus de nominis saltem veritate, & de vero debitore sit intelligenda, non autem de idoneo.

8 *Num tamen nominis cessi periculum ad venditorem pertinet, si emtor ignoraverit, debitorem solvendo non esse?* ℞. Neg. sibi enim imputet emtor, quod non diligentius in conditionem debitoris inquisiverit.

9 *Quibus vero casibus periculum cessi nominis ad venditorem pertinet?* ℞. Si (1) venditor sciverit, debitorem cessum brevi decocturum, aut actionem inanem esse, idque emtorem celaverit, vel (2) verum & bonum nomen, aut simpliciter bonum nomen promiserit: tum enim bonum nomen requiritur tempore contractus, nec officit, postea defecisse. *Vid.* Sande *de Action. cessione. c. 9. n. 29.* ubi hoc limitat in debito conditionali, sive in diem.

10 *An etiam ob probabilem errorem emtori seu cessionario est succurrendum?* ℞. Putat hoc Franzk. *ad tit. de Evict. n. 77. seqq.* cum Busio *ad l. 4. ff. h. t.* ubi tamen in fine addit, hoc in locis Belgiæ non observari, nisi scientia venditoris concurrat; quod etiam de Jure verum esse statuit Tuld. *d. l.* per *l. 74. §. fin. de evict.*

11 *An, venditione facta, emtor nominis sive actionis etiam ante cessionem, post Rescriptum D. Pii, sola Juris potestate, actiones utiles, proprio nomine exercere potest?* ℞. Affir. Lex enim fingit, traditionem intercessisse.

exercet actiones utiles, (5144) *5. 7. 8. & ult. C. h. 1. §. 13. junct. 21. ibi, sed nominis pretium. ff de tut. & ration. distrah. 2. C. de O. & A. Vid. 16. de pact. 18. C. de legat. 1. C. de contrar. jud. 1. C. de magistrat. conv. Schifferdegh. lib. 3. tr. 23. quæst. 2. Bachov. de act. Disp. 4. th. 3. pag. 113. in f. Vid. Sand. de act. cess. c. 8. num. 8. &c.* etiam accessorias: v. g. hypothecariam & fidejussoriam, *7. C. de O. & A. Sand. de act. cess. c. 8. num. 32.* & quidem proprio nomine; *ult. C. h. ult. C. quand. fisc. vel privat. arg. 18. C. de leg. 55. ff. de procurat. Vid. Sand. d. cap. 8. num. 16. ubi de hujus actionis formula &c.* directis vero actionibus venditis emtor agere non potest, nisi a venditore fuerint cessæ. (5145) *arg. 23. pr. h. arg. 11. C. de fidejuss. d. l. 18. C. de legat. f. C. quand. fisc. vel privat.* Actione sic 3

* *CESSA* * *VENDITOR* juris intellectu (5146) nihilominus est & manet dominus actionis, & creditor, *3. C. de novat. 9. C. de procurat. l. f. C. quand. fisc. vel privat. Bachov. de act. Disp. 4. th. 3. Fr. d. l. num. 50. Sand. de act. cess. c. 8. num. 18. & cap. 12. num. 2. Lenz. de nom. cess. c. 28. m. 1. Burgund. de evict. c. 11. num. 24. propter 3. famil. ercisc. Bachov. Fr. dd. ll. Mynf. ad §. omnium. 1. I. de act. num. 16. 17.* quod & in realibus (5147) verum est. *9. C. h.* Unde, re adhuc integra, [sc. si debitori denunciatum nondum sit, cessionem esse factam, vel cedenti via ad agendum alio modo nondum sit præclusa, &c. *3. C. de novat. 4. C. quæ res pign. oblig. vid. omnino Sand. d. act. cess. cap. 12. num. 11. &c. Lenz. d. l. c. 19. num. 9.*] valide eadem actione contra debitorem agit, (5148) *23. §. 1. h. Vid. Burg. d. num. 24. Schifferdegh. lib. 3. tr. 23. quæst. 10. Lenz. d. tr. c. 28. m. 12. num. 1. &c.* ipsumque liberat accipiendo debitum; (5149) *3. C. de nov.* quam de actione cessa loqui, probat *Bachov. de act. D. 4. th. 3. pag. 126. contra Fab. & Schifferdegh. lib. 3. tr. 23. quæst. 3. Lenz. d. l. & c. 31. m. 2. num. 1. &c. Burg. d. num. 24. in f. Fr. d. l. num. 54. Sand. d. tr. c. 12. num. 1.* Paciscitur etiam, & transigit cum debitore ita, ut per id repellatur cessionarius, *f. de transact. Lenz. d. c. 28. m. 3. & cap. 31. m. 2. num. 34. &c.* cui tamen venditor, sive cedens restituere debet, quicquid exinde consecutus est, (5150) *23. §. 1. h. & ibi Faber in ration.* cum omni interesse: *arg. 6. C. h.* modo debitor cessus certo non sciat cessionem esse factam; alioquin hic cum effectu juris cedenti solvere non potest (5151) *f. de transact. 1. in f. de A. E. V. junct. arg. l. 27. §. 7. ad SCt. Trebell. [Burgund. d. l. num. f. Lenz. d. l. c. 31. m. 2. num. 24. Fr. 1. Resol. 13. num. 44. Faber. in C. l. 4. t. 29. D. 14. Schifferdegh. lib.*

1 *An etiam emtor ex hoc Rescripto D. Pii actiones accessorias, e. g. hypothecariam & fidejussoriam, ante cessionem, & quidem proprio nomine, exercere potest?* ℞. Affir. licet enim emtor *directe* actionibus accessoriis uti non possit, nisi & hæ cessæ sint, uti *supra ad pag. 329. num. 6.* dictum: potest tamen hoc ex Rescripto D. Pii *utiliter* facere.

2 *An vero emtor* directis *actionibus venditis agere potest, si a venditore non fuerint cessæ?* ℞. Non potest: hæ enim actiones semel acquisitæ, ossibus acquirentis ita inhærent, ut nullo alio, quam cessionis modo in alium transferri possint.

3 *An, actione sic cessa, venditor, Juris intellectu, nihilominus est & manet dominus actionis?* ℞. Affir.

4 *An hoc etiam in actionibus realibus verum est?* ℞. Affir. actionis enim vocabulum generale est, nec usquam in Jure actiones reales exceptæ inveniuntur.

5 *An igitur venditor,* re adhuc integra, *valide eadem actione contra debitorem agere, ipsumque accipiendo debitum liberare potest?* ℞. Affir.

6 *Quando hic res adhuc integra est?* ℞. Si debitori denunciatum nondum est, cessionem esse factam, vel cedenti via ad agendum alio modo nondum est præclusa.

7 *An etiam venditor, qui nomen & actionem vendidit & cessit, valide, re adhuc integra, cum debitore pacisci & transigere potest?* ℞. Affir. ita, ut hujus pacti vel transactionis exceptione etiam cessionarius repelli possit: ob dominium enim obligationis & actionis, quod etiam post cessionem factam penes cedentem remanet, jure hæc venditor facere potest.

8 *An tamen cedens seu venditor cessionario, quicquid exinde consecutus est, integrum restituere, simulque omne, quod ejus interest, præstare tenetur?* ℞. Affir.

9 *Si vero debitor cessus certo sciat, cessionem esse factam, an cum effectu juris solvere potest venditori?* ℞. Non potest.

lib. 3. tr. 23. quæst. 13. hanc ſententiam reſtringunt ad transactionem; 1
ſed male: nam in aliis, e. gr. ſolutione, eadem eſt ratio (5152) æ-
quitatis;] *25. in f. ff. 9. C. de procurat. 13. §. 1. de pact. 55. de procurat.*
junct. arg. 6. §. 8. 10. §. 2. quæ in fraud. credit. Fachin. lib. 3. cap. 94.
Donell. & Hillig. lib. 15. c. 43. lit. n. Coſta de ſcient. inſpect. 70. num. 4.
Freier. de ſolut. c. 3. num. 36. in f. Sand. d. l. c. 11. num. 18. &c. Cacha-
ran. dec. 45. ¶. Tutiſſimum igitur eſt, ceſſionarium certiorare debi- 2
torem, ſibi ceſſionem eſſe factam, (5153) alioquin facile contra eum
pronunciabitur. (5154) *Fr. 1. reſ. 13. num. 41. Schifferdegh. lib. 3. t. 23.*
quæſt. 10. Lenz. d. l. c. 28. m. 2. & c. 31. m. 2. num. 20. & ſeqq. Matth.
de Afflictis dec. 335. num. 23. ¶. *Faber. in C. l. 6. tit. 29. d. 18.* Hodie 3
quibusdam in locis facta ceſſione, nulla penes cedentem manet actio;
(5155) *Goris adverſ. tr. 3. c. 1. num. 5. poſt Chriſt. Rebuff. Tiraquell. Gram.*
ad l. 3. C. de nov. hinc ei fruſtra ibidem ſolvitur: (5156) *§. 10. inf. l.*
de mandat.

* *EMTOR*, licet per ceſſionem neque actionis, k. 4
neque rerum debitarum dominus fiat; *8. C. h.* exercitium tamen
ditoribus solvendum suscepit, (5219) & a creditoribus remissionem im-
petravit; (5220) *Carpz. p. 1. dec. 67. ¶.* nec in hereditate vendita. (5221) 7
Berlich. p. 1. dec. 33. n. 16. vid. tamen Lenz. d. tr. cap. 15. m. 2. Sand. d. tr. c. 11.
num. 16. &c.

D Cessio semel facta, a cedente revocari nequit; (5212) *arg. 5. C. de O.* 8
& A. 25. de procur. etiamsi debitor cessus cessionem factam esse ignoret; 9
Obst. (5213) *3. C. de novat. Schifferdegk. lib. 3. tr. 23. qu. 15.* & quamvis ven- 10
ditor eandem actionem alteri quoque venderet & cederet, & secundus
cessionarius a debitore, primam cessionem ignorante, debitum exigere
posset. *arg. 3. C. de novat. 23. h.* in concursu tamen primus præfertur (5224) 11
secundo;

1 *Quid vero obtinet, si inter venditorem & emtorem collusio quædam intervenit in fraudem legis?* ℞. Tum cedens & cessionarius superfluo jure privantur; ita tamen, ut illud non Fisco, sed debitoris lucro cedat. *Vid.* Lauterb. *Coll.th. pr.h.t.§.77.*

2 *An hæc Lex Anastasiana adhuc hodie observatur?* ℞. Affir.

3 *Ubi vero observatur?* ℞. In Gallia, Flandria & Germania. Lauterb. *d.l.§.79.*

4 *Estne ergo tutissimum, hanc Legem observare, ubi contraria Lege vel Consuetudine eam abrogatam esse, ab allegante probari non potest?* ℞. Affir.

5 *An autem hæc Lex locum habet non tantum in emtione venditione, sed etiam in cessionibus ex aliis titulis onerosis factis?* ℞. Affir. quia in his eadem ratio militat.

6 *An etiam tunc hæc Lex locum invenit, si quis debitum alienum creditoribus solvendum suscepit, & a creditoribus remissionem impetravit?* ℞. Neg.

7 *An tamen in hereditate vendita locum habet?* ℞. Neg. propter onera hereditaria quæ hic latitant.

8 *Num cessio, semel facta, a cedente revocari potest?* ℞. Neg.

9 *Annon vero tunc revocari potest, si debitor cessus, cessionem factam esse, nondum sciat?* ℞. Neg. nam scientia vel ignorantia debitoris cessi ad contractum, inter emtorem & venditorem initum, nihil facit, quia hic post mutuum consensum statim validus est.

10 *An venditor eandem actionem alteri quoque vendere & cedere, & secundus cessionarius a debitore, primam cessionem ignorante, debitum exigere potest?* ℞. Affir. res enim duobus vendi potest, salva tamen primo emtori actione ad interesse adversus venditorem.

11 *In concursu vero quis præfertur, an primus cessionarius, an secundus?* ℞. Primus præfertur secundo.

secundo; *arg. 55. de procurat. junct. 5. C. h. Lenz. de nom. cess. cap. 30. n. 15.*
etiamsi secundus primum denunciaret debitori, cessionem sibi factam, & 1
postea demum primus cessionarius superveniret, (5225) *arg. dd. ll. 20. de*
A. R. D. 143. 156. §. 3. 160. §. f. de R. I. Diff. Sand. tr. de Act. cess. cap. 12. num. 8.
Nec extinguitur emtio & cessio actionis morte * emtoris, (5226) sed trans- O 2
it ad heredes; (5227) licet lis nondum sit contestata, *33. C. de don.* etiamsi 3
actiones cessæ tales sint, quæ alias in heredes non transeant; *arg. 8. §. 2.*
de per. & comm. rei vend. nec * venditoris cedentis; o. 4
(5228) *Sand. d. tr. c. 14. n. 1. & c. Lenz. d. tr. c. 35. num. 16. & c. obst. 8. C. de O.*
& A. Schifferdegh. l. 3. tr. 13. quæst. 25. nisi actio cessa ejus sit conditionis,
ut in heredes actoris transire non possit; v. gr. ex injuria &c. nisi viven-
te cedente, lis contestata esset, (5229) *arg. 31. pr. ad L. Falcid. 13. pr. 28. de*
injur. vid. Fr. l. 1. resp. 14. n. 11. in f. Si tamen cedentis mortui nemo heres 5
esset, (5230) cessionarius utilem (5231) quidem, sed non directam insti-
tuere posset actionem; (5232) *1. C. de O. & A. Lenz. d. c. 35. n. 22.* nisi vi-
vente cedente lis contestata fuerit. (5233) *d. l. 1.*

Neque communi jure actione justo, licet minori, pretio vendita, de- 6
bitori jus retrahendi competit; sed si e. g. belli temporibus aliquis nomen
1000 fl. pro 400 florenis, pretio illo tempore justo, comparavit, debitor
integrum debitum emtori præstare tenetur. *Burgund. cent. 1. obs. 28. num.*
5. vers. Befindet sich. Secus (5234) in Würtenb. Landr. *p. 2. t. 16. §.* insonderheit. *vid. Berer cl. 3. D. 22. th. 42. lit. a.*

SS Simile huic actionum venditioni est hoc negotium, quo creditori a 7
debitore suo nomen tantum assignatur, (5235) ut illud exigat, & pecu-
niam exactam solutionis loco retineat: nam hic periculum manet penes 8
cedentem. (5236) *vid. 27. §. f. de leg. 3. Sand. d. l. c. 9. in f. Fr. ad tit. de*
evict. num. 57.

DE RESCINDENDA VENDITIONE,
ET QUANDO LICET AB EMTIONE DISCEDERE. XVIII. 5.

VEnditio proprie rescindi dicitur, quando ipso jure valida, legitima ex 9
causa, judicis sententia dissolvitur: *9. h. C. I. A. h. th. 1. in f. Fr. h. num.*
5. e. gr. ob dolum, (5237) metum, errorem, [*de quibus supra ad tit. d.* 10
C. E. V. pag. 312. seq.] & enormem læsionem in pretio: *vid. C. I. A. h. th. 4.*
Propter hanc datur *QUERELA ENORMIS LÆSIONIS,* sive *REMEDI-* 11
UM

1 *An quoque primus secundo praefertur, etiamsi secundus primum denunciaret debitori, cessionem sibi factam, & postea demum primus Cessionarius supervenerit?* R. Affir.

2 *An morte emtoris cessio facta extinguitur?* R. Neg. sed transit ad heredes; licet lis nondum sit contestata.

3 *An etiam tunc ad heredes transeant Actiones cessae, si tales sunt, quae alias in heredem non transeunt?* R. Affir. instituuntur enim ex jure cedentis: sufficit ergo, si hic adhuc vivat, licet cessionarius mortuus sit.

4 *An vero cessio facta extinguitur morte venditoris cedentis?* R. Neg. nisi Actio cessa ejus sit conditionis, ut in heredes actoris transire non possit, v. g. ex injuria, nisi vivente cedente lis contestata esset.

5 *Quid vero obtinet, si cedentis mortui nemo heres esset?* R. Tunc cessionarius *utilem* quidem, sed non *directam* instituere posset actionem; nisi vivente cedente lis contestata fuerit.

6 *An communi jure, actione justo, licet minori pretio vendita, debitori jus retrahendi competit?* R. Neg. unde, si quis superioribus belli temporibus e. g. nomen 1000 flor. pro 400 flor. pretio illo tempore justo, comparavit, debitor, secundum Juris communis dispositionem, illud eodem pretio retrahere nequit, sed integrum debitum emtori praestare tenetur. Secus in *Ducatu Wurtembergico.*

7 *Quale negotium huic actionum venditioni simile est?* R. Illud, quo creditori a debitore suo nomen tantum assignatur, ut illud exigat, & pecuniam exactam solutionis loco retineat.

8 *Cujus manet periculum in tali assignatione?* R. Periculum hic manet penes cedentem.

9 *Quando venditio* proprie *rescindi dicitur?* R. Quando venditio ipso jure valida, legitima ex causa, (sive qua nec Principis rescripto, &c. *l. 3. C. h. t.*) Judicis sententia dissolvitur.

10 *Da exempla ejusmodi causae legitimae, propter quam venditio rescindi potest?* R. E. g. si venditio ob dolum, metum, errorem, & enormem laesionem in pretio, rescinditur.

11 *Qualis autem actio, sive quale Remedium propter hanc ultimam causam* (enormem sc. laesionem in pretio) *datur?* R. Querela enormis laesionis, sive Remedium *L. 2. C. de Resc. Vend.*

um l. 2. C. h. quo quis ob enormem læsionem ex rei valore contin- 1
gentem, petit, ut læso refarciatur, vel negotium in totum rescindatur.
*2. C. ibi Pinell p. 3. c. 2 num. 1. Gub. part. 3. peric. Acad. quæst. 21. fere in f.
Stracc. de commerc. §. 1. q. 7 part. 2. ampl. 10. n. 10.*

Proponitur hæc querela vel ut exceptio, (5238) *arg. 156. §. 1. de R. I.* 2
*2. §. 4. de superfic. Sand. lib. 3. dec. Frisic. t. 4. def. 13. in f. Pinell. ad l. 2. C. de
resc. vend. p. 1. c. 3. num. 6. 7 Barbos. in C. ad l. 2. num. 77. Carpz. p. 2. c. 34. d.
2. n. 2. & l. 5. tit. 6. R. 53.* vel ut actio, (5239) scil. ex ipso contractu b. f.
competens, e. gr. emti · (5240) [nam actiones bonæ fidei dantur ad omne 3
id, quod contrahentes sibi invicem ex jure vel moribus præstare tenentur;
31. §. 20. de ædil. edict. etiam ad contractus rescissionem. (5241) *11. §. 3 &
5. de act. emt.*] *Arumæ. ad 2. C. h. c. 4. th. 24. Bach. V. 2. D. 2. th. 9. lit c. &
ad tr. Wis. tit. de A. E. & V. in fin. lit p. Gubens. p. 3. peric. Academ. quæst. 22.
Richter. p. 2. d. 99. n. 164. &c. Harpr. ad §. fin. I de emt. vend. n. 246. &c.*
Alii concedunt condictionem ex Lege, (5242) *Pinell. ad 2. C. h. p. 1. c. 3.* 4
num. 9. Zas. h. n. 36. alii restitutionem in integrum. (5243) *Growew. ad d.
2. n. 2. vid. Richt. p. 2. dec. 99. n. 171. &c.*

C Hoc remedium fortassis a Diocletiano & Maximiniano introductum, 5
*2. C. h. ibi : Pinell. part. 1. c. 1. num. 2. &c. arg. t. t. ff. de resc. vend. 16. §. 4. de
minor. 22. §. f. 13. locat. Zas. h. n. 37 Gerhard. decad. 14. qu. 10. pr.* [alii vete- 6
ribus JCtis hoc jam cognitum fuisse putant, *per 1. depos. junct. 47. de evict.
36. de V. O. 54. de contrah. emt. 6. §. 2. l. 22. § 1. de jur. dot. 38. famil. ercisc. 3.
C. quib. ex caus. major. 14. C. de usur. 3. C. comm. utr. jud. 61. de ædil. edict.
Harprecht. ad §. fin. n. 90. &c. I. de emt. ¶. Arumæ. ad d. l. 2. D. 2. th. 1. Bach-
ter. p. 2. dec. 99. num. 13. &c. Tulden. in C. h. num. 4. Carpz. lib. 5. R. 53. num.
4. ¶. vid. Bach. V. 2. d. 2. th. 9. lit. b. verb. quod novo. introductum. ibi Gubens.
in mscr. sua inform. sup. Bach. & Hunn. & in p. 3. pericul. Academ. quæst. 20.*]
propter æquitatem, (5244) *d. l. 2.* [utut eam Tyrannicam (5245) putet 7
Molin. *de commerc. num. 172. vid. Pinell. ad d. l. 2. part. 1. cap. 1. num. 22. A-
rumæ. ad d. l. 2. D. 2. th. 5. Barbos. ad d. l. 2. num. 98. vid. omnino Bach. Vol. 2.
Disp. 2. th. 9. lit b. verb. summa humanitate. Gubens. part. 3. peric. Academ.
quæst. 20. in f.*] probavit Jus Canonicum : (5246) *cap. 3 & 6. X. de emt. &* 8
*vendit. Menoch. lib. 1. controv. cap. 38. num. 2. &c. Stracc. de commerc. §. 1. qu.
7. part. 2. ampl. 10. n. 6.*

Terminus permissæ (5247) læsionis [*vid. Pinell. ad 2. C. h. p. 3. c. 2.* 9
num. 1.] est Jure communi dimidium : *2. 8. C. h. vid. Arumæ. ad d. l. 2.
D. 2.*

1 *Quid est Querela enormis læsionis, seu Remedium L. 2. C. de Resc. Vend.?* ℞. Quo quis ob enormem læsionem, ex rei valore contingentem, petit, ut læsio resarciatur, vel negotium in totum rescindatur.

2 *Quotuplici modo proponitur hæc Querela?* ℞. Duplici, nimirum: vel ut Exceptio, vel ut Actio, sc. ex ipso contractu bonæ fidei competens, e. g. emti.

3 *Ad quid igitur dantur actiones bonæ fidei?* ℞. Ad omne id, quod contrahentes sibi invicem ex jure vel moribus præstare tenentur, etiam ad contractus rescissionem.

4 *Qualis autem actio ob enormem læsionem competit?* ℞. In hoc Dd. non conveniunt: quidam enim concedunt Condictionem ex Lege; alii Condictionem indebiti; alii Restitutionem in integrum; alii Implorationem officii judicis, & alii Remedium c. *Redintegranda. 3. q. 1. Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 5.*

5 *A quo hoc remedium* L. 2. C. de Resc. vend. *videtur introductum?* ℞. Fortassis ab Imperatoribus *Diocletiano & Maximiniano.*

6 *An vero hoc Remedium veteribus JCtis jam cognitum fuit?* ℞. Ita quidem nonnulli putant, sed sine sufficienti ratione, præsertim cum in *toto hoc π. Titulo* de hac rescissione ob læsionem ultra dimidium nihil habeatur, sed omnes ejus textus de aliis causis, ex quibus ab emtione venditione recedatur, agunt. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 6.*

7 *Quam ob causam autem hoc Remedium est introductum?* ℞. Ob æquitatem, utut hanc Legem tyrannicam putet *Molin. cit. l.*

8 *An hanc Legem Jus Canonicum probavit?* ℞. Affir. & quidem *cap. 3 & 6. X. de Emt. & vend.*

9 *Quis est terminus permissæ læsionis Jure communi?* ℞. Dimidium.

D. 1. th. ult. in f. junct. Bach. h. lit. a. Jure Wurtembergico de tertia parte 1
idem est, quod alias de dimidio. Würtenb. Landr. *p. 2. t. 14. pr. & seq.*
§. vid. Scaccia. tract. de commerc. §. 1. quæst 7. part. 2 ampl. 10. num 3. vers.
adverte. Hæc querela non competit, si læsio tantum sit ad dimidium: 2
e. gr. si X pro V fiat; *arg. 2. C. h. Mynf. 4. obs. 73. num. 4. ¶.* sed requiri-
tur, (5248) ut læsio dimidium excedat, *2. 8. C. h. Barbos. Vol. 2. Disp. 2.*
th. 9. lit. e. Carpz. p. 2. c. 34. d. 8. in f. ¶. Pinell. ad 2. C. h. p. 1. c. 2. num. 7. &c.
Arumæ ad 2. C. h. D. 1. th. 8. C. I. A. h. §. 6. in f. Mynf. 4. obs. 73. num. 3. Har-
precht. ad §. ult. I. de emt. num. 76. Rath. de resc. vend. assert. 119. Vinn. lib. 1.
quæst 57 in pr. Haber. ad tr. W. h. num. 6. in 2. Fachin. l. 2. cap. 16. [Alii pu-
tant dari querelam, si læsio dimidium justi pretii excedat: *Pinell. d. l.*
num. 5 & 6. ¶¶¶. Scacc de commerc. §. 1. quæst. 7. p. 2. ampl. 10. num. 6. in
f. Barbos. ad d. l. 2. C. h. num. 109. Gutierrez. lib. 2. pract. quæst. 133. quos in
computatione læsionis ultra tertiam sequitur Würtenb. Landr. *p. 2. tit.*
14. §. Und soll das *in fin.*] licet unico nummo. (5249) *arg. 2 & 8. C. h.* 3
Mynf. 4. obs. 73 num. 1. ¶. Rath. de resc. vend. assert. 117. Arumæ. ad 2. C. h.
D. 1. th. 8. in f. Scacc. d. ampl. 10. num. 6. Barbos ad d. l. 2 num. 110. Læsio 4
multum excedens dimidium dicitur enormissima; (5250) *Consil. Tub. v.*
2. cons. 65. num. 26 & 27. vid. Barbos. ad d. l. 2. num. 111. & licet eam ob præ-
sumtum dolum (5251) contractum ipso jure nullum reddere putet *Carpz.* 5
2. c. 34. d. 7. pr. attamen cum dolus ex qualitate facti, non ex quantitate
pretii æstimetur, (5252) *10. C. h.* neque omnis dolus (5253) emtionem
ipso jure irritam reddat: verius videtur etiam ob enormissimam læsio-
nem hanc querelam dari. (5254) *arg. 2. 8. C. h. Merend. p. 1. cap. 42. num. 5.*
Zas. in tr. h. n. 3. vid. tamen Consil. Tübing. 64. part. 2. n. 53. &c. Barbos. ad
l. 2. C. h. t. n. 76.

In computanda læsione respiciendum est * [1] ad communem re- A 6
rum æstimationem, non ad singularem unius affectionem, (5255) *arg.*
33. pr ad L. Aquil. 63. pr. ad L. Falcid. 12. C. de erogat. milit. annon. Carpzov.
2 c 34. d. 6. num. 6. vid. Richter. p. 2. dec. 99. num. 139. Valasc consult. 43. n. 1
& 11. &c. * [2] ad locum rei ven- a.
ditæ & traditæ. (5256) *Valasc consult. 43. num. 6. Gail. 2. O. 8. num. 5. 6. vid.*
supr. tit. de C. E. V. pag. 308 pr. * [3] ad tempus contra- b.
ctus, non ad præsens vel ad antecedens: *4. 8. in f. C. h. 3. §. 5. ff. de jure*
fisci. Const. Saxon. 34. part. 2. Carpzov. ad d. const. d. 6. ¶. Richt. 2. dec.
99. num. 147. &c. Mynf. 4. obs. 73. num. 7 vid. Valasc. d. l. num. 18.
emtoris enim lucro vel damno est, quod post contractum pretio ac- 7
crescit

1 *Quis terminus est Jure Würtembergico?* ℞. Hoc jure de tertia parte idem est, quod alias de dimidio, h. e. inæqualitas sive læsio negotiativa hoc jure usque ad *tertiam* tantum partem justi pretii permittitur. Unde quicquid Jus commune disponit de læsione, quæ est ultra vel infra dimidium, illud *J. Würtemb.* etiam locum habet in læsione ultra vel infra tertiam justi pretii partem. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 9.*

2 *An hæc Querela quoque competit, si læsio tantum sit ad dimidium, e. g. si X pro V fiat?* ℞. Neg. sed requiritur, ut læsio dimidium excedat: quamvis ratione emtoris plurimi aliter hanc læsionem computare soleant, ipsumque enormiter læsum esse dicant, si læsio dimidium *justi pretii* rei emtæ excedat. Atque hanc sententiam communem & receptissimam esse tradit Pinell. *cit. l.* quam etiam in computatione læsionis ultra tertiam partem sequitur Jus Würtemberg. *cit. l.* vid. Lauterb. *d. l. §. 10.*

3 *An quoque hæc Querela competit, si læsio unico tantum nummo dimidium excedat?* ℞. Affir. cum & hocce casu læsio dimidium excedat.

4 *Quomodo dicitur læsio dimidium multum excedens?* ℞. Læsio enormissima.

5 *An vero talis læsio enormissima contractum* ipso jure *nullum reddit?* ℞. Licet ob præsumtum dolum hoc fieri putet Carpz. *cit. l.* attamen, cum dolus ex qualitate facti, non ex quantitate pretii æstimetur, neque omnis dolus emtionem ipso jure irritam reddat, verius videtur, etiam ob enormissimam læsionem hanc querelam dari.

6 *Ad quid in computanda læsione respiciendum est?* ℞. (1) ad communem rei æstimationem, non ad singularem unius affectionem, (2) ad locum rei venditæ & traditæ, & (3) ad tempus contractus, non ad præsens, vel ad antecedens.

7 *Cujus autem lucro, vel damno est, quod post contractum pretio accrescit vel decrescit?* ℞. Emtoris.

crescat vel decrescit, *arg. §. 5. I. de emt. vendit.* etiam subitanea (5257) 1
mutatione, e. gr. in casu tumultus; &c. *Pruck. ad 2. C. h. p. 3. c ult n.*
9 & 17. Tulden. in C. h. num. 2. Vid. tamen Valasc. d. l. num. 18. neque 2
læsus videtur, qui mutalis vendidit, cum res pluris non valuerit; (5258)
arg. 8. C. h. arg. 11. §. 4. de min. arg. 17. 23. C. de usur. Vid. Tulden. in
C. h. num. 2. Richt. d. dec. 99. num. 139. Manl. de Emt. & Vend. tit. 12.
num. 33. in f. C. J. A. h. th. 4. num. 16. Consil. Tubing. 181. num. 54. &
seq. part. 4. obs. 63. §. f. ad Leg. Falcid. Vid. Pruck. d. num. 8. neque 3
verecunde in pace repetitur, quod in bello repudiabatur: (5259) *Gail.*
cont. p. 5. c. 849. num. 13. Berger. cent. 1. obs. 27. &c. Vid. Würtemb.
Ausschreib. *de d. 10. Aug. An. 1650. §.* Als ist hiemit *ibi:* Die Zeit
des Kauffs-Vertausch und damahl gewesene æstimation, Werth oder
Unwerth der Güther beobachten *& seq. §. ibi,* Allein nach selbiger
Zeit gewesenem Werth, hätten müssen oder wären verkaufft worden,
soll es billig sein ungeändert Verbleiben darbey haben. Neque 4
competit hæc querela, propter accessiones in partibus metallicis (5260)
in Bergtheilen, (5261) pretio, eo tempore communiter justo, emtis;
Sand. lib. 3. dec. Fris. tit. 4. def. 16. Richter. dec. 99. num. 142. neque 5
propter thesaurum in fundo, justo pretio emto, postea repertum, *arg.*
67. de R. V. 3. §. 3. de A. vel A. P. 63. §. 1 ff. de A. R. D. Arumæ. lib. 1.
dec. 1. ¶. & ad 2. C. h. Disp. 3. th. 19. Tulden. in C. h. num. 7. Lugo de I.
& I. D. 6. sect. 11. num. 127. Vid. Disp. de thesaur. th. 23. nec ob venas
metallorum, in illo fundo emto detectas; (5262) *vid. Tulden. in C.*
h. num. 8. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 353. num. 12. &c. Lugo. d. num. 127
& 128. neque si statim obierit, qui e. gr. 1000 fl. emit alimenta ad 6
dies vitæ: (5263) *Sand. d. lib. 3. tit. 4. d. 17. ¶. Arum. Robert. lib. 4.*
rer. judic. cap. 2. ¶. Vid. Manl. de emt. & vend. tit. 12. num. 39. Besold.
th. pract. voce Leibgeding. *in f. Gail. 2. obs. 8.* cum proprie læsus non
dicatur, cui tempore contractus de certo commodo vel damno non
constabat. *Consil. Argentor. 23. num. 32. V. 2. Gail. d. obs. 8. num. 2.*

Ad fundandam hanc querelam requiritur, ut læsio sit moralis, 7
(5264) cum injustitia conjuncta. (5265) Hinc CESSAT [t] in ven- 8
dente donationis gratia; (5266) *arg. 38. de contr. emt. arg. 6 & 9. C.*
de cond. ob causam, Carpzov 2. c. 34 def. 3 num. 2 & 3. Barbos. ad 2.
C. h. num. 57. Vid. omnino Harpprecht. ad §. ult. I. de emt. & vend. num.
127. &c. [Hæc verba: *Si pluris res valet, dono,* hanc querelam non ex- 9
cludere, sed de modica saltem quantitate intelligenda, *191. de V. S.*

& ad

1 *An, etsi subitanea mutatione decrescat, e.g. in casu tumultus?* ℞. Affir. quia, emtione venditione perfecta, omne commodum & damnum emtoris est.

2 *An vero læsus videtur, qui tantilli vendidit, cum res pluris non valuerit?* ℞. Neg.

3 *An in pace repeti potest, quod in bello viliori pretio venditum est?* ℞. Neg. quia tempus contractus, & valor istius temporis respicienda sunt.

4 *An vero hæc enormis læsionis Querela locum habet, si quis partes metallicas,* Bergtheile, *pretio, eo tempore secundum communem æstimationem justo, emerit, & brevi temporis spatio summam exinde consecutus fuerit triplo majorem?* ℞. Neg.

5 *An tamen hæc Querela competit propter thesaurum in fundo, justo pretio emto, postea repertum, aut ob venas metallorum in illo fundo emto detectas?* ℞. Non competit: quia tempus contractus est respiciendum, quo, si emtio perfecta, emtor omne commodum ex re sibi vendita percipit.

6 *An nec competit hæc Querela, si statim obierit, qui e.g. 1000 fl. emit alimenta ad dies vitæ?* ℞. Non competit: nam proprie læsio non dicitur, cui tempore contractus de certo commodo vel damno non constabat. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 16.*

7 *Quid vero ad hanc Querelam fundandam requiritur?* ℞. Ut læsio enormis sit moralis, cum injustitia conjuncta.

8 *An ergo (i) cessat hæc Querela in venditione donationis gratia?* ℞. Affir.

9 *An hæc verba:* Si pluris res valet, dono; *hanc Querelam excludit?* ℞. Neg. sed hæc adjectio de modica tantum quantitate intelligenda, & ad securitatem conscientiæ ac amicitiæ addita videtur.

& ad securitatem conscientiæ ac ornatus addita videntur. *Harpreche. ad d. § ult. num. 219. &c. Richter 2. dec. 99. n. 118. Barb. ad 2. Cod. h. num. 58. Vid. Tuldan. in C. h. num. 9.*] Item [2] si sciens (5267) verum 1
rei pretium minoris vel majoris vendat vel emat: *arg. 1. §. 5. de injur. 53. de R. J. arg. 27. C. de evict. 9. in f. C. de act. emt. 43. §. 1. 57. § 2. ff. de contrah. emt.* hic enim donare videtur; *arg. 53. de R. J. Bachov. Vol. 2. Disp. 2. th. 10. lit. e. Carpzov. 2. c. 34. d. 3. num. 4 &c. Vinn. l. 1. quæst. 56. Richter. 2. dec. 99. num. 66. ¶. Tuldan. in C. h. num. 5. ¶. Arumæ. ad 2. C. h. D. 2. th. 11. Harpreche. ad d. §. ult. de emt. & vend. num. 116. &c.* modo hoc citra necessitatem fiat, (5268) *arg. 18. in f. de adim. & transfer. leg. Merend. lib. 1. controv. cap. 34. num. 9. Richter. d. l. num. 72. Barb. ad d. 2. C. h. num. 52. in f. Zaf. h. num. 8. in f.* Hæc scientia tamen ab allegante probanda est. Licet enim præ- 2
sumtio sit, quemlibet vires patrimonii scire: *19. C. h. Masc. de probat. concl. 737. Vid. tamen Merend. lib. 1. controv. cap. 41.* attamen cum potius præsumatur, neminem suum jactare, *25. pr. de probat.* rerumque pretia diversis temporibus & locis diversa esse soleant, præsumtio ignorantiæ (5269) stat pro læso certante de damno vitando *l. 6. § 1. quæ in fraud. cred. Harpreche. ad § f. I. de emt. vend. num. 29 & 170.* neque sta- 3
tim hæc querela excluditur ob sagacitatem, (5270) prudentiam &c. læsi. *Arumæ. ad d. l 2. D. 2. th. 12. Vinn. d. quæst. 56. in f. Vid. Barbos. ad d. l. 2. num. 52.* [3] si testator certo pretio, rem aliquam certæ personæ 4
vendi mandaverit, (5271) *Pinell. ad 2. C. h. p. 1. cap. 1. num. 19. Merend. lib. 1. controv. c. 35. num. 6. Barbos. ad d. l. 2. h. num. 62.* vel a certa persona certo pretio emere. *Barbos. d. l.*

pr. Læsionem enormem, cum suis requisitis probare debet is, qui in il- 5
la sive agendo, sive excipiendo se fundat; (5272) *arg. 5. C. de in integr. restit. 2. 19. pr. ff. de probat. Carpz. 2. c. 34. d. 6. ¶.* & quidem vel per probos 6
& peritos rerum æstimatores, *Pinell. ad 2. C. h. p. 3. cap. ult. num. 1. &c. Bachov. Vol. 2. Disp. 2. th. 10. 11. C. Vid. Sand. lib. 3. decis. Fris. t. 4. def. 36. in f. Richter. 2. dec. 99. num. 173.* vel per testes, *Carpz. 2. c. 34. d. 6. Richter d. l. num. 172. Pinell. d. c. ult. num. 4. &c.* aut per instrumenta. (5273) *Richt. d. l. num. 163. Barbos. ad 2. C. h. num. 149. &c. Vid. tamen C. I. A. h. th. 11. in f.* Interdum hæc læsionis determinatio etiam committitur conscientiæ adversarii. (5274) *Richt. d. l. num. 175 &c.* Plura de hujus læsionis probati- 7
one, quæ utplurimum est difficilis, (5275) tradit *Pinell. ad 2. C. h. part. 3. c. ult. Arumæ. ad l. 2. Disp. 4. thes. 30. Valasc. consult. 43. 44. Molin. de I. & I. tract. 2. Disp. 349. num. 3. Vid. sup. tit. d. contrah. emt. p. 306. in f. & pag. seq.*

Com-

1 *Num (2) cessat hæc Querela, si sciens verum rei pretium minoris vel majoris vendat, vel emat?* ℞. Affir. hic enim donare videtur; modo hoc citra necessitatem factum sit.

2 *A quo hæc scientia est probanda?* ℞. Ab allegante. Licet enim præsumtio sit, quemlibet vires patrimonii & rei familiaris scire: attamen, cum nemo suum jactare præsumatur, rerumque pretia diversis temporibus & locis diversa esse soleant; nec omnes omnium rerum valorem, sed illarum tantum artifices & periti æstimatores intelligant, atque ex his & aliis causis non raro contingat, ut quis verum rei suæ pretium ignoret: eapropter ultra dimidium læsus, qui de damno vitando certat, potius ex ignorantia contraxisse, quam verum rei pretium scivisse, & sciens suum jactasse præsumitur; quæ præsumtio transfert onus probandi in adversarium, qui in hac scientia suam fundat intentionem. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 20.*

3 *An tamen hæc Querela excluditur ob sagacitatem, prudentiam &c. læsi?* ℞. Neque ex eo, quod quis est sagax, prudens & industrius statim hæc querela excluditur; quia magis favendum est illi, qui certat de damno vitando, quam qui agit de lucro captando.

4 *An (3) cessat hæc Querela, si testator certo pretio, licet modico, rem aliquam certæ personæ vendere mandaverit, vel si heres rem certam a certa persona, pro certo pretio, speciali jussu defuncti, emerit?* ℞. Affir. heres siquidem, qui defuncti voluntatem, quam hereditatem adeundo agnovit, debito modo implet, frustra de injuria & iniquitate conqueritur. Lauterb. *d. l. §. 21.*

5 *Quis læsionem hanc enormem cum suis requisitis probare debet?* ℞. Is, qui in illa sive agendo, sive excipiendo suam fundat intentionem. Cum enim læsio facti sit, hinc ab illo est probanda, qui eam allegat.

6 *Quibus vero mediis probatio hæc fieri potest?* ℞. Vel per probos & peritos rerum æstimatores, (*qui respicere debent ad annuos reditus, item ad quantitatem, qualitatem & varietatem*) vel per testes, aut per instrumenta. Interdum tamen hæc læsionis determinatio etiam committitur conscientiæ adversarii, eique juramentum defertur, modo præstitum effectum operetur: otioso enim & frustraneo juramento nemo est prægravandus. Lauterb. *d. l. §. 22. in fin.*

7 *Quis plura de hujus læsionis probatione, quæ ut plurimum difficilis est, tradit?* ℞. Pinell. Arumæ. Valasc. & Molin. *citt. ll.*

S Competit hæc querela Venditori enormiter læso, & heredi, 2. C. 1
& Emtori. (5276) ¶¶. *arg. d. l. 2. t. 1. quod quisque jur. Mynf. 4. obs. 73.* 2
*num. 3. Carpzov. 2. c. 34. d. 8. ¶. Richt. 2. dec. 99. num. 31. &c. ¶ Sande lib.
3. dec. Fris. tit. 4. d. 13. ¶. Arumæ. ad 2. C. h. Disp. 1. th. 7. Tulden. in C. h. num.
3. Bachov. Vol. 2. Disp. 2. th. 9. lit. D. Gerhard. p. 3. pr. 1c. Academ. quæst. 25.
Diss. Ossfer. 16. obs. 18. Faber. decad. 8. error. 7. Baquet du droict. d' aubaine.
2. cap. 21. num. 14.* Imo etiam retrahenti, (5277) qui vigore juris *προτι-* 3
μήσεως rem ab emtore immenso pretio revocat; (5278) *post Obrecht.
C. I. A. h. th. 6.* porro Locatori & Conductori, (5279) si attenta consue- 4
ta mercede minus dimidia res locetur, vel plusquam dupla conduca-
tur, *arg. pr. I. de locat. cond. 1. pr. eod. junct. 32. pr. ad Leg. Aquil. 10. & seqq.
ff. de Legib. Arumæ. ad 2. C. h. D. 3. th. 15. Carpz. 2. c. 34. d. 10. ¶. & lib. 5. R.
53. num. 6. &c. Caroc. tract. de locat. & conduct. part. 1. quæst. de rescind.
loc. 70. num. 2. ¶. Pinell. ad 2. C. h. 1. p. 1. cap. 3. num. 17. &c. Bachov. Vol. 2.
Disp. 2. th. 11. lit. a. & ibi Gerhard. in sua necess. inform. Harpprecht. ad §. 5.
I. de emt. vend. num. 158. &c. Richter. p. 2. dec. 99. n. 41. &c. ¶. Vid. Pantschm.
l. 1. quæst. 1. num. 13. Merend. p. 1. cap. 42. num. 11. & seq.* [quod etiam in lo- 5
catoribus operarum, v. g. architectis, (5280) fabris lignariis & similibus
admittit *Caroc. d. quæst. 70. num. 4 & 5 Arumæ. d. th. 15. in f. Dissent. Gu-
tierrez. lib. 2. pract. qu. 144. & alii citati a Barbos. ad d. l. 2. C. h. num. 26.*]
Permutanti & similibus, (5281) qui duplo plus dederunt, quam accepe- 6
runt: *NON* etiam tertio, (5282) ob alterius læsionem, cui non suc- 7
cessit. (5283) *Richt. 2. dec. 99. num. 75. &c. ¶. Vid. tamen Maynard. lib. 3.
dec. 70.*

P Adversus illos, a quibus quis dicto modo est læsus, & heredes: 8
(5284) *arg. 49. de O. & A.* licet v. gr. emtor * lædens rem iterum aliena- B 9
verit, (5285) *Bachov. Vol. 2. Disp. 2. th. 11. lit. g. arg. §. omnium. 1. Inst. de
act. Merend. lib. 1. controv. c. 44. num. 3 Molin. de I. & I. tr. 2. D. 349. num. 4.
Pinell. ad 2. C. h. p. 2. c. 1. num. 29. Manl. de emt. vend. tit. 12. num. 60. Richt.
2. dec. 99. num. 72. ¶.* aut res perierit apud tertium, *vid. tamen Pinell. ad* 10
*2. C. h. p. 2. c. 1. num. 38. Gutierrez. lib. 1. pract. quæst. 136. num. 3. Barbos. ad
d. l. 2. num. 146. &c.* vel apud ipsum emtorem, sive ejus culpa, aut mo- 11
ra accesserit, *arg. 23. 82. §. 1. l. 91. §. 3. de V. O. Bach. de resc. vend. assert.
120. num. 2. lit. a. Molin. d. l. ibi. quando emtor sua sponte rem consumsit.
Arumæ. ad 2. C. h. D. 4. th. 25. in f. Barbos. ad d. l. 2. num. 145 & 148.
obs. 14. §. 1. solut. matr. 25. §. 11. de hered. petit. Struv. Exerc. 23. th. 50.*
sive non accesserit: (5286) *arg. 2. C. h. c. 3. 8. de emt. vend. junct. §. 3. I.
de*

1 *Cui competit hæc Querela enormis læsionis?* ℟. Venditori enormiter læso, & ejus heredi.

2 *An & Emtori competit?* ℟. Affir.

3 *An & Retrahenti, qui vigore Juris προτιμήσεως rem ab emtore immenso pretio revocat?* ℟. Affir. maxime, cum hic non sua voluntate pretium immodicum constituerit. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 23. in fin.*

4 *An etiam Locatori & Conductori hoc remedium est tribuendum?* ℟. Affir. si sc. attenta consueta mercede, minus dimidia res locetur, vel ultra duplum conducatur. Nam quicquid ob humanitatem & æquitatem in venditione constitutum, illud locum quoque habet in locatione, utpote in qua eadem humanitatis ratio & æquitas militat. Lauterb. *d. l. §. 24.*

5 *An idem etiam in Locatoribus operarum, e. g. Architectis, fabris lignariis, & similibus?* ℟. Hoc admittit Carocc. & Arum. *citt. ll.*

6 *An quoque competit hæc Querela Permutanti & similibus, qui duplo plus dederunt, quam acceperunt, aut dimidio minus acceperunt, quam dederunt?* ℟. Affir.

7 *An hæc Querela etiam tertio datur ob alterius læsionem, cui non successit?* ℟. Neg. est enim hæc Querela actio personalis: actiones autem personales tertio, qui successor non est, regulariter non competunt.

8 *Adversus quos datur hæc Querela?* ℟. Adversus illos, a quibus quis dicto modo est læsus, illorumque heredes.

9 *An quoque datur, licet v. g. emtor lædens rem iterum alienaverit?* ℟. Affir.

10 *An etiam datur, licet res perierit apud tertium?* ℟. Affir. quia actio in personam semel est nata; rei autem interitus non tollit actionem venditori competentem.

11 *An &. datur, si apud ipsum emtorem res perierit?* ℟. Affir. & quidem sive ejus culpa aut mora accesserit, sive non accesserit; nam debitor alternative, vel ad rem restituendam, vel ad pretium supplendum obligatus, rei interitu non liberatur. *Vid. omnino* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 27 & 28.*

de contr. emt. nam debitor alternative vel ad rem restituendam, vel ad pretium supplendum obligatus, rei interitu non liberatur, (5287) 2. §. 3. de eo, quod certo loco. 10. § f. de jur. dot. 95. pr. & §. 1. de solut. Merend. 1. controv. c. 44. Mastert. varr. tr. h. quæst. 6. [obst. 12. §. 1. de jur. dot. 91. §. 3. in f. de V. O. 14. §. 1. depos. 125. de R. J. 4. C. de emancip. 52. §. f. ff. ad Leg. Aquil. 36. §. f. de Leg. 1. 26. §. 4. de nox. act. 1. §. f. si cui plus, quam per Leg. Falcid. 61. pr. de furt. Richter. d. l. num. 108. &c. ¶. Harprecht. ad §. fin. I. de emt. vend. num. 212. &c. Rath. d. assert. 120. Pinell. ad 2. C. h. p. 2. c. 1. n. 36 & 37. Barbos. ad d. l. 2. num. 140. &c. Gutierrez. l. 1. q. pract. 136. Bach. Vol. 2. Disp. 2. th. 10. lit. b. Treutacing. lib. 3. tit. de solut. resol. 11. n. 13. vers. quarto non procedit. ¶.]

* læsus rem amiserit b. 1

* casu, 23. de V. O. tum enim venditor tenetur restituere, (5288) quod C ultra justum pretium accepit: nam quando debitor ad duo alternative obligatus casu fortuito unum eligere impeditur, tunc ab ipso jure peti potest alterum. (5289) 2. §. 3. de eo, quod cert. loc. 10. in f. de jur. dot. 95. pr. & §. 1. de solut. Et venditori hoc in casu satis esse debet, (5290) quod ipse pro re emta verum ejus pretium retineat. Covarruv. l. 2. var. resol. cap. 4. in fin. Pinell. ad 2. C. h. p. 2. c. 1. num. 39. Richter. p. 2. dec. 99. num. 135. &c. Bachov. Vol. 2. Disp. 2. th. 10. lit. b. Zas. h. num. 30. ¶. vid. Gutierrez. lib. 2. pract. quæst. 137. Diss. Mastert. d. q. 6. in f. & alii citati a Barbos. ad d. l. 2. C. h. num. 41.

* Secus est, si sua culpa rem amiserit: (5291) tum enim salvam quidem c. 2 retinet actionem contra venditorem, si vero venditor eligeret rem recipere, (5292) ac pretium restituere, emtor autem rem restituere non possit, suæ culpæ damnum ferat. (5293) 2. C. h. arg. 13. §. 8. de act. emt. arg. 23. 91. §. 3. de V. O. vid. Pinell. ad 2. C. h. p. 2. C. 1. num. 19. in f. Mastert. d. l. Barbos. ad l. 2. C. h. n. 139.

Non etiam datur venditori contra tertium possessorem, (5294) arg. 3 §. omnium. 1. I. de action. l. 1. §. 16. ad SC. Trebell. arg. 10. C. h. f. §. 1. ff. de contrah. emt. 15. C. d. donat. Pinell. ad 2. C. h. p. 2. c. 1. num. 32. Fachin. 2. cap. 18. Richter. 2. dec. 69. num. 73. ¶. &c. Bachov. Vol. 2. Disp. 2. th. 11. lit. g. licet ille tertius titulo lucrativo & pariter vili pretio rem acceperit, (5295) [Diss. Tulden. in C. h. num. 8. in f.] vel prior emtor non solvendo existat, (5296) [Diss. Tulden. d. l.] aut læsio enormissima sit, (5297) [Diss. Barbos. ad 2. C. h. num. 138. quem vid. num. 134. &c. Berlich. 1. dec. 177. ¶. Pinell. Fachin. Bach. dd. ll.] Merend. lib. 1. controv. 9. c. 43. obst. 94. §. 1. de leg. 1. L. 13. §. 1.

1 *An quoque hæc Querela datur, licet* læsus *rem* casu *amiserit?* ℞. Affirm. hoc enim casu venditor tenetur restituere, quod ultra justum pretium acceperit; nam quando debitor ad duo alternative obligatus casu fortuito unum eligere impeditur, tunc ab ipso jure peti potest alterum, & venditori hoc in casu satis esse debet, quod ipse pro re emta verum ejus pretium retineat. Lauterb. *d. l. §. 30.*

2 *An tamen secus est, si læsus sua culpa rem amiserit?* ℞. Affir. tunc enim salvam quidem retinet actionem contra venditorem: si vero venditor elegerit rem recipere, & pretium restituere, emtor autem rem restituere non possit, suæ culpæ damnum ferat. Lauterb. *d. l. §. 29.*

3 *An hæc Querela etiam venditori datur contra tertium possessorem?* ℞. Neg. licet ille tertius titulo lucrativo & pariter vili pretio rem acceperit, vel prior emtor non solvendo, aut læsio enormissima sit. Lauterb. *d. l. §. 31. seq.*

§. 1. de minor. 67. de contrah. emt. vid. Merend. d. l. Harpr. ad §. fin. num. 107.
& c. I. de emt. & vend. nisi alienatio ab emtore facta sit in fraudem læsi 1
venditoris; tum enim succurritur venditori ex edicto de his, quæ in
fraudem creditorum gesta fuerunt. *Merend. d. c. 43. num. 14. 15.*

O Locum habet hæc querela * in emtione & venditione: *2. C. h.* etiamsi D 2
jamsi sit in stipulationem (5298) deducta, *Barbos. Vol. 1. Disp. 2. th. 10. lit.* 3
a. & th. 11. lit. c. Treutlerus lib. 3. tit. de E. V. Res. 3. num. 1. Pinell. ad 2. C.
h. p. 1. c. 3. num. 11. & 12. aut actis publicis insinuata, *Besold. ad jus Wür-* 4
temb. D. 1. th. 63. aut prævio Judicis decreto permissa, (5299) *Gilhaus. p.*
3. peric. Academ. quæst. 13. Pinell. ad 2. C. h. p. 1. c. 2. num. 11. & seq. Merend.
lib. 1. c. 34. num. 8. Harprecht. ad §. f. I. de emt. & vend. num. 133. & c. Simon-
cell. de decret. lib. 3. tit. 7. num. 4. ¶ Fach. 1. c. 20. vers. altera est controversia.
Barbos. Vol. 1. Disp. 2. th. 10. lit. a. Sand. d. l. 3. t. 4. d. 11. ¶ Barbos. ad 2. C.
h. num. 11. Treutlerus lib. 3. tit. de emt. Res. 3. num. 5. ¶¶¶ vid. Maul. de
emt. tit. 11. num. 6. obs. (5300) 1. C. de præd. decur. vid. Pinell. Barbos. Har-
precht. Fachin. dd. ll. aut emtio jam contracta ad petitionem partium sim- 5
pliciter fuerit confirmata; nulla, vel non de rei æstimatione, (5301) sed
super alia circumstantia, causæ cognitione interveniente, (5302) *vid. 7.*
C. de sentent. & interlocut. Pinell. d. l. num. 13. [*Differt. Gail. 2. obs. 1. num.*
9. & 10. Carpz. l. 5. R. 54. ¶ Arumæ. ad 2. C. h. D. 3. th. 18. Gabr. lib. 3. comm.
concl. tit. de emt. concl. 1. num. 57. ¶] sive venierit res mobilis sive immo- 6
bilis; (5303) *1. 2. C. h. ibique. Arum. D. 1. th. 8. Harpr. ad §. f. I. h. num. 107.*
& c. Carpz. 2. c. 34. d. 8. num. 2. vid. Tuldæn. in C. h. num. 1. (5304) præsens
seu futura; modo læsio æstimetur ex communi valore, qui fuit tempo-
re contractus, (5305) *Barbos. ad 2. C. h. num. 8. 43. Scacc. de commerc. §. 1.*
quæst. 7. p. 2. ampl. 10. num. 5. vid. Gail. 2. O. 8. num. 4. in f. etiam hereditas 7
delata. (5306) *Diff. Sand. lib. 3. decis. Frisic. t. 4. def. 15. ¶ Maynard. lib. 3.*
decis. 63. NISI venditio facta sit sub hasta: (5307) [*Differt. Arum. d. D.* 8
3. th. 18. fere in fin. Harpr. ad d. §. f. I. de emt. & vend. 139. & c. Treutlerus
lib. 3. tit. de emt. resol. 3. num. 4. Barbos. ad d. l. 2. num. 9. C. h. Carpz. p. 2. c.
34. d. 13.] *arg. 33. pr. ad Leg. Aquil. 1. §. 16. ad SC. Trebell. 19. §. f. de m. c. do-*
nat. ult. C. si propter publ. pensit. vid. 5. C. de fid. & jur. hast. fiscal. 2. C. d. re-
miss. pignor. Carpz. lib. 4. respons. 1. ¶. Berlich. p. 1. dec. 126. ¶ Tulden. in C.
h. n. 11. Tabor. de fid. & jur. hast. th. 31. obs. 16. C. h. p. ff. h. t. d. Tab. d. l. thap.
nisi fraus licitatoris intervenisse probetur. (5308) *Tabor. d. l. th. 30. Carpz.*
d. R. ¶. Escke. 2. dec. 99. n. 100. Zas. in l. h. num. 15. vid. Post. de subhast. insp.
49. In venditione rerum, quæ legale habent pretium, (5309) agit ille, in 9
cujus

1 *An tamen competit hoc Remedium contra Tertium, si alienatio facta sit in fraudem venditoris?* ℞. Affir. tum enim succurritur venditori ex *Edicto*, de his, quæ in fraudem creditorum gesta fuerunt, *l. 1. ff. quæ in fraud. cred.* & quidem secundum illius Edicti vim & naturam ita, ut distingv. inter titulum lucrativum & onerosum, & an venditor fraudis particeps sit, vel non. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 32. in fin.*

2 *In quo contractu hæc enormis læsionis Querela præcipue locum habet?* ℞. In Emtione & Venditione, de hac enim Imperatores expresse loquuntur in *l. 2. C. h. t.*

3 *An autem hæc Querela in Emtione & Venditione locum habet, etiamsi in stipulationem sit deducta?* ℞. Affir. stipulatio enim non plane perimit priorem contractum, & ipsa primordialis causa, ex qua stipulatio interponitur, inspicienda est, Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 33.*

4 *An quoque locum habet hæc Querela, licet Emtio Venditio Actis publicis sit insinuata, aut prævio Judicis Decreto permissa?* ℞. Affir solet enim Decretum eum in finem tantum intercedere, ut cognoscatur de necessitate alienationis, non vero de justitia pretii pro re vendenda.

5 *An idem dicendum, si emtio jam contracta ad petitionem partium simpliciter fuerit confirmata, nulla, vel non de ipsa rei æstimatione, sed super alia circumstantia, causa cognitione interveniente?* ℞. Affir.

6 *An hæc Querela locum habet, sive venierit res mobilis, sive immobilis, præsens seu futura?* ℞. Affir. modo hoc ultimo casu læsio æstimetur ex communi valore, qui fuit tempore contractus.

7 *An hæc Querela etiam locum habet, si hereditas delata venierit?* ℞. Affir. quia etiam in hujus emtione emtor læsus esse potest.

8 *An quoque locum habet hæc Querela, si venditio facta sit sub hasta?* ℞. Neg. quia talis venditio perpetuam firmitatem habere dicitur in *l. ult. C. si propt. publ. pens.* Nisi fraus licitatoris intervenisse probetur.

9 *Quis in venditione rerum, quæ legale ha. Legibus definitum habent pretium, agit?* ℞. Ille, in cujus favorem pretium constitutum est, & quidem propter omnem excessum, etiam infra dimidium.

cujus favorem pretium constitutum est, propter omnem excessum, etiam infra dimidium. (5310) *Vid. Martin. de jur. cens. c. 8. num. 92. Barbos. ad 2. C. h. num. 103. vid. sup. tit. de contrah. emt. pag. 306.* Si plures res uno contractu, (5311) quamvis certo pretio in singula (5312) capita constituto, fuerint venditæ, ob læsionem etiam enormem, quæ in uno vel altero capite accidit, hæc querela non admittitur, (5313) *Barbos. ad 2. C. h. num. 61.* 1

* & aliis contractibus tam stricti juris, d. 2
(5314) ¶¶. *Pinell. ad 2. C. p. 1. c. 3. num. 7. 8. Rath. de rescind. vend. assert. 114. num. 1.* ¶. *Bachov. Vol. 2. Disp. 2. thes. 11. lit. c.* ¶. *Dissent. Tulden. in C. h. num. 4. Arumae. ad 2. C. h. D. 3. thes. 20. C. J. A. h. thes 7. num. 1. Hahn. ad Wesenb. h. num. 6. in. 5. in f.* quam bonæ fidei: *Pinell d. l. num. 3. 4.* ¶. *Harprecht. ad §. fin. I. de emt. vend. n. 137 & 156. Vinn. lib. 1. quæst. 57.* ¶. *Tulden. h. num. 4. Barbos. ad 2. C. num. 4 & 6. Trentacinq. lib. 3. tit. de emt. Res. 3. num. 1.* ¶. *Merend. lib. 1. cap. 34. num. 2. &c.* v. gr. Locatione, Conductione, *vid. supr. h. 1. S. Bachov. Vol. 2. Disp. 2. th. 11. lit. a.* Permutatione, *arg. §. de rer. permut. 19. §. 5. de ædil. edict. Arumae. ad 2. C. h. D. 2. th. 3. Harprecht. d. l. num. 147. &c. Richter. 2. dec. 99. num. 44.* In solutum datione, *arg. §. quib. ex caus. in possess. eatur. 4. C. de evict. Richter. 2. dec. 99. num. 49.* ¶. *Hahn. ad Wes. h. num. 6.* ¶. *Bachov. Vol. 2. Disp. 2. th. 11. l. d. Trentacinq. 3. tit. de Emt. Res. 3. num. 13. vid. C. I. A. h. th. 7. num. 3. Harprecht. ad d. §. num. 224. &c. vid. etiam Carpzov. p. 2. c. 34. d. 11.* 3
Hereditatis divisione, (5315) ¶. *Carpzov. p. 2. c. 34. def. 11. Richter. 2. dec. 99. num. 45. Arum. ad 2. C. h. D. 2. th. 14. Trentacinq. d. Res. 3. num. 2. Harprecht. ad d. §. fin. num. 151. &c. vid. tamen supr. tit. fam. herc. pag. 151. in med.* 4
Dotis æstimatione, (5316) & dotalitii constitutione, *Arumae. ad 2. C. h. Disp. 3. thes. 17. Carpzov.* (5317) *p. 2. c. 34. def. 24. Pistor. obs. 104. num. 2. &c.* ¶. *Richter. p. 2. dec. 99. num. 50. &c.* ¶. [ubi tamen alii etiam ob leviorem læsionem conjugibus querelam concedunt. (5318) *Pinell. ad 2. C. h. p. 1. c. 1. num. 10. &c. Merend. lib. 1 c. 35. Cujac. 17. obs. 1. Fachin. 2. c. 19. Barbos. ad d. l. 2. num. 102. Mastert. in varr. tr. h. quæst. 12. Gerhard. decad. 15. quæst. 10. per l. 6. §. 2. & l. 12. §. 1. de jur. dot.*] Emphyteuticario contractu; [*vid. Dissent. Fachin. 2. c. 22. Arum. ad 2. C. h. D. 3. th. 16. Molin. de J. & J. tr. 2. D. 452. num. 3. &c.*] [modo hoc inter partes actum sit, ut canon præstetur, non solum in recognitionem domini, sed etiam in compensationem fructuum: (5319) ¶¶. *Barbos. ad 2. C. h. num. 31. vid.* 5

1 *Si plures res uno contractu, certo pretio in singula capita constituto, fuerint venditæ, an ob læsionem enormem, quæ in uno vel altero capite accidit, hæc Querela admittitur?*

℞. Neg. damnum enim, quod in uno patitur emtor, cum lucro, quod in ceteris percipit, compensare debet.

2 *An hæc Querela obtinet etiam in aliis contractibus, tam stricti juris, quam bonæ fidei?*

℞. Affir. Etsi enim Imperatores in *l. 2. C. h. t.* de emtione & venditione tantum loquantur; attamen, ob rationis identitatem, & summam hujus querelæ æquitatem, ipsa recte quoque porrigitur ad alios similes contractus, in quibus utrinque aliquid est præstandum, & læsionis consideratio locum habet.

Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 39*

3 *Ergone locum habet in Locatione & Conductione, in Permutatione, & in solutum Datione?* Affir.

4 *An & in hereditatis Divisione?* ℞. Affir.

5 *An in dotis Æstimatione, & dotalitii Constitutione?* ℞. Affir. quamvis alii in hac dotis æstimatione, etiam ob leviorem læsionem, conjugibus querelam competere, non sine ratione, doceant.

6 *Quando vero in contractu emphyteuticario hæc Querela locum invenit?* ℞. Si hoc inter partes actum sit, ut canon præstetur non solum in recognitionem dominii, sed etiam in compensationem fructuum.

vid. Pinell. ad 2. C. h. p. 1. c. 3. in f. vid. Barbos. Vol. 2. Disp. 2. th. 12. lit. e. Vid.
omnino Merend. 1. c. 42. num. 15. &c. alias enim locum non habet, si canon 1
secundum naturam contractus tantum solvatur, in recognitionem do-
mini; (5320) *Valasc. de jur. emphyteut. quæst. 1. num. 10. 11. Harpr. ad Jul.*
Clar. §. emphyteus. quæst. 3. num. 10. & seq. Harpr. ad § 3. I. de locat. conduct.
Gail. 2. obs. 23. num. 25. Bach. d. l.] *NON* etiam in Contractu feudali, si 2
propriam naturam retineat, (5321) *arg. c. un. 1. F. 27. c. un. 2. F. 13. Bach.*
Vol. 2. Disp. 2. th. 12. lit. e. in f. Vid. tamen Pinell. ad 2. C. h. p. 1. c. 4. num. 2.
Aruma ad d. l. 2. Disp. 3. th. 16. Merend. 1. c. 35. num. 7. &c. Barbos. ad d. l. 2.
num. 29 & 30. nec in Commodato, Mandato, & Deposito, (5322) *Bar-* 3
bos. ad d. l. 2. num. 7. C. I. A. h. th. 7. num. 2. Pinell. ad d. l. 2. p. 1. c. 3. num. 4.
nec in transactione: (5323) *arg. 19. 23. C. de transact. 56. de re jud. 78. §. fin.* 4
ad SCt. Trebell. 65. §. 1. de cond. indeb. 6. C. de jur. & fact. ignor. arg. 20. C. de
transact. junct. 4. C. de judic. Gail. lib. 2. obs. 70. ¶. Tulden. in C. h. num. 6.
Vinn. lib. 1. quæst. ult. Aruma. ad 2. C. h. Disp. 3. thes. 21. Harpr. ad §. f. I. de
emt. num. 165. &c. Dissent. Mastert. in tract. tr. h. t. quæst 11. & alii plurimi
citati a Barbos. ad 2. C. h. num. 36. item Trentacinq. lib. 3. tit. d. emt. resol. 3.
num. 7. Carpz. p. 2. c. 34. d. 1. vide tamen (5324) *part. 2. constit. Elect. Sax.*
34. Würtenb. Landr. *p. 2. t. 22. §. ult. 161. Besold. th. 141. Carpz. ad d. const.*
34. defin. 1. &c. Vid. Richt. 2. dec. 59. num. 54. &c. Grav. 2. concl. 70. Mynſ. 1.
obs. 33 & 6. obs. 91. n. 7. &c.

O Datur alternative vel ad supplementum ejus, quod læso secundum 5
justitiam debetur, vel ad negotium rescindendum: *2. C. h. Bach. Vol. 2.*
Disp. 2. th. 10. lit. b. in fin. vers. defendi plane. Pinell. ad 2. C. h. p. 3. c. 3. num. 1.
9. ¶¶. C. I. A. h. th. 12. num. 2. Diss. Rath. tract. de resc. vend. assert. 120. quæ 6
alternative peti debent, (5325) *Barbos. ad 2. C. h. num. 80. Richt. 2. dec. 59.*
num. 163. &c. Vid. Merend. 1. c. 42. num. 10. &c. [quamvis hic quoque in- 7
epta petitio vi clausulæ salutaris sustineatur, (5326) *Sand. lib. 3. t. 4. d. 12.*
¶. Vid. Manl. d. emt. & vend. tit. 12. num. 63. &c.] Reus autem eligit, (5327) 8
an læsionem resarcire, an vero acceptum reddere & sic contractum re-
scindi velit; *2. 8. C. h. c. 3. & pen. X de emt. vend. Vid. Richter. d. l. num. 198.*
&c. Carpzov. 2. c. 2. d. 8. & p. 2. c. 34. d. 7. ¶. Barbos. ad 2. C. h. num. 69. &c.
Rath. assert. 115 & 116. etiam post sententiam & in ipsa executione; *c. 3. 6.*
8. de F. & V. Barbos. Vol. 2. Disp. 2. th. 10. lit. b. in f. nam judex quoque 9
alternative reum condemnare debet. *Manl. de E. V. tit. 12. n. 65.*

Itaque si elegerit * læsionem resarcire * emtor, tum debet inte- EE 10
grum

1 *An ergo in hoc ista Querela locum non habet, si canon secundum naturam contractus tantum solvatur in recognitionem dominii, & non in fructuum compensationem?* ℞. Non habet locum, h. e. dominus rei emphyteuticariæ, licet emphyteuticarius modicum canonem promiserit, de læsione queri non potest. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 42.*

2 *An vero hac Querela locum etiam habet in contractu feudali, si propriam naturam retinet?* ℞. Neg.

3 *Num in commodato, mandato & deposito locum invenit hac Querela?* ℞. Neg.

4 *An nec in Transactione locum habet?* ℞. Locum non habet. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 45*

5 *Ad quid datur hac Querela?* ℞. Datur alternative vel ad supplementum ejus, quod læso secundum justitiam debetur, vel ad negotium rescindendum.

6 *An ergo hac duo alternative peti debent?* ℞. Affir. sc. ut negotium ad æqualitatem redigatur, vel in totum rescindatur.

7 *An tamen inepta petitio vi clausulæ salutaris hic sustinetur?* ℞. Affir.

8 *Num vero reus eligere potest, an læsionem resarcire, an vero acceptum reddere velit?* ℞. Affir. & quidem etiam post sententiam & in ipsa executione: Reus enim hic est debitor, cujus in alternativis electio est.

9 *An Judex reum quoque alternative condemnare debet?* ℞. Affirm. quia secundum petitum Libelli a Judice est pronunciandum; hoc autem in hac Actione alternative est conceptum.

10 *Si itaque emtor elegerit læsionem resarcire, quid præstare debet?* ℞. Debet integrum rei verum pretium supplere. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 49.*

1 *Quid*

grum rei verum pretium supplere: (5328) *arg. 2. C h. Arumæ. ad 2. C. h. D. 4. th. 25. Maynard l 3. dec 64 Bachov. Vol 1 Disp. 2. th. 10. lit. f Carpz. p. 2. c. 34. def. 7. num. 9. 10. Mynf. 4. obs. 73. n. 6 h.ic. de resc. vend. assert. 118. vid. Zoes. in tit. h. n. 29. Molin. de I. & I. tr. 2. d. 349 n. 3.*

* venditor, tum debet re- f. 1
stituere omne id, quod ultra justum (5329) pretium accepit: (5330) *dd. D. d. dd. ll.* Usuræ illius pretii (5331) non debentur. (5332) *Vid. Sand. lib.* 2
3. tit 4. d. 14. ¶. Gutierrez. lib. 2 pract. quæst. 135. num. 3. Manl. de emt. & vend. t. 12. num. 67.

* rem restituere * emtor, (5333) tum rescinditur e.O 3
contractus ex nunc, (5334) *c 3. X. de emt & vend. Zoes. h. num. 32. Gutierrez. de Gabell. quæst. 12. num. 4.* & venditor pretium, sed sine usuris, nisi postea in ejus solutione moram admiserit. *Molin. de I & I tr. 2. d. 349. n. 2. 11 Diff. Richter. 2. d 99. num 214.* emtor vero rem restituit, *2. C. h.* fructus autem interim tanquam ex re sua perceptos retinet, (5335) *Vid. 2. C de pact. inter emt. & vend. f § 4. quæ in fraud. cred. Mynf. 4. obs 73. n. 8. ¶¶. Sand. lib. 3 dec. Fris. tit. 4. def. 13. in f. ¶ Bonacin. de contract & restit Disp. 3. quæst. 2 punct. 7. §. 2. num. 9. Merend. lib. 1. c. 46. Gutierrez. lib. 2. pract quæst. 134. ¶. Fachin. 2. c. 24. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 349. num. 12. Diff. Richter 2. dec. 99. num. 200. &c. & alii citati a Barbos. ad l. 2. C. h. num. 81. per l. 1. C si major. fact. alien. rat. 173. § 1. d. R. I 38. § 4. de usur. 16. de in diem addict. 5. de L. comm. 23. § 1. de adil. edict. 24. § 4. de minor. l. 26. § 1. de inoffic. test.* expensas quoque in perpetuam rei utilitatem b. f. factas, deducit. (5336) *arg. 39. § 1 de minor Richter. 2. dec. 99. num. 213. Zoes. h. n. 31. Arumæ. ad 2. C. h. D. 4. th. 26. Manl. de emt vend. tit. 12. num 68.*
Hypotheca vel aliud jus ab emtore interim in re illa constitutum, hoc 4
in casu non resolvitur. (5337) *ved. 43. § 8. de adil. edict.* hoc tamen casu 5
venditor petit, ut emtor rem liberam (5338) restituat, aut eo nomine
caveat; *arg. 43. § 8. & 21. § 1. de adil. edict.* quorum neutrum si emtor 6
facere velit aut possit, eligendi facultatem amittet, & pretium præcise supplere tenebitur. *Bachov. de pign. lib. 5. c. 15. num 5. ad Tr Vol. 2. Disp. 1. thes 2. lit. c. Merend. lib. 1. c. 45. Zoes. h. num. 33. obst. 31. de pign. 4. §. 3. de in diem addict Diffent. Richter. 2. dec. 99. num. 211. &c. Fachin. 2. c. 23. Arumæ. ad 2 C. h. Disp. 4. th. 25. & citati a Barbos. ad d. 2. C. h. n. 95.*

* venditor, tum tenetur resti- g. 7
tuere omne acceptum pretium, sed ante moram sine usuris: (5339) *Molin. de I. & I tr 2. D. 349. num. 11.* Emtor vero rem restituat sine fructibus, (5340) *arg. 29. § 2. de adil. edict. & arg. eorum, quæ modo dicta*

sunt

1 *Quid vero præstare debet venditor, si læsionem resarcire elegerit?* ℞. Debet restituere omne id, quod ultra justum pretium accepit.

2 *An etiam usuræ illius pretii debentur?* ℞. Neg. *vid.* Lauterb. *d. l. §. 49. in fin.*

3 *Quid vero obtinet, si rem restituere emtor elegerit?* ℞. Tum rescinditur contractus ex nunc, (*rescissio enim ex tunc habet in se fictionem, quæ sine Juris dispositione non admittenda*) & venditor pretium, sed sine usuris, nisi postea in ejus solutione moram admiserit; emtor vero rem restituit; fructus autem interim, tanquam ex re sua perceptos retinet, expensas quoque, in perpetuam rei utilitatem b. f. factas, deducit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 50.*

4 *An verò etiam hypotheca, vel aliud Jus, ab emtore interim in re illa constitutum, & alteri acquisitum hoc in casu resolvitur?* ℞. Neg. quia Jus, creditori recte constitutum ab eo, qui rei plene dominus fuit, eamque ex contractu pure, nulla addita conditione, accepit, cujus etiam jus a tertio non dependet, restitutione postea secuta, citra injuriam auferri nequit. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 51.*

5 *Quid tamen venditor hoc casu petere potest?* ℞. Ut emtor rem liberam restituat, aut eo nomine caveat.

6 *Quid vero obtinebit, si emtor neutrum facere velit aut possit?* ℞. Tum eligendi facultatem amittet, & pretium præcise supplere tenebitur.

7 *Quid autem Juris, si, emtore læso agente, venditor pretium restituere eligat?* ℞. Tum venditor tenetur restituere omne pretium acceptum, sed ante moram sine usuris: emtor vero hoc casu rem restituere compellitur, sed etiam sine fructibus.

 1 *Quæ*

sunt de emtore. Dissent. Pinell. ad 2. C. h. p. 2. c. 4. n. 28. Gutierrez. lib. 2. pract. quæst. 134. n. 3. Zas. in w. h. n. 32. in f. Maul. de emt. vend. tit. 12. num. 67. vers. est & illud. & quidem deductis impensis in perpetuam rei utilitatem b. f. factis: (5341) *Pinell. ad 2. C. h. p. 2. c. 3. num. 31. Maul. de emt. & vend. tit. 12. num. 70.* 1
Hypotheca ab emtore medio tempore constituta hic quoque durat. (5342) *Vid. Maul. d. tit. n. 71.* 2

Contractu ex hac causa rescisso, gabella pro contractu soluta a fisco non repetitur; (5343) *Fr. de Laudem. c. 14. num. 178. Molin. de I. & I. tr. 2. d. 349. n. 7. Maul. d. l. n. 73. vers. Nam quicquid. Gutierrez. de gabellis, quæst. 12. n. 3.* 3
etiamsi pro quantitate pretii excessivi sit soluta, *Gutierrez. d. c. n. 7. vid. tamen Molin. d. D. 349. n. 9.* 4
nec a lædente, (5344) 5
ut nec olim expensæ, si b. f. contraxit: *arg. 2. C. h. [vid. ibi Pinell p. 2. c. 3. n. 38. ¶.] Molin. de I. & I. tr. 2. D. 149. n. 10 & 11. Gutierrez. de gabell quæst. 12. n. 5 & 6. Dissent. Pinell. d. l. n. 38. Fr. de Laudem. c. 14. n. 208. &c. Maul. de Emt. & Vend. t. 12. num. 73. per 27. de ædil. edict.* 6
De Laudemio an hoc casu debeatur, an vero a domino repeti possit. (5345) *vid. Fr. d. c. 14. num. 190. &c.* 7

V Hæc querela per modum actionis instituitur in foro domicilii, non rei sitæ, (5346) *Arumæ. ad 2. C. h. D. 4. th. 31. Richter. 2. dec. 99. n. 179. &c.* 8
& ventilatur non in processu summario, sed ordinario. (5347) *Carpz. 2. c. 34. def. 5. ¶. Richt. d. dec. 99. n. 177. &c. ¶.* 9

O *EXCLUDUNT* hanc querelam [1] specialis ejusdem *RENUNCIATIO*: (5348) *arg. p. C. de pact. 14. §. 9. de ædil. edict Carpz. p. 2. c. 34. def. 2. ¶. Richter. 2. dec. 99. num. 98. ¶. Fr. lib. 2. Res. 4. num. 37. ¶ Arumæ. ad 2. C. h. D. 3. th. 23. Harpr. ad §. f. I. de emt. vend. num. 124. &c. Barbos. in d. l. 2. num. 64. &c. vid. tamen Merend. 1. c. 39. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 349. num. 16.* 10
[generalis non sufficit; (5349) *v. f. §. 3. de condict. indeb. arg. 19. vers. cæterum. de inoffic. testam. Carpzov. Arum. Harpr. num. 120. &c. Richter. num. 85. &c. Barbos. num. 67. dd. ¶.*] 11
[2] *JURAMENTUM* majoris, quo se contractum servaturum juravit, (5350) *vid. 77. § 23. de leg. 2. arg. 1. & seq. Aut. Sacramenta. C. si advers. vend. Constitut. Elect. Saxon. 35. p. 2. ibi: Carpzov. def. 1. Fr. 2. Res. 4. n. 24. 25 31. &c. ¶. Bachov. Vol. 2. Disp. 2. th. 11. lit. c. verb. Hæc & illud. ¶. Barbos. ad 2. C. h. n. 125 Richter. 2. dec. 99. num. 77. &c. ¶* 12
idem est, si confirmetur bey Fürstl. Ehren. *num. 83. ¶ vid. tamen Barschamp. de clausul. cap. 31. §. 2. &c. vid. Dissent. apud* 13

Fach.

1 *Quas vero impensas tum emtor deducere potest?* ℞. Impensas in perpetuam rei utilitatem b. f. factas.

2 *An autem hypotheca, ab emtore medio tempore constituta, hic quoque durat & subsistit?* ℞. Affir. *vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 54.*

3 *An, contractu ex hac causa rescisso, gabella, pro contractu soluta, a Fisco repeti potest?* ℞. Neg.

4 *An nec repeti potest gabella, etiamsi pro quantitate pretii excessivi sit soluta?* ℞. Non potest.

5 *An vero læsus a lædente gabellam & alias expensas repetere potest?* ℞. Non potest.

6 *An tamen hic requiritur, ut lædens b. f. contraxerit?* ℞. Affir.

7 *An laudemium hoc casu debetur, an vero a domino repeti potest?* ℞. De hoc vid. Franzk. *de Laudem. c. 14. n. 180.*

8 *Quonam in foro hæc Querela per modum actionis & conventionis instituitur?* ℞. In foro domicilii, non in loco rei sitæ.

9 *Quali autem in processu ventilatur?* ℞. Non in processu summario, sed ordinario; quod vel exinde patet, quia probatio læsionis ultra dimidium omnium difficillima, & hinc plenissime tractanda.

10 *An hanc Querelam impedit & excludit (1) specialis ejusdem Renunciatio?* ℞. Affir.

11 *An generalis renunciatio hanc Querelam quoque impedit & excludit?* ℞. Neg.

12 *An hanc Querelam impedit & excludit (2) Juramentum majoris, quo se contractum servaturum, eundem non impugnaturum, vel ei non contraventurum juravit?* ℞. Affir. Quodcunque enim juramentum non vergit in dispendium æternæ salutis, nec redundat in alterius præjudicium, id servandum. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 58.*

13 *An quoque excluditur hæc Querela, si contractus confirmatur* bey Fürstl. Ehren? ℞. Affir. in personis enim illustribus hæc formula loco juramenti est.

Fach. 2. c. 17. Merend. 1. c. 40. Harpr. ad §. fin. I. de emt. num. 121. &c. Inde 1
hoc casu neque aliud pretium, quam quod in contractu definitum est,
petere potest; (5351) *Barbos. d. l. verb. adeo, ut ne quidem. Barbos. ad d. l.
2. num. 129.* nisi læsio sit enormissima; [de quo judex cognoscit, (5352)
vid. Mynsinger. de ratioc. administr. compat. 6. num. 4. &c.] non enim præsu-
mitur jurantem de hoc casu cogitasse. *Fr. 1. Ref. 4. num. 25 & 31 ¶. Bar-
bos. ad 2. C. h. num. 130. ubi plures citat. vid. Carpzov. p. 2. c. 35. def. 1.* Mi- 2
noris juramentum corporale excludit quidem remedia ratione ætatis
competentia, (5353) *1. & seq. Auth. Sacramenta. C. si advers. vendit.* sed
non hanc querelam, nisi juraverit, quod nec ratione ætatis, (5354) nec
alio quocunque modo contractum impugnare velit. *Fr. 2. Ref. 4. num.
43. &c. Barbos. ad d. l. 2. num. 131. vid. supr. tit. de minor. ⊃. num. 4.*
[3] *PRÆSCRIPTIO* XXX annorum. (5355) *Arg. 3 & 4. C. de 30 ann. 3
præscript. Pinell. ad 2. C. h. p. 2. c. 1. num. 26. ¶ Arumæ. ad d. l. D. 4. th. ult.
Richter. 2. dec. 99. num. 119 & 129. seq. ¶. Sand. lib. 3. t. 4. defin. 11. ¶.* Ju- 4
re Saxon. 30 annis; anno & die, *Richter. d. l.* Wurtembergico, 10 5
annis, Würtemb. Landr. *p. 2. t. 14. pr.* apud Lusitanos 15, apud Gallos 6,7
10, apud Hispanos 4 annis, *Pinell. d. l. Arum. d. l.* adeo, ut post hæc 8
neque per modum exceptionis opponi possit, (5356) per *9. §. 4. de jure- 9
jur. Gutierrez. 2. pract. quæst. 143. Besold. ad Jus Prov. Würtemb. Disput. 2.
thes. 66.* ob enormissimam læsionem hæc querela promiscue (5357) de- 10
tur ad trigínta annos, ¶. *Barbos. ad leg. 2. C. h. num. 123. Mynsinger. de ratio-
cin. administr. compat. 6. pr. Besold. d. l. th. 67.* de contractibus, qui ha- 11
bent causam & læsionem successivam, (5358) *vid. Pinell. d. c. 1. num. 29.
Barbos. ad 2. C. h. num. 120.* [4] *NON* etiam consensus geminatus & rei- 12
teratus. (5359) [*Diss. Richter. 2. dec. 99. num. 55. &c. ¶. vid. Pruckmann. 1.
cons. 50.*] *arg. 2. C. h. Merend. 1. cap. 35. n. 5. Barbos. h. n. 58.* Multum ta-
men hic relinquendum arbitrio judicis. *Vid. Pruckmann. d. cons. 50. num.
436. &c.*

QUANDO LICEAT AB EMTIONE RECEDERE.

Emtione perfecta, neuter [*h. e. neque emtor, neque venditor*] potest al- 13
tero invito, (5360) a contractu discedere; etiamsi duplum offerat: (5361) 14
4. C. h. aut adversarius ex sua parte contractum non impleverit: (5362) 15
14. C. h. abst. 6. C. de pact. int. emt. & vend. vid. *Bach. 1. D. 30. th. 5. & ad W. h.
tit. f.* Mutuo vero dissensu recedere possunt; (5363) *3. 5. §. 1. h. 58. de 16
pact.*

1 *Si major juravit, se contractum servaturum, & eundem non impugnaturum, an postea aliud pretium, quam quod in contractu definitum est, petere potest?* Rt. Non potest, nisi læsio sit enormissima, de quo Judex cognoscit; non enim præsumitur, jurantem de hoc casu cogitasse.

2 *An vero minoris juramentum corporale hanc Querelam impedit & excludit?* Rt. Hoc juramentum corporale excludit quidem remedia, ratione ætatis competentia, sed non hanc Querelam, nisi juraverit, quod nec ratione ætatis, nec alio quocunque modo contractum impugnare velit.

3 *An hanc querelam impedit & excludit (3) Præscriptio XXX annorum?* Rt. Affir.

4 *Sed, quanto temporis spatio* Jure Saxonico *huic Querelæ præscribitur?* Rt. Triginta annis, anno & die.

5 *Quot annis Jure Würtembergico?* Rt. Decem annis.

6 *Quot annis apud Lusitanos?* Rt. Quindecim annis.

7 *Quot annis apud Gallos?* Rt. Decem.

8 *Quot annis apud Hispanos?* Rt. Quatuor.

9 *An vero post hæc tempora hæc Querela ne quidem per modum exceptionis opponi potest?* Rt. Non potest.

10 *Ob quam autem læsionem hæc Querela* promiscue *ad triginta annos durat?* Rt. Ob læsionem enormissimam.

11 *De quibus vero contractibus hoc tantum est intelligendum?* Rt. De contractibus, qui habent causam & læsionem successivam.

12 *An vero (4) consensus geminatus & reiteratus hanc Querelam impedit & excludit?* Rt. Neg. multum tamen hic relinquendum arbitrio Judicis, qui præsertim considerare debet, utrum reiteratio consensus post compertam læsionem contigerit: sic enim læsus per novum consensum renunciasse censetur læsioni. *Stryk. h.* add. Lauterb. *d. l. §. 61.*

13 *An emtione perfecta, alter, altero invito, a contractu discedere potest?* Rt. Neg. cum, contractu perfecto, alteri statim Jus est quæsitum, quod ipsi invito auferri non potest.

14 *Annon vero alter, altero invito, a contractu discedere potest, si duplum offerat?* Rt. Neg.

15 *An tamen alter a contractu discedere potest, si adversarius ex sua parte contractum non impleverit?* Rt. Neg.

16 *Num vero mutuo dissensu a perfecta emtione contrahentes recedere possunt?* Rt. Affir.

poſt pr. de ſolut. 1. C. quand. liceat ab emt. recedere. ∫ fin. I. quib. mod. toll. oblig. modo res ſit integra, (5364) aut in priorem ſtatum reſtituta: *diſt. ll.* licet fidejuſſor, pignus & arrha acceſſerit, (5365) *3. h. 2. C. quand. liceat ab emt. reced. ubi Tuld. & Perez.* 1 2

DE PERICULO ET COMMODO REI VENDITÆ (5366) XVIII. 6.

EMtione * *PERFECTA*, [h. e. quoad hanc materiam, (5367) ubi contrahentes ſimpliciter, ſine conditione conſtitutiva, de re & pretio conſenſerunt, ſimulque conſtat, quid, quale, quantum veneat; *8 pr. h. ∫ 3 I. de emt. vend.* etiamſi res nondum ſit tradita, *d. ∫. 3. Fr. h. num. 5. vid. Molin. de I. & I. tr. 2 D. 366 n. 19.* aut dies ſolutioni aut traditioni præfinitus nondum ceſſerit. (5368) *Zoeſ. h. n. 1. Bach. 6. n. 6. lit. c. ubi rejicit Weſ. diſtinctionem, quam ſequitur Perez. in C. h. n. 6. Maul. de emt. t. 8. verſ. ſed quid. Meſtert. vart. tr. h. q. 4 n. 6.*] regulariter ad emtorem pertinet deteriorationis, amiſſionis & interitus [*vid. Fr. h. n. 3*] periculum: *∫. 3. I. de emt. & vend. 7. pr. 8. in. h. 1. 4. 5 & 6. C. h. 35. ∫. 4. de contrah. emt. 10. ∫. 9. 10. quod vi aut clam.* ut & commodum: *∫. 3. I. de emt. 7. ∫. 1. C. h. 9. de evict. vid. 13. ∫. 14. de act. emt. Fr. h. num. 4. de quibus in tit. ſeq.* venditor autem, licet rei, nondum traditæ, dominus ſit, (5369) *∫. 3. I. de emt. vend.* liberatur caſuali interitu rei in ſpecie debitæ, (5370) *23. de V. O.* pretiumque retinet vel exigit, *∫. 3. I. de emt. 5. C. h. arg. 34. ∫. 6. ff. de contrah. emt.* perinde ac ſi rem tradidiſſet. *5. ∫. fin. de reſc. vend. Carpz. 2. c. 26. defin. 20. ℣ Huber. ad tit. W. h. n. 1. ℣ obſt.* (5371) *33. locat. 11. 14. ∫. 1. h. vid. Fr. h. num. 14. & ſeq. & de evict. n. 774. Bach. de contr. emt. aſſ. 55. Perez. in C. h. num. 3. Boſ. ad 7 h. Diſſ.* (5372) *Cujac. tr. 8. ad African. in d. l. 33. locat. Noortw. ad d. ∫ 3 I. de emt. Vultej. ad pr. l. d. 2 n. 71.* [quatenus hoc circa immobilia ſtatutis limitatum ſit; *vid.* (5373) Würtemb. Landr. *p. 2 t. 9 ∫* Da aber liegende. *Vinn. & Groenew. ad ∫. 3. I. de emt. num. 9.*] A 3 4 5 6 7

Etiamſi conditio reſolutiva venditioni ſit addita, *22. ∫. 1. de P. V. 2. 3. de in diem addict. 2. de Leg. Commiſſ. Burg. de peric. & cuſp. c. 7 n. 9. & ſeq.* aut venditor rem venditam iterum alteri vendiderit, & pretium acceperit, (5374) *21. de hered. vel act. vend. vid. Tuldan. in C. h. num. 3* aut res fungibiles, ad corpus & per averſionem, uno pretio in univerſum conſtituto, venditæ fuerint, verbi gratia vinum, quod eſt in illa cella &c. überhaupt im Bauſch, *2. ∫. 1. 4. ∫. 1. 15. ff. h. 2. C. h. 35. ∫. 5. & ſeq. l. 62. ∫. fin. ff. de contrah. emt. Carpzov. p. 2. c. 26. def. 13. num. 7. Fr. h.* 8 9 10

num. 8

1 *An tamen hoc casu res integra esse debet, aut in priorem statum restituta?* ℞. Affir.

2 *An quoque mutuo dissensu a perfecta emtione recedere possunt, licet fidejussor, pignus vel arrha accesserit?* ℞. Affir.

3 *Quid est emtio perfecta, quoad hanc præsentis tituli materiam?* ℞. Ubi contrahentes simpliciter, sine conditione constitutiva, de re & pretio consenserunt, simulque constat, quid, quale, quantumque veneat, etiamsi res nondum sit tradita, aut dies solutioni aut traditioni præfinitus nondum cesserit.

4 *Ad quem autem, emtione perfecta, pertinet periculum deteriorationis, amissionis & interitus, ut & commodum?* ℞. Emtione perfecta hæc omnia regulariter ad emtorem pertinent.

5 *An ergo venditor liberatur casuali interitu rei, in specie debitæ?* ℞. Affir. Licet enim venditor adhuc sit rei venditæ & nondum traditæ dominus; quia tamen ejusdem quoque debitor est, & eandem emtori *in specie* debet, eapropter ipse casuali illius interitu liberatur, & res illa emtori tanquam ejus creditori, in effectu perit: debitor enim speciei, interitu speciei liberatur. Nec obst. Grot *de J. B. & P. l. 2. c. 12. n. 15.* ubi hoc commentum Juris Civilis esse tradit: sibi ipsi enim imputet emtor, si pretium non statim obtulerit, & rem petierit, sicque in venditorem propter moram periculum transtulerit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 2.*

6 *An etiam venditor post rei interitum pretium retinere vel exigere potest, perinde, ac si rem tradidisset?* ℞. Affir. cum enim, emtione perfecta, commodum rei venditæ statim, licet res nondum sit tradita, ad emtorem pertineat, iniquum esse non potest, ut eum etiam sequantur incommoda.

7 *Quatenus hoc circa immobilia Statutis limitatum est?* ℞. De hoc *vid.* Würtemb. Landr. Vinn. & Grœnew. *citt. ll.*

8 *An quoque venditor isto casuali interitu liberatur, licet conditio resolutiva venditioni sit addita?* ℞. Affir. hæc enim emtio est perfecta, quia pure consenserunt, & constat, quid, quale &c. nam statim negotium obligatorium esse voluerunt, & ut emtor rem habeat pro certo pretio emtam. Lauterb. *d. l. §. 4.*

9 *An item, si venditor rem venditam iterum alteri vendiderit, & pretium acceperit?* ℞. Affir.

10 *An item, si res fungibiles ad corpus & per aversionem, uno pretio in universum constituto, venditæ fuerint, v. g. vinum, quod est in illa cella, &c.* überhaupt im Pausch? ℞. Affir.

11 An

num. 8 & 11. Tuldem. in C. h. num. 7. aut si alius rem venditam jure προτιμήσεως retrahere desideret, & de eo lis duret; (5375) *Stacc. de Commerc. §. 1 quaest. 1. num. 478. vers. imo perit Tiraquell. de retract. lign. ad fin. tit. num. 31.* aut venditor rei traditae dominium sibi reservaverit, 1
(5376) donec pretium fuerit solutum; *arg. d.d. 8. vid. sup. de Leg. Commiss. pag. 313.* NISI [1] Venditoris dolus, lata (5377) vel levis (5378) 2
culpa casum praecesserit: *§. 3. I. de emt. 35. §. 4. de contrah. emt. 5. §. 2. commod. 23. de reg. jur. 36. de act. emt. Carpzov. 2. c. 26. d. 24. Fr. h. num. 9. obs. (5379) 3. h. vid. Fr. tit. de act. emt. num. 37. &c.* ut si venditor sciens 3
periculum, veluti vinum non duraturum, emtorem de eo certiorem non fecit. *15. h. vid. etiam l. 5. 17. h.* [2] Venditoris mora intervenerit; 4
(5380) *4. §. C. h. Carpzov. p. 2. c. 26. d. ult.* [ubi hoc etiam verum esse 5
existimat, licet res vendita eodem modo apud emtorem fuisset peritura, *de quo vid. Barbos. v. 2. D. 3. th. 9. lit. a. Molin. de I. & I. tr. 2. d. 366. n. 15.*]
nisi venditor per subsecutam oblationem moram iterum purgaverit. 6
(5381) Quandocunque enim uterque est in mora, (5382) posterior est damnosa; *17. h.* modo prior non fuerit dolosa, (5383) *51. §. 1. de act. emt. ibi Bartol. Perez. in C. h. num. 10. Hermes. ad tr. W. h. vid. Mada. ad tit. de act. emt. rubr. de mora. num 4. inf.* [3] Venditor periculum & casum 7
pacto in se receperit: (5384) *1. pr. h.* si vero solum custodiam promisit, 8
casum fortuitum recepisse non videtur, sed tantum plenam & exactissimam (5385) custodiam, *vid. sup. ad tit. Commod. pag. 227. Fr. h. num. 9. in f. Vinn. ad §. 3. I. de emt. num. 10. Perez. in C. h. num. 4. Maul. de emt. t. 8. vers. quinta exceptio.* [4] Res vendita perierit ex praecedente vitio; 9
(5386) *1. & ult. C. h. Perez. in C. h. num. 11. Barbos. ad d. l. 1. num. 11.* e. gr. si equus venditus intra triduum mortuus sit. (5387) *Ehrenstrauch. de judic. equestr. redhibit. lib. 1. c. 6. num. 27. Romerss. tr. de mater. equor. quaest. 27.* 10
Venditor tamen emtori cedere tenetur actiones, (5388) quas forte habet, furti, legis Aquiliae, &c. *§. 3. I. de emt. 14. pr. 80. de furt. 35. §. 4. de C. E. V. Vinn. ad d. §. 3. num. 11. in f. Fr. h. num. 19.* 11

* NONDUM PERFECTA, periculum regulariter ad venditorem pertinet. Sic pro imperfecta habetur (5389) quoad materiam periculi, si * [1] emtio in scriptis (5390) contrahatur, & scriptura nondum sit perfecta, *arg. 4. C. h. junct. pr. & §. 3. I. de emt. 17. C. de fid. instrum. Carpzov. p. 2. c. 26. d. 20. num. 2. Perez. in C. h. num. 5.* a. 12 b. 13

* [2] res vendita sub conditione constituta, (5391) ha- 14

1 *An item periculum manet emtoris, si alius rem venditam jure προτιμήσεως retrahere desideret, & de ea lis detur?* ℞. Affir.

2 *An item, etsi venditor rei traditæ dominium sibi reservaverit, donec pretium fuerit solutum?* ℞. Affir. nam in hoc casu emtio quoad essentiam & substantiam est perfecta, cum dominii translatio & pactum illud non ad perfectionem, sed implementum emtionis pertineat. *Vid.* Lauterb. *d. l. § 4.* ubi Carpz. *l. 1.* ℞. *108. n. 9. seqq.* dissentientem refutat.

3 *An vero prædicta regula fallit, & periculum venditoris est, (1) si venditoris dolus, lata & levis culpa casum præcesserit, ut: si venditor sciens periculum, veluti vinum non duraturum, emtorem de eo non certiorem fecit?* ℞. Affir. Interdum, tametsi emtoris mora intervenerit, dolum tantum venditori præstat. *Vid. cit. l. 5 & 17. π. h. t.*

4 *An (2) prædicta regula fallit, & periculum venditoris est, si venditoris mora intervenerit?* ℞. Affir.

5 *An vero ob moram hanc venditoris periculum rei venditæ ad venditorem pertinet, licet res vendita eodem modo apud emtorem peritura fuisset?* ℞. Affir. hoc enim inductum est in odium committentis moram, quæ periculum ejus facit, quod alioquin non esset.

6 *Num autem ad venditorem periculum pertinet, si per subsecutam oblationem moram iterum purgavit?* ℞. Neg. quandocunque enim uterque est in mora, posterior est damnosa, modo prior non fuerit dolosa.

7 *An (3) prædicta regula fallit, & periculum venditoris est, si venditor periculum & casum pacto in se receperit?* ℞. Affir.

8 *Si vero venditor solam custodiam promisit, an casum fortuitum recepisse videtur?* ℞. Neg.

9 *Qualem vero custodiam tum recepisse videtur?* ℞. Tantum plenam & exactissimam custodiam.

10 *An (4) prædicta regula fallit, & periculum venditoris est, si res vendita perierit ex præcedente vitio, e. g. si equus venditus intra triduum mortuus sit?* ℞. Affir. modo illud vitium tale sit, quod emtor ignoraverit. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 9.*

11 *An tamen venditor emtori tenetur cedere actiones, quas forte habet, si res perdita periculum emtoris est, e. g. furti, Legis Aquiliæ &c.?* ℞. Affir.

12 *Ad quem pertinet periculum, emtione nondum perfecta?* ℞. Regulariter ad venditorem; quia hoc casu nullum adhuc commodum ad emtorem spectat, ergo nec incommodum suscipere tenetur.

13 *Quæ autem emtio (1) pro imperfecta habetur, quoad materiam periculi?* ℞. Si emtio in scriptis contrahatur, & scriptura nondum sit perfecta; tunc enim periculum venditoris est.

14 *An item (2) imperfecta censetur hæc emtio, si res vendita fuerit sub conditione constituta, & pendente conditione, in totum perierit, licet postea conditio hæc existat?* Affir.

ea pendente perierit, licet postea conditio eveniat; (5392) *in. §. p. de jur. dot. 8. pr. h. 9. C. h. junct. 7. pr. de contrah. emt. Brussel. de condit. lib. 2. c. 1. n. 4. Carpzov. 2. c. 26. d. 21.* ¶. [nisi aliter inter partes conventum 1
sit, *10. h. Perez. in C. h. num. 5. Brussel. d. l.*] scilicet si ædes venditæ ex- 2
urantur, (5393) *arg. 57. pr. de contr. emt. vid. 5. §. 2 & 3. quib. mod. usufruct. amitt. Carpzov. 2. c. 26. d. 21. in f.* ¶. Deteriorationis vero (5394) pe- 3
riculum, hujusmodi conditione postmodum existente, emtorem sequitur, *d. l. 8. Tulden. in C. h. num. 4. Barbos. in l. C. h. num. 16. Fr. h. num. 23. &c. Brussel. d. c. 1. n. 6.* ita ut ob hanc secutam deteriorationem nec re- 4
medium *L. 2. C. de resc. vend.* habeat. (5395) *Brussel. d. l. num. 6. in f.*

* [3] Venditio facta sit ad quantitatem, (5396) h., 5
nec dum admensio vel appensio accesserit, [*vide Burg. de pericul. & culp. cap. 7 num. 33. fere in f.*] *34. §. 5. de contrahend. emtion. 2. C. h. vid. sup. pag. 302. tit. de contrahend. emtion. Trentacinq. lib. 3. tit. de emt. Res. 5. num. 1. Barbos. ad d. l. 2. num. 12.* tum jacet res periculo vendito- 6
ris, (5397) *1. §. 1. l. 5. h. 2. C. h. Carpzov. 2. c. 26. d. 23.* ¶. *Burg. d. l.* sive sit res fungibilis, sive species mobilis sive immobilis, (5398) *10. §. 1. h. 35. §. 6. de contrahend. emt. Fr. h. num. 39. Barbos. ad 1. C. h. num. 15.* sive, e. gr. in singulas amphoras vini, pretium dictum, vel simul, v. gr. centum amphorarum unum pretium constitutum sit, *35. §. 7. de contrahend. emt. Burgund. d. c. 7. num. 34.* aut universum vinum, quod in doliario, venierit, certo tamen in singulas amphoras constituto pretio; (5399) *35. §. 6. 40. §. 2. de contrahend. emtion. 2. C. h. Burgund. d. c. 7. num. 37* ¶. *Molin. de J. & I. tract. 2. D. 366. num. 5. &c.* ¶. *Lago de I. & I. D. 26. sect. 14. §. un. num. 218. Donell. ad 2. C. h. num. 2. Rath. de contrahend. emtion. assert. 61.* licet vinum fuerit degustatum, (5400) *Carpzov. 2. c. 26. d. 23.* & dolium signatum; (5401) *1. §. 2 h. vid. Burgund. d. c. 7. num. 38. Sichard. ad rubr. C. h. num. 4.* nisi fuerit aliter 7
conventum, aut res emtori etiam citra admensionem tradita sit, (5402) *2. C. h. ibi Barbos. num. 5. Burgund. tr. de peric. & culp. c. 7. num. 38. Trentacinq. lib. 3. tit. de emtion. res. 5. num. 4 5. obst.* (5403) *35. §. 5. in f. de contrahend. emt. vide Barbos. Burgund. dd. ll. & supr. tit. de contrah. emt. pag. 302.*
aut per emtorem steterit, quo minus mensura facta sit: (5404) *2. C.* 8.
h. 1. §. 3. 2. §. 1. 4. §. f. h. Barbos. ad 2. C. h. num. 9. Molin. de I. & I. tr 2. d. 366. num. 9. Bonacin. de contract. D. 3. quæst. 2. punct. 8. num. 10. Lago de I. & I. D. 26. num. 219. in f. post moram enim venditor tantum de dolo & lata culpa tenetur; *5. 17. h. Burgund. d. l. c. 7. num. 42.*

1 *An tamen periculum hoc in casu per conventionem in emtorem derivari potest?* ℞. Affir.

2 *Da exemplum rei sub conditione constitutiva venditæ & perditæ?* ℞. E. g. si ædes venditæ exurantur.

3 *Quemnam vero, hujusmodi conditione constitutiva postea existente, deteriorationis periculum sequitur?* ℞. Emtorem.

4 *An tamen emtor propter hanc secutam deteriorationem Remedium* L. 2. C. de Resc. vend. *habet?* ℞. Non habet.

5 *An (3) quoad materiam periculi, emtio pro imperfecta habetur, si venditio facta ad quantitatem, h. e. ad numerum, mensuram vel pondus, nec dum admensio vel appensio accesserit?* ℞. Affir.

6 *Si vero venditio facta ad quantitatem, nec dum admensio vel appensio accesserit, cujus periculo interea res jacet?* ℞. Periculo venditoris, nec refert, sive res sit fungibilis, sive species, mobilis sive immobilis, sive e. g. in singulas amphoras vini, modios frumenti, vel jugera fundi pretium dictum, vel insimul, v. g. centum amphorarum, modiorum, vel jugerum unum pretium constitutum sit, aut universum vinum, quod in doliario, vel universum frumentum, quod in horreis est, vel totus grex venierit, certo tamen in singulas amphoras, modios & oves constituto pretio. Neque aliud dicendum est, licet vinum fuerit degustatum, & dolium signatum. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 13. seq.*

7 *An tamen ad venditorem non pertinet periculum, si ita conventum, aut res emtori etiam citra admensionem, adnumerationem & appensionem tradita fuerit?* ℞. Non pertinet ad venditorem, sed ad emtorem.

8 *An item ad venditorem periculum non pertinet, si per emtorem steterit, quo minus mensura facta fuerit?* ℞. Non pertinet ad venditorem; post moram enim venditor tantum de dolo & lata culpa tenetur.

num. 42. & interdum vinum venditum effundere potest, (5405) si ipse 1
doliis indigeat: laudabilius tamen hoc jure suo non utitur. (5406) *Vid.*
1. §. 3. 4. l. 2. pr. 4. §. f. h. Molin. d. Disp. 366. num. 17. Fr. h. num. 44. Bonacin.
d. l. Si ante mensuram pretium tantum decreverit, (5407) hoc empto- 2
ri nocet; (5408) *Molin. d. D. 366. num. 4. Lugo. d. D. 26. n. 115. Bonacin. d.*
punct. num. 5. vers. ex quo fit. Trentacinq. lib. 3. tit. de empt. res. 5. num. 8. in f.
¶. Sin vero res ad quantitatem vendita ipsa pereat ante mensuram, ven- 3
ditor pretium restituere tenetur, quod accepit. *Molin. D. 366. n. 4. in f.*
[licet e. g. decem oves e grege venditæ fuerint, & postea universus grex 4
perierit, (5409) *obst. 34. §. 6. de contr. empt. vid. Lugo. d. I. & I. D. 26. sect.*
14. §. un. num. 120.] & interesse, si scil. ejus culpa casus contigerit: (5410) 5
Molin. d. l. obligatur enim venditor hisce in casibus (5411) ad plenam cu- 6
stodiam. (5412) *2. §. 1. L. 3. h. vid. Fr. h. n. 40. &c.*

• [4] Res ad gustum sit vendita. (5413) [quod in h. 7
dubio (5414) factum censetur in illis rebus, quæ communiter sine degu- 8
statione non emuntur, ut vinum, cerevisia &c. *4. §. 1. h. Fr. h. num. 34.*]
Hæc venditio ante degustationem potest improbari, *34. § 5. de contrah.* 9
emtion. vid. Fr. h. n. 27. 28. eoque magis periculum ad venditorem per- 10
tinet; *4. §. 1. h. Fr. h. n. 34. & seq. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 366. n. 8. obst.*
(5415) *1. pr. h. vid. Burgund. tr. de peric. & cust. c. 7. num. 23.* etiamsi vasa 11
fuerint signata; (5416) *1. §. 2. h. Fr. d. t. n. 38.* nisi intra diem, degustatio- 12
ni præstitutum, vinum sine culpa & mora venditoris non fuerit degusta-
tum. *arg. 4. pr. h. Fr. h. n. 35.* Si quis tamen vinum, &c. expresse ita e- 13
merit, ne degustetur, & quidem per aversionem, [*vid. Molin. d. D.*
366. n. 8. in f.] emtio statim est perfecta, & ad emtorem pertinet omne
periculum, (5417) *4. §. 1. l. 15. h. Fr. h. n. 32 & 33. Burgund. d. n. 22.* nisi
venditor periculum in se receperit. (5418) *1. pr. h. vid. omnino Burgund.*
d. c. 7. num. 23.

• [5] Res certi generis sit vendita, ipso individuo h. 14
non demonstrato. (5419) *arg. 8. h. 11. C. si cert. pet. quo Dd. etiam referunt*
14. §. 1. h. Fr. h. num. 18. vid. Molin. d. D. 366. num. 4. Perez. in C. h. n.
12. Si tamen emtor certam speciem signaverit, (5420) signatio illa in 15
hujusmodi rebus est loco traditionis, ita ut speciei signatæ periculum
pertineat ad emtorem. *14. §. 1. h. ibi Faber. lit. a. in rational. Molin. in C.*
h. Tuld. in C. h. n. 8.

Si duæ res alternative sint venditæ, sive venditor jure ordinario, 16
sive emtor ex conventione electionem habeat; ante electionem pe-
riculum

1 *An autem venditor vini post moram, ab emtore admissam, vinum venditum extra domum effundere potest?* ℞. Affir. si scil. ipse doliis indigeat; quamvis laudabilius faciat, si hoc jure suo non utatur.

2 *Si ante mensuram pretium tantum decreverit, an hoc emtori, an vero venditori nocet?* ℞. Emtori.

3 *An vero, si res ante mensuram ad quantitatem vendita ipsa pereat, venditor pretium restituere tenetur, quod accepit?* Affir.

4 *An ergo, si e. g. decem vini urnæ venditæ fuerint, & postea universum quod perierit, pretium acceptum restituere tenetur venditor?* ℞. Affir.

5 *An & interesse & quando?* ℞. Ultra venditor hoc in casu regulariter nihil præstat, sed ab obligatione rei venditæ tradendæ liberatur, nisi ipsius culpa & negligentia aut mora casum præcesserit; tunc enim etiam ad interesse tenetur.

6 *Cur autem venditor ad interesse tenetur, si ejus culpa casus contigerit?* ℞. Quia venditor in hisce casibus, venditione scil. ad quantitatem contracta, ad plenam custodiam obligatur. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 15.*

7 *An (4) emtione periculi, emtio pro imperfecta habetur, si res ad gustum vendita?* ℞. Affir.

8 *In quibus vero rebus in dubio venditio ad gustum facta præsumitur?* ℞. In illis rebus, quæ communiter sine degustatione non emuntur, ut: vinum, cerevisia, &c.

9 *An autem hæc venditio, ad gustum facta, adeo imperfecta est, ut ante degustationem illam etiam improbare liceat?* ℞. Affirm. quia antequam degustatur vinum, nullam veram venditionem adesse dici potest, cum ideo degustatio adjecta, ut postea gustu constet, emtio contracta sit, an non.

10 *Ad quem igitur ante degustationem periculum pertinet?* ℞. Ad venditorem, quia, quamdiu per degustationem de qualitate vini, & an illud emtori placeat, non constat, contractus quoque perfectus dici non potest. Periculum itaque penes venditorem, tanquam plenum dominum, adhuc remanet.

11 *An etiam periculum hoc casu ad venditorem pertinet, etiamsi vasa fuerint signata?* ℞. Affirm.

12 *Ad quem vero pertinet periculum, si intra diem, degustationi præstitutum, vinum sine culpa & mora venditoris non fuerit degustatum?* ℞. Ad emtorem; quia hoc casu venditori nulla culpa vel mora imputari potest; emtor vero sibi habere debet, quod in degustando moram commiserit.

13 *Si quis tamen vinum &c. expresse ita emerit, ut degustetur, & quidem per aversionem, an tunc emtio statim est perfecta, & ad emtorem omne periculum pertinet?* ℞. Affir. nisi venditor periculum in se receperit.

14 *An (5) emtio, quoad materiam periculi, imperfecta est ita, ut ad emtorem rei periculum non pertineat, si res certi generis est vendita, ipso individuo non demonstrato?* ℞. Affir.

15 *Ad quem vero pertinet periculum, si emtor certam speciem emerit, eamque signaverit?* ℞. Ad emtorem: signatio enim illa in hujusmodi rebus est loco traditionis ita, ut species signatæ periculum pertineat ad emtorem.

16 *Si duæ res alternative sint venditæ, & venditor vel jure ordinario, vel etiam ex conventione electionem habet, ad quem ante electionem periculum illius, quæ interiit, pertinet?* ℞. Illius, quæ prior interiit, ad venditorem, quæ vero posterior ad emtorem; ante electionem, & utraque specie existente, emtio illa, ratione periculi, videtur imperfecta.

riculum illius, quæ prius interiit, ad venditorem pertinet; quæ vero
posterius, ad emtorem. Ante electionem enim & utraque specie ex-
istente, emtio illa ratione periculi videtur imperfecta. (5421) *arg. 8. h.*
Si pariter sive simul, sive successive perierunt, pretium venditori debe- 1
tur: una enim utique periculo emtoris sunt. *34. §. 6. de contrah. emt. Tul-
den. in C. h. n. 5. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 366. n. 10.*

Perceptione decimarum prædialium unius anni certo pretio vendi- 2
ta, aut pro certa fructuum quantitate alteri concessa, si fructus decima-
les postea vel adhuc in fundo pendentes, vel percepti, casu aliquo pe-
reunt vel deteriores fiunt, [durch feindlichen Einfall, Brand, Hagel,
beharrlich Regen-Wetter, große Dürre, gefallenen Mehl-Thau, &c.]
pertinet hoc damnum non ad dominum decimarum, oder den Zehend-
Herrn, sed ad illarum emtorem, (5422) oder den Zehend-Beständer,
*arg. 8. §. 1. 78. §. 3. de contrah. emt. §. 3. I. de emt & vend. vid. Tulden. in C.
de contrah. emt. n. 4. Mantic. de tacit. convent. l. 4. t. 18.* Facit huc die Wür-
temb. Zehend- und Cend-Ordnung, *cap. 4. §.* Wann wir aber, *&c.*

DE ACTIONIBUS EMTI ET VENDITI.

XIX. 1.

D ACtio * *EMTI* [dicta etiam Actio ex vendito, *13. §. 25. h. C. I. A. h. tit.* A 3
1.] est personalis, competens emtori, adversus venditorem, ad 4
rem venditam tradendam, & omne id, quod ex hoc contractu eidem
N est præstandum. (5423) *1. pr. & §. 1. h.* Estque civilis, *33. pr. de ædil.* 5
edict. rei persecutoria, *§. 17. I. de act. obst.* (5424) *47. h.* bonæ fidei, *§. 28.
I. de act. 11. §. 1. h.* & perpetua. *3. C. de evict. 5. C. quib. non objic. long.*
† *temp. præsc.* Directa & utilis, (5425) quæ ultima interdum ex æquitate 6
C contra strictam juris rationem conceditur. (5426) *13. §. 25. h.* * Nascitur B 7
contractu perfecto; *vid.* (5427) *Fr. h. n. 346.* licet pretio nondum solu- 8
to; (5428) *§. 1 I. de emt. & vend. obst.* (5429) *13. §. 8. h. vid. Mude. h. in d.
l. 13. §. 8. n. 16. & seq.* * cum effe- b. 9
ctu tamen demum in judicium deduci potest, pretio integro [*vid. Mud.
ad d. §. 8. n. 13 & 14. Fr. h. num. 21. & seq.*] soluto, vel realiter oblato,
(5430) [*vid. Mud. ad d. §. 8. num. 2. &c. Fr. h. num. 9. &c. arg. 21. C. de
pact. c. frustra sibi fidem. 75. de R. J. in 6. Mud. h. rubr. quæ sint necessaria, ut
ex emt. effic. sit act.*] aut si venditori alio modo fuerit satisfactum, (5431)
5. §. 18. de trib. act. 53. de C. E. V. aut is fidem de pretio habuerit,
§. 41. Inst. de R. D. 19. de C. E. V. [quod etiam factum censetur die so-
lutioni

1 *Quid vero obtinet, si ambæ res pariter, sive simul, sive successive, pereunt?* ℞. Tum pretium venditori debetur: una enim res utique periculo emtoris fuit.

2 *Perceptione decimarum prædialium unius anni certo pretio vendita, aut pro certa fructuum quantitate alteri concessa, si fructus decimales postea, vel adhuc in fundo pendentes, vel percepti, casu aliquo pereunt, vel deteriores fiunt,* durch feindlichen Einfall, Brand, Hagel, beharrlich Regen-Wetter, große Dürre, gefallenen Mehl-Thau. *&c. ad quem hoc damnum pertinet?* ℞. Non ad dominum decimarum, oder den Zehend-Herrn, sed ad illarum emtorem, oder den Zehend-Beständer.

3 *Quomodo Actio Emti alias dicitur?* ℞. Actio ex vendito.

4 *Quid est Actio Emti?* ℞. Est actio personalis, competens emtori, adversus venditorem, ad rem venditam &c.

5 *Qualis est hæc actio emti?* ℞. Est civilis, (*non Prætoria, quia a Jure Civili est introducta*) rei persecutoria, (*non pœnalis, quia nullam pœnam, quæ legibus est statuta, sed rem, quæ nobis debetur, persequitur*) bonæ fidei, (*non stricti juris, quia in illa Judex liberam habet potestatem judicandi, quid alterum alteri ex bono & æquo præstare oportet*) & perpetua, *non temporalis, quia triginta demum annis eadem præscribitur.*

6 *Quotuplex est hæc actio emti?* ℞. Duplex: Directa, (*quæ ex contractu, cum ipso principali inito, datur*) & Utilis, *quæ interdum ex æquitate, contra strictam Juris rationem, conceditur.*

7 *Quando nascitur hæc actio?* ℞. Nascitur contractu perfecto. Statim enim ac contractus perfectus est, obligatio & actio inde nascitur.

8 *An autem hæc actio, contractu perfecto, nascitur, licet pretium nondum sit solutum?* ℞. Affir. cum enim contractus emtionis & venditionis contractus consensualis sit, hinc, ad obligationem & actionem, ex eo producendam, nihil aliud, quam mutuus consensus requiritur; quamvis, si cum effectu alter contrahentium agere velit, ex sua parte contractui satisfecisse debeat.

9 *Quando vero cum effectu demum hæc actio in judicium deduci potest?* ℞. Cum effectu in judicium deduci potest pretio integro soluto, vel realiter oblato, aut si venditori alio modo fuerit satisfactum, aut is fidem de pretio habuerit, & sic necessitatem pretii solvendi in præsens remiserit, quod ex circumstantiis æstimatur, ut, si dies solutioni sit dicta, quamvis brevis, v. gr. unius diei dilatio concessa

1 An

lutioni dicta; (5432) *3. C. de pact. int. empt. Mol. 4. Semestr. c. 24. n. 7.* licet
brevi e. gr. uno die, (5433) *Zaſ. h. num. 7.* non etiam ſi res ſimpliciter 1
tradita fuerit; (5434) *arg. d. §. 41. l. 19. de C. E. V.* igitur hoc probet aſſe- 2
rens emtor: (5435) *Vinn. ad d. §. 41. n. 3. Chriſtina. V. 3. Dec. 75. num. 4. Habn. ad W. tit. de contrah. emt. in fin. Gail. 2. O. 15. num. 6. Moller. d. l. vid. Grav. 2. concl. 15. conſid. 1. vid. omnino Hunn. encyclop. p. 3. t. 14. c. 4. num. 11.]*
alias enim (5436) venditor rem quaſi pignus retinet, donec integrum 3
pretium ſolvatur, *13. §. 8. Habn. num 3. fere in f.* ¶. & exceptionem habet pretii non ſoluti perpetuam, (5437) etiam in ipſa executione, ſi ante ſententiam (5438) eam non oppoſuit; *Muda. ad 13. §. 8. h. num. 10.* ¶. *Fr. h. num. 18.* poteſt etiam judex ex officio eam ſupplere. (5439) *Alex. in L.* 4
12. C. de collat. num. 3. Fr. h. n. 16. &c. per 8. C. h. Diff. Caſtr. & Muda. d. l. num. 6. &c. Nec dominium, pretio non ſoluto, in emtorem transfertur, 5
licet ſubſecuta traditione: nam ſub conditione res data videtur; (5440) *§. 41. I. de R. D. 19. de C. E. V.* [quod hic in emtione & venditione ſingulare eſt, (5441) *arg. §. 41. I. de R. D. ibi Harpr. num. 16. Bachov. & Vinn. n. 1. Gail. 2. obſ. 15. num. 5. Habn. ad W. Weſenb. de C. E. V. in f. Mud. in 19. de trab. emt. n. 10 & 11. Zaſ. h. num. 8.*] hinc venditor rem illam in concur- 6
ſu vindicat. (5442) *5. §. 18. de tribut. act. Gail. 2. obſ. 17. n. 4. Carpz. p. 1. c. 28. def. 17. n. 6. & ſeq.*

S Competit Emtori, *11. pr. h.* & heredibus: *10. h.* Utilis domino, ex 7.8
P contractu procuratoris: *13. §. 25. h. ibi Mud.* adverſus venditorem, & 9
heredes, *47. 51. §. 1. h. 12. 49. de O. & A.* ſed non contra tertium poſſeſſorem. (5443) *15. C. de R. V.* Utilis datur contra dominum procuratoris. 10
(5444) *13. §. 25.* Qui per nuncium emit vel vendit, illi, & (5445) con- 11
tra illum directa hæc actio competit. *arg. 14. §. 5. & l. ſeq. de conſt. pec. vid. differt. de Nuncio. c. 10. th. 59. n. 3. & ſeq.*

Q Petitur hac actione * PRINCIPALITER TRADITIO C 12
* REI venditæ præciſe: (5446) *§. 2. I. de emt. vend. §. 2. I. de donat. 6. C.* D
de reſc. vend. 11. §. 2. l. 46. h. vid. 68. de R. V. Carpz. 2. c. 1. d. 15. num. 1. ¶¶. *Richter. 2. dec. 96. num. 6. &c.* ¶. *Mev. ad J. Lub. lib. 3. tit. 6. art 18. Vinn. ad pr. Inſt. de emt. vend. num. 5.* ¶¶. *Rath. de contrah. emt. aſſ. 57. Groenew. ad 4. C. h.* ¶. *Bach. exercit. adverſ. Faber. decad. 85. Error 4. &c. & ad W. h. n. 4. lit. d. Fr. h. n. 29. &c. Diſſ. C. I. A. h. th. 8. Chriſtina. V. 3. dec. 75. num. 5. Bach. V. 1. D. 28. th. 2. lit. C. Vid. Fr. h. n. 42. arg. 10. C. h.* [poteſt tamen 13
emtor poſt moram venditoris, & fortaſſis ob utilitatem rei interceptam,

ad in-

1 *An etiam fides de pretio habita censetur, si res simpliciter tradita fuerit?* ℞. Neg. quia fidem habere facti est, quæcunque vero facti sunt, illa per se & sine signis non præsumuntur, sed probanda sunt.

2 *Quis vero, fidem de pretio habitam esse, probare debet?* ℞. Asserens emtor; semper enim affirmanti incumbit probatio.

3 *Qualia igitur remedia venditori competunt, si emtor pretium non solvat, aut alio modo ipsi non satisfaciat?* ℞. Rem quasi pignus retinet, donec integrum pretium solvatur, & exceptionem habet pretii non soluti perpetuam, etiam in ipsa executione, si eam ante sententiam non opposuit.

4 *An vero hanc exceptionem etiam Judex ex officio supplere potest?* ℞. Affir.

5 *Num, pretio non soluto, dominium transfertur subsecuta traditione?* ℞. Neg. nam sub conditione data videtur, (*si sc. pretium solutum*) quod hic singulare est.

6 *An ergo venditor rem, ita traditam, in concursu vindicare potest?* ℞. Affir. quia dominus adhuc est, & sic jure dominii omnibus aliis est præferendus.

7 *Cui competit Actio emti Directa?* ℞. Emtori ejusque heredibus.

8 *Cui competit Actio emti Utilis?* ℞. Domino ex contractu procuratoris; quamvis alias regulariter per liberum hominem obligatio non acquiratur. *l. 38. §. 17. ff. de V. O.* Vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 6.*

9 *Adversus quem competit actio emti directa?* ℞. Adversus venditorem, ejusque heredes, sed non contra tertium possessorem.

10 *Contra quem datur actio emti utilis?* ℞. Contra dominum procuratoris.

11 *Qui per nuncium emit vel vendit, qualis actio illi, & contra illum competit?* ℞. Actio hæc directa.

12 *Quid hac actione* principaliter *petitur?* ℞. Petitur hac actione principaliter traditio rei venditæ præcise.

13 *Potestne tamen emtor, post moram venditoris, & fortassis ob utilitatem rei interceptam, ad interesse agere?* ℞. Affir. siquidem emtor eo contentus esse velit, aut venditor post moram, vel sua culpa rei tradendæ facultatem amiserit. Lauterb. *d. l. §. 9.*

ad intereſſe agere, ſi quidem emtor eo contentus eſſe velit, aut venditor poſt moram, vel ſua culpa rei tradendæ facultatem amiſerit. *1. 11. §. 9. l. 12. ff 4. 10. C. h. 17. C. de fid. inſtrum. Fr. h. n. 57. Bruſ. ad 1. h. n. 3. &c. vid. Myns. 1. obſ. 53.* Intereſſe autem hic comprehendit omnem utilitatem, 1
(5447) quæ circa rem venditam conſiſtit; (5448) *21. §. 3. h.* non etiam, quæ extra rem: (5449) ut, ſi per moram tradendi, v. gr. frumenti, ſervi inedia perierunt. (5450) *21. §. 3. h. Tulden. in C. h. n. 6. Fr. h. num. 76. Vid. Muda. ad h. t. rubr. cap. ult. act. emt. num. 10. &c. Bruſ. 5. ſubtil. Jur. cap. 9.*] Et quidem tradi debet * [1] *POSSESSIO* rei vacua, *2. §. 1. l. 3. E 2
h. 5. C. h.* ita ut emtor in lite de poſſeſſione ſuperior ſit, *11 §. 13.* nec alius rem illam civiliter (5451) vel naturaliter poſſideat, aut ſibi affectam 3
detineat: (5452) *2. §. 1. l. 3. h. Fr. h. n. 81. Vid. omnino Muda. ad h. t. in L. 5 §. 1. l. 3. pr §. 1. h.* Neque ſufficit, poſſeſſionem vacuam eſſe ſecun- 4
dum quid, (5453) ita ut nullus alius rem venditam civiliter poſſideat, quod neceſſarium eſt, ut dominium vel conditio uſucapiendi transferatur. *5. C. h. obſt.* (5454) *16. de fund. dot. 12. §. 1. de A. vel A. P. Vid. Vinn. ad §. 40. I. de R. D. num. 3. Barbov. Vol. 2. Diſp. 20. th. 4. lit. d. Fr. h. num. 81. &c.* Quibusdam in locis ad transferendum rei immobilis venditæ do- 5
minium, requiritur judicialis reſignatio. (5455) *Groen. ad tit. I. de oblig. quæ ex conſenſ. n. 1. Sand. tr. de effeſtucat. cap. 3. Carpz. l. 1. R. 102. num. 7. &c. l. 5. R. 40. num. 13. Berl. 2. concl. 14. num. 3. &c. Diſſent. Fr. l. 2. reſ. 10.*

* [2] ad eum *MODUM*, qui in con- e. 6
trahendo dictus eſt, *vid. ſup. tit. de contrah. emt. p. 301.*

* [3] in debita *QUALITATE*, qua e. 7
ſcil. res eſt vendita, e. g. virgo. (5456) *11. §. 5.* Imprimis vero res tra- 8
di debet * *SANA*; ob vitia enim, quæ ab initio tempore contractus ad- F 9
fuerunt & celata ſunt, datur actio redhibitoria, æſtimatoria ſive quanti minoris, & hodie etiam actio ex emto, *de quibus infra ad tit. de ædil. edict. Vid. Muda. d. rubr.*

* *LIBERA* * [1] a *SERVITUTIBUS*; *15. §. 1. & f. de evict. 61.* G 10. 11
de ædil. edict. Burgund. de evict. c. 46. num. 8. maxime ſi res vendita ſit ut 12
optima maxima. (5457) *59. de C. E. V. 90. 169. de V. S. C. I. A. h. th. 23.*
Hinc venditor tenetur de evictione uſufructu evicto, licet de eo nihil 13
dictum fuerit. *66. pr. de C. E. V. 15. §. 1. l. 43. 49. de evict. Muda. ad 1. §. 1. h. num. 1. Gomez. tom. 2. Reſol. c. 2. num. 45. Bruſ. ad l. 59. de C. E. V. num. 5. in f. & 6.* Item tenetur de evictione ad intereſſe, ſi res ven- 14
dita ſervitutem urbanam vel ruſticam debeat, quam venditor liberam,

1 *Quid vero interesse hic comprehendit?* R. Interesse hic comprehendit omnem utilitatem, quæ circa rem venditam consistit, non etiam quæ extra rem, ut si per moram tradendi, v. g. frumenti, servi inedia perierunt.

2 *Quid autem (1) requiritur, ut venditor rem venditam debito modo tradere, & obligationi suæ satisfacere videatur?* R. Ut vacuam rei possessionem in emtorem transferat.

3 *Quænam possessio hic dicitur vacua?* R. Quæ ita est comparata, ut emtor in lite de possessione superior sit, nec alius rem illam civiliter vel naturaliter possideat, aut sibi affectam detineat.

4 *Annon vero sufficit, possessionem vacuam esse secundum quid ita, ut nullus alius rem venditam civiliter possideat, quod alias necessarium est, ut dominium vel conditio usucapiendi transferatur?* R. Neg. quia sic nondum plene tutus esset emtor, cum alii adhuc jus suum in re ipsa vendita & tradita persequi possent, sed, ut venditor obligationi suæ satisfaciat; insuper requiritur, ut possessio rei venditæ *simpliciter* sit vacua, & (*uti modo dictum*) nullus alius rem illam civiliter vel naturaliter possideat, aut rem sibi affectam detineat. Lauterb. *d. l. §. 10.*

5 *Quid quibusdam in locis ad transferendum rei immobilis venditæ dominium requiritur?* R. Judicialis resignatio.

6 *Quid (2) requiritur, ut venditor rem venditam debito modo tradere, & obligationi suæ satisfacere videatur?* R. Ut tradatur ad modum conventum, h. e. qui in contrahendo dictus est. Additur autem modus dupliciter, vel *Taxationis* seu restrictionis gratia, si emtio & venditio initium accipiat a modo & mensura ita, ut inde pretium formetur & constituatur, & emtio dicitur facta nach dem Anschlage; vel *Demonstrationis* gratia, si sc. emtio venditio initium accipiat a nomine demonstrante certum corpus cum suis finibus, licet postea enunciative modi sive mensuræ fiat mentio, & dicitur emtio facta überhaupt. Lauterb. *d. l. §. 11.*

7 *Quid (3) requiritur, ut venditor rem venditam debito modo tradere, & obligationi suæ satisfacere videatur?* R. Ut res præstetur in debita qualitate, qua sc. res est vendita; e. g. Virgo.

8 *Qualiter vero imprimis res tradi debet?* R. Sana.

9 *Quales actiones igitur ob vitia, quæ ab initio tempore contractus adfuerunt, & celata sunt, dantur?* R. Actio redhibitoria, æstimatoria, sive quanti minoris, & hodie etiam actio ex emto.

10 *An quoque res tradi debet libera?* R. Affir.

11 *A quibus res tradenda (1) libera esse debet?* R. A servitutibus.

12 *An vero maxime res tradenda libera præstari debet, si illa ut optima maxima vendita fuerit?* R. Affir. quia fundus optimus maximus dici non potest, qui alteri servit.

13 *An igitur venditor tenetur de evictione ususfructus evicti, licet de eo nihil dictum fuerit?* R. Affir. quia finis emtionis est, ut habere liceat; quod vero non licet, ususfructu evicto.

14 *Ad quid autem tenetur venditor, si res vendita servitutem urbanam vel rusticam debeat, quam ille liberam, vel optimam maximam dixit?* R. De evictione ad interesse.

rum, vel optimam maximam dixit; *9. de evict. 31. Burgund. de evict. c. 46. num. 6. Gomez. d. l. Bus. ad d. l. 59. num. 5.* etiamsi ignoraverit (5458) 1
rem venditam alteri servire; *Burgund. de evict. d. c. 46. num. 8. Barbos. ad l. 9. C. h. n. 6.* non etiam si de eo nihil dixerit. (5459) *l. 9. de evict. 59. de* 2
C. E. V. Caballin. tr. de evict. §. 5. num. 70. Gomez. d. l. n. 45. Bus. ad d. l. 59. n. 1. &c. Si tamen emtorem ignorantem [nam qui scivit vel facile sci- 3
re potuit, eo nomine regressum non habet: (5460) *1. §. 1. in f. Burg.* 4
d. c. 46. n. 10. Fr. h. num. 138.] de servitute specialiter [generalis & obscu- 5
ra certioratio non sufficit: *39. Beltramin. ad decis. 119. Alex. Ludovis. n. 11.*] certiorem non fecit, * sciens propter dolum actione emti conveni- H
tur ad interesse; *1. §. 1. l. 13. pr. 39. h. Gomez. d. num. 45. Burgund. d. c. 46. n. 10. in fin. Barbos. ad 9. C. h. n. 6. in f.* etiamsi contrarium pactus & protestatus sit: (5461) *l. 1. §. 1. l. 39. h. Fr. h. num. 137. Burg. d. l.*

* ignorans vero tenetur quanti minoris emtor h. 6
emisset, si scivisset eam impositam; *61. de aedil. edict. 15. §. f. de evict. Caballin. d. l. num. 70. Gomez. d. l. num. 45. ¶. Burgund. d. c. 46. num. 8. Barbos. ad d. l. 9. num. 6. Mudaeus in l. 1. §. 1. h. num. 3. &c. Fr. h. num. 129. &c. obst.* (5462) *59. de C. E. V. 69. §. 3. de Leg. 1. Vid. Fr. h. num. 131. &c. Muda. d. l. Bus. d. l. num. 4.* nisi dixerit: fundum vendo, quo jure, quaque conditione est, *10. 11. de hered. vel act. vend.* vel protestatus sit, si onus inopinatum emerserit, se nolle teneri. *1. §. 1. Fr. h. num. 136. Barbos. ad d. l. 9. C. h. n. 6.*

* [2] a *PENSITATIONE*: nam si res tributaria sit, g. 7. 8
& venditor * eam sciens vel ignorans liberam dixerit, tenetur ad inter- I
esse; *Burgund. d. l. n. 14.*

* nihil dixerit emtori ignoranti, [*vid. 1. §. 1. ff. 9. C. h.*] i. 9
* sciens tenetur ad interesse, *arg. 13. pr. 21. §. 1. h. ibi Castr. & Fab. in ration. Burgund. d. l. n. 13. obst. 9. C. h. vid. ibi Castr. num. 3. 4. Fr. h. num. 146. Donell. in 9. C. h. num. 7.* licet nominatim exceperit, se nolle de pensionibus teneri. (5463) *13. §. 6. 39. pr. h.* K

* ignorans condemnatur, quanti minoris emtor, oneris conscius, e- k. 10
misset. *41. h. 9. C. h. arg. 1. §. 1. de aedil. edict. Fab. ad 21. §. 1. h. Burgund. d. l. num. 13. Fr. h. num. 144.* *NISI* sint pensitationes novae, & post 11
venditionem demum impositae, *arg. 11. pr. de evict. Carpzov. 2. c. 34. d. 19. ¶.* aut usitatae, quae communi lege omnibus similibus rebus incumbunt: *41. h.* nam hae pertinent ad emtorem, *7. de publ. & vectig. 2. 3. C. sine cens. & reliq. fund.* qui venditorem illo nomine convenire

non

1 *An quoque venditor hoc casu de evictione ad interesse tenetur, etiamsi ignoraverit, rem venditam alteri servire?* ℞. Affir.

2 *An vero venditor ad idem tenetur, si de eo nihil dixit?* ℞. Non tenetur: res enim regulariter transfertur cum suo onere, ergo & hæc onera tacite in contractu comprehenduntur.

3 *Si vero venditor emtorem ignorantem sciens de servitute specialiter certiorem non fecit, quid tunc obtinet?* ℞. Tunc venditor, propter dolum, actione emti convenitur ad interesse, etiamsi contrarium pactus & protestatus sit.

4 *Quid vero, si emtor servitutem scivit, vel facile scire potuit?* ℞. Tum eo nomine contra venditorem regressum non habet: quia non videtur celatus, qui scit, nec certiorari debuit, qui non ignoravit.

5 *Annon vero hic sufficit generalis & obscura certioratio?* ℞. Neg. nam talis generalis certioratio non debet pertinere ad illa, quæ venditor novit, quæque specialiter exprimere potuit & debuit, sed ad ea, quæ ignoravit, & de quibus certiorare emtorem nequivit.

6 *Ad quid autem venditor tenetur, si ignorans emtorem ignorantem de servitute specialiter certiorem non fecit?* ℞. Quanti minoris emtor emisset, si scivisset servitutem impositam; nisi hic (*ignorans sc.*) suæ securitati prospexerit, & dixerit: fundum vendo, quo jure, quaque conditione est, vel protestatus sit, si onus inopinatum emerserit, se nolle teneri.

7 *A quibus res tradenda (s) libera esse debet?* ℞. A pensitationibus.

8 *Si ergo res vendita tributaria sit, & venditor eam sciens vel ignorans liberam dixerit, ad quid venditor tenetur?* ℞. Ad interesse.

9 *Si vero venditor sciens nihil dixerit emtori ignoranti, ad quid tenetur?* ℞. Itidem ad interesse, licet nominatim exceperit, se nolle de pensionibus teneri.

10 *Quid vero obtinet, si venditor ignorans emtori ignoranti nihil dixerit?* ℞. Tunc venditor non quidem ad interesse, ex bono tamen & æquo (*cum fundus ob hujusmodi onus vilior censeatur*) condemnatur, quanti minoris emtor oneris conscius emisset. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 16.*

11 *Ad quem vero pertinent præstationes, si novæ, & post venditionem demum impositæ, aut usitatæ sint, quæ communi lege omnibus similibus rebus incumbunt?* ℞. Ad emtorem, qui venditorem illo nomine convenire non potest, etiamsi dixerit, fundum ab omnibus oneribus, wie sie Namen haben mögen, esse liberum. Lauterb. *d. l. §. 17.*

non potest; *arg. 1. §. 1. Carpzov. 2. c. 34. def. 20. ¶.* etiamsi dixerit, fundum ab omnibus oneribus, wie sie Namen haben möchten, esse liberum: *Caballin. de eviction. §. 5. num. 72. Fr. h. t. num. 169. &c. Carpzov. l. 4. R. 73. ¶.* aut expresso pacto (5464) tributa; &c. in se receperit; 8
2. 3. C. sine cens. vel reliq. fund. compar. non poss. l. 42. de pact. [etiamsi ipse [*emtor sciebat.*] in aestimio nondum esset annotatus, (5465) vel nomen ejus in catastrum relatum, *d. l. 2. 3. Fr. d. l. Barbos. ad d. l. 3. C. d. t. vid. tamen Fostal. tr. de aestim. & collect. p. 2. c. 4. num. 11. & seqq. Thomas. tr. de collect. cap. sane si negaveris. num. 2. p. 512.*] Hoc enim pactum neque ratione fisci, neque ratione contrahentium subsistit. (5466) *arg. rubr. l. 2. 3. C. sin. cens. vel reliq. Tholden. in Cod. d. t. num. 1 & 3. Rauchbar. 1. quaest. 18. n. 8. &c. Fr. h. num. 177. &c. obs. 52. § 2. de pact. vid. Tholden. Rauchbar. & Brunneh. dd. ll. Dec. Christina. Vol. 3. dec. 73. num. 2. ¶. vid. Carpzov. 2. c. 31. d. 11.* Si tamen emtor solverit praeterita tributa & similia onera, quorum dies cessit ante venditionem, (uti de jure (5467) tenetur,) ille, si 2
non in se recepit, a venditore omnino repetit. *7. de public. & vectigal.* 3

* [3] a *PIGNORIS* onere. Si ergo res vendita alteri §. 4.5
est obligata, venditio quidem non rescinditur; *arg. 3. C. de evict. Carpzov. 2. c. 34. def. 21. ¶. Gratian. decis. 54. num. 30.* attamen ante traditionem, contra venditorem pretium petentem, emtori competit exceptio doli, (5468) *5. C. de evict. vid. 24. C. d. t. Burg. de evict. cap. 47. num. 1. Gratian. d. l.* vel compensationis, si ipse rem liberaverit, *10. C. de Compens. Burg. d. l.* aut etiam actio ex emto, (5469) ut venditor rem liberet *d. l. 5. C. de evict.* Post traditionem, si venditor rem liberam esse dixit, tenetur ad interesse, *113. § 5. de V. O. Burg. d. c. 47. num. 3.* etiam antequam res evicta fuerit. (5470) *Pestius. resp. 115. num. 3.* Si vero hoc non dixit, sed rem simpliciter vendidit, quam diu illa evicta non est, contra venditorem de evictione agi nequit; (5471) *3. C. de evict.* ex aequo tamen & bono emtor recte aget, ut venditor rem liberet, *52. §. 1. h. Carpzov. d. def. 21. ¶.* vel si ipse emtor rem liberaverit, venditor id, quod eo nomine solutum, restituat, *Burgund. d. c. 47. num. 5.* &, si sciens rem obligatam ignoranti emtori vendiderit, omne interesse praestet; (5472) *6. § 5. arg. 52. §. 5. h. Burgund. d. c. in fin.* quo casu simul etiam in crimen stellionatus incidit. (5473) *3. §. 1. de crim. stellion.*

* cum *FRUCTIBUS* * *NATURALIBUS*, (5474) tempore venditionis pendentibus, (5475) & cum re cohaerentibus. *13. 10. C. h. 30. §. 1.* d. l. 6.7

1 *An tamen venditor tenetur, si expresso pacto tributa &c. in se receperit?* ℞. Neg. etiamsi emtor in æstimio nondum annotatus, vel nomen ejus in catastrum relatum: hoc enim pactum neque ratione Fisci, neque ratione contrahentium subsistit, cum experientia testetur, hujusmodi pacta plerumque ab emtoribus, momentarias necessitates venditorum captantibus, opponi solere, cui quidem emtorum avaritiæ generi velificari velle, perquam iniquum foret.

2 *Si tamen emtor solverit præterita tributa & similia onera, quorum dies cessit ante venditionem, an ista a venditore repetere potest?* ℞. Affir. si sc. emtor ea in se non recepit: eousque enim venditor onera ferre tenetur, quousque commoda ex re vendita percepit.

3 *An emtor ad ista tributa, quorum dies ante venditionem cessit, exsolvenda jure tenetur?* ℞. Affir.

4 *An (3) venditor præstare etiam debet rem liberam a pignoris onere?* ℞. Affir.

5 *Quid igitur obtinet, si res vendita alteri est obligata?* ℞. Hoc casu venditio quidem non rescinditur, attamen, ante rei traditionem, contra venditorem pretium petentem, emtori competit exceptio doli, vel compensationis, si ipse rem liberaverit, aut etiam actio ex emto, ut venditor rem liberet. Post rei autem illius traditionem, si venditor *ignorans* rem liberam esse dixit, tenetur ad interesse, etiam antequam res evicta fuerit: si vero hoc non dixit, sed rem simpliciter vendidit, quamdiu illa evicta non est, contra venditorem de evictione agi nequit; ex æquo tamen & bono emtor recte aget, ut venditor rem liberet, vel si ipse emtor rem liberaverit, venditor id, quod eo nomine solutum, restituat, & si *sciens* rem obligatam ignoranti emtori vendiderit, omne interesse præstet, quo casu simul etiam in crimen stellionatus incidit.

6 *An autem venditor rem tradere debet cum fructibus?* ℞. Affir. Discrimen tamen hic est observandum inter fructus naturales & civiles.

7 *Quosnam vero ex fructibus* naturalibus *tradere cum Re debet venditor?* ℞. Illos, qui tempore venditionis adhuc pendent, & cum re cohærent.

§. 1. de usur. arg. §. 3. I. de emt. vendit. 44. de R. V. Cop. tr. de fruct. l. 3. tit. 1. c. 1. Mantic. 4. de tacit. & ambig. convent. tit. 16. num. 42. Trentacinq. l. 3. t. de emt. & vend. Res. 6. num. 1. ¶. Etiamsi [1] sint 1
maturi & mox percipiendi; *13. §. 10. Gratian. decis. 176. num. 2. Tesaur. decis. 55. num. 1.* ¶. *Molin. de I. & I. tr. 2. D. 368. num. 2. Fr. h. num. 178. &c.* nisi venditor tempore contractus sese parasset ad collectionem & perceptionem, manumque apposuisset, emtore sciente, nec ex pretii quantitate, vel aliunde de contraria contrahentium mente constet. *Tessaur. decis. 55. num. 6. Trentacinq. d. resol. 6. num. 13.*
[percepti manent venditoris, *2. in f. C. h. Cop. tr. de fruct. lib. 3. t. 1.* 2
c. 1. fere in f. e. gr. vacca vendita vitulus non debetur, licet adhuc 3
lactetur, (5476) nisi aliter conventum sit. *arg. 65. §. f. de leg. 3. obss.* 4
(5477) *10. de precar. Fr. h. num. 201. &c. Diss. Hunn. Encycl. p. 3. t. 14. c. 5. in f. Gomez. tom. 2. resol. c. 2. num. 14.*] [2] Licet, re non ven- 5
dita, fructuum portio ad colonum partiarium pertineret, (5478) *arg. dd. ll. Mant. d. t. 16. num. 45. Grivell. decis. 51. num. 21. Trentacinq. d. resol. 6. num. 2.* ¶. & venditor hoc ipsum sciret. *Mantic. d. num. 45. vid.* 6
tamen Barbos. ad 16. C. h. num. 8. Trentacinq. d. Res. 6. num. 5. Licet [3] 7
ab emtore pretium nondum esset solutum. (5479) *arg. §. 3. I. de R.*
V. 13. C. h. Mud. in 13. §. 10. ff. h. num. 7. &c. ac [4] Venditor ante rei ven- 8
ditæ traditionem fructus illos perceperit, *arg. 2. 13. 16. C. h. arg. 13. §. 18. h. Fr. h. num. 182. &c. arg. §. 3. I. de emt. & vend. 1. C. de peric. & comm.*
rei vend. cum in tradendo moram non admisisset. (5480) *21. vers.* 9
quemadmodum. ff. de hered. vel act. vend. Mude. in 13. §. 10. h. num. 3. &c. Barbos. ad 2. C. h. num. 6. Fr. h. num. 184. &c. Diss. Mantic. l. 4. de tacit. convent. t. 16. num. 49. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 368. num. 8.
Post moram enim venditor tenetur etiam ad fructus percipiendos. (5481) 10
arg. 21. §. 3. h. Molin. d. D. 368. num. 10. Cop. tr. de fruct. l. 3. t. 1. c. 1. Fr. h. n. 198.

* *CIVILIBUS* [*vid. 62. de R. V.*] e.g. mercede rei venditæ post l. 11. 12
venditionem a venditore locatæ. *13. §. 13.* Quæ quotidie (5482) percipi- 13
untur, e. g. merces ædium locatarum, venditarum, pro rata temporis dividitur inter emtorem & venditorem, & usque ad tempus venditionis venditori; post illud vero emtori cedunt: *arg. 26. de usufr.* nam merces surrogatur in locum fructuum, &, ad quem pertinent fructus, ad illum etiam pertinet merces, quæ pro illis præstita; *L. f. vers. sed colonum. de jur. fisc. 58. pr. de usufr. Peregr. de jur. fisc. lib. 6. t. 4. num. 34. &c.*

Mantic.

1 *An autem hi fructus pendentes emtori sunt tradendi, licet sint maturi, & mox percipiendi?* ℞. Affir. *quia adhuc sunt & permanent pars fundi*; nisi venditor tempore contractus sese parasset ad collectionem & perceptionem, manumque appòsuisset, emtore sciente, nec ex pretii quantitate vel aliunde de contraria contrahentium mente constet.

2 *Ad quem vero spectant fructus naturales, ante contractum perfectum percepti?* ℞. Hi venditoris manent, cum eos jam ante contractum jure domini perceperit.

3 *An igitur vacca vendita, vitulus non debetur?* ℞. Non debetur, licet adhuc lactetur.

4 *An tamen debetur vitulus vacca vendita, si ita conventum?* ℞. Affir.

5 *An fructus naturales, qui tempore venditionis adhuc pendent, & cum re cohaerent, emtori simul cum re sunt tradendi, licet, re non vendita, fructuum portio ad colonum partiarum pertineret?* ℞. Affir.

6 *An &, licet venditor hoc ipsum sciret, quod ad colonum pertinerent?* ℞. Affir. nam & tunc quoque hunc colonum emtor repellere potest: nullum enim colonus partiarius jus habet in fructibus pendentibus, sed illos percipiendo demum suos facit. Lauterb. *Coll. th.pr. h. t. §. 20.*

7 *An hi fructus simul sunt tradendi, licet ab emtore pretium nondum esset solutum?* ℞. Affir.

8 *Num etiam simul sunt tradendi, licet venditor ante rei venditæ traditionem fructus illos perceperit?* ℞. Affir.

9 *An tamen tunc requiritur, ut in tradendo moram non admiserit venditor?* ℞. Affir.

10 *An post moram venditor etiam ad fructus percipiendos tenetur?* ℞. Affir.

11 *An venditor tenetur rem tradere etiam cum fructibus civilibus?* ℞. Affir.

12 *An ergo cum mercede rei venditæ post venditionem a venditore locatæ?* ℞. Affir.

13 *Quid vero hic de fructibus civilibus obtinet, si quotidie percipiuntur, e. gr. de mercede aedium locatarum venditarum?* ℞. Hæc pro rata temporis dividuntur inter emtorem & venditorem, & usque ad tempus venditori, post illud vero emtori cedunt: nam merces surrogatur in locum fructuum, &, ad quem pertinent fructus, ad illum etiam pertinet merces, quæ pro illis præstatur. Lauterb. *d. l. §. 22.*

Mantic. de tacit. convent. l. 4. t. 16. num. 44. Cost. tr. de ratu. quaest. cap. Barbos. in d. C. h. num. 5. Molin. de I. & I. Tr. 2. Disp. 369. num. 4. Fr. h. n. 121. &c. Muda. ad 13. §. 10. h. num. 17. &c. obst (5483) *13. §. 11. vid. Fr. d. l. num. 241. &c. Molin. d. D. num. 5.* etiamsi merces tota ante venditionem 1
venditori fuerit soluta. (5484) *Mantic. Barbos. dd. ll. Fr. h. num. 238.*
Quando per intervalla percipiuntur fructus, ut: propter locatam vi- 2
neam, respiciendum est, e. g. ad vindemias, & facta venditione post vindemias, tota merces manet venditoris, licet locatio demum post venditionem finiatur; (5485) venditæ vero ante vindemias merces tota restituenda est emtori. (5486) *arg. 58. pr. de usufr. Barbos. ad d. l. 16. n. 5. Costa. d. quaest. 129. num. 2. obst.* (5487) *l. f. vers. respondit. de jur. fisc. vid. Perege d. 1. 4. num. 36. in fin. Molin. d. D. 368. num. 5. Castal. in l. 13. §. fructibus. h. Fr. h. n. 154. &c.*

* & *ACCESSIONUM* sive pertinentiarum, & quidem d. 3
* [1] quæ tempore contractus adfuerunt: e. gr. ad perpetuum rei M 4
venditæ usum destinata, & in illa collocata; *17. §. 7. h. 242. §. f. de V. S. 69. de C. E. V. Mantic. lib. 4. tit. 17. num. 11. Surd. decis. 134. num. 3.* etiamsi in contractu illorum nulla facta fuerit mentio; *Carpzov. p. 2. c. 33. def. 10. num. 6.* sive firmiter cohæreant, sive separari soleant: (5488) *17. pr. & § 2. h. 242. § f. de V. S. Tessaur. l. 1. quaest. 84. num. 5. Surd. decis. 134. num. 13. &c. Godd. in l. 245. de V. S. num. 1. in fin. Berl. p. 3. concl. 30. num. 22. Diff. Carpzov. 3. c. 24. def. 10. num. 4.* Pertinentias enim per se non facit cohæ- 5
rentia, (5489) *245. de V. S.* sed lex, vel consuetudo, (5490) *vid. Gabriel. lib. 6. tit. de V. S. conclus. 10. num. 1. Speidel. in specul. voc. Pertinentz.* vel voluntas & destinatio patrisfam. *dd. ll. l. 60. pr. de V. S. 24. §. 2. de Leg. 1. Gail. 2. obs. 62. num. 4. 5. Grave. lib. 1. concl. 62. consid. 1. num. 1. ¶. Barbos. locupl. lib. 14. cap. 32. axiom. 2.* in actum deducta, *17. §. 5. 10. ff. h. Grave. d. l. num. 2. &c. Fab. de Anna cons. 44. num. 98. Berl. p. 3. concl. 30. num. 22 & 23.* [e. gr. pali vineæ, *17. §. f.* tegulæ ædificiorum, *18. § 1.*] licet 6
postea iterum removeantur, animo tamen restituendi. (5491) *17. §. 10* 7
& 11. l. 18. § 1. h. 242. §. f. de V. S. 12. § 25. de instruct. & instr. leg. Mantic. de tacit. convent. lib. 4. t. 15. num. 4. Hæc destinatio interdum præsumi- 8
tur ex infertione & inclusione, *38. §. 2. in f. l. 17. § 3.* infossione, *18. pr.* & affixione. *12. §. 23. l. 21. de instruct. & instrum. leg.* Sic Ædibus venditis, 9
debentur seræ, claves, claustra, *17. pr.* specularia (5492) sive vitrinæ, (5493) *12. §. 25. de instruct. & instrum. leg. Surd. decis. 134. &c.* & alia similia, de quibus *vid. 13. §. f. l. 14. 15. 17. pr. § 3. 7. 8. 9. l. 18. 38. §. 2. h. 40. §. f. l. 47. 48. 49. de C. E. V. 242. §. 2. & ult. l. 245. de V. S. 47. de damn.*

1 *An autem hæc divisio mercedis obtinet, etiamsi merces tota ante venditionem venditori fuerit soluta?* ℞. Affir.

2 *Quid vero obtinet, si per intervalla percipiuntur fructus, ut, propter locatam vineam?* ℞. Hic respiciendum est, e. g. ad vindemias, & facta venditione post vindemias, tota merces manet venditoris, licet locatio demum post venditionem finiatur; venditæ vero ante vindemias, tota merces restituenda est emtori.

3 *An actione emti etiam petitur traditio accessionum sive pertinentiarum?* ℞. Affir. quia *hæc actio est actio bonæ fidei, qua omne id petitur, quod alterum alteri præstare æquum est.*

4 *An ergo pertinentiæ, quæ tempore contractus adfuerunt, tradendæ sunt?* ℞. Affir. e.g. ad perpetuum rei venditæ usum destinata, & in illa collocata, etiamsi in contractu nulla facta fuerit mentio, nec refert, sive firmiter cohæreant, sive separari soleant.

5 *Quid vero pertinentias facit?* ℞. Pertinentias per se non facit cohærentia, sed Lex, vel consuetudo, vel voluntas, & destinatio patrisfamilias in actum deducta.

6 *Suntne talia pali vineæ & tegulæ ædificiorum?* ℞. Affir.

7 *Si vero hæc destinatio in actum semel fuit deducta, an nihil officit, licet postea iterum removeantur, animo tamen restituendi?* ℞. Nihil officit.

8 *Ex quibus autem hæc destinatio interdum præsumitur?* ℞. Ex insertione, & inclusione, infossione & affixione.

9 *Quænam itaque, ædibus venditis, loco pertinentiarum debentur?* ℞. Seræ, claves, claustra, specularia, sive vitriatæ, & alia similia, de quibus *vid. l. 13. §. fin. l. 14. 15. 17. pr. §. 3. 7. 8. 9. l. 18. 38. §. 2. h. t. &c.*

domin. nofcit. vid. Gudd. ad dd. L. de V. S. Mantic. de tacit. comment.
l. 4. t. 17. per tot. Hortus, qui diu ad ædes pertinuit, (5494) *vid.* 1
Würtemb. Landr. *p. 2. t. 9. §.* Gleicher Gestalt. aut illarum causa
comparatus, (5495) vel ad quem aditus fit per domum, atque sic pro
domus additamento habetur. *91. §. 5. de legat. 3. C. I. A. h. th. 13.*
Mantic. d. tit. 17 num. 30. vid. Richter. decis. 37. num. 13. Item, 2
Brunnenketten, Seil und Eimer. *49. §. f. de C. E. V. arg. 13. §. f.*
&c 17 § 8. h. Tessaur. l. 1. quæstion. 84. Capoll. de servit. cap. de patro.
47. num. 6. Wehner. voc. Nagelfest. *in fin.* Idem tradit de Pharma- 3
copolio, (5496) quod est in domo vendita, *Fr. h. num. 205. per tot, quæ*
habet Coler 2. dec 196. num 184 &c vid. Mantic d. t 17 num. 26. &
seqq. Diversorio vendito, (5497) pro ejus pertinentiis habentur lo- 4
cti perpetui usus gratia ibidem existentes. *Besold. thes. pract. voc.* Lie-
gende oder unbewegliche Haab. *Hog. 1. quæst. 17. num. 25. §. Berlich.*
3. concl. 30. num 23. & seq. Finckelth. de feud. D. 3. quæst. 20. lit. C.
Castro vendito, cui territorium, jus patronatus, merum Imperium 5
& jurisdictio ex privilegio, vel consuetudine adhæret (5498) [*vid.*
Gail. 2. O. 62. num 3. 4. Besold. vol. 5 cons 121. num. 17. &c. Klock. tom.
1. cons. 47 num. 10. seqq. Barbos. Vol. 1. Diss. 3. th. 6. lit. f] etiam
hæc jura tanquam pertinentia vendita censentur, & cum castro (5499)
in emtorem transferuntur, *Mantic. d. tr. lib. 4. tit. 14. Fr. h. num.*
223. &c. Finckelth. tract. de jur patron. c 5. num 11. &c Menoch. 3 præ-
sumt. 97. num. 43. &c. [quod secus esset, si dominus castri tantum æ- 6
des particulares, vel fundum ad castrum pertinentem venderet; *Man-*
tic. d. lib. 4. t. 14 num. 11. licet diceret, cum omnibus juribus & per- 7
tinentiis, (5500) *Mantic. d. l. tit. 16. num. 19. Gail. Besold. dd. ll*] Ad 8
pertinentias Castri referuntur etiam tormenta & arma bellica ad illud,
ut perpetuo ibi maneant, delata. *Mantic. d. tit. 14. num. 34. Berlich.*
p. 3. conclus. 30. num. 14 Stam de servit. person. lib. 1, tit. 1. c. 3. num.
20. Fundo vendito debentur stramenta (5501) & sterculinum agri 9
stercorandi gratia comparatum; sive in stabulo jaceat, sive acervus
sit: *17. §. 2. Carpzov. 2. c. 33. def 19. §. Mantic. de tacit. convent. l. 4.*
tit. 16. num. 4. item servi adscriptitii, (5502) *arg. 12. §. 37. de instruct.*
& instrum. legat 7 C. de agric. & censit. & servitutes fundo vendito 10
debitæ; quæ quidem cum ipso fundo in emtorem transeunt. *12. com-* 11
mun. prædior. 20. § 1. de A. R. Q. indicari tamen a venditore debent, 12
ne per ignorantiam non utendo amittantur. *M. §. 1. de C. E. V.*
Si fundo vendito nullæ servitutes debeantur, venditor etiam nullas 13
præ-

1 *An & hortus, ædibus venditis, loco pertinentiarum est, qui diu ad ædes pertinuit, aut illarum causa comparatus est, vel ad quem aditus fit per domum, atque sic pro domus additamento habetur?* ℞. Affir.

2 *An huc quoque pertinent* die Brunnen-Ketten, Seil und Eymer? ℞. Affir.

3 *An idem est dicendum de Pharmacopolio, quod est in domo vendita?* ℞. Affir. si sc. hæc vox pro loco pharmacopolii accipiatur, secus igitur, si accipiatur pro medicamentis, mercibus, instrumentis & pixidibus pharmacevticis, cum hæc nunquam pro pertinentiis domus habeantur. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 27.*

4 *Quænam, diversorio vendito, pro ejus pertinentiis & accessoriis habentur?* ℞. Lecti perpetui usus gratia ibidem existentes.

5 *Castro vendito, cui territorium, jus patronatus, merum imperium, & jurisdictio ex privilegio, vel consuetudine adhæret, quænam jura pertinentia ejus esse censentur?* ℞. Hoc casu etiam hæc jura, tanquam pertinentiæ vendita censentur, & cum castro in emtorem transferuntur.

6 *An eadem jura transferuntur, si dominus castri tantum ædes particulares, vel fundum ad castrum pertinentem vendiderit?* ℞. Neg.

7 *An hæc transferuntur, licet dominus dixerit, se vendere has ædes cum omnibus juribus & pertinentiis?* ℞. Non transferuntur.

8 *An ad pertinentias castri etiam referuntur & ejus emtori debentur machinæ, tormenta & arma bellica, ad illud, ut perpetuo illic maneant, delata?* ℞. Affir.

9 *Fundo vendito, quænam pertinentiæ emtori debentur?* ℞. Fundo vendito tanquam ejus pertinentiæ debentur stramenta, & sterculinum, agri stercorandi gratia, comparatum, idque sive in stabulo jaceat, sive acervus sit; item servi adscriptitii.

10 *An & servitutes fundo vendito debitæ huc pertinent?* ℞. Affir.

11 *An autem hæ servitutes, fundo vendito debitæ, cum ipso fundo in emtorem transeunt?* ℞. Affir.

12 *An tamen hæ emtori a venditore indicari debent?* ℞. Affir. ne sc. per ignorantiam non utendo amittantur.

13 *Si autem, fundo vendito, nullæ debeantur servitutes, an tamen venditor aliquas præstare tenetur, si fundum optimum maximum dixerit?* ℞. Neg.

 1 *An*

præstare tenetur, etiamsi optimum maximum dixerit; (5503) *90. 169.*
de V. S. nisi in specie fundo hanc vel illam servitutem deberi affir- 1
maverit. (5504) *9. de evict. 66. pr. de contrah. emt. Gomez. tom. 2. resol.*
c. 2. num. 45. in fin. Fr. h. num. 219. &c. Stagno & vivario vendito, 2
pisces, qui propagationis gratia in illo habentur, ejusdem pars cen-
sentur: *Bocer. cl. 5. D. 2. th. 8. lit. a.* qui vero ibi habentur, ut cre-
scant, illos fructuum nomine emtori tribuunt, (5505) *Pape. decis. 91.*
num. 4. 5. & ibi Dd. in additione. Mantic. d. lib. 4. t. 16. num. 15. Grou.
ad 15. h. Ceterum, qui tantum custodiæ gratia in piscina sunt, fun-
do vendito, sine speciali pacto non debentur. *15.*

• [2] quæ post contractum accesserunt, (5506) e. gr. si servus ven- 3
ditus aliquid acquirat. *Vid. 13. §. 13. 17. 18. Fr. h. num. 227.* Thesau- 4
rum tamen, quem in vendito fundo, antequam traderetur, invenit
venditor, retinet. (5507) *arg. §. 39. I. de R. D. L. un. C. de thesaur.*
junct. §. 3. I. de E. V. Fr. h. num. 211. &c. vid. Disp. de Thesaur. th. 17.
Mantic. de tacit. convent. l. 4. t. 16. num. 52. 57. Christ. V. 1. decis. 399.
Diffent. Nebelkra. decis. 9. per 67. de R. V. §. 3. I. de emt. vend. 1 & 5.
C. de peric. & commun. junct. 10. de R. I. 63. §. f. de A. R. D. junct. 13. §.
9. h.

• [3] quicquid venditor rei venditæ accessurum dixit. (5508) *6. §. 6. 10.* 5
11. §. 17. L. 26. 27. h. 33. de ædil. edict. Vid. Mude. h. sub. rubr. de acces-
sion. conventional. Fr. h. n. 250. &c.

• [4] non etiam, quæ in re vendita reperiuntur tantum ornatus vel in. 6
custodiæ gratia, aut ob aliam temporalem causam: (5509) *17. §. 7.*
h. 245. de V. S. ut sunt pulli & cætera animalia: (5510) *16. Vid. Weh-* 7
ner. observ. pract. voce Eisern Vieh. ruta, h. e. e terra eruta, ut:
arena, creta, lapides; cæsa, h. e. a terra scissa & separata, ut: ar-
bores cæsæ, &c. *17. §. 6. h. 5. §. 2. ad exhibend. 241. de V. S. ibi Gædd.*
66. §. f. de contrahend. emt. ligna, *17. §. 2.* pecunia in re vendita ab-
scondita, *67. de R. V.* vasa vinaria, torcularia; *17. pr.* nisi constet,
illa perpetui usus gratia esse parata, & ad fundum venditum destina-
ta. *Arg. 17. §. 7. h. 21. ff. de instruct. & instrum. leg. Tessaur. 1. quæst.*
84. num. 7 & 8. Item statuæ, pictæ tabulæ, candelabra, & similia,
licet ædibus, ne tam facile a furibus auferri, vel corruendo damnum
accipere possint, sint affixa, catenis religata, aut clavis alligata; *17.*
pr. h. 245 de V. S. ibi Gædd. num. 1. &c. & ad l. 241. eod. num. 2. Mo-
bedan. Dec. Rot. Rom. tit. de emt. decis. 1 & 2. Fr. h. num. 206. &c. Vid.
Tessaur. lib. 1. quæst. 84. num. 5. nisi in venditione ædium dictum sit, 8
quod

1 *An tamen venditor tenetur, si in specie, hanc vel illam servitutem deberi, affirmaverit?* ℞. Affir.

2 *An stagno & vivario vendito, pisces quoque, qui in illo sunt, emtori debentur?* ℞. Pisces, qui propagationis & multiplicationis gratia in illo habentur, ejusdem pars censentur; qui vero eum in finem ibi habentur, ut crescant, illos fructuum nomine emtori tribuunt *Ddres.* Cæterum, qui tantum custodiæ gratia in piscina sunt, fundo vendito, sine speciali pacto non debentur.

3 *An venditor etiam illas accessiones emtori debet, quæ post contractum accesserunt?* ℞. Affir. ut: si servus venditus aliquid acquisiverit.

4 *Ad quem vero thesaurus pertinet, quem in fundo vendito, antequam traderetur, invenit venditor?* ℞. Hunc venditor retinet. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 36.*

5 *An etiam illud emtori est tradendum, quod venditor rei venditæ accessurum dixit?* ℞. Affirm.

6 *An illa quoque emtori debentur, quæ in re vendita reperiuntur tantum ornatus vel custodiæ gratia, aut ob aliam temporalem causam?* ℞. Neg. quia pro pertinentiis neutiquam haberi possunt.

7 *Da exempla harum rerum?* ℞. Tales sunt pulli & cætera animalia, ruta, h. e. e terra eruta, ut: arena, creta, lapides; cæsa, h. e. a terra scissa & separata, ut: arbores cæsæ &c. ligna, pecunia in re vendita abscondita, vasa vinaria, torcularia; nisi constet, illa perpetui usus gratia esse parata, & ad fundum venditum destinata; item statuæ, pictæ tabulæ, candelabra & similia, licet ædibus, ne tam facile a furibus auferri, vel corruendo damnum accipere possint, sint affixa, catenis religata, aut clavis alligata.

8 *Quibus vero casibus hæ res emtori debentur?* ℞. Si in venditione dictum, quod omne fixum, was Erd- Nied- und Nagelfest, emtori cedere debeat, aut si prædictæ res ita infixæ sint, ut partes ædium videantur, nec facile salvæ & integræ separari & amoveri possint: ex hujusmodi enim conjunctione colligitur, patremfamil. voluisse, ut ibi perpetuo maneant.

quod omne fixum, was Erd- Nied- und Nagelfest, emtori cedere
debeat: *Fr. h. t. num. 209. Carpzov. p. 2. c. 33. def. 20.* ¶. aut, nisi præ-
dictæ res ita infixæ sint, ut partes ædium videantur, nec facile salvæ
& integræ separari & amoveri possint; ex hujusmodi enim conjun-
ctione colligitur, patremfamil. voluisse, ut ibi perpetuo maneant.
arg. 17. §. 3. h. 21. 26. pr. de instruct. & instrum. legat. Vid. l. 3. §. 1. de
tritic. vino & oleo legat. In dubio autem affirmanti, pertinens esse, 1
incumbit probatio. (5511) *Klock. tom. 3. consil. 157. n. 44. &c. Vid. Gabriel.*
tit. de V. S. concl. 10.

Instrumenta authentica ad rem venditam pertinentia venditor 2
emtori ostendere, (5512) sed non aliter tradere tenetur, quam, si ne- 3
que ratione evictionis, neque aliam justam habeat retinendi causam. 4
(5513) *48. 52. h. 4. §. 3. famil. ercisc. 24. C. de fideicommiss. Muda. ad*
h. t. in d. l. 48. num. 8. &c. Carpzov. p. 2. const. 33. def. 18. ¶. *Fr. h.*
num. 218.

E Per hanc autem rei venditæ traditionem venditor non necesse ha- 5
bet, (5514) ut rem emtoris faciat; *25. §. 1. de contrah. emt. Vid. supr. de*
contrah. emt. pag 303. [nisi in venditione rerum fungibilium: (5515) *Man-*
tic. 4. de tacit. convent. tit. 3. num. 21. Hunn. Encycl. p. 3. tit. 14. c. 4. num. 4.
Rat. de contr. vend. assert. 8. num. 11. Vid. Muda. ad tit. de contr. emt. in l.
cum manu sata. §. nemo. num. 4.] sed sufficit, ut præstet ei, rem habere
licere, *30. §. f.* hoc est, ut emtor illam jure & titulo emtionis retineat,
9. 41. §. 1. de evictton. & nemo eandem jure (5516) auferat & evincat; *11.*
§. 2. h. 66. pr ff. de contrah. emt. Vid. Fr. h. n. 268. &c. hinc etiam venditor 6
de evictione cavere, illamque, omissa quoque tali cautione, ex natura
contractus (5517) præstare tenetur. *11. §. 8. f. h. de quibus infr. pag. 414.*
ad tit. de evictton. Vid. Fr h. num. 266. 267. &c. Si vero venditor est rei 7
venditæ dominus, & pretium solutum, aut de eo eidem alio modo satis-
factum, vel ipse fidem de pretio habuit, tunc per hanc traditionem rei
dominium in emtorem transfertur; *11. §. 2. h. 74. ff. de contrah. emt.*
nisi habita fide de pretio, emtor dolose (5518) contraxerit, emendo, 8
cum jam non fuerit solvendo; quod exinde colligitur, si statim post ven- 9
ditionem, vel non diu post fallat. *Vid. Carpz. 1. const. 28. d. 18 & 19.* ¶. *Gail.*
2. Observ. 15. num. 9. 10 & 11. ¶. *Maynard. lib. 2. decis. 46.* ¶. *Hunn. Encycl. jur.*
p. 3. tit. 14. c. 4. n. 9. Unde venditor, (5519) hoc in casu rem vindicat ab 10
emtore & alio quocunque possessore. *Carpz. Gail. dd. ll.* ¶.

*MI-

1 *Cui autem in dubio, pertinens esse, incumbit probatio?* R. Affirmanti.

2 *An instrumenta authentica ad rem venditam pertinentia venditor emtori ostendere tenetur?* R. Affir.

3 *An vero & tradere tenetur hæc instrumenta?* R. Neg.

4 *An tamen tradere tenetur, si neque ratione evictionis, neque aliam justam causam habeat retinendi venditor?* R. Affir.

5 *An per hanc rei venditæ traditionem venditor necesse habet, ut rem emtoris faciat?* R. Neg. (*nisi in venditione rerum fungibilium,*) sed sufficit, ut præstet rem emtori habere licere, h. e. ut emtor illam *jure & titulo emtionis* retineat, & nemo eandem jure auferat & evincat. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 38.*

6 *An hinc venditor de evictione cavere, illamque, omissa quoque tali cautione, ex natura contractus præstare tenetur?* R. Affir.

7 *Quando vero per hanc traditionem, a venditore factam, dominium rei in emtorem transfertur?* R. Si venditor est rei venditæ dominus & pretium solutum, aut de eo alio modo satisfactum, vel fides de pretio habita est.

8 *An tamen dominium non transfertur, si emtor dolose contraxerit emendo, cum jam non fuerit solvendo, etiamsi fides de pretio sit habita?* R. Non transfertur.

9 *Unde dolus iste colligitur?* R. Si emtor statim post venditionem, vel non diu post fallat.

10 *An itaque venditor hoc in casu rem ab emtore & quocunque alio possessore vindicare potest?* R. Affir.

* *MINUS PRINCIPALITER* omnia illa, c. 1
quæ emtori vel ex natura contractus, vel ex pacto eodem in continenti
addito, aut ex alia æquitatis ratione, *11. §. 1.* vel ex Jure prætorio, (5520)
Modo ad h. 1 vide rem tradi non vitiosam, debeantur. Interdum etiam 2
contractus resolutio, (5521) *11. §. 5.* Interdum hæc formula instituitur, 3
ut aut stetur emtioni, aut discedatur (5522) *13. §. 27. ibi Gothofr.*

In hoc judicio præstatur dolus; *68. pr. de contrah. emt. C. 1. A. h. th. 15.* 4
Fr. h. n. 348. &c. lata & levis culpa. *35 §. 4. 68. pr. de contrah. emt. 36. h. 5.*
§. 2. ff. commod. 23. de R. I. Etiam quoad accessiones & pertinentias; 5
(5523) *13. § pr.* post moram tamen emtoris, (5524) venditor præstat tan- 6
tum dolum & latam culpam. (5525) *5. 17. de peric. & commod. rei vend.*

D Actio * *VENDITI* [etiam dicta emti: *13. §. 19. h. C. I. A. h. h. t. I. 33.* a. 7
h. l. 19. de hered. vel act. vend.] est personalis, competens venditori, adver-
sus emtorem, ad pretium & omne id petendum, quod ipsi ex hoc contra-
N ctu est præstandum; (5526) *13. §. 19. ff. 1. C. h.* est civilis, rei persecutoria, 8
† bonæ fidei, & perpetua, directa, (5527) vel utilis. (5528) *13. §. 25.* 9
C * Oritur ex emtione venditione perfecta, quamprimum de re & N 10
certo pretio pure convenerit. *§. 1. I. de E. V.*

* Institui vero tum demum hæc actio cum effectu potest, si ven- n. 11
ditor ex sua parte (5529) contractum impleverit, & rem venditam tradi-
derit, *25.* aut res pro tradita habeatur, re scil. casu perempta. (5530) *5. §. 5.*
de rescind. vendit. 5 C. de pericul. & commod. rei vend. Alias obstat exce- 12
ptio rei non traditæ, (5531) *25 h. 5. § 4. de dol. mal. except.* [etiamsi Sta- 13
tutum dicat, instrumento nullam opponi posse exceptionem, *Dec. consil.*
410 n. 2.] donec tradantur res omnes uno pretio venditæ, *5. C. de evict.* 14
34. pr. de ædil. edict. imo, pretio in singulas constituto, (5532) si nimirum 15
constet emtorem non empturum fuisse, nisi conjunctum omnes. *Arg. 34.*
§ 1 de ædil. edict. Tuldèn. in C. h. n. 2. Dec. consil. 410 n. 4. Traditionem 16
factam probet asserens (5533) *Carpz. 1. c. 10. d. 18. n. 5 Pistor. 1. q. 22.* qui si
tradiderit *ALIENAM*, (5534) * sciens, removetur exceptione doli, O 17
(5535) & emtor, si hoc vult, rem reddendo liberatur, *arg. 30. §. 5. de*
A. E. V. junct. 1. §. 4. de superfic. 11. §. 5. h. Tulden. in C. h. num. 3. vid. Surd.
decis. 253.

* ignorans, tum si periculum *EVICTIO-* o. 18
NIS * immineat, sive lis de illa jamjam serio sit mota, emtor pretium P 19
tamdiu retinere & venditorem exceptione repellere potest, donec
ipse eidem de evictione satisdederit; (5536) *18. §. 1. de pericul. & com-*
mod.

1 *Quænam actione emti* MINUS PRINCIPALITER *ab emtore petuntur?* ℞. Omnia illa, quæ emtori, vel ex natura hujus contractus, vel ex pacto, eidem in continenti adjecto, aut ex alia æquitatis ratione, vel ex jure Prætorio debentur.

2 *An interdum etiam contractus hujus resolutio hac actione petitur?* ℞. Affir. licet enim hæc actio primaria sui natura in consummationem tendat, interdum tamen etiam ad contractus resolutionem porrigitur. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 41.*

3 *An quoque hæc actio emti interdum hac formula instituitur, ut aut fiat emtum, aut dissolvatur?* ℞. Affirm.

4 *Quid ratione doli & culpæ in hoc judicio præstatur?* ℞. In hoc judicio præstatur dolus, (*ut si emtoritus fuerit venditor.* L. 7. ... h. t.) lata & levis culpa. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 42.*

5 *An autem culpa levis etiam quoad accessiones & pertinentias est præstanda?* ℞. Affir.

6 *Quid vero post moram emtoris venditor præstat?* ℞. Saltem dolum & latam culpam.

7 *Quid est actio venditi?* ℞. Actio venditi (*quæ etiam alias actio ex vendito vocatur*) est actio personalis, competens venditori, adversus emtorem, ad pretium &c.

8 *Qualis est hæc actio venditi?* ℞. Est civilis, (*est enim a Jure Civili introducta.*) rei persecutoria, (*quia per eam nullam pœnam, Legibus constitutam, sed rem, quæ nobis debetur, persequimur.*) bonæ fidei, (*quia hic judex liberam habet potestatem judicandi, quid alterum alteri ex æquo & bono præstare oporteat*) & perpetua, *durat enim triginta annis.*

9 *Quotuplex est hæc actio venditi?* ℞. Duplex: Directa scil. & Utilis.

10 *Quando oritur actio venditi?* ℞. Oritur ex emtione venditione perfecta, quamprimum sc. partes de re & certo pretio consenserint.

11 *Quid vero requiritur, ut venditor hanc actionem venditi efficaciter intentare possit?* ℞. Ut ipse quoque ex sua parte contractum impleverit, & rem venditam tradiderit, aut res pro tradita habeatur, re sc. casu pereunte.

12 *Quænam exceptio alias venditori agenti obstat?* ℞. Exceptio rei non traditæ.

13 *An hæc exceptio venditori agenti etiam tunc obstat, si Statutum dicat, instrumento nullam opponi posse exceptionem?* ℞. Affir. quia exceptio hæc ex ipsa natura contractus fluit.

14 *Quamdiu autem obstat hæc exceptio rei non traditæ?* ℞. Donec res omnes, uno pretio venditæ, sunt traditæ.

15 *An etiam locum habet hæc exceptio, pretio in singulas res constituto, si sc. constat, emtorem non emturum fuisse, nisi conjunctim omnia, aut omnes fuerint traditæ?* ℞. Affir. quia sic unus contractus iniens censetur, pretio pro numero & quantitate rerum tantum constituto.

16 *Quis vero traditionem factam probare tenetur?* ℞. Asserens venditor: *vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 46.* traditio enim facti est; ea vero, quæ facti sunt, non præsumuntur, sed probanda veniunt, & quidem ab illo, qui in eo se fundat.

17 *Quid obtinet, si venditor tradiderit rem* ALIENAM *sciens?* ℞. Tunc venditor removetur exceptione doli, & emtor, si hoc vult, rem reddendo liberatur.

18 *Quid vero obtinet, si venditor ignorans rem alienam tradiderit?* ℞. Hoc casu distinguendum, an periculum evictionis immineat, sive lis de illa jamjam serio sit mota; an vero periculum non immineat, sive lis de ea nondum sit mota.

19 *Quid itaque obtinet, si periculum evictionis immineat, sive lis de illa jamjam serio sit mota?* ℞. Hoc casu emtor pretium tamdiu retinere, & venditorem exceptione repellere potest, donec ipse emtori de evictione satisdederit.

mod. rei vendit. f. §. 2. de dol. mal. except. 24. C. de evictio n. Carpz. 2. c. 34. def. 31. ¶. *Tulden. h. num. 3. vid. Carpz. d. l. def. 33. 34. 35. Fr. h. n. 337. &c. & tit. de evict. 713. &c. Pistor. p. 3. quæst. 6. Heig. p. 1. quæst. 36.* imo si jus evincentis est certum, evidens & notorium, tunc venditor 1
nec satisdationem offerens audiendus, nec emtor in manifesto evictionis 2 periculo, ut fragilitati (5537) cautionis sese committat, cogendus est. (5538) *Vid. 66. §. 1. ff. ad SCt Trebell. Carpz. d. l. def. 37. vid. Fr. h. num. 318. arg. 8. de dol. except. 84. §. 5. ff. de leg. 1.*

* non immineat, sive lis de ea nondum sit mota, tum venditor ju- P. 3
re petit pretium, nec emtor exceptione rei alienæ se tueri potest; licet extrajudicialis interpellatio intervenerit. (5539) *Arg. 24. C. de evict. 18. § 1. de peric. & commod. rei vendit. 3. C. de evict. Fr. in w. tit. de evict. num. 716. Carpz. 2. c. 34. def. 32.* ¶. *vid. Surd. d. decis. 253. in fin.* ¶. *vid.* (5540) *23. pr. de eviction.*

S *DATUR* venditori, & heredibus: *13. §. 19. l. 10. in f. h.* Utilis domi- 4.5
no procuratoris, *13. §. 25. h. C. I. A. h. th. 30.*

P *ADVERSUS* emtorem, & heredes. *1. C. h. 2. C. de pact. inter emt. &* 6
vendit. Utilis contra dominum procuratoris. *13. §. 25. h. C. I. A. h.* 7
th. 31.

O * Primario ad *PRETIUM*; *13. §. 20. h. & 13. C. h.* præcise, (5541) *arg.* Q 8.9
2. §. 1. de R. C. arg. 6. C. de resc. vendit. Carpz. 5. Rp. 22. ¶. & quidem ita 10
solvendum, ut nummos venditoris faciat. (5542) *11. §. 2. h. vid. §. 2. I. de usufr. Fr. tit. de C. E. V. num. 271. &c.* Unde nummis alienis solutis, 11
(5543) emtor non liberatur; *7. C. h. Fr. h. num. 363.* Dominium ta- 12
men (5544) rei venditæ transfertur per traditionem: *8. C. si quis alter. vel sibi. Fr. h. num 361.* nec nummorum dominus rem venditam vin- 13
dicare potest; (5545) *6. C. de R. V. 1. 8. 9. C. si quis alter. vel sibi.* nisi sit miles, (5546) *8. C. de R. V.* vel tutor pupilli pecunia emerit. (5547) *2. quand. ex fact. tutor. vid. Fr. h. n. 362.* (5548)

* Præterea ad pretii tardius soluti *USURAS*, (5549) *13. §. 20. h.* Q. 14
[quæ regulariter non jure obligationis, sed officio judicis in hanc actio- 15
nem veniunt: *vid. 49. §. 1. ff. h. 54. locat. 13. C. de usur. 4. C. deposit. Klock. Relat. Camer. 12. num. 3. 4. 44. &c.*] post *MORAM* (5550) *13. C. h. 5. C. de* 16
pact. inter emt. & vendit f. de pericul. & commod. rei vend. Donell. ad 2. C. de Usur. num. 1. 2. [stipulatione tamen vel pacto in continenti ad- 17
jecto promissæ usuræ, debentur omnino jure obligationis, (5551) etiam ante moram. *5. C. de pact. inter emt. & vend. Tulden. in C. h. n. 8.*]

Selli-

1 *Imo, si jus evincentis est certum & notorium, an tunc venditor satisdationem offerens est audiendus?* ℞. Neg.

2 *An nec emtor, in manifesto evictionis periculo, ut fragilitati evictionis sese committat, cogendus est?* ℞. Non est cogendus.

3 *Quid vero obtinet, si periculum evictionis non immineat, sive lis de ea nondum sit mota?* ℞. Tum venditor, qui ignorans alienam rem vendidit, & tradidit jure hac actione petit pretium, nec emtor adversus ipsum exceptione rei alienæ se tueri potest, licet extrajudicialis interpellatio intervenerit. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 49.*

4 *Cui datur actio venditi Directa?* ℞. Venditori & ejus heredibus.

5 *Cui datur actio hæc Utilis?* ℞. Domino procuratoris.

6 *Adversus quem datur Directa?* ℞. Adversus emtorem ejusque heredes.

7 *Adversus quem datur utilis?* ℞. Contra dominum procuratoris.

8 *Ad quid actio venditi* primario *datur?* ℞. Ad *PRETIUM.*

9 *An* præcise *ad pretium datur?* ℞. Affir.

10 *An vero hoc pretium ita solvendum est, ut nummos venditoris faciat emtor?* ℞. Affir.

11 *Ergone, nummis alienis solutis, emtor non liberatur?* ℞. Non liberatur.

12 *An tamen dominium rei venditæ in emtorem per rei traditionem transfertur, licet hic alienos solverit nummos?* ℞. Affir. quia hic dominus voluit transferre. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 51.*

13 *An tamen nummorum dominus rem venditam vindicare potest?* ℞. Neg. nisi sit miles, vel tutor pupilli pecunia emerit; ob speciale privilegium hisce personis concessum.

14 *An præterea datur actio venditi ad pretii tardius soluti usuras?* ℞. Affir.

15 *Quomodo vero hæ usuræ regulariter in hanc actionem veniunt?* ℞. Non jure obligationis, sed officio judicis.

16 *Quando autem hæc actio venditi simul ad usuras datur?* ℞. Post *MORAM.*

17 *Num vero usuræ stipulatione, vel pacto, in continenti adjecto, promissæ, jure obligationis, etiam ante moram debentur?* ℞. Affir. cum sic ex conventione statim debeantur.

Scilicet (5552) • fide de pretio habita post interpellationem: (5553) *arg. 88. de R. I. 40. de R. C. Donell. in 5. C. h. num. 6. Maul. de emt. & vendit. t. 9. num. 6. vers. limitatur sexto. Mast. in varr. ter. tr. ad 5. C. h. quaest. 6. Fr. h. num. 431. in f. &c.* Hinc emtor, qui propter immi- 3
nens evictionis periculum, pretium retinet, donec satisdatio de evictione ipsi praestetur, ad illius temporis usuras non tenetur: (5554) *arg. 24. C. de evict. junct. d. l. 88. d. R. J. 40. de R. C. Myns. 4. obs. 56. Maul. de E. & V. t. 9. num. 6. vers. limitatur quinto. Dissent. Carpz. 2. c. 34. def. 30. ¶¶¶. vid. Mast. in varr. ter. tr. ad l. 5. C. h. t. q. 6.* R 2.3

• Fide de pretio non habita, statim a die factae tradi- S. 4
tionis, (5555) *13. §. 20. h. 18. §. 1. de usur. 2. C. eod. Arumae. tr. de mora. cap. 4. num. 27. Hagen. de usur. c. 9. num. 84. & seqq. Kaeb. de contrahend. emt. assert. 83. num. 12. Donell. ad 5. C. h. num. 6. Fr. h. num. 381. &c. 428. Klock. relat. Cam. 13. num. 20. obst. 3. C. quib. in caus. in integr. rest. 5. C. de pact. inter emt. 13. C. h. f. de pericul. & commod. rei vend. vid. Fr. d. l. num. 431. seq. Donell. in 2. num. 5. C. de usur. & in l. 5. C. h. num. 6. Maul. de emt. t. 9. num. 6. pr. Dissent. Giphan. in 5. C. h.* [licet emtor expresse & personaliter de solutione pretii non sit 5
interpellatus (5556) *5. C. h. ibi Donell. num. 5. 6. Hagen. de usur. cap. 9. num. 89.*] Et quidem non secundum quantitatem (5557) fructuum, 6
vid. Fr. h. num. 394. sed ex more regionis, ubi contractum est: *1. pr. de usur.* e. gr. in nostro Imperio quincunces: *37. de usur. junct. Recess. Imp. 1530. 1548. 1577. tit.* von wucherlichen Contracten. *1654. §. Anreichend. 174.* Etiamsi emtor ex re vendita maximos, vel etiam 7
nullos plane (5558) perceperit fructus; *Carpz. p. 2. c. 30. def. 6. ¶. Fr. h. num. 414. ¶. Arumae. tr. de mora. c. 4. num. 25. fere in fin. Hagen. tr. de usur. c. 9. num. 103. &c. Christine. Vol. 3. decis. 75. num. 6. Richter. 2. decis. 70. num. 11. 12. Diss. Mantz. decis. 6. ¶. Perez. in C. h. num. 18. &c. Maul. de E. & V. t. 9. num. 6. vers. limitatur septimo. vid. 13. §. 20. junct. §. 21. h.* Usurae enim debentur in b. f. contractibus, non quia fructus actu percipiuntur, sed quia debitor contra b. f. in mora est, (5559) *32. §. 2. de usur. 54. locat. 25. §. 1. ff. 2. C. depos. 13. C. h. f. de commod. & pericul. rei vendit. 5. C. de pact. inter emt. & vend. Fr. h. n. 380.* [*vide tamen 16. §. 1. de usur. 5. C. h. 13. §. 20. h.* easque intellige (5560) secundum *l. 13. §. 21. arg. §. 3. I. de E. V. 1. C. de peric. & commod. rei vend.*] *obst.* (5561) *arg. 1. §. 1. de usur. 60. pr. ff. pro soc. vid. Fr. h. num. 422. Muda. ad. d. l. 60. num. 1. &c. vid.* (5562) *Recess. deputat. de*

anno

1 *Quomodo circa moram distinguendum?* ℟. An fides de pretio habita, an non.

2 *Si itaque fides de pretio habita, quando mora commissa dicitur, & usuræ debentur?* ℟. Post interpellationem: si igitur venditor, tradita re vendita, fidem de pretio habuit, & necessitatem pretii in præsens solvendi remisit, usuræ non debentur, antequam emtor per interpellationem in mora constituatur: *cit. l. 40. π. de R. C.* ibi: *non enim in mora est is, a quo pecunia propter exceptionem peti non potest.* Vid. Lauterb. *d. l. §. 53.*

3 *An ergo emtor, qui, propter imminens periculum evictionis, pretium retinet, donec satisdatio de evictione ipsi præstetur, ad illius temporis usuras tenetur?* ℟. Neg. *vid tamen Num. 5554. in Notis.*

4 *Si vero fides de pretio non habita, a quo tempore incipit mora, & debentur usuræ?* ℟. Statim a die factæ traditionis.

5 *An etiam a die factæ traditionis mora incipit & usuræ debentur, licet emtor expresse & personaliter de solutione pretii non sit interpellatus?* ℟. Affir.

6 *Quantæ autem usuræ post moram debentur, an secundum quantitatem fructuum, an ex more regionis?* ℟. Ex more regionis, ubi scil. contractum est: e. gr. in nostro Imperio quincunces.

7 *An vero hæ usuræ debentur, etiamsi summa illo tempore fuerit ubertas, & emtor ex re vendita maximos, vel etiam nullos plane perceperit fructus?* ℟. Affir. Usuræ enim debentur in b. f. contractibus, non quia fructus actu percipiuntur, sed quia debitor contra bonam fidem in mora est. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 55. seq.*

1 Quid

ann. 1600. §. So viel nun. Caveat tamen venditor, ne acerbus sit empto- 1
ri, etiam in reliqua affectio. (5563) *33 pr. de Usur. Fr. b. n. 405.*
Ultra consuetas usuras [ratione hujus quantitatis debitæ] alia accessio 2
exigi non potest (5564) ulla ratione; (5565) *f. de pericul. & commod.
arg. 2. § 3 b. junct. 11. ibi* pretium non ex re. *de hered. vel act. vend.* [*obst.
2. §. f. de eo, quod cert. loc.* quæ loquitur de pecunia (5566) trajectitia.] 3
*Tabl. in C. b. n. 6. Fr. b. n. 389. & c. vid. tamen Maul. de E. & V. 1. 9. n. 6. vers.
allevo hoc mora.* ne quidem tanquam pœna stipulata, (5567) *13. §. 26.* 4
*b. ibi Madenn, 44. ff. 17. 26. C. de usur. Trentacinq. l. 3. tit. de solut. Resol. 11.
num. 1.* idque sive venditor solitus sit fœnerari, sive non: *arg. f. de peric.* 5
& commod. rei vend. Mude. ad d. § 26. num 3. Trentacinq. d. Res 11. n. 2. ¶.
Quamvis (5568) venditor, [speciei debitor,] emtori stipulanti in casum 6
evictionis, jure promittat duplum; *37. pr. de evict. 31. §. 20. de adil. edict.*
differentiam docet (5569) *Mude. ad d. §. 26. n. 5. 6. Fr. b. n. 393 vid. Tren-* 7
tacinq. d. Resol. 11. num. 9. Si tamen ultra pretium etiam factum, tan- 8
quam pretii additamentum, [*vid. 79. de contrah. vend.*] ab emtore pro-
missum sit, ejus nomine & in casum, si non præstetur, venditori efficaci-
ter promittitur pœna, *18. vid. Trentacinq. d. Res. 11. n. 9.* quæ tanquam 9
interesse, non includitur metis usurarum: (5570) *Mude. ad. d. l. 28. ff.
b. t. pr.* sicut etiam pœna conventionalis in casum pœnitentiæ, vulgo 10
Reukauff, Reugeld a venditore, vel emtore promissa, usurarum mo-
dum excedere potest; (5571) *Berlich. part. 1. decis. 43. 44. ¶. Besold. the-
saur. pract. voc.* Reukauff. *Dec. Pistor. obs. 8. num. 6.* simili ratione, (5572)
qua ob legem commissoriam pars pretii soluta amittitur *4. §. 1. l. 6. de
leg. Commiss. vid. 13. §. 26. in fin. b. ibi Mude. num. 10. in fin.*
* Tandem ad repetendos *SUMTUS* a venditore in rem venditam ¶. 11
b. f. factos, *per. C. b.* necessarios, & utiles, quos verisimile est emtorem 12.13
voluisse impendi; *13. § 22. b. ibi Mude. num. 5.* interdum, contractu sc. 14
resoluto, etiam ad *REM*, *4. §. 1. de lege commiss.* cum fructibus restituen- 15
dam, *4. § 4. 14. §. 1. de in diem addict.* & in genere ad *OMNE* id, quod 16
venditori vel ex natura hujus contractus, vel ex pacto in continenti adje-
cto debetur *13. §. 19. ff 2. C. de pact. inter emt. & vend. vid. C. l. A. b. thes.
32. Schneidew. ad §. actionum. Inst. de Action. vers. de act. ex
vend. n. 12. & c. pag. 870.*

LOCA-

1 *Quid tamen hic venditor cavere debet?* ℟. Ne acerbus sit emtori etiam in reliquis afflicto; *h. e.* si emtor etiam reliquarum facultatum suarum jacturam fecerit, cavere debet venditor, ne harum usurarum acerbum se exactorem praebeat.

2 *An ultra consuetas usuras, ratione hujus quantitatis debitae, alia accessio exigi ulla ratione potest?* ℟. Non potest.

3 *An tamen obstat* l. 2. §. f. de eo, quod cert. loc.? ℟. Non obstat, quia haec lex de pecunia trajectitia loquitur.

4 *An ultra consuetas usuras nihil exigi potest, ne quidem tanquam poena stipulata?* ℟. Nihil plane exigi potest. Lauterb. *d. l. §. 50.*

5 *An hoc verum, sive venditor solitus sit foenerari, sive non?* ℟. Affirm. esset enim alias contractus usurarius, qui omni jure prohibitus est.

6 *An tamen venditor, qui speciei debitor est, emtori stipulanti in casum evictionis jure duplum potest promittere?* ℟. Affir. cum, si venditor rem venditam praestare non possit, ut liceat habere emtori, vel res illa evicta sit, emtor pretium, & id, quod interest, petere possit; quoniam autem hoc interesse incertum, atque ejus probatio multis difficultatibus & ambagibus obnoxia sit, ad has difficultates vitandas promissum fuit emtori eo nomine praestationem dupli exigere.

7 *Quintam differentiam docent?* ℟. Mudz. Frank. & Trentacinq. *citt. ll.*

8 *Si ultra pretium, etiam* factum, *tanquam pretii additamentum* (vid. l. 79. ff. de contrah. emt. *ibi:* si modo ideo vilius fundum vendiderit) *promissum sit, an ejus nomine, & in casum, si non praestetur, venditori efficaciter promittetur poena?* ℟. Affir.

9 *An autem haec poena, tanquam interesse, includitur metis usurarum?* ℟. Neg.

10 *An ista etiam poena conventionalis in casum poenitentiae, vulgo* Reukauff, Reugeld, *a venditore vel emtore promissa, usurarum modum excedere potest?* ℟. Affirm. & quidem simili ratione, qua ob Legem Commissoriam pars pretii soluti amittitur: quia pariter poena adjicitur facto, vel non facto, v. g. qui contraveniet contractui, poenam solvet.

11 *An tandem actio venditi datur etiam ad repetendos SUMTUS, a venditore in rem venditam bona fide factos?* ℟. Affir.

12 *Sed ad quos sumtus haec actio datur?* ℟. Ad sumtus necessarios non tantum, sed etiam utiles.

13 *Ergone ad tales sumtus, quos verosimile est emtorem voluisse impendi?* ℟. Affir.

14 *An haec actio venditi interdum etiam datur contractu resoluto?* ℟. Affir.

15 *Ad quid autem tunc datur?* ℟. Ad *REM* cum fructibus restituendam.

16 *Ad quid vero in genere haec actio venditi datur?* ℟. Ad omne id, quod venditori vel ex natura hujus contractus, vel ex pacto in continenti adjecto debetur.

LOCATI CONDUCTI. XIX. 2.

D **L**OCATIO conductio est contractus consensualis de usu pro certa mer- 1
cede concedendo & praestando. *pr. & §. 1. I. l. 2. h. vid. Pichard. ad*
rubr. I. h. Et quamvis aliud sit locare, **verleihen, vermiethen, verpach-** 2
ten, verdingen, verheuren, aliud conducere, **bestehen, miethen, pach-**
ten, heuren, dingen, saepe tamen alterutro vocabulo totus significatur 3
N contractus. *10. de act. emt. 4. h.* Dum consensualis, est (5573) & verus, 4
nominatus, ex utraque parte obligatorius & bonae fidei. *§. un. I. de ob-*
lig. quae ex consens. Pich. d. l. num. 10.

† Dividitur [1] in locationem & conductionem *RERUM* (5574) sive 5
fruendi, qua usus rerum conceditur, & *OPERARUM* sive faciendi,
qua usus personarum sive operae pro certa mercede promittuntur. *Ta-*
bor. P. E. part. 3. sect. 4. th. 40. Haec iterum est vel operarum in *SPECIE* 6
dicta, qua nudae operae indeterminate alteri locantur; vel *OPERIS*, qua
is, qui operas suas locat, simul certum quid faciendum, v. gr. insulam
aedificandam, conducit. *22. §. 2. Evans. h. num 76. &c.* Hic locator o- 7
perarum suarum, conductor operis (5575) [scil. faciendi] appellatur; &
alter, qui tales operas determinatas conduxit, conductor [scil. opera- 8
rum] (5576) & locator [sc. operis] vocatur. *d. l. 22. §. 2. & passim in h. t.*
In locatione vero rerum & operarum in specie *LOCATOR* est, qui u- 9
sum rei vel operas promittit, & mercedem accipit; *CONDUCTOR* ve- 10
ro, qui pro usu rei vel opera mercedem debet. *Fr. d. l. num. 91. &c. Ba-*
chov. Vol. 1. Disp. 29. th. 1. lit. b. Tabor. d. l. Qui aedes conduxit, inquili- 11
nus; qui agrum, colonus; qui opus faciendum, redemtor; (5577) *39.* 12 13
pr. de R. V. 51. §. 1. 60. §. 3. h. qui vectigalia, (5578) publicanus vocatur. 14
† [2] Distinguitur locatio in *REGULAREM* & *IRREGULAREM* sive de- 15
generantem, quae scil. notissimos locationis terminos excedit. (5579) *31.*
h. t. junct. 24. depos. Fr. h. num. 17. &c. Bach. Vol. 1. Disp. 29. th. 1. lit. d. Ta-
bor. d. l.

C *FIT* nudo & solo *CONSENSU*, utcumque declarato; *l. 14. ff. 14. C.* 16
h. pr. I. h. modo sit liber: *11. 32. C. h. 9. §. 1. de publ. & vectigal.* [Rustici 17
tamen, si illorum plane nihil intersit, (5580) *arg. 21. C. mand. 14. C. de*
contr. emt. Pistor. obs. 101. §. Carpz. 1. Ep. 58. §. re integra, suo do-
mino potius, quam extraneo operas suas pro eodem pretio
locent: (5581) *Carpzov. 1. Ep. 59. §. & n. c. 51. d. p. §.*
Sic

1 *Quid est Locatio Conductio?* R. Locatio conductio est contractus consensualis &c.

2 *An aliud est locare,* verleihen, vermiethen, verpachten, verdingen, verheuren, *& aliud conducere?* R. Affir.

3 *An tamen sæpe alterutro vocabulo totus significatur contractus?* R. Affir.

4 *Qualis est hic contractus?* R. Est consensualis, (*solo enim consensu perficitur, nec ad ejus perfectionem vel rei traditio, vel verba solemnia, vel literæ requiruntur*) verus, (*quia vero utriusque contrahentium consensu constat*) nominatus, (*quia certam ac specialem contrahendi formam habet, indeque speciale nomen & actionem sui nominis conformem producit*) ex utraque parte obligatorius, (*contractu enim perfecto utrique contrahentium statim obligantur*) & bonæ fidei; *quia in eo non verbis inhærenus, sed æquæ & benignæ interpretationi tantum agit Officium Judicis, quantum in aliis nominatim ejus rei convenit.*

5 *Quomodo Locatio Conductio (1) dividitur?* R. In Locationem Conductionem *RERUM* sive fruendi, qua usus rerum conceditur, & *OPERARUM*, sive faciendi, qua usus personarum, sive operæ pro certa mercede promittuntur.

6 *Quotuplex est Locatio Conductio OPERARUM sive faciendi?* R. Hæc iterum est vel operarum in *SPECIE* dicta, qua nudæ operæ indeterminate alteri locantur, vel *OPERIS*, qua is, qui operas suas locat, simul certum quid faciendum, v. g. insulam ædificandam, conducit.

7 *Quomodo hic Locator operarum suarum appellatur?* R. Conductor operis, sc. faciendi.

8 *Quomodo vero is, qui talis operas determinatas conduxit, vocatur?* R. Conductor, sc. operarum, & Locator, sc. operis.

9 *Quis vero in locatione rerum & operarum in specie LOCATOR est?* R. Qui usum rei & operas promittit, & mercedem accipit.

10 *Quis vero in locatione rerum & operarum in specie CONDUCTOR est?* R. Qui pro usu rei & operis mercedem debet.

11 *Quomodo is dicitur, qui ædes conduxit?* R. Inquilinus.

12 *Quomodo is vocatur, qui agrum conduxit?* R. Colonus.

13 *Quomodo is dicitur, qui opus faciendum conduxit?* R. Redemtor.

14 *Quomodo tandem is vocatur, qui vectigalia conduxit?* R. Publicanus.

15 *Quomodo Locatio Conductio (2) distinguitur?* R. In *REGULAREM*, (*quæ ordinariam servat hujus contractus naturam, seu, in qua omnia naturalia & essentialia hujus contractus observantur, h. e. in qua hoc agitur, ut secundum naturam hujus contractus pro certa mercede, in pecunia numerata consistente, usus rei, vel certæ operæ præstentur*) & *IRREGULAREM*, quæ notissimos locationis terminos excedit.

16 *Quomodo Contractus Locationis Conductionis fit?* R. Fit nudo & solo consensu, utcunque declarato, modo hic consensus sit liber. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. § 7.*

17 *An tamen rustici, re adhuc integra, suo Domino potius, quam extraneo, operas suas pro eodem pretio locare tenentur?* R. Affir. si illorum plane nihil intersit.

Sic quoque Studiosi habitatio, *Privil. Tübing. f.* Wir wollen auch, &c. 1
Rebuff. de privil. universit. priv. 7. num. 1. 4. & ab Academia recedenti equus locandus est. (5582) *Bonacoss. tr. de equis. quæst. 207. Rebuff. d. priv. 7.*] TACITO utriusque consensu locatio ab initio contrahi 2
vix potest: *arg. §. 1. l. 22. d. præscr. verb. Barb. Vol. 1. Diss. 29. th. 1. lit. c. verb. vel tacite.* semel tamen contracta tacite renovatur, 3
[cum iisdem qualitatibus & pactis, (5583) e. gr. pignore, &c. quibus prior constabat; *13. §. f. ff. 16. C. h.* non etiam, quæ a tertii arbitrio dependent, (5584) ut: fidejussio, *13. § f. ff. 7. C. ibi Barbos. Tulden. h. num. 2. Barb. Vol. 1. Diss. 29. th. 4. lit. e. Mantic. de tacit. convent. l. 5. tit. 15. num. 22. Gomez. 2. c. 3. num. 17.*] si nim. conductor, tempore 4
conductionis impleto, sciente & patiente locatore, [*vid. 14. in fin. h. Mantic. d. l. num. 10. Barbos. in 16. C. de locat. num. 28.*] vel ejus herede aut curatore, *vid. Mantic. d. t. 15. num. 15. Barbos. d. l. num. 9.*] in conductione, non modico temporis spatio [*vid. Mantic. d. t. num. 16. Barbos. d. l. num. 17. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 498. num. 5. in f. Lago de I. & I. D. 29. num. 11. Fr. h. num. 11. Gomez. 2. c. 3. num. 16.*] maneat; tunc enim locatio conductio tacite renovata censetur, (5585) *13. §. f. l. 14. h. 16. C. h.* & quidem in prædiis rusticis, regulariter, ad 5
annum, (5586) licet prima ad lustrum fuerit contracta; *13. § f. Mantic. d. t. 15. num. 2.* in urbanis vero, quorum quolibet tempore uniformis est usus, (5587) pro eo tempore, quo quis finita prima locatione habitavit; (5588) *13 §. f. vid. Fr. h. num. 13 &c. Christin. V. 3. decis. 116. num. 2. ¶. Tulden. in C. h. num. 2. in fin. ¶. Groenew. ad 16. C. h. num. 6. ¶. Carpz. 2. c. 37. def. 9.* [moderate tamen agatur cum inquilino. (5589) *arg. 9. de servit. Groenew. ad d. l. 16. num. 7.*] Si vero fructus per integrum anni 6 7 8
spatium non percipiantur æquales, sed e. g. præcipui nundinarum tempore, tunc in his quoque ad annum, (5590) *Gomez. 2. c. 3. n. 15. Trentac. lib. 3. tit. de locat. Resol. 2. num. 13. in fin. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 498. n. 10. in fin. Mevius ad Jus Lubec. lib. 3. t. 6. art. 2. n. 8. Mantic. d. t. 15. n. 9. Fr. h. n. 19.* aut si in scriptis certum tempus locationis sit expressum, ad illud 9
ipsum conductio renovata videtur; *13. § f. in f. h. Fr. h. n. 24. Molin. de I. & I. D. 498. n. 8. vid.* (5591) *Carpz. 2. c. 37. d. 9. in fin. Mantic. d. tit. 15. num. 17.* ubi cum aliis *d. §. f.* aliter explicant. *vid. Trentac. d. Resol. 2. Barb. ad d. l. 16. Mantic. d. tit. 15. Christin. d. decis. 116. num. 1. &c. Gomez. 2. c. 3. n. 17. & seqq. Molin. de I. & I. D. 498. num. 10.* ubi tacitam reconductionem 10
etiam in mobilibus locum habere docet.

Loca-

1 *An quoque Studioso habitatio, & ab Academia recedenti eque locanda est?* ℞. Affirm. ob favorem studiorum. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 14.*

2 *An TACITO utriusque consensu contrahi ab initio potest Locatio Conductio?* ℞. Hoc vix fieri potest; *quia certa merces hic statim constituenda, nisi res illa sit locari solita, & pretium ejus ex consuetudine determinatum: sic enim, qui rem illam occupat, ad consuetum pretium se obligasse videtur.*

3 *An tamen semel contracta locatio tacite renovari potest?* ℞. Affir. & quidem cum iisdem qualitatibus & pactis, e.g. pignore &c. quibus prior constabat; non etiam, quæ a tertii arbitrio dependent, ut fidejussio.

4 *Quomodo vero fit tacita illa renovatio?* ℞. Si nimirum conductor, tempore conductionis impleto, *sciente & patiente* locatore, (*vid. 14. in fin. ff. h. t.* ubi reconductio locum non habet, cum locator sit furiosus, & iterum consentire non possit) vel ejus herede, aut curatore in conductione, non modico temporis spatio maneat; tunc enim locatio & conductio tacite renovata censetur: qui autem non vult conducere, utile est, ut protestationem interponat. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 8.*

5 *Ad quodnam autem temporis spatium talis tacita locationis renovatio in prædiis rusticis facta censetur?* ℞. Regulariter ad annum, licet prima ad lustrum fuerit contracta.

6 *Ad quodnam vero temporis spatium talis tacita locationis renovatio censetur facta in prædiis urbanis, quorum quolibet tempore uniformis est usus?* ℞. Pro eo tempore, quo quis finita prima locatione habitavit.

7 *An tamen moderate cum inquilino agendum?* ℞. Affir.

8 *Ad quodnam autem temporis spatium tacite renovata censetur locatio, si fructus per integrum anni spatium non accipiantur æquales, sed e. g. præcipue nundinarum tempore?* ℞. Ad annum.

9 *Ad quodnam vero tempus renovata censetur reconductio, si in scriptis certum tempus locationis est expressum?* ℞. Ad illud ipsum tempus, quod in literis expressum; *quia hoc casu certius constat de tempore, quam eo casu, quo sine scriptura locatio facta, ubi tempus illud non adeo certum est.*

10 *An tacita reconductio etiam in mobilibus locum habet?* ℞. Ita sentit Molin. *cit. l.* add. Brunnem. *ad l. 16. C. h. t. n. 4.*

S Locare & conducere possunt omnes, qui contrahendo se obligare 1
valeant: specialiter tamen prohibentur *arg. 43. §. 1. de procur.* Milites, 2
(5592) *31. C. h. ibi Gl. & Gron. num. 5. & c. l. 15. 16. C. de re militar. vid. l. 50.*
h. C. I. A. h. l. 8. Decuriones, (5593) *30. C. h. vid. 4. ff. de decur. Gron. ad*
d. l. 31. num. 3. Clerici, quoad possessiones seculares, *Nov. 123. c. 6. vid.* 3
Gron. ad d. c. 6. Tutores & Curatores, rationibus nondum redditis, ob 4
majorem minorum securitatem, (5594) prædia fiscalia, & Cæsaris pa- 5
trimonialia conducere vetantur. *49. pr. & §. 1. h. l. un. C. ne tut. vel cur.*
vectig. conduc. C. I. A. h. th. 8. Item Fabri, vietores & similes, qui ar- 6
tem suam cum strepitu exercent, domum juxta literatorum ædes, his-
ce invitis & contradicentibus, conducere, & ibi artem suam exercere ne-
queunt. (5595) *Carpz. 2. c. 37. def. 13. ¶. arg. unic. C. de stud. liber. Bonacin.*
de contract. & restit. Disp. 3. quæst. 7. punct. 18. num. 2. C. I. A. h. num. 14.
Operis duobus simul locatis, convenit priori conductori ante satisfieri. 7
(5596) *26. h.* Usus vero rei, duobus locatus, & posteriori traditus, ei- 8
dem invito non est auferendus, (5597) sed, si locator priori usum non 9
possit præstare, eidem solvere debet interesse. *Vid. Zoes. h. n. 6. Gomez.*
2. var. res. c. 3. n. 30.

O *OBJECTUM* (5598) Locationis & Conductionis, *vid. Pichard. ad* 10
rubr. I. h. num. 12. 13. * ex parte *LOCATORIS* in locatione A
* *REI*, seu fruendi, est usus, *vid. Fr. h. num. 37. &c.* [in pleniori signi- B 11
ficatione, (5599) scil. cum facultate usum alteri concedendi, *6. C. h. 7.*
h. & interdum fructus percipiendi, e. gr. ex fundo, vinea, &c. *Lagu.*
de J. & J. D. 19. sect. 1. num. 2. qui si determinatus est, (5600) & con- 12
ductor re aliter utatur, tenetur de omni damno, inde proveniente, *Bo-*
nacin. de contract. D. 3. quæst. 7. punct. 3. num. 1. arg. 13. §. 5. h.] regulariter
omnium rerum in commercio, quæ usu non consumuntur, (5601)
arg. 30. h. 3. §. 5. commod. Zoes. h. num. 11. vid. tamen (5602) *Bonacin.*
D. 3. quæst. 7. punct. 1. num. 2. C. I. A. h. th. 11. sive sint
* Incorporales, *Carpz. l. 5. R. 15. num. 1.* e. gr. jus vectiga- C 13.14
lis, *4. C. vectigal. nov. instit. non poss.* ususfructus, (5603) *§. 1. I. de usu*
& habit. 13. C. de jur. dot. vid. 9. §. 1. h. 15. §. 4. de usufr. Covarr. de locat. 2. q.
38. & seqq. habitatio, *§. 5. I. de usu & habit. 13. C. de usufr.* & hodie Juris-
dictio. (5604) *Carpz. l. 5. R. 15. n. 3. ¶¶. ubi in seqq.* probat, prædio, cui 15
Jurisdictio adhæret, locato, etiam Jurisdictionem locatam videri; (5605)
¶. quod etiam de jure patronatus defendit, (5606) *per c. 7 & 13. X. de Ju-* 16
re patr. Finck. observ. 3. ¶. & in tract. de jure patron. c. 5. n. 19. & seqq. ubi
ad

1 *Quinam locare & conducere possunt?* ℞. Omnes, qui contrahendo sese obligare possunt, nec speciali prohibitione ab hoc contractu excluduntur.

2 *Quinam vero specialiter prohibentur?* ℞. Milites, Decuriones.

3 *Quatenus Clerici prohibentur?* ℞. Quoad possessiones seculares.

4 *Quatenus Tutores & Curatores prohibentur?* ℞. Rationibus nondum redditis.

5 *Cur & quid hi conducere vetantur?* ℞. Ob majorem minorum securitatem prædia fiscalia & Cæsaris patrimonialia conducere vetantur.

6 *An fabri, vietores, & similes, qui artem suam cum strepitu exercent, domum juxta literatorum ædes, hisce invitis & contradicentibus conducere, & ibi artem suam exercere possunt?* ℞. Non possunt.

7 *Operis duobus simul locatis, cui prius satisfieri debet?* ℞. Priori conductori: *prior enim in obligatione facti, potior est jure.*

8 *Usus vero rei duobus locatus, & posteriori traditus, an eidem invito est auferendus?* ℞. Neg.

9 *Si ergo locator priori usum non possit præstare, ad quid eidem tenetur?* ℞. Eidem solvere debet interesse.

10 *Quodnam est OBJECTUM Locationis conductionis ex parte LOCATORIS in locatione REI, seu fruendi?* ℞. Usus regulariter omnium rerum, quæ sunt in commercio, nec usu consumuntur.

11 *In quanam significatione hic vocabulum, Usus, sumitur?* ℞. In pleniori significatione, sc. cum facultate usum alteri concedendi, & interdum fructus percipiendi, e. g. ex fundo, vinea, &c.

12 *Si vero usus determinatus est, & conductor re conducta aliter utatur, de quo tenetur?* ℞. De omni damno inde proveniente.

13 *Quales res locari & conduci possunt?* ℞. Incorporales & Corporales, eæque vel mobiles vel immobiles.

14 *Da exempla rerum incorporalium?* ℞. E. g. Jus vectigalis, ususfructus, habitatio & *hodie* jurisdictio.

15 *An, prædio, cui jurisdictio adhæret, locato, etiam jurisdictio locata videtur?* ℞. Affir. *vid. tamen in Notis num.* (5605.)

16 *An idem etiam est dicendum de jure patronatus?* ℞. Affir.

ad contraria respondet. ¶¶¶. *Carpz. 2. constit. 37. def. 22.* ¶. *NON* etiam jus 8
monetæ cudendæ, (5607) *Edict. monetal. de Anno 1559. §.* Ferner, als
sich auch ꝛc. *Carpz. 5 Rp. 12.* ¶. nec servitus usus. (5608) *§. 1. I. de usu & ha-* 9
bit. vid. l. 12. § 5 ff de usu & habit. Carpz. p. 1. decis. 69.

* corporales, mobiles & immobiles; etiam alienæ,(5609) c. 34
7. p. § f. vid. Bach. Vol. 1. Disp. 19. th. 2. h. ita ut locator rei alienæ merce- 5
dem exigere possit pro eo tempore, quo conductor illa usus est; (5610)
9. § f Mantic. de tacit. convent. lib. 5. tit. 3. num. 1. tenetur tamen locator 6
conductori ignoranti [*vid.* (5611) *Pansicbon. lib. 1. quæst. 5. num. 20.*] ad
interesse, si dominus rem vindicat (5612) *7 8. 9 pr. h. Fr. h. num. 45. &c.*
licet locator rem alienam esse ignoraverit, *arg. 9. pr. 19. §. 1. h. Fr. h. num.* 7
46. &c. hic ignorans locator tamen liberatur ab interesse, si rem simi- 8
lem æque commodam præstet, *9. pr. Fr. h. num. 48.* [secus ac in vendi-
tione, & aliis similibus contractibus; *Gomez. t. 2. c. 3. num. 2.*] vel justam
ignorantiam docere possit. (5613) *arg. 19. §. 1. cum f. 33. h. vid. Bos. ad 7 &
8. num. 2.* De rei communis locatione (5614) *vid. Gomez. 2. c. 3.* 9
num. 14.

Item locari potest res conducta alteri æque idoneo ad eundem u- 10
sum: (5615) *6. C 7. ff. h. Gomez. t. 2. cap. 3. num. 11. Molin. de I. & I. tr. 2.
D. 489. num. 1. Fr. h. num. 176. Tulden. in Cod. h. num. 3. vid. Rebuff. de pri-
vil. Univers. privil. 12. num. 1. Barbos. ad 6. C h. num. 3.* [hujus tamen e. gr. 11
res invectæ primo locatori obligantur, pro ea parte, qua conduxit. (5616)
11. §. 5. de pign. act. vid. Fr. h. t. num. 176. Gomez. 2 c. 3. num. 12.] Usufru- 12
ctuaria ab usufructuario; (5617) *vid. omnino 9. §. 1. h.* Feudum a vasal- 13
lo b. f. etiam sine consensu domini, (5618) *cap. un. §. denare. 2. Feud. 9.*
& ad longum tempus: (5619) *arg. d. c. junct. 39. ff 10. C h. Finckelt. de
Feud. exercit. 9. th. 15. vid. Bach. Vol. 1. Disp. 19. th. 2. lit. f* Res æstima- 14
ta, taxationis, vel si conductori placuerit, venditionis gratia. (5620)
Lago de I & I. Disput. 19. sect. 5. num. 71. Non etiam regulariter locari 15
potest res conductoris propria: (5621) *9. § f. ff. 20. C. h. 45 de R. I.* et-
iamsi conductor sciat rem suam esse; (5622) *arg. 16. de contrah. emt.
Mantic. lib. 5 tit 3. num. 3. Barbos. ad 20. C h. num. 3.* nisi præcesserit ti-
tulus ad dominium transferendum habilis: ut, si venditor rem suam, sed
alteri venditam, ante rei traditionem ab emtore conduceret: tum enim
emtoris nomine incipit rem illam possidere. (5623) *arg. 77. de R. V. Bar-
bos. ad d. l. 20. num. 6. Bach. V. 1. D. 19. th. 2. lit. c. & d. Fr. h. n. 51. vid. l. 20. §.
5. & seq. h. Lago de I. & I. D. 19. sect. 5. n. 73.* Dominus pignoris illud a cre- 16
ditore recte conducit. (5624) *37. de pign. act. 37. de acq. vel amitt. poss.*

* OPE-

1 *Num vero jus mutuo a credendo locari potest?* ℞. Neg.

2 *An usus servitus ususve alteri locari potest?* ℞. Non potest: alter enim plus ad quotidianum indigentiam opus habere posset, & sic proprietarius damno afficeretur.

3 *An locari possunt res corporales, mobiles & immobiles?* ℞. Affir.

4 *An etiam res aliena locari possunt?* ℞. Affir.

5 *An ergo locator rei alienæ mercedem exigere potest pro eo tempore, quo conductor illa usus est?* Affir.

6 *Ad quid tamen locator conductori ignoranti tenetur, si dominus rem vindicat?* ℞. Ad interesse.

7 *An quoque ad interesse conductoris ignorantis tenetur locator, etiamsi ipse rem alienam esse ignoraverit?* ℞. Affir. cum rei suæ conditionem scire debuerit.

8 *Quomodo vero ignorans locator hoc casu se ab interesse liberare potest?* ℞. Si rem similem non minus commodam præstet, (*secus ac in venditione & aliis similibus contractibus, ubi sc. aliud pro alio invitus accipere cogatur, usus enim, qui hoc transfertur, facilius per æquipollens expeditur.* Gomez. *cit. l.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 22.*) vel justam ignorantiam docere possit: ut, si bona fide rem ab alio emerit, sicque sine dolo & culpa rem alienam alteri locaverit.

9 *Quid circa rei communis locationem obtinet?* ℞. De hac vid. Gomez. *cit. l.* & *in Notis num.* (5604.)

10 *An res conducta a conductore alteri æque idoneo ad eundem usum locari potest?* ℞. Affir. quia primo locatori nihil interest, cum a suo conductore mercedem accipiat.

11 *An tamen secundi conductoris res, in prædium urbanum invecta, primo locatori obligantur?* ℞. Affir. pro ea sc. parte, quam secundus conductor conduxit.

12 *Num res usufructuaria ab usufructuario locari potest?* ℞. Affir.

13 *An feudum a vasallo, bona fide, sine consensu Domini, etiam ad longum tempus locari potest?* ℞. Affir. cum vasallo alienatio feudi sine Domini consensu tantum sit prohibita, non vero locatio.

14 *Num res æstimata taxatione, vel si conductori placuerit, venditionis gratia locari potest?* Affir. cum talis æstimatio tantum eum in finem fiat, ut, si res vel deterior fiat, vel culpa conductoris plane interempta sit, constet, quantum pro eadem sit præstandum, vel ut tum demum eo pretio vendita esse debeat.

15 *An rei conductoris propria locari potest?* ℞. Regulariter non potest; (*quia deficit Objectum ex una parte, usus sc. rei, qui præstari domino non potest, utpote quem jam habet jure dominii.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 26.*) & hoc verum est, etiamsi conductor sciat rem esse suam, nisi præcesserit titulus ad dominium transferendum habilis, ut, si venditor rem suam, sed alteri venditam, ante rei traditionem ab emtore conduceret; tum enim emtoris nomine incipit rem illam possidere. Lauterb. *d. l.*

16 *An dominus pignoris illud a creditore conducere potest?* ℞. Affir.

1 *Quo-*

* *OPERÆ*, sunt omnes personarum operæ honestæ, [etiam in sim- b. 1
plici facto consistentes. *arg. 19. §. 1. de P. V.*] quæ solent mercede æsti-
mari: (5625) *5. §. 2. de præscript. verb.* [e. gr. tabulam pingere, *d. §. 2.* 2
onus vehere, *13. §. 1.* alterius servum custodire, *1. §. 9. depos.* rem su-
am pro alio oppignorare: *19. §. 1. de P. Verb. &c.* Aurifaber, qui ex suo 3
auro annulum pro certa pecunia alteri præstare promittit, suum potius
annulum vendit, (5626) quam suas operas locat. *§. 5. I. h. 2. §. 1. h. 20.*
65. de C. E. V. vid. supr. tit. de E. V. Fr. h. num. 6. obst. (5627) *22. §. 1. h.*
Vid. Pichard. ad §. 4. I. h. num. 4. De honorario Professorum, Advo- 4
catorum, & taxari non solitis, (5628) *vid. 5. §. 2. de P. V. 1. pr. si mens.*
fals. mod. dix. Bach. Vol. 1. Disp. 29. th. 2. lit. g. Fr. h. num. 58. &c.] etiam 5
alienæ, *9. §. 1. 25. pr. &c. L. 27. de oper. libert. 3. de usu. & usufr. leg.* & pot-
est conductor operas conductas, si de contraria contrahentium mente
non constat, alteri iterum locare. (5629) *arg. 7. ff. 6. C. h. Rebuff. de Pri-*
vil. univers. priv. 12. num. 7. ubi hoc limitat. Vid. l. 12. §. 5. ff. de usu
& habit.

* ex parte *CONDUCTORIS* est *MERCES*, a. 6
pr. I. h. 23. in fin. commun. divid. [seu pretium *28. §. 2. 51. §. 1. 58. pr. h. l. f.*
D *§. f. de L. Rhod. Fr. h. num. 64.*] quæ est NB. pecunia numerata, (5630) 7
qua usus rei vel opera personæ æstimatur; *arg. pr. I. h. l. 5. §. 2. de*
P. V. 1. §. 9. depos. 15. §. 6. h. 26. §. 1. de furt. Bach. Vol. 1. Disp. 29.
th. 3. lit. g. Hahn. ad W. h. num. 6 & 7. Vinn. ad §. 2. I. h. 1. num. 1.
Christin. Vol. 3. decis. 109. num. 12. 9. Mastrer. in verr. cvr. tit. de locat.
quæst. 10. Mantic. de tacit. convent. lib. 5. tit. 2. num. 25. 35. Gomez. t. 2.
c. 3. num. 7. in fin. obst. 8. 21. C. 35. ff. h. inde colonus partiarius (5631) 8
proprie colonus vel conductor non est. (5632) *25. §. 6. h. vid. Man-*
tic. de tacit. convent. l. 5. tit. 2. num. 16. &c. Tabor. de jur. Socid. c. 2.
E *num. 1 & 8. & c. 4. num. 9 & 11.* Merces autem debet esse [1] ve- 9
ra, non simulata, sive dicis gratia constituta: [hinc locatio non est, 10
si locator ab initio, *vid. 5. h.* totam mercedem expresse donationis
gratia non exigendam constituat: (5633) *20. §. 1. h. arg. 36. 38. de*
contrah. emt. vid. supr. pag. 304. tit. d. C. E. V. aut si res alicujus mo- 11
menti uno nummo locetur. *46. h. 1. 10. §. f. de A. vel A. P. Mantic. d. l. 5.*
tit. 2. num. 20 & 21.] [2] certa, sc. vel per se, ex determinatione contra- 12
hentium, vel per relationem: *§. 1. I. h. 25. pr. h. vid. supr. pag. 304. seq.*
de C. E. V. Bach. V. 1. D. 29. thes. 1. lit. f. propria enim locatio non est, ubi 13
non statim certa merces constituitur, sed tantum promittitur, quantum
justum erit, (5634) vel quantum inter eos postea conveniet. *§. 1. I. h. l. 22.*
de P. V.

1 *Quodnam est Objectum locationis conductionis ex parte LOCATORIS in locatione OPERÆ?* ℞. Objectum hic sunt omnes personarum Operæ honestæ (etiam in simplici facto consistentes, quæ sc. nullam singularem operam & industriam requirunt. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 19. in fin.*) quæ solent mercede æstimari. Lauterb. *d. l. §. 17.*

2 *Da exempla ejusmodi operarum?* ℞. V. g. tabulam pingere, onus vehere, alterius servum custodire, rem suam pro alio pignorare, &c.

3 *An Aurifaber, qui ex suo auro annulum pro certa pecunia præstare promittit, suum potius annulum vendit, quam suas operas locat?* ℞. Suum potius annulum vendit.

4 *Quid de honorario Professorum, Advocatorum, & taxari non solitis dicendum?* ℞. Hæc in hunc contractum *locati conducti* deduci nequeunt: quod enim Professoribus & similibus præstatur, non tanquam operarum præstitarum æstimatio, & in illarum compensationem, sed potius in remunerationem & grati animi declarationem solvitur; unde proprie non merces, sed honorarium, sive salarium dicitur.

5 *An etiam operæ alienæ locari possunt?* ℞. Affir. operæ enim locari solitæ non tantum propriæ, sed etiam alienæ recte in hunc contractum Locati Conducti deducuntur ita, ut Conductor quoque operas conductas, si de contraria contrahentium mente non constat, alteri iterum locare possit.

6 *Quodnam est Objectum locationis conductionis ex parte CONDUCTORIS?* ℞. MERCES seu pretium.

7 *Quid autem est merces?* ℞. Est pecunia numerata, qua usus rei, vel operæ personæ æstimatur.

8 *An ergo Colonus partiarius,* proprie *Colonus vel conductor non est?* ℞. Proprie talis non est.

9 *Qualis (1) debet esse merces?* ℞. Vera, non simulata, sive dicis tantum gratia constituta.

10 *An igitur locatio est, si locator ab initio totam mercedem expresse donationis gratia non exigendam constituat?* ℞. Locatio non est.

11 *An nec locatio est, si res alicujus momenti uno nummo locetur?* ℞. Locatio non est; quia merces debet esse vera, non simulata, sive dicis gratia constituta.

12 *Qualis (2) debet esse merces?* ℞. Certa, sc. vel per se, ex determinatione contrahentium, vel per relationem.

13 *Estne ergo proprie locatio, ubi non statim certa merces constituitur, sed tantum promittitur, quantum justum erit, vel quantum inter eos postea convenerit?* ℞. Proprie locatio non est, sed incidit in contractum innominatum, *Facio ut des,* per *cit. l. 22. ff. de P. V.* nisi pretium jam tum vel statuto, vel consuetudine certum sit. *Stryk. h. t. in Notis.*

de P. V. C. l. A. h. th. 2. in fin. Mantic. de tacit. convent. l. 5. t. 2. num. 3. &c. abst. (5635) *19. C. h. Vid. Pechard. ad pr. I. h. num. 2. 19. Fr. h. num. 73.* [3] non etiam necessario debet esse justa; (5636) *22. ff. l. 23.* utrinque 1
(5637) tamen locum hic habet (5638) *L. 2. C. de resc. vend. vid. supr. pag. 343. tit. de resc. vend.* 2
Quæ autem merces justa dicatur, maxime in operarum locatione, (5639) *vid. Lago de I. & I. D. 29. sect. 3. num. 62. Benevid. de contract. D. 3 q. 7. punct. 4.* 3

A Accedunt huic contractui pacta, arrha, (5640) scriptura, pignus, 4
19. ff. fidejussio, *7. C. h.* conditio, *20. pr.* tempus, modicum & longum, imo perpetuum: (5641) *10. C. h. Fr. num. 36. &c.* liber homo 5
tamen a promissione perpetuarum operarum liberatur, præstando interesse. (5642) *arg. 13. ff. 1. de re jud. Colr. de process. executiv. p. 1. c. 9. n. 18. ¶. abst. 71. ff. 2. de cond. & demonstrat. 37. de liber. caus. 6. 24. C. d. 1. junct. 3. de homin. liber. exhib.* Si nullum tempus additum sit, locatio prædi- 6
orum rusticorum in annum, urbanorum vero & similium rerum, ut & operarum, tamdiu solummodo, quoad alteruter contrahentium tempestive renunciet, facta videtur. *arg. 13. ff. Vid. Mantic. de tacit. convent. l. 5. t. 4. num. 2. &c. Fr. h. num. 44. Mevius ad Jus Lub. l. 2. t. 8. art. 2.*

C Locatio finitur * [1] elapso *TEMPORE*, ad quod expresse vel tacite fuit contracta: *arg. 13. ff. & l. seq. Hunn. Encyclop. jur. p. 3. tit. 18. cap. 18. num. 1.* D 7
neque conductor ultra teneri potest invitus, *11. C. h.* [etiamsi sit conductor vectigalium; (5643) *9. ff. 1. de publican. 3. ff. 6. de jur. fisc.* nisi maximos fructus consecutus sit, & vectigalia tanto pretio postea locari non possint. *11. ff. de publican. Mantic. de tacit. convent. l. 5. tit. 2. num. 30. Sand. decis. Frisic. lib. 3. t. 6. def. 4. ¶.*] neque contra voluntatem locatoris (5644) rei insistere; *32. C. h. Mevius ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 8. art. 2. num. 3. Tuldeu. in C. h. num. 3. Vid. Gomez. tom. 2. c. 3. num. 5.* 8 9 10
nisi conduxerit quis fundum publicum: (5645) [nam hic idem offerens, quod novus conductor, aliis ex æquitate præfertur. *4. 5. C. de locat. præd. civil. Sand. d. t. 6. def. 1.*] vel nisi inter contrahentes conventum fuerit, conductorem non expelli, quamdiu pensionem solvat. (5646) *Ant. Faber. in Cod. lib. 4. tit. de locat. def. 49. Carac. de locat. p. 3. quæst. 28. num. 4.* Ante vero, quam tempus conductionis finiatur, regulariter neque 11
locator, neque conductor, altero invito, a contractu resilire potest; (5647) *3. 15. 21. C. h. 24. ff. 2. 27. ff. 1. 55 ff. h.* sive quis ipsemet contraxe- 12
rit,

1 *An vero merces necessario debet esse justa?* ℞. Neg. Vid. Lauterb. *d. l. §. 33.*

2 *An tamen Remedium* L. 2. C. de Resc. Vend. *utrinque hic locum invenire potest?* ℞. Affir. si sc. læsio ultra dimidium sit facta.

3 *Quanam vero merces justa dicitur, maxime in operarum locatione?* ℞. De hoc *vid.* Lugo & Bonac. *citt. ll.*

4 *Quanam hujus contractus* Accidentia *sunt?* ℞. Pacta, arrha, scriptura, pignus, fidejussio, conditio, tempus, & quidem non tantum modicum; sed etiam longum, imo perpetuum.

5 *An hoc ultimum recte quoque de operarum locatione affirmatur ita, ut etiam liber homo operas suas in perpetuum locare possit?* ℞. Affir. quamvis ad illas præstandas præcise non cogatur, sed interesse præstando liberetur.

6 *Si nullum tempus locationi additum, in quantum temporis spatium locatio facta videtur?* ℞. In prædiis *rusticis* in annum, in *urbanis* vero & similibus rebus, ut & *operis* tamdiu solummodo, quoad alteruter contrahentium tempestive renunciat. In Universitate *Tubingensi* Studiosi habitationem mutaturi, quadrantem anni prius locatori significare, aut dicti temporis mercedem solvere tenentur. *Vid.* Statut. Univers. Tubing. *p. 131. in fin.* Si vero Studiosi avocati fuerint, *vid. §. seq. 54.*

7 *Quando (1) Locatio finitur?* ℞. Elapso tempore, ad quod usque ipsa expresse vel tacite fuit contracta.

8 *An ergo conductor, ultra tempus conventum,* invitus *in locatione teneri non potest?* ℞. Non potest: contractu enim semel finito, de novo invitus ad contrahendum cogi non potest.

9 *An nec conductor vectigalium ultra tempus conventum in locatione teneri potest?* ℞. Non potest: nisi maximos fructus consecutus sit, & vectigalia tanto pretio postea locari non possint.

10 *An conductor, contra voluntatem locatoris, finita locatione, rei insistere potest?* ℞. Non potest: nisi conduxerit quis fundum publicum, (*nam hic idem offerens, quod novus conductor, aliis ex æquitate præfertur*) vel nisi inter contrahentes conventum fuerit, conductorem non expelli, quamdiu pensionem solvat.

11 *An vero ante, quam tempus conductionis finiatur, locator vel conductor, altero invito, a contractu resilire potest?* ℞. Regulariter non potest; quod enim ab initio est voluntatis, id ex postfacto fit necessitatis.

12 *An hoc verum est, sive quis ipsemet contraxerit, sive ejus tutor vel curator?* ℞. Affir.

rit, sive ejus tutor vel curator, *arg. 2. de admin. tutor. Fr. h. n. 119. Barbos. in 9. C. h. num. 19. Carpz. l. 5. R. 78. num. 5. Mantic. de tacit. convent. l. 5. tit. 10. num. 23. Caroc. tr. de locat. p. 1. quaest. 29. num. 1. & seq.* vel procura- 1
tor aut alius administrator. *Carpz. d. R. 78. num. 6. &c. Lago d. D. 29. num.*
24. Gomez. 2. c. 3. num. 8. Sic nec recedere potest uxor a locatione bono- 2
rum paraphernalium a marito facta. (5648) *Carpz. d. R. num. 8. Caroc. d. tr. p. 2. c. 30. num. 10. Zas. h. num. 48. Gomez. d. l. Barbos. ad d. l. 9. num. 30.*
Nec Ecclesia, vel ejus administrator a locatione bonorum Ecclesiae, e- 3
jus nomine & in ejus utilitatem ab antecessore legitime facta; (5649)
quod secus est, si quis locaverit res ad proprios reditus suae dignitatis 4
(5650) aut praebendae pertinentes. *Lago d. D. 29. n. 24. in fin. vid. Mant. d. lib. 5. tit. 12. & 5. Trentacinq. lib. 3. tit. de locat. Resol. 3. Zas. h. num. 50.*

Aliquando tamen etiam ante tempus locationi praefinitum, 5
* *LOCATOR* potest autoritate judicis implorata (5651) [*arg. 1. 1. C. ne quis in sua causa jud. 13. quod metus caus. 176. de R. J. 3. C. de pign. Fach. 1. Controv. c. 95. Fr. h. num. 181. Carpz. 2. c. 37. d. 6. num. 12. Christ. Vol. 3. Dis. 119. num. 10. 11.*] a conductione recedere, si justa adsit causa: *3. C. h.* e. g. E
in locatione * *RERUM* [1] injusta mercedis solvendae cessatio, si verbi F 6
gratia, locatio in quinquennium pro certa mercede singulis annis solvenda sit contracta, & conductor intra biennium mercedem non solvat;
etiamsi conventum sit, ne invitus ante quinquennium expellatur; (5652) 7
54. §. 1. 56. h. c. 3. in fin. 3. h. C. I. A. h. num. 14. Fr. h. num. 186. Lago de I. & L. D. 19. sect. 1. num. 12. Ante biennium vero ob solam moram expelli non 8
potest. (5653) *arg. 14. C. de resc. vendit. Fr. h. num. 181. in f. & 186. in f. Tulden. in C. h. num. 13. obs.* (5654) *3. C. h. 10. §. 1. de public. & vectigal. Diss. Barbos. ad 3. C. h. num. 6. Ruchter. p. 2. decis. 81. num. 10. in f.* Condu- 9
ctore ex hac causa expulso, locator exigit mercedem, tantum pro rata temporis praeteriti & praesentis. *Romocra. de contract. D. 3. quaest. 7. p. 2. n. 9.*
Lago de I. & I. D. 19. sect. 1. num. 15. Fr. h. num. 191. &c. [2] superveniens 10
locatoris indigentia, si sc. ipse, aut ejus heres [*vid. Trentacinq. libr. 3. tit. de locat. Resol. 4. num. 8. in f. Barbos. in 3. C. h. num. 24. Molin. de I. & I. tract. 2. D. 499. n. 7.*] ob supervenientem causam, v. g. quia ipse aut filius ejus duxit uxorem, vel quia domus ipsius corruit, exusta est, aut ex alia causa repentina (5655) ipsi ex sua domo migrare necesse est, &c. rem locatam propriis usibus necessariam esse probaverit; *3. C. h. vid. c. pen. E. h. Christ. V. 3. decis. 119. num. 1. Molin. de I. & I. tr. 2. Disp. 490.*

1 *An quoque nihil refert, sive quis ipsemet, sive Procurator, vel administrator contraxerit?* ℞. Nihil refert; quod enim quis per alium facit, ipse fecisse videtur.

2 *An ergo nec uxor recedere potest a locatione bonorum paraphernalium a marito facta?* ℞. Non potest.

3 *An nec Ecclesia vel ejus administrator recedere potest a locatione bonorum Ecclesiæ, ejus nomine, & in ejus utilitatem, ab antecessore legitime facta?* ℞. Non potest; quia antecessor hoc fecit, ut legitimus administrator, cujus facta successor ratihabere tenetur.

4 *An tamen secus est, & recedi potest a locatione, si quis locaverit res ad proprios reditus suæ dignitatis aut præbendæ pertinentes?* ℞. Affir.

5 *Annon vero aliquando etiam ante tempus, locationi præfinitum, LOCATOR a conductione recedere potest?* ℞. Affir. si sc. hæc recessio fiat autoritate Judicis implorata, & justa adsit causa.

6 *Quænam est (1) justa causa in locatione RERUM?* ℞. Injusta mercedis solvendæ cessatio, si v. g. locatio in quinquennium pro certa mercede, singulis annis solvenda, sit contracta, & conductor intra biennium mercedem non solvat.

7 *An autem tunc expelli potest conductor, etiamsi conventum sit, ut non ante quinquennium expelleretur?* ℞. Affir. quia talis promissio de non expellendo intelligitur, si conductor pensiones præstiterit, & si re, ut oportet, usus sit.

8 *An vero conductor ante biennium, ob solam moram, in solutione mercedis admissam, expelli potest?* ℞. Non potest; quia hoc spatium ab ipsa Lege est constitutum.

9 *An conductore ex hac causa expulso, locator totius temporis locationis conductionis mercedem exigere potest?* ℞. Non potest, sed tantum pro rata temporis præteriti & præsentis. Hinc dici solet: quandocunque locatoris voluntate libera quis ejicitur, petitur tantum merces tunc debita; nam bona fides non patitur, ut is mercedem petat, qui rem sponte recepit; maxime, cum nemo præsumatur, ob hanc causam conductorem expellere, nisi & ipse re uti, vel illam alteri locare possit. Bis autem pensionem exigere iniquum est. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 42.*

10 *Quænam est (2) justa causa in locatione RERUM?* ℞. Superveniens locatoris indigentia, si sc. ipse, aut ejus heres, quia hic in universum jus defuncti succedit, ob supervenientem causam, v. g. quia ipse, aut filius ejus duxit uxorem, vel, quia domus ipsius corruit, exusta est, aut ex alia causa *repentina* ipsi ex sua domo migrare necesse est, &c. rem locatam propriis usibus necessariam esse probaverit.

num. 6. Carpz. 2. const. 37. def. 6. ¶. licet scholaris eam conduxisset; (5656) 1
Harpr. ad §. ult. I. h. num. 13. &c. Valasc. tr. de jur. emphyt. quaest. 22. num. 5.
Molin. d. Disp. 499. num. 9. obst. (5657) *Auth. habita. C. ne filius pro patre. vid.*
tamen Barbos. ad d. l. 3. num. 19. Trentacinq. lib. 3. tit. de locat. Resol. 4. num.
7. Hunn. Encyclop. Jur. p. 3. tit. 14. c. 5. num. 17. & domus ampla sit, utri- 2
que sufficiens, (5658) *Christin. Vol. 3. dec. 115. num. 5. Trentacinq. l. 3. tit.*
de locat. Resol. 4. num. 2. aut generaliter vel specialiter oppignorata sit. 3
(5659) *Trentacinq. d. l. num. 8. vid. Barbos. d. l. 3. num. 23. Molin. d. l.*
num. 7. Idem est circa indigentiam aliarum rerum. (5660) *Carpz. 2.* 4
c. 37. def. 6. num. 11. & seqq. ¶. *& p. 2. dec. 177. num. 11. Trentacinq. d. Re-*
sol. 4. num. 12. ¶. *Diss. Molin. de I. & I. tr. 2. Disp. 499. num. 10. Gomez. t.*
2. c. 3. num. 6. in f. Lago de I. & I. D. 19. sect. 1. num. 13. Barbos. ad d. l. 3.
num. 20. *NISI* locator [etiamsi tutelae nomine rem locaverit] specia- 5
liter huic causae, vel beneficio, *3. C. h.* renunciaverit. (5661) *Carpz. 2.*
c. 37. Barbos. ad 3. C. num. 25. [Generalis enim conventio de condu-
ctore non expellendo, sufficere non videtur. (5662) *arg. 54. §. 1. h. arg.*
3. de Legat. 1. Trentacinq. l. 3. tit. de Locat. Resol. 4. num. 6. vid. Molin. d.
D. 499. num. 8. in fin. Barbos. ad d. l. 3. num. 25.] aut post supervenien-
tem propriam indigentiam mercedem acceperit; (5663) *Trentacinq. d.*
Resol. 4. num. 5. Mevius ad Jus Lubec. l. 3. tit. 8. art. 2. num. 14. aut plu-
res rem communem locaverint; tum enim unius indigentia non suf-
ficit. (5664) *arg. 28. Comm. divid. Carpz. lib. 2. decis. 177.* ¶. Condu- 6
ctor ex hac causa expulsus, mercedem tantum pro rata temporis de-
bet. *Fr. h. num. 146. &c. Costal. in l. 30. h.* ¶. [3] superveniens necessi- 7
tas rem locatam necessario reficiendi, modo id aliter commode fieri
non possit, quam conductore expulso: *3. C. h. 30. pr. h. c. pen. §. 1. E.*
h. Christina. Vol. 3. decis. 115. num. 7. qui si tempore refectionis domum 8
inhabitare possit, licet cum modico incommodo, ad integram merce-
dem tenetur, *27. h. Barbos. ad d. l. 3. C. h.* Finita refectione, inquilinus 9
jure petit, (5665) ut ipsi res conducta restituatur, & usque ad finem
conductionis relinquatur; *Molin. de I. & I. tr. 2. Disp. 499. num. 11.*
Trentacinq. l. 3. tit. de loc. Resol. 4. num. 9. Barbos. ad d. l. 3. C. h. tit. num.
30. Fr. h. num. 148. facta pro rata temporis, quo non habitavit, merce- 10
dis remissione. *30. pr. h. Trentacinq. d. Resol. 4. num. 9. in f. Fr. h. num.*
146. &c. [4] abusus rei locatae, (5666) *3. C. h. Christin. Vol. 3. dec. 115.* 11
num. 10. naturalis, (5667) *Trentacinq. d. l. num. 10. vers. dict. con-* 12
clus. vel moralis, (5668) v. gr. meretrices, lenones, fures & simi- 13
les recipiendo, vel aliud turpe & indecens in ea exercendo.

Molin.

1 *An etiam scholaris, ob propriam locatoris indigentiam, ante tempus locationis finitum, expelli potest?* ℟. Affir.

2 *An quoque conductor ob propriam locatoris indigentiam, ante tempus locationis finitum expelli potest, licet domus ampla sit, & utrique sufficiens?* ℟. Affir.

3 *An hoc etiam procedit, licet domus generaliter, vel specialiter conductori sit oppignorata?* ℟. Affir.

4 *An idem est circa indigentiam propriam aliarum quarumcunque rerum?* ℟. Affir.

5 *Quibus vero casibus locator (etiamsi tutela nomine locaverit) ob propriam indigentiam, conductorem expellere potest?* ℟. Si *specialiter* huic causæ, vel beneficio *l. 3. C. h. t.* renunciaverit, (*generalis* enim conventio, de conductore non expellendo, sufficere non videtur) aut post supervenientem propriam indigentiam mercedem acceperit, aut plures rem communem locaverint; tum enim unius indigentia non sufficit.

6 *Num autem conductor, ob propriam locatoris indigentiam expulsus, mercedem totius locationis temporis solvere tenetur?* ℟. Neg. sed tantum pro rata temporis.

7 *Quaenam est (3) justa causa in locatione RERUM?* ℟. Superveniens necessitas rem locatam necessario reficiendi; modo id aliter commode fieri non possit, quam conductore expulso. *cit. l. 3. C. h. t. pr. ff. h. t.* ibi: *Necessario.* & *c. pen. §. 1. ff. h. t.* ibi: *Si necessitas id exposcat.*

8 *Si vero conductor, tempore refectionis, domum inhabitare possit, licet cum modico incommodo, an tamen integram mercedem solvere tenetur?* ℟. Affir. *cum sic illud incommodum veniret non ex dolo vel culpa locatoris, & conductori placuerit in aedibus manere, quod tamen sine aliquali incommodo fieri non posse, facile conductor providere potuit.*

9 *An autem, facta refectione, inquilinus jure petere potest, ut ipsi res conducta restituatur, & usque ad finem conductionis relinquatur?* ℟. Affir. *quia necessitas reficiendi ipsum contractum non tollit, qui, cum consensualis sit, & mutuo consensu ineatur, mutuo quoque dissensu rescindi debet.*

10 *An quoque merces pro rata temporis, quo non habitavit conductor, hoc casu a locatore remittenda est?* ℟. Affir. nulla enim culpa conductori imputari potest, quod non habitaverit.

11 *Quaenam est (4) justa causa in locatione RERUM?* ℟. Abusus rei locatæ, si sc. conductor, inquilinus vel colonus in re conducta male versetur.

12 *Quotuplex est hic abusus?* ℟. Duplex: naturalis sc. & moralis.

13 *Da exempla abusus moralis?* ℟. E. g. meretrices, lenones, fures & similes recipiendo, vel aliud turpe & indecens in ea exercendo; quia etiam vicini mulieres inhonestas ex viciniis expellere queunt. *Nov. 14. c. 1. §. 1.* Franzk. *ad tit. de serv. corr. num. 10.*

Molin. d. l. num. 12. Barbos. ad d. l. 3. num. 31. vid. Ripa de peste, rubr. de privil. contract. causa pest. num. 29. 30. Hoc in casu conductor locatori tenetur ad omne interesse. (5669) *Barbos. ad d. l. 3. num. 34. Hunn. Encyclop. jur. p. 3. tit. 13. cap. 5. num. 24. ¶. vid. Lugo. de I. & I. Disp. 29. sect. 1. num. 15. vid. Auth. qui rem. C. de SS. Eccles. Fr. b. num. 15. &c.* 1
Neque huic causæ obstat pactum (5670) de conductore non expellendo. [5] si non appareat heres conductoris. (5671) *15. §. f. & seqq. Mantic. de tacit. convent. lib. 5. tit. 9. num. 3.* 2

* In *OPERARUM* locatione famuli discedunt ob duritiem dominorum : *arg. §. f. I. de his, qui sui vel alien.* non etiam ob quamcunque correctionem vel castigationem. (5672) *vid. Bach. Vol. 1. Disp. 29. th. 2. inf.* f. 3

* *CONDUCTOR* ante tempus præfinitum rem relinquere potest ex justa causa, e. gr. si lumina ædium conductarum a vicino ædificante obscurentur, aut ostia sive fenestræ nimium corruptæ non restituuntur, *25. §. 2.* si ædes conductæ ruinam minentur, *13. §. 6. l. 28. 33. de damn. infect.* item ob impetum hostium vel latronum, *13. §. 7. 34.* pestis, *arg. 27. §. 1. ibi Gothofr. Ripa de peste, rubr. de privil. contract. caus. pest. num. 22. ¶. Fr. b. num. 122. Pantschm. 1. quæst. 13. num. 23. ¶.* [ita tamen ut peste & ejus timore cessante, conductor contractui usque ad tempus constitutum stare, *Lugo D. 29. sect. 2. num. 31. Ripa. d. l. num. 26. 18. &c.* & mercedem pro rata temporis, quo re conducta usus est, præstare teneatur, remissa mercede reliqui temporis, quo ob pestem re conducta non usus est, etiamsi tantum uno mense non inhabitaverit. *Vid. omnino Ripa. d. rubr. num. seqq. Pantschman. 1. quæst. 13. num. 24. Diff. Gail. 2. obs. 23. num. 7.*] Item spectrorum, *Gothofr. ad 27. h. ¶. Fr. b. num. 122. ¶. Christina. Vol. 3. Disp. 21. num. 2. 3. Gomez. 2. c. 3. num. 3.* aut aliam justam timoris causam, licet periculum vere non subsit. *27. §. 1.* [modo hujusmodi causa non supervenerit conductoris culpa, *Ripa. d. l. num. 39.* & is talem rei statum tempore conductionis ignoraverit; *arg. 9. §. 1. h. vid. Pantschman. 1. quæst. 5. num. 6. Gail. 2. O. 23. num. 21. Lugo. d. l. num. 28.* nisi periculum successu temporis longe majus factum sit, *13. §. 6. de damn. infect. Lugo. d. l. num. 28. Christina. Vol. 3. dec. 113. num. 3. ¶.*] *NON* etiam liberatur conductor ob obligatione mercedem totam solvendi, si ob supervenientem causam amplioribus ædibus indigeat, (5673) *Ripa, d. rubr.* e. 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

1 *Ad quid autem conductor locatori tenetur, si re locata vel naturaliter* (physice) *vel moraliter abutatur?* ℞. Ad omne interesse.

2 *An vero huic causæ, nempe abusui rei locatæ, obstat pactum de non expellendo?* ℞. Neg.

3 *In operarum locatione, ob quam causam famuli, ante tempus locationis finitum, discedere possunt?* ℞. Ob duritiem dominorum, non etiam ob quamcunque correctionem vel castigationem.

4 *An & Conductor, ante tempus conductionis finitum, rem conductam relinquere potest ex justa causa?* ℞. Affir. Sicuti enim locator interdum ex justa causa ante tempus conventum a contractu licite recedit: ita etiam Conductori interdum ex justa causa, ante tempus conductionis finitum, migrare, vel eandem relinquere licet ita, ut non integram, sed tantum pro rata temporis mercedem solvere teneatur. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 53.*

5 *Da exempla ejusmodi justarum causarum?* ℞. E. g. si lumina ædium conductarum a vicino ædificante obscurentur, aut ostia sive fenestræ nimium corruptæ non restituantur, si ædes conductæ ruinam minentur.

6 *An idem dicendum ob impetum bestiarum vel latronum?* ℞. Affir.

7 *An justa causa etiam est Pestis?* ℞. Affir.

8 *An tamen peste, & ejus timore cessante, conductor contractui, usque ad tempus constitutum, stare, & mercedem pro rata temporis, quo re conducta est usus, præstare tenetur?* ℞. Affir.

9 *An vero merces reliqui temporis, quo ob pestem & ejus timorem re conducta usus non est, remittenda?* ℞. Affir. etiamsi tantum uno mense non inhabitaverit.

10 *An & metus spectrorum justa causa est?* ℞. Affir.

11 *An & aliæ justæ causæ esse possunt timoris, licet periculum vere non subsit?* ℞. Affir. nam in justo metu non consideratur eventus, sed justa opinio. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 53. in f.*

12 *An autem conductor ante præfinitum conductionis tempus a contractu discedere potest timoris causa, si hæc ipsius culpa supervenerit, aut is talem rei statum tempore conductionis non ignoraverit?* ℞. Neg. cum sibi ipsi imputare debeat, quod timoris causæ ansam dederit.

13 *Quod si quidem conductor talem rei statum non ignoraverit, periculum autem successu temporis majus factum sit, an tunc a contractu recedere potest?* ℞. Potest.

14 *An vero Conductor ab obligatione, mercedem totam solvendi, liberatur, si ob supervenientem causam amplioribus ædibus indigeat?* ℞. Non liberatur

d. rubr. num. 21. Pontschman. quæst. 13. num. 19. &c. aut a superiore avocatus sit. (5674) *Pontschman. 1. quæst. 13. num. 19. &c. Bonac. d. tract. D. 3. quæst. 7. p. 3. num. 7.* Conductor ex justa causa migraturus, vel rem locatam relicturus, hoc prius [si potest] indicet locatori; (5675) alias enim deteriorata re locata conductor tenetur ad refectionem damni, si monitus locator damnum præcavere potuisset, *13. §. 7. Ripa d. rubr. num. 23. Fr. h. num. 121. vid. Pontschman. 1. quæst. 4. per tot. maxime num. 26.* utut merces remittenda sit, ratione temporis, quo uti non potuit. *27. §. 1. 55. §. 2. h. Carpz. part. 2. const. 37. def. 10.* ¶. Sin vero conductor existente migrationis causa nihilominus in re conducta persistat, integram præstare tenetur mercedem; *28.* nisi, verbi gratia, domum conduxerit principaliter ad hoc, ut Studiosos vel hospites reciperet; tunc enim si propter pestem, vel similem supervenientem causam Studiosi recesserint, vel hospites non advenerint &c., ut re conducta ad usum destinatum uti impeditus fuerit, licet ipse semper ædes inhabitaverit, tamen merces judicis arbitrio pro parte est remittenda. *arg. 15. §. 2. 15. §. 6. h. vid. Ripa d. rubr. num. 27. &c. Fr. h. num. 113. Pontschman. 1. quæst. 2. num. 13. Bess. prax. crim. tit. de remiss. merced. num. 40.* 1 2 3

* [2] *MORTE* locatoris vel conductoris; modo tale quid conductum sit, quod personæ cohæret, (5676) nec per alium æque commode expediri nequit; (5677) *arg. 13. C. de contr. stipul. Gomez. 2. c. 3. num. 7.* aut contractus initus sit, quod locator & conductor velint; (5678) tum enim morte ejus, qui eligere debebat, finitur, *4. h. Mantic. de tacit. convent. lib. 5. t. 9. num. 10.* aut si morte locatoris extinguatur jus, (5679) quod in re habuit. *9. §. 1. h. vid. Lago D. 19. Sell. 4. num. 70. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 490. num. 5.* Alias enim, & *REGULARITER* verum est, quod locationi stare debeat heres, (5680) *§. f. I. h. 10. C. h. Carpz. 2. c. 37. d. 1. ¶. obs.* (5681) *60. §. 1. h. Christin. V. 3. decis. 106. num. 8. Mantic. de tacit. convent. lib. 5. t. 9. num. 2.* [locatio tamen a fiduciario facta, fideicommissarium non obligat, (5682) *arg. 41. §. 3. de vulg. & pup. subst. 67. §. 1. de leg. 2. Mogun. decis. Lucens. 53. num. 15* ¶. *Fusar. de substit. quæst. 174. vid. §. 6. 7. I. de fideic. hered. 69. §. 1. de leg. 2. Molin. de primog. lib. 1. cap. 21. num. 3. Lago de I. & I. D. 29. num. 19. Dissent. Fusar. de substit. q. 516. Barbos. ad 9. C. h. n. 20. per l. 5. §. 1. quod cum eo, qui in alien. 44. §. 1. ad SCt. Treb. junct. 10. C. h. vid. Zoes. h. n. 45.*] & fiscus successor in bona vacantia, (5683) vel ob delictum; *31. §. f. de fidej. 2. C. ad L. Jul. de vi publ. Christin. d. decis. 106. n. 10. Mantic. de tacit. convent. l. 5. t. 9. n. 5. &c.* d. 4 5 6 7

Gomez.

1 *An nec liberatur ab hoc obligatione, etiamsi a superiore evocatus sit?* ℞. Non liberatur.

2 *Quid Conductor, ex justa causa migraturus, vel rem locatam relicturus, facere debet?* ℞. Conductor ex justa causa migrans, vel rem locatam relinquens, prius hoc ipsum locatori, si potest, (*alias enim excusatur,*) denunciare debet; hoc vero si omittat, quamvis ratione temporis, quo uti non potuit, nihilominus merces remittenda sit; (*arg. l. 27. §. 1. ff. h. t.* ubi merces remittitur sine distinctione factæ vel intermissæ denunciationis, *Ergo* ad effectum mercedis remittendæ nullibi requiritur denunciatio.) si tamen res conducta deterior fiat, & locator, facta denunciatione, huic malo obviare potuisset, tenetur conductor ad damni illius restitutionem. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 55.*

3 *Si vero justa quidem migrandi & relinquendi causa adfuerit, conductor vero nihilominus in re conducta persisterit, illaque usus fuerit, an integram præstare tenetur mercedem?* ℞. Affir. Nisi v. g. domum conduxerit *principaliter* ad hoc, ut Studiosos vel Hospites reciperet; tunc enim, si propter pestem, vel similem supervenientem causam Studiosi recesserint, vel Hospites non advenerint ita, ut re conducta ad usum destinatum uti impeditus fuerit, licet ipse semper ædes inhabitaverit, tamen merces, Judicis arbitrio, pro parte est remittenda. Hinc argumentari solent: *Quandocunque conductor ob casum circa rem contingentem re illa suo & destinato modo uti non potest ita, ut exinde damnum sentiat non modicum, tunc, licet re illa adhuc aliquo modo utatur, tamen merces pro rata est remittenda.* Lauterb. *d. l. §. 56.*

4 *Quibus in casibus locatio conductio MORTE locatoris vel conductoris finitur?* ℞. Si tale quid conductum sit, quod personæ cohæret, ac per alium æque commode expediri nequit, aut contractus initus sit, quoad locator vel conductor velint; tum enim morte ejus, qui eligere debebat, finitur, aut si morte locatoris extinguatur jus, quod in re habuit.

5 *An vero alias & REGULARITER verum est, quod, si huic contractui certum tempus adjectum, MORTE locatoris vel conductoris ante locationis tempus contingente, non solvatur locatio conductio, sed utriusque herides contractui stare teneantur?* ℞. Affir. & quamvis hoc nonnulli restringant ad primum heredem, tamen fallunt per *l. 65. ff. de V. S.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 58.*

6 *An vero locatio, a fiduciario facta, fideicommissarium obligat?* ℞. Neg.

7 *An fiscus quoque locationi, a delinquente factæ, stare tenetur, si ob delictum in bona vacantia, vel ob delictum succedit?* ℞. Affir.

Gomez. 2. c. 3. num. 20. Lago de l. & l. D. 19. num. 14. [secus est, si fiscus tan- 1
tum rem locatam, tanquam singularem acquirat, 33. *Gomez. t. 2. c. 3. n.*
16. Christiane d. l.] *NON* etiam * singularis successor, (5684) *arg. 9. C.* G 2
h. ibi Barbos. num. 1 & 2. l. 13. § 1. ff. h. Bach. Vol. 1. D. 19. th. 8. lit. a. Lago
de l. & l. D. 19. num. 16. etiamsi locatio in longum tempus (5685) sit
contracta: *Christin. vol. 3. decis. 113. num. 1. Diss. Barbos. ad d. l. 9. num.*
13. aut successor causam habeat lucrativam; (5686) *120. § 2. ff. de Leg. 1.*
Mantic. de tacit. convent. l. 5. t. 10. num. 4. aut colonus sit partiarius. (5687)
Vid. Mantic. de tacit. convent. lib. 5. tit. 11. Hinc expellere potest con- 3
ductorem [1] Emtor, (5688) [Kauff gehet für Miethe] (5689) *9. C.*
h. 25. § 1. h. Carpzov. 2. const. 37. def. 4. ¶. Vid. Gram. ad d. l. 9. num. 4.
ibi: huir gaet vor coop. etiamsi ipse tempore emtionis scivérit, (5690) 4
aut venditor simpliciter dixerit, (5691) rem alteri locatam, & tempus
locationis nondum elapsum esse, *arg. 8. § 15. quib. mod. pign. vel hypoth.*
solvit. Tuldén. in Cod. h. num. 17. Christin. vol. 3. decis. 113. num. 2. ¶. Diss.
Barbos. ad d. l. 9. num. 22. aut locator conductori juraverit, (5692) se 5
contractum servaturum, *arg. 5. C. de non num. pec. Zaf. h. num. 42. Ma-*
stiv. tr. de locat. quæst. 20. Diss. Barbos. ad d. l. 9. num. 21. vid. Tuldén. in Cod.
h. num. 17. ¶¶. vel promiserit, se rem locatam ante tempus conductionis 6
non alienaturum; (5693) *Mastiv. d. quæst. 20.* nisi hoc in casu etiam
rem locatam in securitatem contractus conductori oppignoraverit.
(5694) *arg. 7. inf. de distr. pign. Barbos. in d. l. 9. num. 16. Tuldén. in C. h.*
num. 17. Gratian. decis. 99. num. 6. Mantic. de tacit. convent. lib. 5. t. 10. n.
20. Fr. h. num. 242. ¶. Diss. Mastiv. d. quæst. 20. Si locator rem locatam 7
simpliciter sine pacto de re illa non alienanda, oppignoraverit, condu-
ctor quidem rem sibi locatam & oppignoratam tamdiu retinere potest,
donec quod interest, ipsi præstetur: *Fr. h. num. 239. &c.* eo vero præ-
stito, atque sic re locata a pignore liberata, *id. 6. 3. de pign. 6. § 1. quib.*
mod. pign. solv. emtor conductorem expellere non prohibetur. (5695)
Zaf. h. num. 43. Bach. Vol. 1. Disp. 19. th. 8. in f. Fr. h. num. 241. Barbos. in d.
l. 9. num. 16. ¶. Tuldén. in C. h. num. 17. Gratian. decis. 99. num. 3 & 4. ¶. Vid.
Mantic. d. tit. 10. num. 19. Diss. Molin. de I. & I. D. 490. num. 7. 8. Carpz. 2. c.
37. def. 4. num. 5. Lago de l. & l. D. 19. num. 17. [2] Legatari- 8
us, (5696) *32. h. 120. § 2. de Leg. 1.* [3] Usufructuarius, (5697) 9
59. § 1. de usufr. Mantic. de tacit. convent. lib. 5. t. 10. num. 5. id.
Barbos. ad 9. C. h. num. 20. [4] Proprietarius, qui finito usufructu 10
rem ab usufructuario locatam recipit, *9. § 1. h.* [5] Fiscus rem sin- 11
gulorum publicatam occupans. (5698) *33.* [6] Successor feudi, 12
(5699)

1 *Si vero fiscus non succedat, sed rem locatam tantum tanquam singularem acquirat, an tunc quoque locationi stare tenetur?* ℞. Neg. quia fiscus hoc casu, ut singularis successor, facta antecessoris approbare non tenetur.

2 *An ergo singularis successor locationi stare non tenetur?* ℞. Non tenetur; etiamsi locatio ad longum tempus sit contracta, aut successor causam habeat lucrativam, aut colonus sit partiarius.

3 *Num igitur emtor conductorem expellere potest?* ℞. Affir. secundum vulgatum proverbium: Kauff gehet vor Miethe.

4 *An etiam emtor expellere potest conductorem, etiamsi emtor tempore emtionis sciverit, aut venditor simpliciter dixerit, rem alteri locatam, & tempus locationis nondum elapsum esse?* ℞. Affir.

5 *An quoque emtor conductorem expellere potest, licet locator conductori juraverit, se contractum servaturum?* ℞. Affir.

6 *An idem est, licet locator promiserit, se rem locatam ante tempus conductionis non alienaturum?* ℞. Affir. Nisi hoc in casu etiam rem locatam in securitatem contractus conductori oppignoraverit.

7 *Quid vero obtinet, si locator rem locatam simpliciter, & sine pacto de re illa non alienanda, oppignoraverit?* ℞. Hoc casu conductor quidem rem sibi locatam & oppignoratam tamdiu retinere potest, donec quod interest, ipsi præstetur; eo vero præstito, atque sic re locata a pignore liberata, emtor conductorem expellere non prohibetur.

8 *An legatarius conductorem expellere potest?* ℞. Affir. quia est successor singularis, qui in omne jus defuncti non transit, & sic quoque nec facta ejus præstare tenetur.

9 *Num usufructuarius eundem expellere potest?* ℞. Affir. ob eandem rationem.

10 *An quoque proprietarius, qui finito usufructu rem ab usufructuario locatam recipit, conductorem expellere potest?* ℞. Affir. Conductor enim sibi imputare debet, quod rem, ad heredes non transitoriam, conduxerit, cum hunc casum prævidere potuerit.

11 *An & fiscus potest expellere conductorem, rem singularem publicatam occupans?* ℞. Affir. hoc enim casu fiscus tantum singularis successor est.

12 *An etiam successor feudi conductorem expellere potest?* ℞. Affir. quia enim hic successor jure proprio succedit, hinc facta antecessoris præstare non tenetur: aliud igitur erit dicendum, si successor sit filius, aut simul heres in allodio

(5699) *Richter. decis. 81. num. 11.* ¶. [7] Successor Majoratus, *Barbos.* 1
ad d. l. 9. num. 9. Molin. de primog. lib. 1. c. 11. num. 3. ¶. [8] Maritus 2
rem alteri locatam in dotem accipiens, *Bach. Vol. 1. Disp. 29. th. 2. lit.*
a. Vers. an mulier locationi. Carpzov. 2. c. 37. def. 2. num. 8. Mantic. de ta-
cit. convent. l. 5. tit. 10. num. 9. [9] Mulier rem dotalem a marito 3
locatam soluto matrimonio recipiens; (5700) hæc tamen ex singula- 4
ri ratione cavere tenetur, se marito restituturam, si eo nomine ad ali-
quid condemnatus fuerit; (5701) *25. §. 1. ff. solut. matrim. vid. Bach. d. l.*
Lago de I. & I. D. 29. num. 20. 21. Gomez. 2. c. 3. num. 8. Fr. h. num. 224.
Carpzov. 2. c. 37. def. 2. ¶. *Mantic. d. t. 10. num. 11. Covar. de locat. p. 2.*
quæst. 30. num. 4. & c. Zaes. h. num. 45. Diff. Lago de I. & I. D. 29. num. 23.
NISI quis emerit rem fiscalem, (5702) *5. in f. de jur. fisc. 3. C. de mu-* 5
nicip. & colon. passim. Peregr. de jur. fisc. lib. 6. tit. 4. num. 33. Mantic. d.
tit. 10. num. 26. Barbos. ad d. l. 9. num. 14. aut aliam rem ea conditio- 6
ne, ut conductio ad finem usque duret; nam hic per obliquum (5703)
tenetur stare locationi, *9. C. h. Fr. h. num. 227.* quod etiam factum cen-
setur, si consenserit successor sibi pensiones promitti, *59. §. 1. ff. de* 7
usufr. Tulden. in C. h. num. 15. Barbos. ad d. l. 9. num. 23. Mantic. d. t.
10. num. 21. aut si mercedem (5704) acceperit: tum enim locatio- 8
nem ejus anni ratificasse censetur. *Molin. de primogen. lib. 1. c. 11. num.*
6. 7. Qui non ut dominus aut usufructuarius, sed ut custos (5705) in 9
fundum venit, colonum expellere nequit, *1. §. 1. de bon. auth. jud. poss.*
Tulden. in C. h. num. 15. fere in f. Mantic. d. t. 10. num. 25. nec alius ne- 10
cessarius successor singularis, in quem ex necessitate juris per senten-
tiam judicis res locata transfertur: hic enim ex persona & jure præ-
decessoris succedit. (5706) *per 8. §. 1. de reb. auth. jud. poss. Fr. h. num.*
243. & c. Moller. lib. 4. semestr. c. 14. num. 8. 9. Carpzov. 2. c. 37. def. 4. num.
6. Mantic. d. t. 10. num. 10 & 27. Barbos. ad 9. num. 11 & 16.

Conductore a singulari successore expulso, siquidem res in eum 11
translata est ex voluntate locatoris, potest conductor agere adversus lo- 12
catorem, vel ejus heredem, ad omne interesse; (5707) *24. §. 4. l. 32. 33.*
h. 120. § 2. ff. de Leg 1. sin vero præter locatoris voluntatem in eum trans- 13
lata sit, ex juris necessitate, v. gr. re usufructuaria ad proprietarium re- 14
vertente, *9. §. 1.* [item in re dotali, *Lago de I. & I. D. 29. num. 20.* & bo-
nis Majoratus, *Molin. de primogen. lib. 2. c. 10. num. 8.*] tum locator tan-
tum debet remittere mercedem temporis futuri, *dd. ll.* nisi ignoranti con-
ductori qualitatem celaverit; (5708) & sic conductorem deceperit; tum
enim etiam ad interesse tenetur. *9. §. 1. Molin. de primogen. lib. 1.*
c. 11.

1 *An & successor majoratus conductorem expellere potest?* ℞. Affir. ob eandem rationem.

2 *Num etiam maritus, rem alteri locatam in dotem accipiens, conductorem expellere potest?* ℞. Affirm. quia in dotem dato est titulus transferendi dominium seu jus reale, quod fortius est, quam jus ad rem, quo conductor tantum gaudet.

3 *An & mulier, rem dotalem, a marito locatam, soluto matrimonio recipiens conductorem expellere potest?* ℞. Affir. quia rem suam, in qua hactenus maritus dominium habuit, dominium directum vero, seu in quiete penes ipsam fuit, recipit, ob quod jus in re conductori non tenetur.

4 *Quid tamen hoc ex singulari ratione cavere tenetur?* ℞. In marito restitutarum, si eo nomine ad aliquid condemnata fuerit ita, ut consortive locationi stare cogatur. *Vid. Lauterb. Coll. th. pr. h. t. §. 64.*

5 *An etiam is conductorem expellere potest, qui rem fiscalem emit?* ℞. Neg.

6 *An vero is conductorem expellere potest, qui rem emit ea conditione, ut conductio ad finem usque duret?* ℞. Neg. nam hic *per obliquum* stare locationi tenetur.

7 *An hæc conditio* (ut sc. conductio ad finem usque duret,) *tacite quoque censetur, si consenserit successor sibi pensiones promitti?* ℞. Affir. & conductorem expellere non potest.

8 *An idem dicendum, si successor singularis mercedem acceperit?* ℞. Affir. hoc enim casu successor locationis contractum eo anno ratum habuisse censetur.

9 *An is, qui non ut dominus, aut usufructuarius, sed ut custos in fundum venit, colonum expellere potest?* ℞. Non potest: vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t.* §. 66. ubi in possessionem ex primo decreto missum exempli loco adducit, quia hic missus dominium non consequitur.

10 *An tamen necessarius successor singularis, in quem ex necessitate juris res locata transfertur, conductorem expellere potest?* ℞. Non potest: quia hic ex persona & jure prædecessoris succedit.

11 *Ad quid conductor, si a singulari successore expulsus fuerit, contra locatorem vel ejus heredem agere potest?* ℞. Ad omne interesse.

12 *Quando vero ad omne interesse agere potest conductor ita expulsus?* ℞. Si res in singularem successorem ex voluntate locatoris translata est.

13 *Quid igitur obtinet, si præter locatoris voluntatem res in eum translata est ex juris necessitate?* ℞. Tum locator tantum debet remittere mercedem temporis futuri; nisi locator qualitatem rei, propter quam postea in alium res illa est translata, conductori celaverit, & sic conductorem deceperit; tunc enim etiam ad interesse tenetur.

14 *Da exemplum, ubi res locata in singularem successorem transfertur ex necessitate juris præter locatoris voluntatem?* ℞. E. g. Si res usufructuaria ad proprietarium revertatur, item in re dotali, & in bonis majoratus. Hinc, licet res usufructuaria alteri locata, finito usufructu, ad proprietarium redierit, conductor tamen regulariter ad interesse agere nequit. Idem tradit de rebus dotalibus Lugo *d. l.* & de bonis Majoratus Molina *d. l.* nisi usufructuarius rem usufructuariam, maritus dotalem, possessor Majoratus ad illum pertinentem, absolute tanquam suam & liberam, vel simpliciter, nulla ipsius qualitatis mentione facta, conductori illorum qualitatem ignoranti locaverit; tunc enim conductori etiam interesse est præstandum. *Vid. Lauterb. Coll. th. pr. h. t. §. 65.*

c. 21. n. 8 & 10. & c. obs. (5709) *25. §. 5. sol. matr. vid. Lago de I. & I. D. 29.*
n. 19. * Neque conductor obligatus est singulari G 1
(5710) successori, e. gr. rei locatæ emtori, legatario &c. *32. Molin. de*
primogen. lib. 1. c. 21. num. 4. Berbos. ad 9. C. h. n. 5. Mant. de tac. conv. l. 5. t.
10. n. 43. nisi actio locatori contra conductorem competens ipsis fuerit
cessa, (5711) *Mant. d. tit. 10. n. 44. & c.* aut alio modo locatoris intersit,
(5712) conductorem a contractu non recedere. *vid. Bach. Vol. 1. Disp.*
29. th. 8. lit. a.

D Actio * *CONDUCTI* est actio personalis, vel persecutoria, *§. 17. I.* H 2
de Act. bonæ fidei, *17. C.* quæ conductione perfecta datur conductori,
pr. l. 15. pr. & heredibus, *19. §. 8.* contra locatorem & heredes, *49. de O.*
& A. [si plures operas ad opus faciendum singuli in solidum locarent, 3
singuli in solidum tenentur. (5713) *arg. 9. pr. junct. 3. §. 1. de duob. reis.*]
ad omne id, quod ipsi ex hoc contractu debetur. (5714) *pr. l. h.*

O Datur ad omne id, quod ex hujus contractus natura, vel ex pacto 4
conductionis debetur: *pr. l. h. 15. §. 1. in f. l. 33. h.* & quidem in locatione
* *OPERARUM* (5715) ad operas fideliter præstandas; liberatur tamen I 5.6
præstando interesse: (5716) *arg. 13. §. 5. de re jud. vid. Vinn. ad §. f. I. de V.*
O. Fr. h. n. 157. Sed si * casu impediatur locator operarum, citra suam K 7
culpam, merces tantum remittenda est, vel accepta restituenda; (5717)
19. §. 9 & 7. h. obst. p. §. 1. h. vid. Gothofr. ibid. Tuld. in C. h. n. 8. Sic mer- 8
ces pro rata temporis dividitur, si e. g. famuli nostri ægrotant, *arg. 19. §.*
2. h. Tuld. in C. h. n. 9. Lago de I. & I. Disp. 29. sect. 3. n. 58. & c. Bonacin. de
contract. D. 3. q. 7. punct. 4. n. 13. obst. (5718) *4. §. 5. de stat. liber. 19. §. 9. & c.*
h. f. §. 1. ad Leg. Rhod. de jact. vid. Lago. Tuld. dd. ll. Fr. h. n. 196. [nec jure 9
stricto (5719) sumtus curationis debentur; (5720) *dd. DD. dd. ll. Molin.*
de I. & I. D. 505. num. 1. secus est secundum charitatem. (5721) *arg. 4. §.* 10
5. de stat. lib. Lago, d. l. n. 60. Bonacin. d. l.] aut ante tempus locationis mo- 11
riantur, *Fr. h. n. 193. obst.* (5722) *38. §. 1. h. 1. §. 13. de extraord. cogn. Fr. d. l.*
n. 194. Si quis tironem in arte instruendum & alendum ea lege suscepe- 12
rit, ut per triennium operas præstaret, & 50 fl. solveret, tiro vero de-
cimo octavo mense moreretur, (5723) ejus heredes de 50 fl. nihil repe-
tunt *Tuldén. in C. h. n. 10.* Si quis pro vectura navis ad certum locum 13
certam mercedem promiserit, navi ad locum, unde discessit, tempe-
state retro acta, merces præstabitur, pro modo operæ præstitæ, (5724)
boni viri arbitratu. (5725) *Vid. Bonacin. de contract. Disp. 3. quæst. 7.*
punct. 4.

1 *An vero conductor obligatus est singulari successori, e.g. rei locatæ emtori, legatario &c.?* ℟. Neg. nisi hisce actio locatori contra conductorem competens ab ipso fuerit cessa, aut alio modo locatoris intersit, conductorem a contractu non recedere.

2 *Quid est Actio CONDUCTI?* ℟. Est Actio personalis, rei persecutoria, &c.

3 *Si plures operas ad opus faciendum singuli in solidum locarunt, an singuli in solidum teneantur?* ℟. Affir.

4 *Ad quid datur hæc Actio Conducti in genere?* ℟. Ad omne id, quod ex hujus contractus natura, vel ex pacto conductionis debetur.

5 *Ad quid vero datur in locatione OPERARUM?* ℟. Ad operas fideliter præstandas.

6 *An tamen locator operarum liberatur præstando interesse?* ℟. Affir.

7 *Quid vero obtinet, si casu impediatur locator operarum operas præstare citra suam culpam?* ℟. Tum locator operarum tenetur conductori tantum ad mercedis remissionem, vel, si illam accepit, ejusdem restitutionem pro rata temporis.

8 *Quid igitur obtinet ratione mercis præstandæ, si e.g. famuli nostri ægrotant?* ℟. Hoc casu merces pro rata temporis dividitur.

9 *An vero sumtus curationis famulis debentur?* ℟. Neg. de jure stricto.

10 *An tamen hi sumtus debentur secundum charitatem?* ℟. Affir.

11 *An itidem merces pro rata temporis est dividenda, si famuli ante locationis tempus moriantur?* ℟. Affir.

12 *Si quis tironem in arte instruendum & alendum ea lege susceperit, ut per triennium operas præstaret, & 50 flor. solveret, tiro vero decimo octavo mense moreretur, an ejus heredes de 50 flor. quicquam repetere possunt?* ℟. Non possunt.

13 *Quid vero ratione mercedis præstandæ obtinet, si quis pro vectura navis ad certum locum certam mercedem promiserit, & navis ad locum, unde discessit, tempestate retro acta sit?* ℟. Hoc casu merces præstabitur pro modo operæ præstitæ, boni viri arbitratu.

punct. 4. num. 20. Tuld. in C. h. n. 8. vid. Molin. de I. & I. Tr. 2. D. 502. Lugo de I. & I. D. 29. sect. 2. n. 34.

• Si stet per Conductorem, (5726) e. gr. si do- k. 1
minus absque justa causa famulum expellat ante tempus conventum, merces debetur integra; *19. §. 9. 38. pr. h. junct. 161. de R. I. 24. de condit. & demonstr. Fr. h. num. 190. Lugo de I. & I. Disp. 29. sect. 3. n. 34. 56.* nisi lo- 2
cator intra tempus illud alteri operas locaverit, & mercedem acceperit. (5727) *19. §. 9. in f. Bonacin. de contract. Disp. 3. quaest. 7. punct. 3. n. 8. & punct. 4. n. 11. vid. Lugo d. D. 29. sect. 3. n. 54. &c.*

• Si stet per locatorem, culpa sua operas non k. 3
praestantem, tum datur haec actio contra ipsum ad omne id, quod conductoris interest. *arg. §. f. I. de V. O. vid. Muller. lib. 2. Semestr. c. 17. Lugo d. l. n. 56.*

• *OPERIS FACIENDI, vid. Struv. exerc. 24. th. 23.* si casus contigit cir- l. 4
ca • ipsam materiam, absque levissima locatoris culpa, (5728) tum pe- L 5
riculum spectat ad dominum, *13. §. 5.* [qui tamen tenetur pro praestita
jam opera; *33. vers. quemadmodum.*] nisi artifex casum in se susceperit, 6
13. §. 5. aut eadem res data sit, ut in genere restituatur. *31. h. vid. Stypmann. de Jure marit. p. 4. c. 10. n. 90.* 7

• opus, [e. gr. si coeptum vel confectum interciderit] tum si res fa- L 8
cienda locata est • per aversionem, [*vid. Cujac. Obs. 8. c. 15. Vinn. ad L. 1. §. 15. de exerc. act.*] periculum ante approbationem spectat ad artifi- M
cem, si vitio operis contigit; ad dominum vero, si vi majore: nisi aliud actum sit; *36. 51. §. 1. h.* post approbationem autem spectat omne periculum ad dominum. *dd. ll.*

• ita ut in mensuras merces praestetur, vel ut arbitrio m.
domini opus efficiatur, tum periculum est artificis, donec dominus opus approbaverit: quod fieri videtur, etiam per partes, (5729) si taceat. *dd. ll. Castr. in l. 36. h. Donell. & Hillig. 17. c. 9. circa fin. Paris. Vol. 1. cons. 37.*

• in locatione *RERUM* • [1] ad hoc, ut locator praestet conductori, re l. N 9
locata uti licere: *9. pr. 15. §. 1. 2. in f. L. 33. h.* quod ipsum tria includit 10
[1] ut *TRADAT*, *15. §. 1. h.* praecise, (5730) *Zoes. h. num. 5. in f. Gomez. 2. c. 3. num. 1.* *REM LOCATAM* cum instrumentis & accesso-
riis, *19. §. 2. h.* non etiam semen ad seminandum agrum conductum, 11
(5731) *c. 26. X. de decim. arg. 15. §. 2. 7. h. Surd. dec. 201.* 999. *Tulden. in*
C. h. num. 14. Per hanc rei locatae traditionem tamen regulariter non 12
transfertur dominium, nec alium jus in re, (5732) *39. h. 20. §. f. de*

com-

1 *Si stet per Conductorem operarum, quod locator operas præstare desinat, e. gr. si dominus absque justa causa famulum expellat ante tempus conventum, an merces integra debetur?* ℞. Affir. *quia sic locatori nihil imputari potest.*

2 *Si vero locator operarum intra tempus illud alteri operas locaverit, & mercedem acceperit, an prior Conductor ei integram mercedem debet?* ℞. Neg.

3 *Quid autem obtinet, si stet per locatorem, & ipse sua culpa operas non præstet?* ℞. Tunc datur hæc actio adversus ipsum ad omne id, quod conductoris interest.

4 *In locatione* OPERIS FACIENDI *quomodo distinguendum, ut intelligi possit, ad quid Actio Conducti competat?* ℞. Distingvendum est, an casus contigerit circa ipsam materiam, an vero contigerit circa opus.

5 *Si itaque in locatione operis faciendi casus contingit circa ipsam materiam, absque levissima locatoris culpa, ad quem tum periculum spectat?* ℞. Ad dominum, qui tamen tenetur pro præstita jam opera.

6 *An quoque periculum ad dominum hoc in casu spectat, si artifex casum fortuitum in se susceperit?* ℞. Neg. sed ad Artificem.

7 *An item periculum ad artificem spectat, si eadem res data sit, ut in* genere *restituatur?* ℞. Affir.

8 *Quid vero ratione periculi obtinet, si casus contigit* circa opus, *e. g. si corpus vel confectum interciderit?* ℞. Tum, si res facienda locata est per *aversionem*, periculum ante approbationem spectat ad Artificem, si sc. vitio operis contigit; ad dominum vero, si vi majore; nisi aliud actum sit: post approbationem autem spectat omne periculum ad Dominum. Si vero res facienda locata est ita, ut *in mensuras* merces præstetur, vel ut *arbitrio Domini* opus efficiatur, tum periculum est Artificis, donec dominus opus approbaverit, quod fieri videtur etiam per partes, si sc. taceat.

9 *Ad quid Actio Conducti datur in locatione* RERUM? ℞. (1) ad hoc, ut locator præstet conductori, re locata uti licere. (2) ad id, ut locator conductorem indemnem præstet.

10 *Quid vero hoc* re locata uti licere *includit?* ℞. Includit *tria*: (1) ut tradat rem locatam *præcise*, & quidem cum instrumentis & accessoriis ad rem illam pertinentibus, v. g. ædes cum clavibus, equum cum capistro, ephippio, &c. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t.* §. 73.

11 *An etiam locator una cum fundo semen ad seminandum agrum conductum transferre tenetur?* ℞. Neg. Lauterb. *d. l.* §. 75.

12 *Num autem per hanc rei locatæ traditionem a locatore ex causa locationis factam, dominium, vel aliud jus in re transfertur?* ℞. Regulariter non transfertur.

contrah. emt. obs. (5733) *12. §. 2. L. 31. h. vid. Fr. h. n. 18. Tabor. part. elur. p. 3. sect. 4. th. 96.* neque vera possessio, (5734) *6o. §. 1. h. 10. §. 1. 32. §. 1. de A. vel A. P. 31. §. 3. de Usurp. 2. C. de praescript. 30 & 40. ann. 1 §. 9 & 20. de vi & vi arm. obs.* (5735) *15. §. 1. h.* sed nuda detentio; *Fr. h. n. 88.* licet locatio & conductio ad longum tempus fuerit contracta; (5736) *arg. 10. C. h. vid. & mand. Fr. h. num. 19. &c. & in tr. de laudem. c. 15. num. 7. &c. Finckelth. obs. 3. n. 13. &c. Zoes. h. n. 14.* quamvis Dd. communiter per locationem ad longum tempus factam utile dominium transferri statuant. (5737) *Hunn. Encyclop. Jur. p. 3. t. 18 c. 6. n. 3. &c. Gers. de expens. c. 14. n. 1. &c.* [2] *HABILEM* ad usum destinatum; (5738) *15. §. 1. h. 25. §. 2. 3. 27. pr. h.* [3] *QUA* conductor uti non impediatur: (5739) nam si usum ejus impediat * ipse locator, O 4

* injuria, tum tenetur ad omne interesse: *15. §. 8. 33. in f. h. Pontschoum. 1. quaest. 13 n. 9. 10.* e. gr. si non prohibet impedientem, quem prohibere potest, *15. §. 1. l. 30. pr. 33. in f. h.* P 5

* ob justam causam, tum restituat vel remittat conductori partem pretii pro rata temporis: *30. pr. 37.* aliquando tamen totam mercedem retinet vel exigit, (5740) *vid. supr. pag. 376. num. 4.* * casus fortuitus * circa rem locatam, e. g. incendium &c. (5741) *vid. Lugo de I. & I. D. 29. sect. 1 num. 27.* tum locator pro rata temporis, quo conductor re uti non potuit, (5742) mercedem promissam remittat vel praenumeratam restituat; *9. §. 1. 15. § 2 & 7 19. §. 6. l. 33. h. vid. Ross. prax. crim. tit. de remiss. merc. n. 104. &c. vid. Gomez. 2. Resol. c. 3. n. 1. in f. Lugo de I. & I. D. 26. sect. 1. n. 3. Fr. h. n. 94.* licet hoc impedimentum casuale contigerit facto [quod tamen locator impedire non potuit] tertii [*vid. Pontschov. 1. quaest. 13. num. 19. &c. l. 33. in f. 35. pr. h.* e. gr. si locatoris inimicus in odium ejus nocuerit; (5743) *arg. 41. h. vid. Bach. ad W. h. n. 15. circ. in f. Lugo de I. & I. D. 29. sect. 1. n. 44. vid. tamen Pontschov. 1. quaest. 14. num. 57. &c.* modo locatoris dolus vel culpa casum vel factum illud non praecesserit, e. g. inimicitiae causam dando: (5744) alias enim locator etiam ad interesse teneretur. *arg. 9. pr. §. 1. 19. §. 1. 25. §. 1. l. 31. h.* Conductor etiam ad integram mercedem obligatur, si ex persona vel circa personam suam impedimentum contingat, licet citra suam culpam, (5745) *Pontschov. 1. quaest. 13. num 17. &c. Bonacin. de contract. D. 3. quaest. 7. punct. 3. num. 6. 7.* Item, si conductoris culpa ad casum, quo usu fuit impeditus, ordinata, eundem praecesserit, *15. §. 4.* aut ipse casus fortuitos in se receperit; *9. §. 2. Fr. h. n. 115. 118.* aut tempore contractus causa impediens, v. g. belli vel pestis calamitas praesens adfuerit, aut conductor illam futuram esse scive-

Margin (right), beside the lines as printed: 1 (line "p. 3. sect. 4. …"), 2 (line "&c. [2] HABILEM …"), 3 (line "27. pr. h. [3] QUA …"), O 4 (line "ejus impediat … ipse locator,"), P (line "injuria, …"), 5 (line "1. quaest. 13 …"), p 6 (line "ob justam causam, …"), q 7 (line "net vel exigit, … casus fortui-"), Q (line "tus circa rem locatam, …"), 8 (line "esse teneretur. …").

1 *An nec vera possessio per hanc rei locatæ traditionem transfertur?* ℞. Nec vera possessio, sed naturalis tantum detentio in conductorem transfertur, licet locatio & conductio ad longum tempus fuerit contracta: *Natura enim negotii non mutatur, nec contractus distinguuntur temporis adjectu, sed propria conventionis forma*; quamvis Doctores communiter per locationem ad longum tempus factam utile dominium transferri statuunt.

2 *Quid (2) hoc* re locata uti licere *includit?* ℞. Ut res locata a locatore præstetur habilis ad usum destinatum.

3 *Quid (3) hoc* re locata uti licere *includit?* ℞. Ut conductor uti non impediatur.

4 *Si ergo usum rei locatæ ipse locator impediat, & quidem* injuria, *ad quid tenetur?* ℞. Tum tenetur hac Actione ad omne interesse.

5 *Da exemplum huc pertinens?* ℞. E. g. si locator non prohibet alium impedientem, quem ipse prohibere, ne id fiat, potest.

6 *Ad quid vero locator tenetur, si ipse ob* justam causam *usum rei locatæ impediat?* ℞. Tum tenetur conductori tantum ad mercedis remissionem, vel, si illam accepit, ejusdem restitutionem pro rata temporis; aliquando tamen hoc in casu locator etiam totam mercedem retinere & exigere potest.

7 *Quid ratione mercedis obtinet, si* casus fortuitus *circa rem locatam usum impediat, e. g. incendium, &c.?* ℞. Tum locator tantum tenetur ad promissæ mercedis remissionem, vel prænumeratæ restitutionem, & quidem pro rata temporis, quo conductor fuit impeditus; licet hoc impedimentum casuale contigerit facto *tertii*, quem tamen locator, ne illud faciat, prohibere non potuit; e. g. si locatoris inimicus in odium ejus nocuerit: modo locatoris dolus vel culpa casum vel factum illud non præcesserit, neque ipse inimicitiæ causam dederit, hoc siquidem in casu locator etiam ad interesse teneretur.

8 *Quibus in casibus conductor ad integram mercedem obligatur, licet re uti impeditus fuerit?* ℞. Si impedimentum non emergit ex persona locatoris, nec occasione rei; sed saltem ex persona, vel circa personam conductoris, licet citra ejus culpam; item, si conductoris culpa, ad casum, quo usus fuit impeditus, ordinata, eundem præcesserit; aut ipse casus fortuitos in se receperit; aut tempore contractus causa impediens, v. g. belli vel pestis calamitas præsens adfuerit; aut conductor illam futuram esse sciverit.

sciverit, (5746) *arg. l. 9. §. 1. & l. 13. §. 6. de damn. infect. Pantschm. 1. quæst. 5. num. 6. Fr. h. n. 104. Gail. 2. obs. 23. num. 6. vid. Bess. prax. crim. tit. de remiss. merced. num. 14. 15.* aut emtor rem emtam, donec pretium solvatur, conduxit. (5747) *arg. 10. §. f. l. 21. h. Fr. h. num. 193. Bess. prax. crim. tit. de mercad. remiss. n. 96.* 1 Si conductor aliqua tantum parte rei locatæ paulo minus commode, (5748) sine locatoris culpa, utitur, nulla mercedis deductio est facienda; *27. pr. h. vid. omnino Bess. prax. crim. d. t. de remiss. ne. mercad. num. 104.* 2

* circa fructus, [*vid. 15. §. 2. 25. §. 6. ff. 8. C. h. cap. propter sterilitatem. 3. E. h. Gail. 2. obs. 23. Hahn. ad W. h. num. 18. & Bess. prax. crimin. tit. de mercad. remiss.* [scilicet, si sterilitas vel alia calamitas accidat, & quidem [1] inconsueta illius loci vel temporis. *15. §. 2. h. Gail. 2. O. 23. num. 21. Fr. h. num. 104. Valasc. de jur. emphyt. quæst. 27. num. 34.* [secus est, si ea consueta sit, (5749) aut prævideri facile potuisset. *arg. 9. §. 1. & 13. §. 6. de damn. infect. Pantschm. 1. quæst. 5. num. 6. Fr. h. num. 101. vid. Lage de I. & I. Diss. 19. sect. 2. num. 47. Bess. prax. crimin. tit. de mercad. remiss. num. 19.*] [2] si illa sterilitas vel calamitas contingat forinsecus v. gr. aëris intemperie, latronum incursu, &c. *15. §. 2. h. vid. Pantschm. 1. qu. 5. num. 3. & c. Fr. h. num. 96. 98. vid. tamen c. 3. E. h.* [non etiam, si eveniat vitio ipsius rei, ejusque intrinseca qualitate: velut si fundus per se sit sterilis, saxosus, frigidus, sabulosus, *vid. 13. de verb. sor. que sub rurd. Pantsch. 1. quæst. 5. num. 5.* aut vinum acetosum ferat; *15. §. 2.* aut res ob vetustatem minus sit fructuosa, *15. §. 5.* aut vermes (5750) vel herbis segetes corrumpantur, aut ob nimium humorem inarescentur, &c. hæc enim omnia (5751) etiam intolerabilia colonum sequuntur, sibi imputaturum, quod talia conduxerit. *15. §. 2. ibi: si qua tamen. h. L. 13. §. 6. de damn. infect. Pantschm. 1. quæst. 5. num. 1. & c. Fr. h. num. 96.* licet omnes fructus extincti fuerint, *obst. 15. §. 2. vers. sed & si labes. h. vid. Fr. h. num. 98. Pantschm. d. quæst. 5. num. 8. & c. Bess. Panel. ad 2. C. de rescind. vend. p. 1. c. 3. num. 13.*] [3] circa fructus nondum perceptos, *Gail. 2. obs. 23. num. 12. & c.* [percepti enim, etiam mercede nondum soluta, conductoris sunt, (5752) *arg. 7. pr. in quib. caus. pign. tacit. 26. §. 1. in f. 8. de furt. §. 36. I. de R. D. ibi Vinn. num. 4. Lage de I. & I. Diss. 19. sect. 2. num. 16. Hahn. h. num. 16.* suoque domino pereunt, *12. C. h. arg. l. 9. C. de pign. act. Carpzov. 2. c. 37. def. 20. & Pantschm. 1. quæst. 5. num. 16. Valasc. de jur. Emphyt. quæst. 27. num. 30.* quamprimum a colono separati fuerint. *16. §. 1. de furt. vid. §. 36. I. de R. D. ibi Vinn. arg. 9. C. de pign. act. Lage de I. & I. Diss. 19. sect. 2. num. 16.*

Valasc.

1 *An tamen emtor, qui rem emtam, donec pretium solvatur, conduxit, propter impedimentum citra locatoris culpam superveniens, mercedis exonerationem petere potest?* ℞. Non potest.

2 *Si vero conductor aliqua tantum parte rei locatæ paulo minus commode, sine locatoris culpa utitur, an ideo mercedis deductio est facienda?* ℞. Neg. *cum hoc incommodum non veniat ex dolo vel culpa locatoris, adeoque ipsi quoque nihil imputari potest.*

3 *Quando ex benignitate* Juris Civilis *merces arbitrio Judicis vel in totum, vel pro parte est remittenda, si casus, usum impediens, circa* fructus *contingat?* ℞. Si accidat sterilitas, vel calamitas (1) inconsueta illius loci vel temporis, (2) si illa sterilitas vel calamitas contingat forinsecus, e. g. aëris intemperie, latronum incursu, &c. (3) circa fructus nondum perceptos, (4) sine conductoris culpa ad casum ordinata, & quidem ita, ut ipse nullo modo eidem occurrere potuerit, & (5) qua conductor damnum accepit intolerabile.

4 *An idem est, si sterilitas vel calamitas consueta sit, aut præsciri facile potuerit?* ℞. Neg. *cum sibi imputare debeat conductor, quod talem rem conduxerit.* Vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 84.*

5 *An vero merces est remittenda, si casus circa fructus eveniat vitio ipsius rei, ejusque intrinseca qualitate?* ℞. Neg.

6 *Da exempla casuum contingentium circa fructus vitio ipsius rei ejusque intrinseca qualitate?* ℞. Veluti si fundus per se sit sterilis, saxosus, frigidus, sabulosus, aut vinum acetosum ferat, aut res ob vetustatem minus sit fructuosa, aut raucis vel herbis segetes corrumpantur, aut ob nimiam luxuriam incurventur, &c. hisce enim casibus nulla peti potest mercedis remissio, sed omne damnum pertinet ad colonum, qui sibi imputare debet, cur tales res conduxerit, etiamsi damnum sit intolerabile; aut omnes fructus extincti fuerint.

7 *An quoque merces est remittenda, si casus circa fructus, a conductore perceptos, contigerit?* ℞. Neg. Fructus enim percepti, etiam mercede nondum soluta, conductoris sunt, suoque domino pereunt, quamprimum a colono separati fuerint.

Valasc. d. l. num. 31. ¶¶. Qui ultra requirunt collationem in horreis, 1
Carpz. d. def. 20. num. 8 per l. 13. quib. mod. ususfr. fin. Zoes. h. num 14. Hahn.
h. num. 16. vel ut frumentum spicis sit excussum, & granariis illatum,
Fr h. num. 170. Valasc d. quaest. 27 num 31. Bess. prax. crim. tit. de remiss.
merced. num. 90. Grav. lib 2. concl 23. consid. 1. num. 3. 4. Molin. de I & I.
tr. 2. D. 495. num. 17. illi nullo jure sunt fundati, (5753) Lago d. l. num.
46. in f. & contra illos pronunciatum. (5754) Carpz. d. def. 20. vid (5755)
Grot. 2. de I. B. & P c 12. num 18 Molin. d. D. 495 num. 10. Lago de I. & I. D.
29. sect 2. num. 36. Hahn. h. num. 16. pr. Ob frumenti valorem ita minu- 2
tum, ut nec dimidium pensionis valeat, ulla mercedis remissio non de-
cernatur. (5756) Fr h. num. 104.] [4] sine conductoris culpa ad ca-
sum ordinata, & quidem ita, ut ipse nullo modo eidem occurrere po-
tuerit : cap. 3. E h. l. 15 § 2. h. Barbos. ad l. 8. C. h. num. 14. Fr. h. num. 108.
Valasc de jur. Emphyt quaest 27. num 39. [e g. (5757) vid. Pautschmann. 2.
quaest. 5. num. 5 in f Tulden. in C. h. num. 5. Barb. 1. D. 19. th. 7. lit d.] Qui 3
operas rusticas intempestivo aut non debito modo fecit, remissionem
petere non potest, licet illo anno sterilitas vel similis calamitas secuta sit. 4
(5758) 15 § 3 arg 25 § 3. Pautschmann. 1 quaest 5 num 17 Valasc. dict.
quaest. 27. num. 42. Aliud exemplum tradit Pautschmann. 1. quaest. 13. num.
23. [5] quo conductor damnum accepit intolerabile, (5759) 15. §. 6. h.
e. 3. E h. Lago de I. & I. D. 29. sect. 2. num. 44. [aestimandum a judice, arg. 5
d. § 6. junct 1 § 2. de jure delibar. Pautschm. 1. quaest num. 31. &c. C. I. A.
h. th. 33 num. 6. Fr. h. num. 103. Gail. 2. observ. 23. num. 1. non praecise obli- 6
gato ad quantitatem L. 2. C. de resc. vend. (5760) arg. 15. § 2. l. [illegible] § 6. h.
Fr. h. num. 106. Bonac. D 3. quaest 7. punct. 3. num. 13. &c. Bes. ad [illegible] §. 2.
num. 4. Dissent. Carpz. 2. c 37 def 11. ¶. Valasc de jur. emphyteut quaest 27.
num. 14. vers quanta fuit opinio & vers. & hoc ¶. Christina Vol. 3. de-
cis 10. num 14. Grav. lib. 2. concl. 23. num. 4] tum ex benignitate juris ci- 7
vilis regulariter merces arbitrio judicis vel in totum, vel pro parte est re-
mittenda, (5761) per jur. supr adduct vid. Lago de I. & I. D 29. sect 2.
num. 41 Vid. 15. § 7 h. nisi eadem locatio in plures annos sit contracta, 8
& praecedentis aut subsequentis anni ejusdem locationis ubertas solito
major sterilitatem compenset : 8. C. h. c. 3 E. h. Lago de I. & I. D. 29.
sect. 2. num. 48. Valasc. de jur. emphyteut. quaest. 27. num 46. 48. Hunn.
Encyclop. jur p. 3. t. 18. c 4. num. 24 27. Grav. 2 concl. 23 consid. 2.
num 5. Vid. Fr h. num 112. &c. Lago d. sect. num. 49. tunc enim, si 9
in singulos annos distributive merces est constituta, ob anni praeceden-
tis ubertatem remissio denegatur ; ob sequentis vero anni fertilitatem 10
remis-

1 *Annon vero, ut fructus percepti sint dicendi, ultra adhuc requiritur collatio in horreis, vel ut frumentum spicis sit excussum, & granariis illatum?* ℞. Hoc quidem aliqui requirunt, sed nullo jure sunt fundati, & contra illos pronunciatum.

2 *An autem ob frumenti valorem ita minutum, ut nec dimidium pensionis valeat, mercedis remissio decernenda est?* ℞. Neg.

3 *An vero conductor, qui operas rusticas intempestive aut non debito modo fecit, remissionem petere potest?* ℞. Non potest: *cum ipse conductor in culpa sit, quod intempestive, vel indebito tempore agrum coluerit.*

4 *An nec remissionem conductor petere potest, etiamsi illo anno sterilitas vel similis calamitas secuta sit?* ℞. Non potest: *non enim statim ob sterilitatem merces est remittenda, quippe quæ cum ubertate reliquorum annorum compensanda est.*

5 *A quo autem damnum illud intolerabile, ob quod merces est remittenda, æstimari debet?* ℞. A Judice.

6 *An vero Judex in æstimando damno præcise obligatus est ad quantitatem* L. 2. C. de Resc. Vendit.? ℞. Neg.

7 *Si igitur jam jam dicta QUINQUE Requisita omnia concurrant, quid ex benignitate* Juris Civilis *Conductor petere potest?* ℞. Ut merces arbitrio Judicis vel in totum vel pro parte remittatur.

8 *An vero pr[illegible]r dictam sterilitatem vel calamitatem merces remittenda est, si locatio in plures ann[illegible] contracta, & præcedentis aut subsequentis anni ejusdem locationis ubertas solita major sterilitatem compenset?* ℞. Neg. quia sic conductor nullum damnum sentit.

9 *Si igitur in singulos annos distributive merces est constituta, an ob anni præcedentis ubertatem remissio denegatur?* ℞. Affir. Ubertas enim præcedentis anni cum sterilitate subsequentis est compensanda, & sic neuter contrahentium damnum patitur.

10 *An vero ob sequentis anni fertilitatem remissio, præcedenti anno facta, a conductore est refolvenda?* ℞. Affir. Licet locator verbo donationis mercedem ob sterilitatem remisert: nisi locator, ubertatis præcedentis anni conscius, propter ultimi anni sterilitatem aliquid remiserit, aut aliud inter partes conventum fuerit.

remissio præcedenti anno facta [ob speratam enim ubertatem non suspenditur: (5762) *Valasc. de jur. Emphyteut. quæst. 27. num. 47.*] resolvitur, etiamsi locator verbo donationis mercedem ob sterilitatem remiserit; *l. 15. §. 4. h. Fr. h. num. 108 & 109. Carpz. 2. c. 37. d. 11.* nisi locator ubertatis præcedentis anni conscius, propter ultimi anni sterilitatem aliquid remiserit, *d. l. 15. §. 4. Zas. h. t. num. 21.* aut aliud inter partes conventum fuerit. *Carpz. 2. c. 37. def. 13.* Cæterum si pro omnibus annis conjunctim & collectim una constituta sit merces, tunc sit remissio finita demum locatione, habita ratione ubertatis & sterilitatis omnium annorum. *Fr. h. num. 110. &c. vid. Boss. prax. crim. tit. de remiss. merced. num. 23. &c.* Idem dicendum, si plures fundi una mercede locati fuerint; hæc enim una tantum est locatio, & per consequens in hac sterilitatis & remissionis quæstione fructus omnium fundorum considerandi sunt. *Boss. d. t. num. 20. &c.* Non etiam remittitur merces ob sterilitatem colono partiario, (5763) *25. §. 6. h. Fr. h. num. 113.* [quod secus est, in eo, cui usus fundi pro certa (5764) quantitate fructuum concessus est, *Pantschm. 1. quæst. 2. num. 16. 37.* & in inquilino, *vid. Pantschm. 1. quæst. 1. num. 57. & quæst. 2 num. 13. Fr. h. num. 123.* & molendini conductore; *Lugo d. D. 29. sect. 2. n. 45.*] neque emtori, qui rem conduxit, donec pretium solvatur; *Valasc. d. quæst. 27. num. 52. Pantschm. 1. quæst. 5. num. 18. Fr. h. num. 133.* aut si conductor casus fortuitos in se receperit, (5765) *9. §. 2. h.* licet nulli specialiter enumerati fuerint, *Pantschm. 1. quæst. 6. num. 95. &c.* & casus secutus insolitus sit. (5766) *Vid. Vinn. 2. quæst. 1. Tulden. in C. h. num. 11. Carpz. 2. c. 37. def. 17. Bus. ad l. 15. num. 6. 7. h. ¶¶. Pantschm. 1. quæst. 7.* 1 2 3 4 5 6 7 8 9

Non etiam ob contingentem majorem ubertatem pensio ab initio conventa augetur. (5767) *25. §. 6. h. Tulden. in Cod. h. num. 6. Bach. 1. D. 29. th. 7. lit. e. Zas. h. num. 22. Fr. h. num. 115. &c. Bus. ad 15 §. 4. num. 4. ¶¶. Lugo d. D. 29. sect. 2. num. 52. obst. (5768) f. C. de alluvion. vid. Fr. d. l. n. 118.* 10

* [2] ad hoc, ut locator conductorem indemnem præstet, (5769) ratione * rei conductæ, e. g. equi vitiosi (5770) sine certioratione locati, *Bonacoss. tr. de equis. quæst. 94. Bonacin. de contr. D. 3. quæst. 7. punct. 2. num. 4.* doliorum corruptorum scienter vel ignoranter locatorum; hic tenetur locator de omni damno & interesse, *19. §. 1. h. ibi Bus. num. 1. & seqq. Salicet. ibid. Bachov. Vol. 1. D. 29. th. 7.* D. 11 R. 12. 13 14

1 *An autem ob speratam ubertatem remissio mercedis ob sterilitatem praecedentis anni suspenditur?* ℞. Neg.

2 *Quid obtinet, ratione remissionis mercedis, si pro omnibus annis conjunctim & collectim una merces constituta est?* ℞. Tunc fit remissio finita demum locatione, habita tamen ratione ubertatis & sterilitatis omnium annorum.

3 *An idem dicendum, si plures fundi una mercede locati fuerint?* ℞. Affir. hæc enim una tantum est locatio, & per consequens in hac sterilitatis & remissionis quæstione fructus omnium fundorum considerandi sunt.

4 *An quoque merces colono partiario ob sterilitatem remitti debet?* ℞. Non debet.

5 *An idem est in eo colono, cui usus fundi pro certa quantitate fructuum concessus est?* ℞. Neg. *cum hic loco mercedis certa quantitas fructuum, proportionata usui fundi præstanda. Si itaque ob sterilitatem nullos fructus perceperit, proportio ista cessat, & sic remissio est facienda.*

6 *An quoque secus est in inquilino?* ℞. Affir. *si sc. uti ædibus propter bellum, &c. est impeditus; sic enim pro rata temporis merces ipsi est remittenda.*

7 *Num quoque secus est in molendini conductore?* ℞. Affir. *in hoc enim idem obtinet, quod in alio conductore prædiorum urbanorum.*

8 *An emtori, qui rem emtam conduxit, donec pretium solvatur, ob sterilitatem merces est remittenda?* ℞. Neg. *quia adhuc est dominus, licet rem emtam & jus percipiendi fructus conduxerit.*

9 *An nec conductori merces ob sterilitatem est remittenda, si casus fortuitos in se receperit?* ℞. Non est remittenda: licet nulli casus specialiter enumerati fuerint, & casus secutus insolitus sit.

10 *Num e contrario ob contingentem majorem ubertatem pensio ab initio conventa est augenda?* ℞. Neg.

11 *Ad quid* (2) *in locatione RERUM Actio Conducti datur ratione indemnitatis?* ℞. Ad hoc, ut locator conductorem indemnem præstet.

12 *Ratione quarum autem Locator Conductorem debet indemnem præstare?* ℞. Ratione (1) rei conductæ, (2) expensarum, & (3) tributorum ac collectarum.

13 *Da exempla, in quibus locator conductorem, ratione* rei conductæ, *indemnem præstare tenetur?* ℞. E. g. si locator equum vitiosum, calcitrosum, sine certioratione & admonitione alteri locaverit, & conductor exinde damnum acceperit; item, si locator dolia vitiosa, sciens vel ignorans (*hujusmodi enim ignorantia culpæ annumeratur,*) locaverit, & vinum effluxum vel corruptum fuerit.

14 *De quo itaque hic locator equi vitiosi & doliorum tenetur?* ℞. De omni damno & interesse.

th. 7. lit. C. Fr. b. num. 159. &c. si vero aliam rem vitiosam locavit justa 1
ignorantia, tantum merces remittitur: *19. §. 1. h.* damnum enim, quod
conductori ex re conducta, (5771) vel in illa sine locatoris culpa acci-
dit, hac actione peti nequit. *arg. 23. de R. I. Carpzov. 2. const. 37. def. 21.*
Unde etiam dominus ædium, in quarum camera, Studioso locata, fur- 2
tum est factum, eidem ad rerum ablatarum æstimationem non tenetur;
(5772) *arg. 45. pr. 55. h. 3. §. 1. naut. caup. 4. C. h. t. Vid. Berlich. p. 2. decis.
202.* nisi ipse quoque ædes inhabitet, & illas de nocte apertas reliquerit.
Berlich. d. decis. num. 12. & seqq. num. 18. 24. aut custodiam rerum illata-
rum tacite (5773) vel expresse in se receperit. *d. l. 55. Vid. Bus. ad d. l. 55.
num. 2.*

* expensarum, quas b. f. fecit ex neces- T. 10. 3. 4
sitate ad rem conductam conservandam, (5774) *vid. Caroc. de locat. p.
4. quæst. 40. num. 5.* vel ad utilitatem ejusdem perpetuam (5775) aut ul-
tra conductionis tempus duraturam; (5776) *55. §. 1. 61. pr. Garsias de Ex-
pens. c. 14. num. 10. &c. Valasc. de jur. emphyteut. quæst. 25. num. 32. &c.
Carpz. part. 2. const. 37. def. 26. Vid. Fr. b. num. 164. &c. Lugo de I. & I. D. 29.
sect. 4. num. 68.* sed ante moram sine usuris: *Carpz. d. const. 37. def. 27.* ¶. 5
etiamsi ob non solutam mercedem conductor expulsus sit, (5777) *61.* 6
Gars. d. num. 10. Caroc. d. quæst. 40. num. 6. &c. absque distinctione inter 7
magnas & modicas; (5778) *arg. dd. ll. Valasc. d. quæst. 25. num. 36. & qu.
26. num. 7. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 496. num. 2. Diff. Menoch. de A. I. Q.
cas. 215.* ita conductor equi, de jure (5779) & ex natura contractus, ex- 8
pensas pro soleis ferreis, vel in ejus curationem factas repetere potest.
*Lugo d. D. 29. sect. 4. num. 67. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 496. num. 7. in f.
Vid. tamen Bonacoss. tr. de equit. quæst. 61. Vid. omnino Garsias de expens. c.
14. n. 10. &c. Caroc. de locat. p. 4. q. 40. &c.*

* Tributorum (5780) & collectarum, r. 9
quas conductor ratione rei conductæ solvit. Licet enim fiscus in tribu-
torum & collectarum exactione possessionem sequatur; (5781) *7. de
public. & vectigal. Gars. de Expens. cap. 14. num. 19. Tabor. de contr. & jur.
colonario. th. 49. & tr. de metat. part. 2. c. 3. th. 19.* attamen cum locator pro
fructibus mercedem accipiat, & sic in effectu ipsemet re locata uti frui
videatur, *38. 39. de usufruct. 36. de usur.* proinde in effectu & finaliter et-
iam tributa & contributiones locatorem manent ita, ut ipse eadem
conductori, si illas solverit, refundere teneatur. *arg. 13. de impens. in res
dotal. 2. C. de annon. & tribut. Vid. un. §. 3. de via publ. Tabor. de metat.
d. l.*

1 *Quid vero obtinet, si locator aliam rem vitiosam ignorans locaverit, ejusque ignorantiæ justa adsit causa?* ℞. Hoc casu damnum inde proveniens non præstat, sed tantum mercedem remittit: damnum enim, quod conductori ex re conducta, vel in illa, sine locatoris culpa, accidit, hac actione peti nequit; nam ratione locatoris est casus fortuitus, locator autem in hoc contractu ultra culpam levem non tenetur. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 95.*

2 *Ergone Dominus ædium, in quarum camera, Studioso locata, furtum est factum, eidem ad rerum ablatarum æstimationem tenetur?* ℞. Non tenetur: nisi ipse quoque dominus ædes inhabitet, & illas de nocte apertas reliquerit, aut custodiam rerum illatarum tacite, (*ut si domus ex locorum usu ad hoc habeatur, ut ibi a locatore res illatæ custodiantur,*) vel expresse in se receperit.

3 *An locator conductorem etiam indemnem præstare debet ratione Expensarum?* ℞. Affir.

4 *Quarum autem Expensarum ratione locator conductorem indemnem servare tenetur?* ℞. Illarum expensarum, quas conductor bona fide fecit ex necessitate ad rem conductam conservandam, vel ad utilitatem ejusdem perpetuam, aut ultra tempus conductionis duraturam: hasce enim expensas necessarias & utiles bona fide factas locator ipse fecisset, aut facere debuisset, & propterea conductori refundere quoque tenetur.

5 *An vero locator has expensas cum usuris conductori restituere tenetur?* ℞. Ante moram eas restituit sine usuris: *cum hæ demum ob moram debeantur.*

6 *An autem conductor has expensas repetere potest, etiamsi ob non solutam mercedem expulsus sit?* ℞. Affir.

7 *An vero hæ expensæ restituendæ sint conductori absque distinctione inter magnas & modicas?* ℞. Affir.

8 *An ergo conductor equi, de jure & ex natura contractus, expensas pro soleis ferreis, vel in ejus curationem factas repetere potest?* ℞. Affir. sine his enim usus equi nullus est; quem tamen locator præstare debet.

9 *An Locator Conductorem etiam indemnem præstare debet ratione Tributorum & Collectarum, quas conductor ratione rei conductæ solvit?* ℞. Affir. Licet enim fiscus in tributorum & collectarum exactione possessorem sequatur: attamen, cum locator pro fructibus mercedem accipiat, & sic in effectu ipsemet re locata uti frui videatur; proinde in effectu & finaliter etiam tributa & contributiones locatorem manent ita, ut ipse easdem conductori, si illas solverit, refundere teneatur. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 99.*

d. l. Habn. ad W. h. num. 16. ¶ Gerfius d. c. 14. num. 5 & c. Carer. de locat. part. 4. quæst 39. num. 4. & c. Ægid. Thomas tr. de collect. p. 477. & c. vid. Klock. de contribut. c. 11. num. 169. & c. Fr. h. num. 171. & c. obst (5782) *32. ff. 6. de administ. tut. vid. Gerfius dict. l. num. 18. in f. Fr. & Klock. dd. ll.* Idem tendunt DD. de sumtibus metatorum, (5783) von Einquartierungs-Kosten. *Corpz. 2. consist. 37. def. 17 ¶. Habn. h. num. 16. fere in fin. ¶. Fiberg. ad Everard. Fr. n. quæst. 3. ¶ vid. Tabor. de metat. d. c. 3. thes. 17. 19. Fr. h. num. 174. vid. Habn. d. l.* Conductor vero præstet Decimas. (5784) *c. 24. ib. vers. & cum de consilii. x. de decim. Carer. d. quæst 39. num. 114. sqq. Klock. d. c. 11. num. 177.* [ubi de omnibus oneribus mere realibus, quæ de fructuum corpore penduntur, idem (5785) affirmant.] Item, Collectas conductoris personæ (5786) vel absolute, vel ratione proprii patrimonii, quæstus, mercaturæ aut artificii impositas, wegen dessen Handel und Nahrung. *Habn. d. l. ¶.* Semina, *15. ff. 2 & 7 h. Habn. d. num. 16.* & expensas fructuum colligendorum & custodiendorum gratia factas, *vid. 7. ff. 16 solut. matrim. Christin. Vol. 3. Decis. 111. num. 3 4. Menoch. de arbitr. Jud. quæst. cas. 107 num. 1. & c.* ac quibus ipse conductor sua culpa caussam dedit, ut si fenestras aut fornaces corrupit. *Bach. Vol. 1. Disp. 29. th. 7. lit. e. in f.* Expensas tamen necessarias & utiles (5787) in rem locatam h. l. factas de mercede nondum soluta conductor deducit; *61 pr. h.* illa vero soluta, actione conducti a locatore repetit, & rem locatam adhuc possidens, tamdiu retinet, donec illas recipiat: *arg. 14. de dol. mal. except. 5. pr. verb. manebit. de impens. in res dot. fact. arg. 13 in f. de furt. Carpz. dec. 67. num. 7. Gerfius de Expens. c. 14. num. 16. Carer. de locat. p. 4. quæst. 40. n. 3. & c. Habn. h. num. 16. ¶.* Hæc exceptio etiam in executione opponitur, (5788) *Carer. d. q. 40. n. 14. & c.* licet expensæ illæ nondum sint liquidæ & certæ, (5789) *arg. dd. ll. 33. ff. de cond. indeb. Carpz. d. decis. 67. num. 9. Carer. d. quæst. 40. num. 22. vid. Treutlering. l. 3. tit. de pign. Resol. 1. vers. habes ex hoc tertio & seqq. Sand. decis. Frisic. l. 3. tit. 13. d. 5.* modo illarum probatio non requirat altiorem indaginem, & circumstantiæ aliud non suadeant; tunc enim Judex suo arbitrio rem temperet, & cautionem locatoris admittat. (5790) *Vid. Sand. d. def. vers. sunt qui rem arbitrio judicis. Carer. d. l. num. 22. & c. Schrader. de feud. p. 2. quæst. 9. sect. 2. n. 30.*

D Actio * *LOCATI* est, quæ competit locatori & heredibus, *24. 29. C. h.* 9
adversus conductorem & heredes, *dd. ll.* ad omne id, quod ipsi ex hoc contractu debetur. (5791) *pr. l. h.*

S Si quis pluribus aliquid utendum vel faciendum locaverit, 10

[illegible]

1 *An & sumtus metatorum*, die Einquartirungs-Kosten, *Locator Conductori restituere tenetur?* ℞. Affir. si sc. præter hospitium militibus aliquid præstandum fuit, e.g. esculenta & potulenta; secus igitur, si nudum saltem hospitium præstiterit.

2 *An tamen conductor Decimas præstare tenetur?* ℞. Affir.

3 *An idem de omnibus oneribus mere realibus, quæ de fructuum corpore penduntur, affirmandum?* ℞. Affir. *cum tacite conductor hoc recepisse censeatur.* Lauterb. *d. l. §. 101.*

4 *Quas vero Collectas conductor sine restitutione præstare debet?* ℞. Quæ ipsius personæ vel absolute, vel ratione proprii ipsius patrimonii, quæstus, mercaturæ aut artificii sunt impositæ, wegen dessen Handel und Nahrung.

5 *An item semina, & expensas, fructuum colligendorum & custodiendorum gratia factas, conductor ferre tenetur?* ℞. Affirm. sufficit enim, si locator liberum rei locatæ usum conductori præstet.

6 *An Conductor etiam ea præstare debet, quibus ipse sua culpa causam dedit; ut: si fenestras aut fornaces corrupit?* ℞. Affirm. *Regulariter enim conductor culpam levem præstare tenetur, quæ nomine culpæ, simpliciter positæ, intelligitur.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 102.*

7 *Quid vero circa expensas, a conductore impensas, obtinet?* ℞. Expensas necessarias & utiles, in rem locatam *bona fide* factas, de mercede nondum soluta deducit, illa vero soluta, Actione conducti a locatore repetit, & rem locatam adhuc possidens tamdiu retinet, donec illas recipiat: *quicunque enim in rem alienam, quam detinet, expensas bona fide fecit, is habet jus retentionis.* Lauterb. *d. l. §. 103.*

8 *An hæc Exceptio expensarum factarum etiam in ipsa executione a conductore opponi potest?* ℞. Affir. etiamsi expensæ illæ nondum sint liquidæ & certæ: *Leges enim indistincte loquuntur;* modo tamen constet, expensas factas esse, illarumque probatio non altiorem requirat indaginem, & circumstantiæ aliud non suadeant: tunc enim Judex suo arbitrio rem temperare, & cautionem locatoris admittere potest.

9 *Quid est Actio Locati?* ℞. Quæ competit locatori & heredibus, adversus &c.

10 *Quid, ratione hujus Actionis instituendæ, obtinet, si quis pluribus aliquid utendum, vel faciendum locaverit, singulorum fidem secutus?* ℞. Hoc casu locator electionem habet, contra quem in solidum agere velit: *quia se in solidum obligarunt, & sic se correos debendi constituerunt.*

ſingulorum fidem in ſolidum ſecutus, (5792) electionem habet, con-
tra quem in ſolidum agere velit; *47. ff. 13. C. h.* cui tamen hodie Dd. 1
beneficium diviſionis concedunt, (5793) ſi ſc. reliqui quoque præſentes
& ſolvendo ſint. (5794) *Chriſt. Vol. 3. Diſp. 114. num. 4. Gran. & Bruſ. ad d. l. 47.*

O Datur ex natura contractus * [1] ad exigendam mercedem [poſt S 2
morum cum uſuris, (5795) *2. 17. C.*] eo tempore, quod vel partium con- 3
ventio vel mos regionis aſſignat; *34. de R. I. arg. 8. C. h. t.* de quo ſi nihil 4
conſtet, debetur in locatione * Rei, finito uſu; (5796) *arg. d. l. 34. ibi: ad id, quod minimum eſt. de R. I. arg. 13. § 8. de act. emt. Mantic. de tacit. convent. l. 5. t. 6. n. 3 &c. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 497. num. 1. Carpz. 2. deciſ. 236. num. 6. Fr. h. n. 178. obſ.* (5797) *l. placuit. 4. C. de collat. fund. patrimon. lib. 11. t. 64. Vid. Gomez. 2. c. 3. num. 13.* niſi locatio in plures annos ſit contracta, & merces in ſingulos annos conſtituta; tunc enim in fine cujusque anni ſolutio facienda; *arg. 39. 140. de V. O. Bonacin. de contract. D. 3. quæſt. 7. punct. 3. num. 5. Mantic. d. tit. 6. num. 8. &c. Pantſchm. 1. quæſt. 14. num. 48.* Si vero omnium annorum unica tantum merces eſt conventa, tunc finita demum locatione efficaciter poteſt peti. *Mantic. d. t. n. 6. 7 & 32. Bonacin. d. l.* In locatione

T * Operarum (5798) regulariter præſtitis o- t. 5
peris & abſoluto atque probato opere; *Mantic. d. t. 6. num. 16. &c. Fr. h. num. 188. Barboſ. ad 1. C. h. n. 4.* niſi perſonarum conditio aliud poſtulet, (5799) *Mantic. d. tit. 6. num. 15. 17. &c.* aut opus faciendum notabilem temporis tractum & ſumtus requirat majores; tunc enim æquum [non vero neceſſarium] eſt, ut merces per partes ſucceſſive, interea, dum opus fit, ſolvatur, imo etiam prærogetur, modo artifex de opere certo perficiendo idonee caveat (5800) *Fr. h. n. 189. Barboſ. in d. l. 2. num. 3.*
Si merces ad menſuram vel in dies eſt conſtituta, etiam imperfecto ope- 6
re jure petitur. (5801) *30. § 3. p.*

* [2] ad hoc, ut conductor finita loca- h. 7
tione rem reſtituat, numero eandem, *arg. 39. h. vid. tamen* (5802) *31. h. Bonacin. de contractibus. D. 3. quæſt. 7. punct. 3. num. 3.* & quidem præciſe; adeo ut, ſi conductor hac actione locati conventus pertinaciter (5803)
rei conductæ reſtitutionem usque ad ſententiam detrectet, ipſe tanquam 8
rei alienæ invaſor, & ad rem reſtituendam, (5804) & præterea in ejus æſtimationem condemnetur; (5805) *pen. C. h. ibi Barb. Molin. de I. & I.*
tr. 2. D. 498. num. 1. quam pœnam tamen hodie non ubique locorum ob- 9
ſervari tradit (5806) *Vinn. ad pr. I. h. in fin. Chriſtin. V. 3. deciſ. 109. num. 2. & de-*

1 *Quale vero beneficium Doctores hodie concedunt, si reliqui præsentes & solvendo sunt?* ℞. Beneficium divisionis: *hoc enim hodie regulariter correis debendi competit, si omnes præsentes & solvendo sint.*

2 *Ad quid (1) ex natura contractus hæc Actio Locati datur?* ℞. Ad mercedem debito tempore exigendam: solvi autem debet & exigi potest merces eo tempore, quod vel partium conventio, vel mos regionis assignat.

3 *An autem post conductoris moram locator hac Actione locati mercedem cum usuris exigere potest?* ℞. Affir.

4 *Quo tempore vero merces in locatione REI est solvenda, si de partium conventione, vel more regionis nihil constat?* ℞. Finito demum rei usu: nisi locatio in plures annos sit contracta, & merces in singulos annos constituta; tunc enim in fine cujusque anni solutio est facienda; si vero omnium annorum unica tantum merces est conventa, tunc finita demum locatione efficaciter potest peti merces. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 113.*

5 *Quando in locatione OPERARUM merces debetur, si de partium conventione, vel more regionis nihil constat?* ℞ Regulariter præstitis demum operis, & absoluto atque probato opere: nisi personarum conditio aliud postulet, aut opus faciendum notabilem temporis tractum & sumtus requirat majores; tunc enim æquum (*non vero necessarium*) est, ut merces per partes successive, interea tum opus fit, solvatur, imo etiam prærogetur, modo artifex de opere certo perficiendo idonee caveat. Lauterb. *d. l. §. 114.*

6 *Si merces ad mensuram vel in dies est constituta, an etiam, imperfecto opere, peti potest?* ℞. Affir.

7 *Ad quid (2) ex natura contractus hæc Actio Locati datur?* ℞. Ad hoc, ut conductor, finita locatione, rem conductam restituat, & quidem *regulariter* in specie, sive numero eandem, & quidem præcise.

8 *Si ergo conductor hac Actione Locati conventus* pertinaciter *rei conductæ restitutionem usque ad sententiam detrectet, quomodo condemnatur?* ℞. Tanquam rei alienæ invasor, & ad rem restituendam, & præterea in ejus æstimationem condemnatur.

9 *An vero hæc pœna hodie adhuc observatur?* ℞. Eam hodie non ubique locorum observari, tradit Vinn. Christin. & Grœnew. *citt. ll.*

& decis. 119. num. 6. Graneweg. ad d. l. 9. C. h. Neque conductor locatori 1
rem locatam repetenti referre potest quæstionem dominii, (5807) sed
possessionem prius restituere debet, & tunc de proprietate litigare; *25.*
C. (5808) nisi in continenti probare possit, se post locationem (5809) 2
illius rei dominium acquisivisse, *Valasc. consult. 41. §. Molin. de I. & I.*
tract. 2. D. 498. num. 2. Barbos. ad d. l. 25. n. 11. Christ. Vol. 3. dec. 118. num. 3.
Faber. in C. h. t. def. 10. ubi plures adducunt exceptiones. (5810) Quid 3
obtineat, si tertius quæstionem dominii moveat, postulans, ne locatori
res restituatur, explicat (5811) *Molin. d. D. 498. num. 1. in f. & alii citati a*
Barbos. ad. d. l. 25. n. 12.

* [3] ad resarciendum damnum, do- a 4
lo, lata vel levi conductoris culpa datum: [levissima regulariter non 5
(5812) præstatur.] *5. §. 2. commod. 23. de R. I. 9. §. 3. 11. §. 3. 13. §. 1. & l. 31.*
in f. h. 3. §. 1. naut. caupon. stab. Gomez. 2. c. 3. num. 22. Carpzov. 2. c. 37. d. 24.
obs. (5813) *28. C. h. §. pen. I. h. 14. §. 16. de furt. Vinn. Bach. & Pachard. ad*
d. §. 5. Inst. h. t. l. 25. §. pen. 13. §. 6. h. l. 13. §. 1. de liber. caus. Vid. Fr. h. num.
199. & c. Bach. Vol. 1. Disp. 29. th. 6. lit. e. Hac culpa tenentur fullones, 6
sartores, &c. alterius res alteri tradendo, (5814) aut si apud illos mures
res locatas roserint: *13. §. 6. h. Vid. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 494. num. 6.*
Item, qui agros conductos intempestive vel non debita diligentia colue- 7
runt, *25. §. 3.* aut alio modo jus vel corpus rei locatæ deterius fecerunt,
aut fieri passi sunt, ut si negligenter permiserint servitutem contra prædium
præscribi, aut cautionem de damno infecto non exegerint, (5815)
nec dominum, ut ipse hoc faceret, certiorem reddiderint; *11. §. 2. h.*
Lugo de I. & I. D. 29. sect. 4. num. 65. Gomez. 2. c. 3. num. 25. conductor enim
de levi culpa tenetur, sive illa in faciendo sive in omittendo consistat. *25.*
§. 7. 8. Fr. h. num. 219. Unde si tertius damnum dedit, cui conductor 8
resistere potuit & non restitit, ipse de eo quoque tenetur, *25. §. 7. l. 41.*
cæterum si conductor resistere & damnum illud impedire non potuit, eo 9
nomine a locatore conveniri nequit, *41. Zoes. h. num. 18.* etiamsi tertius 10
ille ipsius inimicus fuerit, & ejus odio damnum dederit; (5816) *Vid. 19.*
commod. 41. h. Bach. ad Wesenb. tr. h. t. num. 17. lit. aa. nisi conductor ini- 11
micitiæ causam dederit (5817) *25. §. 4. h. junct. 66. pr. solut. matrim. Mo-*
lin. de I. & I. tr. 2. D. 494. n. 5.

Culpam famulorum & familium, quos v. gr. inquilinus in ædes 12
conductas induxit, ipse non aliter præstat, quam si in illis eligendis (5818) & inducendis culpam commiserit, & verbi gratia negligentes, malos, improbos, & facinorosos oscitanter in suam famili-
am

1 *An conductor locatori, rem locatam repetenti, quaestionem dominii referre potest?* ℞. Non potest, sed possessionem prius restituere, & tunc de proprietate litigare.

2 *Quod si tamen in continenti probare possit Conductor, se post locationem illius rei dominium acquisivisse, an possessionem retinere potest?* ℞ Retinere potest.

3 *Quid vero obtinet, si* tertius *quaestionem dominii moveat, postulans, ne locatori res restituatur?* ℞. Hoc explicat Molin. *cit. l.* & alii citati a Barbos. *cit. l.* vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 17.* ubi dicit: Sin Tertius quaestionem dominii moveat, &, ne res locatori restituatur, petat, ac in continenti probet dominium, tunc domino res erit restituenda; *l. 31. ff. depos.* si non, locatori, sin res sit mobilis, & locator de fuga suspectus, sequestro; nisi cautio praestetur. *l. 7. §. 1. ff. qui satisd. cog.*

4 *Ad quid (3) ex natura contractus haec Actio Locati datur?* ℞. Ad resarciendum damnum, dolo, lata vel levi conductoris culpa datum.

5 *An in hoc contractu levissima quoque culpa est praestanda?* ℞. Regulariter non; quia est talis contractus, qui utriusque commodi gratia initur, in quo praestatur tantum culpa levis.

6 *An ergo culpa levi tenentur fullones, sartores & similes, alterius rei alteri tradenda, aut si apud illos mures res locatas roserint?* ℞. Affir. *ob dictam rationem.*

7 *An etiam illi hac culpa levi tenentur, qui agros conductos intempestive, vel non debita diligentia coluerunt, aut alio modo jus vel corpus rei locatae deterius fecerunt, aut fieri passi sunt, ut, si negligenter permiserint, servitutem contra praedium praescribi, aut cautionem de damno infecto non exegerint, nec dominum, ut ipse hoc faceret, certiorem reddiderint?* ℞. Affir. Conductor enim de levi culpa tenetur, sive illa in faciendo, sive in omittendo consistat.

8 *An igitur, si Tertius damnum dedit, cui conductor resistere potuit, & non restitit, de eo damno Conductor tenetur?* ℞. Affir.

9 *Si vero conductor resistere, & damnum illud impedire non potuit, an eo quoque nomine a locatore conveniri potest?* ℞. Neg. *quia sic nulla culpa conductori imputari potest.*

10 *An nec conveniri potest conductor a locatore, si Tertius ille Conductoris inimicus fuerit, & ejus odio damnum dederit?* ℞. Non potest conveniri: *quia & hoc casu extra culpam est conductor.*

11 *An tamen tunc conveniri potest conductor a locatore, si conductor huic inimicitiae causam dederit?* ℞ Affir.

12 *Num v. gr. inquilinus culpam famulorum & similium, quos in aedes conductas induxit, praestare tenetur?* ℞. Horum culpam talis inquilinus non aliter praestare tenetur, quam si in illis eligendis & inducendis culpam commiserit, & v. gr. negligentes, malos, improbos, & facinorosos oscitanter in suam familiam receperit, ac ipsi in officio commisso peccaverint.

 13 *Qui-*

am receperit, ac ipsi in officio commisso peccaverint. *11. pr. h. 27. §. 9 & 11. ad Leg. Aquil. 3. pr. de publican. Mev. ad Jus Lub. lib. 3. tit. 4. art. 1. n. 24. Magon. decis. Florent. 111. n. 32. & seq. ¶ Rauchb. lib. 1. q. 10. num. 59. 60. Grav. l. 2. concl. 21. corou. n. 2. in f. Caroc. de locat. & conduct. p. 4. q. 14. n. 40. Berl. p. 4. conc. 25. n. 110. Carpz. p. 4. c. 17. def. 14. ¶. vid. Stamm. de servit. personal. l. 2. c. 17. n. 31. obs. (5819) p. f. naut. caup. 30. § 4. h. ubi conductor tenetur propter pactum. vid. Farinac. decis. crim. 63. num. ult.*

Interdum tenetur conductor etiam de culpa levissima, si nim. ipse tanquam artifex (5820) aliquid faciendum conduxerit, *9. §. pen. 13. §. 5. 25. § 7. Fr. h. n. 104. Habn. ad Wes. h. n. 14.* aut specialiter pro custodia (5821) mercedem acceperit. *40. Habn. d. l. vid. tamen Molin. de I. & I. tr. 2. D. 494. n. 12.* Interdum quoque de casu fortuito, si sc. illum speciali pacto in se receperit, *9. § 2. Carpz. 2. c. 37. def. 17. vid. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 494. n. 5. in f.* aut ipsius mora, vel culpa casum præcesserit: ut si pacto aliquid conventum fuerit, v. gr. ne ignem aut fœnum (5822) ibi haberet, & conductor contra pactum peccaverit, atque eo ipso casui occasionem dederit, sine qua damnum non accidisset; *vid. 11. §. 1. & §. f. vid. Molin. d. D. 494. n. 4. Lago de I. & I. D. 29. sect. 4. num. 65.* Item si equus sit locatus eo pacto, ut non nisi 5 milliaria in die perageret, & peractis 7. ea de causa mortuus sit. (5823) *Lago d. l. vid. Molin. d. l.* Æstimatio rei locatæ periculum casus fortuiti in conductorem non transfert. (5824) *Faber. in C. h. def. 9. Carpz. 2. const. 37. def. 16. vid. supr. tit. Commod. pag. 229. in fin. & pag. seq.* 1 2 3 4

pr. Si conductor affirmat, se casu fortuito rem amisisse, ipse hoc probet; *arg. 5. C. de pign. act. Carpz. 2. c. 26. d. 17. ¶. Trentacinq. l. 3. tit. de pign. Resol. 3. n. 2. ¶ &c.* si vero locator excipit culpam conductoris præcessisse, tum ipsi incumbit probatio hujus sui asserti. (5825) *Carpz. 2. c. 26. d. 19. ¶. Gomez. tom. 2. cap. 3. num. ult. vid. tamen Trentacinq. d. Res. 3. & seq. 6. Molin. d. D. 494. num. ult.* Sic equi conductor, si probat equum mortuum esse, de casu illo non tenetur, nisi locator ipsius culpam probet. *Lago de I. & I. D. 29. sect. 4. n. 66. in f. Gomez. tom. 2. cap. 3. n. 23.* In illis vero casibus, in quibus conductor levissimam præstat culpam, adhibenda est distinctio (5826) casuum fortuitorum, quam tradit *Carpzov. d. constit. 26. def. 19. Gomez. d. num. ult. & Trentacinq. dd. ll. vid. 9. §. 4. h. Fr. h. num. 106. &c.* 5 6 7 8

1 *Quibus in casibus conductor etiam de culpa levissima tenetur?* ℞. Si ipse tanquam artifex aliquid faciendum conduxerit, (*hic enim operas suas offerre videtur,*) aut specialiter pro custodia mercedem acceperit. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 21.*

2 *Quibus in casibus conductor etiam de casu fortuito tenetur?* ℞. Si illum casum speciali pacto in se recepit, aut conductoris mora vel culpa casum præcessit.

3 *Da exempla, ubi culpa casum præcessit, & ideo casus a conductore præstandus est?* ℞. Si pacto aliquid conventum fuerit, v. g. ne ignem aut fœnum ibi haberet, & conductor contra hoc pactum peccaverit, atque eò ipso casui occasionem dederit, sine qua damnum non accidisset; item, si equus sit locatus eo pacto, ut non nisi *quinque* milliaria in die perageret, & peractis 7. ea de causa mortuus sit.

4 *An vero æstimatio rei locatæ periculum casus fortuiti in conductorem transfert?* ℞. Neg. *quia æstimatio in negotiis, in quibus per traditionem dominium non transfertur, regulariter tantum taxationis gratia facta præsumitur.*

5 *Quis probare debet, si conductor affirmat, se casu fortuito rem amisisse?* ℞. Ipse conductor.

6 *Cui vero incumbit probatio, si locator excipit, culpam conductoris præcessisse?* ℞. Locatori.

7 *An igitur equi conductor, si probat, equum casu mortuum esse, de casu illo non tenetur?* ℞. Non tenetur, nisi locator conductoris culpam probet.

8 *Qualis vero distinctio casuum fortuitorum est adhibenda in illis casibus, in quibus conductor levissimam præstat culpam?* ℞. Hanc distinctionem tradit Carpz. Gomez. Trentacinq. & Franzk. *citt. ll.* sc. distingvendum est, an regulariter sine culpa contingere soleant, ut: incursus hostium, impetus aquarum, & mors animalium; an vero absque culpa regulariter non contingant, uti incendium, furtum. Illo casu, qui culpam admissam esse dicit, illud probare debet; hoc vero casu iste, qui levissimam culpam præstare debet, probare tenetur, culpam abfuisse, & summam diligentiam se adhibuisse.

1 *Quid*

DE CONTRACTIBUS INNOMINATIS. (5827)

D Contractus innominati sunt, qui non habent certam naturam, neque specificum contrahendi modum, nec nomen, neque certas & nominatas actiones producunt, causam (5828) tamen & negotium civile (5829) habent. *Tabor. part. Elem p. 3. sect. 4. th. 14. 15 vid. 7. §. 2. de pact. 5. pr. & §. 1. &c. de P. V.* Sive sunt contractus proprio & specifico nomine carentes, quibus aliquid præstatur, ut alter vicissim aliquid præstet. *arg 5. pr. & §§. seqq. de P. V. 7. §. 2. de pact. vid. Cacciatup. tr. de pact. q. 6. n. 4. &c.* 1 2

N C Omnes sunt reales, (5830) & præter consensum & conventionem [*vid. omnino Fr. de P. V. n. 4 & 18.*] tanquam causam efficientem requirunt unius partis actualem præstationem, *1. §. 2. ff. 3. C. de rerum permut. 5. pr. & §§. seqq. de P. V. 7 §. 2. de pact. Tabor. d. l. th. 15. Gudelin. de Jur. noviss. lib. 3. c. 4. pr. Gomez. tom. 2. c. 8. n. 1. Habn. ad tit. de P. V. n. 1. vers. & hinc deciditur.* ¶¶¶. etiam hodie. (5831) *Carpz. 2. c. 33. d. 23.* ¶ *Habn. ad tit. de P. V. n. 1. in f.* [*Dissent. Gudelin. de Jur. nov. lib. 3. c. 5. in fin.*] 3 4

† Sunt vel regulares, (5832) vel irregulares, qui a regulari contractuum innominatorum norma nonnihil deflectunt, & ad nominatos quam proxime accedunt, simulque nomen aliquod habent: *Fr. ad tit. de æstimat. act. num. 2. Tabor. d. l. th. 16. Strauch. dissert. 16. aphor. 2.* ut sunt contractus æstimatorius & permutatio. 5.6 7

E D Inde datur *ACTIO* præscriptis verbis, sic dicta, quia fundamentum & causa ejus certo & specifico nomine (5833) demonstrari nequit, sed res gesta præscriptis verbis (5834) est designanda: *1. 2. 3. de P. V. 6. C. de transact.* quæ alibi dicitur actio in factum, *22. de P. V.* & utilis, [ratione nominatarum] *6. C. de transact. vid. omnino C. I. A. de P. V. th. 2.* 8.9 10

DE ÆSTIMATORIA. XIX. 3.

D CONTRACTUS *ÆSTIMATORIUS* (5835) est innominatus, quo res certo pretio æstimata datur vendenda ea lege, ut accipiens vel rem illam reddat, (5836) vel pretium conventum solvat. (5837) *1. pr. §. 1.* 11

N Est bonæ fidei. *1. pr. in fin.* 12

C Fit consensu & rei datione: *1. pr. ut in D.* hinc transfertur dominium: (5838) *arg. 1. pr. h. junct. §. 14. I. de act. L. 75. §. 5. de V. O.* 13.14

1 *Quid sunt Contractus innominati?* ℞. Qui non habent certam naturam, neque specificum contrahendi modum, nec nomen, neque certas & nominatas actiones producunt, causam tamen & negotium civile habent.

2 *Quomodo vero Contractus innominati majoris perspicuitatis causa describi solent?* ℞. Quod sint contractus proprio & specifico nomine carentes, quibus aliquid præstatur, ut alter vicissim aliquid præstet.

3 *An omnes contractus innominati sunt reales?* ℞. Affir. quia præter consensum & conventionem, tanquam causam efficientem, requirunt unius partis actualem præstationem.

4 *An vero contractus innominati adhuc* hodie *requirunt unius partis actualem præstationem tanquam causam efficientem?* ℞. Affir. Quamvis enim hodie ex nudo pacto detur actio, fallit tamen hoc in præparatoriis, quæ fiunt de futuro contractu celebrando, quo ipso contrahentes indicant, quod non statim sese efficaciter obligare velint, quod nec hodierno jure est mutatum. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 3.* vid. *tamen in Notis num.* (5831)

5 *Quotuplices sunt contractus innominati?* ℞. Duplices: Regulares, (*qui regularem contractuum innominatorum naturam habent, de quibus infra ad Tit. seq. V.*) & Irregulares.

6 *Quid sunt contractus innominati irregulares?* ℞. Qui a regulari contractuum innominatorum natura non nihil deflectunt, & ad nominatos contractus proxime accedunt, simulque nomen aliquod habent.

7 *Da exempla contractuum innominatorum irregularium?* ℞. E. g. Contractus æstimatorius, & permutatio.

8 *Qualis Actio ex contractibus innominatis datur?* ℞. Actio præscriptis verbis.

9 *Cur autem Actio præscriptis verbis dicitur?* ℞. Quia fundamentum & causa hujus actionis, *negotium scil.* certo & specifico nomine demonstrari non potest, sed res gesta *præscriptis verbis* est designanda. Sicuti enim contractus innominati certum & specificum nomen non habent: ita etiam actio ex illis descendens tali nomine destituitur, & *Actio præscriptis verbis* vocatur. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 6.*

10 *Quomodo hæc Actio præscriptis verbis alibi passim dicitur?* ℞. Actio in factum, & Actio utilis ratione Actionum nominatarum. *Vid.* C. J. A. *de Præsc. Verb. th. 2.* ubi recensentur aliæ & variæ hujus Actionis appellationes.

11 *Quid est Contractus Æstimatorius?* ℞. Est contractus innominatus, quo res certo pretio æst.

12 *Estne hic contractus bonæ fidei, an stricti juris?* ℞. Est bonæ fidei; *cum & hic omnia illa locum habeant, quæ in bonæ fidei judiciis obtinent.*

13 *Quomodo hic Contractus æstimatorius fit?* ℞. Fit consensu & rei traditione *ad vendendum, ea lege, ut accipiens vel rem illam reddat, vel pretium conventum solvat.*

14 *Ergone in hoc contractu æstimatorio dominium rei traditæ in accipientem transfertur?* ℞. Affir. vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 9.* vid. *tamen in Notis num.* (5832)

V. O. arg. 20. in fin. de contrah. emt. Stamml. de contract. D. 15. th. 11. Schul-
tes ad Pistor p. 3. q. 130. num. 18. [*Dissent. Burgund. tr. de peric. & culp. c. 12.*
num. 6.] *vid.* (5839) *5. §. 3. mandat. Burg. de pericul. & culp. c. 12. n. 13.* [*obst.*
(5840) *3. locat.*] Differt tamen a venditione, (5841) *ut in D. L. 10. §.* 1
4. 5. L. 16. de jur. dot 5. 10. C. eodem. 6. C. de usufruct. junct. 1. pr. & §. 1. h.
a mandato, (5842) *5. §. 3. mandat.* ab operarum locatione, (5843) *38.* 2.3
locat. 65. de contrah. emt. junct 1. h. ubi Salicetus & Faber. [*obst,* (5844) *19.*
§. 1. de P. V.] *vid. Pichard. ad §. 28. I. de act. quæst. 24.* a societate; (5845) 4
13. pr. §. 1. de P. V. Hoc tamen negotium, si sc. quis tradat rem certo 5
pretio æstimatam, vendendam, eo pacto, ut lucrum inde perceptum
(5846) inter contrahentes dividatur, societas est. (5847) *arg. §. 2. in f. I.*
de societ. 52. §. 2. arg. 44. pro soc. vid. 52. §. 3. pro soc. Burg. d. l. n. 16. Schul-
tes d. l. n. 90. [*Dissent.* (5848) *Thoming. decis. 44.*]

O Objectum est res quævis, sive sit mobilis, sive immobilis [modo sit 6
in commercio, & admittat æstimationem] certo pretio æstimata: (5849)
ut in D. 1. pr. & §. 1. h. Habn. h. n. 5. Faber. in rational. ad L. 1. §. 1. in f.
Hinc actio æstimatoria locum non habet, si quis alteri committat gene- 7
raliter (5850) rem justo pretio vendendam; (5851) *arg. A pr. §. 1. h. Ba-*
chov. Vol. 1. Disp. 30. th. 2. lit. A & B. neque sufficit æstimatio taxationis 8
gratia. (5852) *arg. 5. §. 3. commod. 21. C. de Jur. dot. Habn. h. n. 5. Merr. Dig.*
noviss tom. 3. tit. de emt. c. 5. In dubio autem æstimatio facta videtur 9
* venditionis gratia, (5853) in negotiis, in quibus regulariter per rei A
traditionem dominium transfertur, *Burgund. d. l. n. 2. Mascard. de pro-*
bat. concl. 664. n. 1. ut in dote, (5854) *5. 10. C. de jur. dot. 10. §. 4. L. 14. 15.*
16. de Jur. dot. L. un. §. 9. 15. C. de rei ux. act. Carpz. 3. c. 23. d. 26. Fr. de lau-
dem. c. 22. n. 24. vid. (5855) *Carpz. 3. c. 23. d. 27. Mev. lib. 1. tit. 5. art. 8. n. 22.*
Mascard. d. l.
* taxationis gratia (5856) in negotiis, ubi dominium regulariter per a. 10
subsecutam traditionem non transfertur, (5857) *arg. 20. §. f. de contrah.*
emt. Tabor. de Jure Secid. c. 1. num. 14. Rauchb. 2. quæst. 29. num. 12. Ma-
scard. de probat concl. 664. n. 18. Burgund. tr. de pericul. & culp. cap. 12.
num. 2. ut in deposito, *arg. 17. §. 1. deposit. Burgund. d. l. num 3.* commo- 11
dato, *arg. 5. 9. commod. Burgund. d. l. num. 4. Fr. ad tit. commod. num. 44.*
[*Dissent. Carpz. 1. R. 106. num. 11.*] pignore, *Burgund. d. l. num. 5.* locati-
one, *arg. 39. locat. Carpzov. 2. c. 37. d. 16. Richter. 1. decis. 83. n. 13.* ¶ [*obst.*
(5858) *3. 54. § f. locat.*] *vid. Pauschman. 1. q. 6. num. 38. Burg d. l. num. 12.*
13. societate, (5859) *arg. 13. §. 1. de P. V. arg. 52. § 3. pro soc.* [*Dissent. Ma-*
scard.

1 *An hic contractus æstimatorius differt ab emtione venditione?* ℞. Affir. quia accipiens non promittit pro re pretium, ut in emtione est necessarium, sed ipse pollicetur vel rei acceptæ redditionem, vel pretii conventi solutionem. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 9. in fin.* & *§. 13. in fin.*

2 *An etiam differt a mandato?* ℞. Affir. quia hic res æstimata accipienti datur vendenda ita, ut dominium in ipsum transferatur, quod non fit in mandato. Lauterb. *d. l. §. 14.*

3 *An quoque differt a locatione operarum?* ℞. Affir. Licet enim opera pro certa mercede sit promissa, hoc tamen negotium non incidit in locationem & conductionem, ut pote in qua dominium rei, in qua opera conducta est præstanda, in accipientem non transfertur, sed est & manet contractus æstimatorius, & exinde utilis sive efficax datur actio æstimatoria. Lauterb. *d. l.*

4 *An etiam differt a societate?* ℞. Affir.

5 *Qualis contractus autem est hoc negotium, si quis tradat rem, certo pretio æstimatam, vendendam, eo pacto, ut lucrum inde perceptum inter contrahentes dividatur?* ℞. Tale negotium non est contractus æstimatorius, sed societas. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 15.*

6 *Quodnam est Objectum hujus contractus æstimatorii?* ℞. Res quævis (*sive sit mobilis, sive immobilis; modo sit in commercio, & æstimationem recipiat,*) certo pretio æstimata.

7 *An vero Actio æstimatoria etiam tunc locum habet, si quis alteri committat* generaliter *rem justo pretio vendendam?* ℞. Neg.

8 *An tamen, ad Actionem æstimatoriam producendam, sufficit æstimatio taxationis gratia facta?* ℞. Non sufficit: *quia hoc casu iterum contractus mandati esset initus.*

9 *In quibus negotiis in dubio æstimatio facta videtur* venditionis *gratia?* ℞. In illis negotiis, in quibus *regulariter* per rei traditionem dominium transfertur, ut in dote. Lauterb. *d. l. §. 22.*

10 *In quibus autem negotiis in dubio æstimatio facta videtur* taxationis *gratia?* ℞. In istis negotiis, ubi dominium *regulariter* per subsecutam traditionem non transfertur. Lauterb. *d. l. §. 23.*

11 *Da exempla ejusmodi negotiorum, in quibus æstimatio* taxationis *gratia facta videtur?* ℞. V. g. Depositum, Commodatum, Pignus, Locatio, Societas, &c.

scard. de probat. concl. 664. n. 9. Carpz. 1. R. resol. n. 10.] (5860) Si tamen hisce 1
in casibus fuerit conventum, ut res incorrupta vel ejus æstimatio restitua-
tur, (5861) tum omne periculum pertinet ad accipientem. *arg. 10. §. f. de
Jur. dot. 1. §. 3. de eo, quod cert. loc. Carpz. 1. R. resol. n. 1. & c.*

E Hic obligatur * accipiens, ut in D (5862) *d. l.* licet res perierit ; b 2.3
*1. §. 1. h. Rot. Genuens. decis. 113. n. 2. Oldend. class. 4. act. 3. in pract. n. 4. vid.
Carpz. 1. R. resol. n. 1. ¶. 10. §. f. de jur. dot. 2. §. 3. de eo, quod cert. loc. 55. pr. &
§. 1. de solut. Rot. Genuens. decis. 113. n. 2. Connan. lib. 7. comm. c. 15.* modo
ipse dantem rogaverit, (5863) vel expresse promiserit, se rem vel preti-
um restituturum : *17. §. 1. de P. V.* nam si dantem non rogavit, & ipsi 4
simpliciter res data sit, ut danti aut eandem offerret, aut ejus pretium,
tum accipiens demum ad pretium obligatur, si rem vendiderit : (5864)
Connan. lib. 7. comm. c. 15. Rota Genuens. decis. 113. num. 2. itaque pericu-
lum hic est penes dantem, *arg. 13. de V. O. Rota Genuens. dec. 113. n. 2. in f.
vid. Harpprecht. ad L. 17. §. 1. de P. V. Oldend. cl. 4. act. 3. in f. Bach. V. 1. D. 30.
th. 1. lit. a. Fr. h. n. 4.* accipiens tamen tum præstat dolum & culpam. 5
(5865) *17. §. 1. de P. V.*

* non etiam, qui dedit ; nam hic pœnitere (5866) pot- h 6
est re adhuc integra, & rem repetere (5867) condictione causa data, cau-
sa non secuta. (5868) *5. §. 1. de P. V. 3. §. 2. L. 5. pr. de condict. causa data.
[obst. (5869) 1. pr. in f. h.] vid. de Mesa lib. 1. resol. c. 40. n. 19.*

D *ACTIO* præscriptis verbis de æstimato, sive *ÆSTIMATORIA* (5870) 7
*1. pr. h. [obst. (5871) L. un. C. de condict. ex L. 7. §. 3. de dol.] vid. Faber, in
ration. ad L. 1. pr. vid. 18. de Ædil. Edict.* est bonæ fidei, (5872) *§. 28. I. de
act. L. 1. pr. in f. h.* competens illi, qui in dicto contractu rem dedit, &
heredibus, *Oldend. cl. 4. act. 3. n. 5.* contra accipientem & heredes, *Ol-
dend. cl. 4. act. 3. n. 5.* & quidem alternative, sc. vel ad rem [illegible] repe-
tendam, vel ad pretium conventum exigendum. (5873) *1. §. 1. h. Oldend.
d. l.* Reus hic eligit. (5874) *10. in f. de Jur. dot.* Sufficit præstare pre- 8.9
tium conventum, licet accipiens plus inde sit consecutus : *1. §. 1. h. obst.
(5875) 13. de P. V.* quod secus est, si quis tantum per locationem (5876) 10
aut mandatum (5877) alteri commiserit rei suæ venditionem ; *arg. 10.
§. 3 & 4 mandat. Lago de I & I. D. 36. sect. 9. n. 170. vers. secundo.* aut si ac-
cipiens (5878) tum demum sese obligaverit ad pretium, si illud ex ven-
ditione consecutus sit. (5879) *Vid. Lago. d. l. num. 170.
vers. tertio.*

DE

1 *Quid tamen obtinet, si hisce in casibus fuerit conventum, ut res interrupta, vel ejus æstimatio restituatur?* ℞. Tum omne periculum pertinet ad accipientem.

2 *Ad quid in hoc contractu æstimatorio* accipiens *obligatur?* ℞. Ad id, ut rem acceptam restituat, vel pretium conventum solvat.

3 *An accipiens etiam obligatur, licet res perierit?* ℞. Affir. modo accipiens dantem rogaverit, vel expresse promiserit, se rem vel pretium restituturum.

4 *Quid vero obtinet, si accipiens dantem non rogaverit, & ipsi* simpliciter *res data sit, ut danti aut eandem offerret, aut ejus pretium?* ℞. Tum accipiens demum ad pretium obligatur, si rem vendiderit. Itaque periculum hic est penes dantem.

5 *Quid tamen hoc casu accipiens præstare tenetur?* ℞. Dolum & culpam.

6 *An in hoc contractu æstimatorio etiam obligatur is, qui dedit?* ℞. Neg. nam hic, re adhuc integra, pœnitere, & rem datam repetere potest *Condictione causa data, causa non secuta.*

7 *Quid est ACTIO præscriptis verbis de æstimato, sive ÆSTIMATORIA?* ℞. Est Actio personalis, bonæ fidei, competens illi, qui in dicto contractu rem dedit, ejusque heredibus, adversus accipientem ejusque heredes, & quidem *alternative,* sc. vel ad rem datam repetendam, vel ad pretium conventum exigendum.

8 *Quis autem hic eligit, an Actor, an vero Reus?* ℞. Reus: unde Reus hac Actione æstimatoria conventus electionem habet, an rem acceptam restituere, an vero pretium solvere velit.

9 *An vero sufficit præstare pretium conventum, licet accipiens plus inde sit consecutus?* ℞. Affir. *quia in accipientem dominium est translatum, ut ita rem tradens satis habere debeat, si pretium conventum accipiat.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 11.*

10 *An tamen hoc secus est, si quis tantum per* locationem *aut* mandatum *alteri commiserit rei sua venditionem, aut si accipiens tum demum sese obligaverit ad pretium, si illud ex venditione consecutus sit?* ℞. Affir. *Vid.* Lauterb. *d. l. & §. in fin.*

DE RERUM PERMUTATIONE. XIX. 4.

D PErmutatio est contractus innominatus, (5880) *1. pr. & § 2 h. §. 28. I. de act. Mant. de tac. conv. l. 15. t 1. num. 5. 7. Vid. Pichard. ad §. 28. I. de act. q. 17. num. 41.* quo res datur, ut pro illa accipiens vicissim det aliam. *1. pr. & §. 1. ff. 5. C. h.* 1

C Fit consensu sive conventione, [*vid. omnino Fr. ad tit. de P. V. n. 4.*] 2
& rei datione ex una parte facta, *4 5. C. h.* nam solum pactum de per- 3
mutatione contrahenda, *de Jure Civili*, non parit actionem, (5881) *1. §. 2. ff. 5. C. h. Mant. d. l. num. 1. 2. Besold. ad Jus Wirtemb. D. 2. th. 176. Covarrub. de pactis, q. 6. n. 3.* neque de Jure Can. *arg. C. 1. X. de nov. oper. nunc.* 4
Rittersh. de differ. Jur. Civ. & Canon. proaem. vers. videamus &c. & vers. fit igitur. in fin. neque hodie; (5882) *Besold. ad Jus Wirt. ad p. 2. th. 176. Cl.* 5
2. c. 13. d. 13. ¶. [*Differ. Groenew. ad L. 3. C. h. Gudelin. de J nov. lib. 3. c. 5. Gomez. tom. 2. c. 8. n. 4.*] modo res revera data, (5883) hoc est, domini- 6
um vel simile jus in re translatum sit: (5884) *arg. §. 14. I. de act. 55. §. fi. de V. O. 167. pr. de R. J. arg. 1. §. 3. h. de Mesa, lib. 1. resol. c. 39. n. 17. c. 40. n. 5. 17. 25. cap. 41. num. 12. Borr. cl. 2. D 13. th. 3. lit. b & th. 6. lit. c. Fr. h. num. 9. 6. Strauchiv. de contract. D. 15 th. 27. obs.* (5885) *§. 2. I. de locat. L. 17. §. 3. de P. V.* [Hic autem transfertur dominium, quamprimum dominus 7
rem suam ex causa permutationis tradit, etiam antequam accipiens contractum ex sua parte impleat, licet dans fidem de pretio non habeat. (5886) *arg. §. 41. J. de R. D. L. 4. C. h. ibi Salicet n. 2.* [*obs. 3. d. pign. act.*] *vid. Molin. de J. & J. tr. 2. D. 356. num. 6. Barbos. ad L. 2. C. h. n. 4. Hahn. ad tit. de P. V. num. 2. ad verb. si de tibi rem.*] licet civiliter tantum per constitutum 8
possessorium, (5887) *Fab. in C. tit. de rerum permut. def. 1.* & ex una tan- 9
tum (5888) parte ¶. *5. §. 1. L. 7. de P. V. 4 5. 6. f. C. h. Fr. ad tit. de P. V. num. 26. &c. Bach. V 1. D. 30. th. 6. lit. A. vers. verum ista: pag. 1076.* [*Diff. Carpz. 2. c. 13. d. 3. num. 6. & c. 33. d. 27. num. 4. Molin. de J. & J. tr. 2. D. 356. num. 2. 3. Schefferdegh. lib. 1. discept. forens. ad Anton. Faber tr 3. q. 2 3. Pichard. ad §. 28. I. de act. q. 17. num. 33.* propter *1. §. 2. fusll. §. 4. ff. de rerum permut.*]

O Permutant omnes, qui alienant; *4. C. de praed. & aliis reb. minor. 1. §. 10*
9. h. Sand. tr. de prohibita rerum alienatione. p. 2. c 3. n. 12. Mand. de contrah. emt. tit. 3. n. 19. p. 10. vers. volunt etiam. modo tutores & curatores circa 11
immobilia Judicis decretum postulent. (5889) *d. l. 4. C.*

Per-

1 *Quid est Permutatio*, Germ. Ein Tausch? ℞. Est contractus innominatus, quo res datur, ut pro illa accipiens vicissim det aliam.

2 *Quomodo fit Permutatio?* ℞. Fit consensu sive conventione, & rei traditione ex una parte facta; modo res revera data, h. e. dominium vel simile jus in re translatum sit, licet *civiliter* tantum per constitutum possessorium & ex una tantum parte.

3 *An solum pactum de permutatione contrahenda de* Jure Civili, *parit actionem?* ℞. Neg.

4 *An nec Jure Canonico solum pactum de permutatione sufficit?* ℞. Non sufficit.

5 *An nec hodie sufficit?* ℞. Non sufficit. Licet enim Jure Canonico & Moribus hodiernis ex omni pacto honesto efficax Actio detur, dici tamen non potest, ex solo pacto de permutando statim Actionem *Præscriptis verbis* ex permutatione dari, sed manet tantum *Condictio ex moribus*, seu *Actio ex pacto*, ut nempe alter stet promissis, & permutationem contrahat, seu de permutanda sua re cum altero agat.

6 *An vero ad constituendum permutationis contractum requiritur, ut res revera data, h. e. ut dominium vel simile jus in re translatum sit?* ℞. Affir.

7 *Quando autem in hoc contractu transfertur dominium?* ℞. Quamprimum dominus rem suam ex causa permutationis tradit, etiam antequam accipiens contractum ex sua parte impleat, licet dans fidem de pretio non habeat: *in permutatione enim dans contractum plene implere debet a sua parte, alias alterum compellere non posset, ut ipse quoque impleat.*

8 *Ut autem res revera data intelligatur, an sufficit, si* civiliter *tantum e. gr. per constitutum possessorium, res data sit?* ℞. Affir.

9 *An quoque sufficit, si ex una tantum contrahentium parte datum sit?* ℞. Affir. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 7.*

10 *Quinam permutare possunt?* ℞. Omnes, qui rerum alienandarum potestatem habent: *quia permutatio species alienationis est; qui ergo res alienare nequeunt, illi nec easdem permutare possunt.*

11 *Quid tamen tutores & curatores, si pupilli & minoris immobilia, & quæ his æquiparantur, alienare velint, postulare debent?* ℞. Judicis *decretum* alienationis; sine hujus interpositione enim immobilia pupillorum vel minorum valide alienari non possunt.

Permutari possunt omnes res, quæ sunt in commercio, & aliena- 1
ri non prohibentur; corporales & incorporales, *Hahn. h. num. 9. Mantic. de tacit. convent. lib. 25. tit. 3. num. 4.* [non tamen omnes, quæ vendi possunt: (5890) *arg. 18. de contrah. emt. Diss. Mant. d. l. num. 1.*] mobiles & immobiles, etiam pecunia numerata tanquam corpus, (5891) *vid. 5. §. 1. de P. V. 51. de legat. 1. f. de condict. causa dat. Mantic. d. l. n. 14.* [*obst* (5892) *5. §. 1. de P. V.*] *Vid. Fr. ad tit. de P. V. num. 13. Hahn. ad tit. de P. V. num. 2. Barbos. Vol. 1. Disp. 22. th. 2. lit. A. pag. 649.* & aliæ
res fungibiles, diversi vel unius (5893) generis, [An vero hoc in casu 2
permutatio, an vero mutuum sit contractum, judex æstimat, (5894)
vid. h. in fr.] *Vid. Molin. de I. & I. Tr. 2. D. 397. num. 10.* etiam æsti- 3
matæ, (5895) *§. 2. I. de E. V. 39. §. 1. ff. 9. C. de contrah. emt. Fr. ad tit. de contr. emt. num. 356.* [*obst.* (5896) *1. C. h.*] *Vid. Pin. ad rubr. de resc. vend. p. 2. c. 1. num. 15. 16.* [*Dissent. Mantic. de tacit. convent. lib. 4. tit. 19. num. 4. Barbos. ad 1. C. h. num. 2. Christin. Vol. 3. decis. 107. num. 1. 99. Mudæ. in tit. de contrah. emt. ad L. 1. num. 2.*] licet unus illam
suam habuerit venalem: (5897) *Pinell. d. l.* hoc tamen in casu negoti- 4
um propius accedit ad emtionem, (5898) ac propterea re ex utraque parte tradita, & ab uno evicta, ille, cui est evicta, ad exemplum emtoris interesse suum prosequitur: (5899) *1. C. h. ibi Sichard. num. 3.*
Oldendorp. de act. cl. 4. act. 38. §. 6. Pinell. d. l. & num. 17. modo ex par- 5
te primum dantis species intervenint, ex altera parte quantitas promitti potest; (5900) *7. C. h. vid. Pinell. d. l. num. 9. 10. Barbos. Vol. 1. Disp.*
30. th. 6. lit. A. [*Diss. Sichard. ad rubr. C. h. num. 4.*] NON etiam res 6
alienæ; nam ea data, nulla contrahitur permutatio, (5901) *1. §. 3. h. Mesa. lib. 1. resol. cap. 40. num. 15. 16. & cap. 41. num. 12. Fr. ad tit. h. num. 6. Stramb. de contract. D. 15. §. 15. Perez. in C. h. num. 1.* [*obst.* (5902) *1. C. h. 4. §. 17. de usurp. 1. §. 1. h. 7. §. 5. de Publ. in rem. 29. C. de evict. Roemer. de contract. 5. c. 9. §. 40. num. 20. Matthæ. colleg. ur. D. 16. th. 5. Struvch. exerc. 26. th. 4.*] nec accipiens rem alienam, a dante conveniri pot- 7
est actione præscriptis verbis; (5903) sed tantum condictione ex bo- 8
no & æquo: quasi causa data causa non secuta. (5904) *1. §. 3 & 4. h. Hahn. h. num. 9. Fr. h. num. 6. Rath. tract. de contrah. emt. as-*
fert. 40. lit. A. B. C. [*Dissent. Barbos. ad W. h. num. 9.*] Qui ex sua 9
parte contractum implevit, eligit, (5905) an suam rem repetat, an præscriptis verbis agat ad implementum contractus; *1. C. h. 1. §. 1. h. vid. Fr. h. num. 4. Rath. de contrah. emt. assert. 40. lit. D. Sichard. ad L. 1. C. h. num. 5. Barbos. Vol. 1. Disp. 30. th. 10. fere in fin. p. 1063. C. I. A. th. 1. in f.*

1 *Quænam res permutari possunt?* ℞. Omnes, quæ sunt in commercio, & alienari non prohibentur, corporales & incorporales, (non tamen omnes, quæ vendi possunt,) mobiles & immobiles ita, ut nec pecunia excludatur, quando scil. tanquam corpus consideratur; neque aliæ res fungibiles, diversi vel unius generis hic *simpliciter* removendæ sunt.

2 *Si vero res fungibiles diversi, vel unius generis permutentur, quis æstimat, an permutatio, an vero mutuum est contractum?* ℞. Judex hoc æstimat.

3 *An etiam res æstimatæ permutari possunt?* ℞. Affir. licet unus illam rem habuerit venalem: *sola enim æstimatio & destinatio ad vendendum non facit emtionem, nisi ab una parte res, ab altera vero pretium promittatur.*

4 *An tamen hoc in casu* (si sc. unus rem habuerit venalem,) *negotium propius accedit ad emtionem, quam aliæ permutationes, ac propterea re ex utraque parte tradita, & ab uno evicta, ille, cui est evicta, ad exemplum emtoris, rem quidem traditam ab altero repetere nequit, interesse tamen suum persequi potest?* ℞. Affir. *agere enim potest perinde ut emtor ad præstandam evictionem.* Vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 13. in fin.*

5 *An ad permutationem sufficit, modo ex parte primum dantis species interveniat, licet ex altera parte quantitas promittatur?* ℞. Affir. *cum in permutatione sufficiat, nullum pretium in pecunia numerata esse constitutum, emtio venditio vero rebus fieri non potest.*

6 *An in permutationem etiam venire potest Res aliena?* ℞. Neg. Re enim aliena ex causa permutationis data, nulla contrahitur permutatio; *hæc enim eo fine celebratur, ut transferatur dominium.*

7 *An igitur ille, qui rem alienam accepit, ut pro illa det aliam, ad hoc non obligatur, nec Actione P. V. conveniri potest?* ℞. Non potest: ubi enim nulla est permutatio, sicque expressa conventio, ibi nec permutationis Actio (*sc. præscriptis verbis,*) locum habere potest; perinde enim habetur quoad permutationis contractum, ac si res nulla tradita fuisset. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 14.*

8 *Qua igitur Actione hoc casu accipiens conveniri poterit?* ℞. Condictione, *Causa data, causa non secuta,* & quidem ex bono & æquo, sc. ex quasi contractu & tacita sive præsumta conventione.

9 *Num vero is, qui ex sua parte contractum impleverit, electionem habet, an suam rem repetere, an vero præscriptis verbis ad implementum contractus agere velit?* ℞. Affir. *Is enim, qui dedit, se ipsum non obligat, sed alterum sibi, & hinc* Jure Romano *pœnitere potest, non vero is, qui accepit: acceptando enim se obligavit.*

in f. licet res nondum evicta sit. *Mesa lib. 1. resol. c. 40. n. 19. Sichard. ad l.* 1
1. C. h. num. 5. Rem vero alienam accipiens, si suam det, adeoque con- 2
tractus ex una parte subsistat, illam potest usucapere ex causa permutati-
onis. (5906) *7. §. 5. de publ. in rem. act.* An & quatenus permutari 3
possint res dotales, (5907) feudales, emphyteut. fideicommisso subje-
ctæ, Ecclesiasticæ, & beneficia Ecclesiastica. *vid. Mantic. de tacit. & am-*
big. convent. lib. 15. tit. 3. &c.

fr. Forma hujus negotii est, quod hic detur res cujuscunque generis, ea 4
lege, ut accipiens pro illa vicissim det rem aliam ejusdem, sive diversi
generis. *1. pr. & §. 1. de contrah. empt. 5. §. 1. de P. V. 5. 7. C. h. 58. de procur.*
Hinc differt ab Emtione; (5908) *1. pr. h. 1. pr. & §. 1. de contrah. empt. Fr. h.* 5
n. 1. ab Articulo *do, ut des*; (5909) nam interdum datur res, ut eadem 6
vel sola, vel cum aliis reddatur: (5910) hoc utique est Articulus, *do, ut des,*
sed non permutatio. *arg. 17. §. 5. de P. V.* Item datur res, ut illa ipsa, vel
ejus æstimatio præstetur (5911) *vid. 8. 19. §. de P. V. 11. junct. 9. C. de donat.*
vid. Sichard. ad rubr. C. h. num. 4. Faber. 6. conject. c. 9. Christin. V. 3. decis.
107. num. 1. in f. Schifferdegh. ad Fabr. lib. 2. tract. 3. q. 1. [*Diss. Barb. Vol. 1.*
Disp. 30. th. 6. lit. a. Huber. in L. 5. de P. V. th. 13. Fr. ad tit. de P. V. num. 24.]
a Donatione Reciproca; (5912) *vid. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 297. num. 15.* 7
ad. Barb. Vol. 2. Disp. 19. th. 4. lit. b. verb. non etiam interdicitur. Si vero 8
quis alteri quid donaverit, hac expressa lege, ut accipiens vicissim ali-
quid det, tunc [*non obstante donationis vocabulo,*] non est donatio, sed
permutatio, (5913) *5. C. h. l. 9. 22. C. de donat. vid. 19. §. 4. locat. conduct. Mo-*
lin. d. l. num. 16. licet res non sint æquales: (5914) *arg. 38. de contrah. empt.*
ibi Mudæ. quia tamen hoc negotium quodammodo est mixtum, & ex 9
parte donatio, exproprter non simplici pœnitentia, sed ob fidem ruptam
(5915) tantum repetitur datum. *Vid. Barbos. Vol. 2. Disp. 19. th. 8. lit. b.*
verb. poterit revocari. a Mutuo, (5916) quippe in quo res principaliter de- 10
tur, ut accipiens illa utatur: *9. §. 5. in. 11. de R. C.* quod sufficit ad inducen-
dam differentiam. *11. de SCto Maced. 4. pr. mandat. 1. §. 12 & 13. deposit.*
E Permutatione * unius præstatione facta, ille, qui A 11
* dedit, exinde non obligatur, (5917) *arg. 3. de O. & A. 19. de R. C.* sed eli- B
git, (5918) an rem condicere velit, condictione causa data &c. (5919) an
vero velit actione præscriptis verbis agere, ad implementum contractus;
1. in f. 4. 5. 7. C. h. vid. Fr. ad tit. de P. V. num. 11. &c. Huber. ad 5. de P.
V. th. 40. nisi stipulatio praecesserit, (5920) quæ pœnitentiam exclu- 12
dat, (5921) *3. 7. C. h. Barbos. ad L. 4. C. n. 3.* aut alia causa impediens (5922) 13

subsit

1 *An etiam hoc electio competit, etiamsi res nondum sit evicta?* ℞. Affir.

2 *An vero rem alienam accipiens, si suam det, adeoque contractus ex una parte subsistat, illam ex causa permutationis usucapere potest?* ℞. Affir. *Est enim permutatio titulus ad transferendum dominium habilis: modo concurrat bona fides.* Vid. Lauterb. *d. l. §. 15.*

3 *An & quatenus permutari possunt res dotales, feudales, emphyteuticæ, fideicommisso subjectæ, ecclesiasticæ, & beneficia ecclesiastica?* ℞. De his late agit Mantica *cit. l.*

4 *In quonam consistit* forma *permutationis?* ℞. In eo, quod in permutatione detur res cujuscunque generis, ea lege & conventione, ut accipiens pro illa vicissim rem det aliam, ejusdem sive diversi generis.

5 *An hinc permutatio differt ab emtione & venditione?* ℞. Affir.

6 *An quoque differt ab Articulo, Do, ut des?* ℞. Affir. Nam interdum datur res ea lege & conventione, ut eadem vel sola, vel cum alia reddatur, & hoc utique est Articulus do, ut des, sed non permutatio; *item*, datur res, ut illa ipsa, vel ejus æstimatio reddatur vel solvatur, & tunc non quidem permutatio, Articulus tamen, do, ut des, videtur contractus. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 18.*

7 *Num permutatio etiam differt a donatione reciproca?* ℞. Affir. *quia hic alter non cogitur ad vicissim aliquid dandum.*

8 *Si quis vero alteri quid donaverit sub hac expressa lege, ut accipiens vicissim aliquid det, an est donatio, an permutatio?* ℞. Tunc, (non obstante donationis vocabulo,) non est donatio, sed permutatio; licet res non sint æquales: *nusquam enim requiritur, ut in hoc contractu res æquales esse debeant, sed potius in omni contractu licitum est partibus, sese naturaliter circumvenire, modo læsio enormis inde non nascatur.*

9 *Num vero etiam in hoc negotio pœnitentia simplici datum repeti potest?* ℞. Neg. quia enim hoc negotium quodammodo est mixtum & ex parte donatio, eapropter non simplici pœnitentia, sed ob fidem ruptam tantum id, quod datum, repetitur.

10 *An permutatio quoque differt a mutuo?* ℞. Affir. In mutuo enim res principaliter datur, ut accipiens illa utatur, quod sufficit ad inducendam differentiam; *accedit & hoc, quod mutuum tantum in rebus fungibilibus contrahatur, permutatio vero etiam in omnibus aliis rebus locum inveniat.*

11 *An, permutatione unius præstatione facta, ille, qui dedit, exinde obligatur?* ℞. Neg. sed eligit, an rem condicere velit Condictione causa data, causa non secuta, an vero velit Actione præscriptis verbis agere, ad implementum contractus.

12 *Si tamen stipulatio præcesserit, an hæc pœnitentiam excludit?* ℞. Affir.

13 *An item illa electio cessat, si alia causa impediens subsit?* ℞. Affir.

subsit [*vid. supr. in O. & fr.*] non etiam ullam actionem habet, contra 1
tertium, (5923) ejus rei possessorem, (5924) *4. C. h. arg. f. §. 1. de contrah. emt. Faber. in C. h. d. 9. Carpz. p. 2. c. 33. d. 24.* ¶.

* accepit, obligatur; (5925) ut ipse quoque rem promissam det. b. 2
arg. 5. C. de oblig. & act. Bachov. Vol. 1. Disp. 30. th. 3. lit. d. fere in fin. [*Diss. Heidec. ad L. 5. de P. V. th. 19. Perez. in C. h. num. 2. per L. 1. §. 4. ff. 7. C. h. Becc. rerum quotid. sect. 4. th. 21. per L. 5. §. 3. de condict. causa dat.*]

* Utriusque praestatione perfectu, neuter a. 3
poenitere potest. (5926) *Berbes. ad L. 3. C. h. n. 22.*

D *ACTIO* praescriptis verbis ex *PERMUTATIONE* est b. f. competens 4
illi, qui ex permutationis causa rem suam dedit contra accipientem, ut & ipse rem promissam det, atque sic ex sua quoque parte contractum
C impleat. (5927) *§. 28. I. de act. L. 2. 4. 5. 6. f. C. h.* Quamprimum contra- 5
ctus unius datione (5928) [*vid. 1. §. 3. 4. h.*] fuerit perfectus, *5.*
P *§. 1. de P. V. 4. 6. f. h.* datur contra accipientem & heredes, 6
S *ut in D. arg. 49. de O. & A. L. 4. C. h.* danti, *4. 5. C.* & heredi- 7
O bus, *1. C.* ad dandam rem promissam, *f. de P. V. 4. f. C. h. Fr. ad tit. de* 8
P. V. num. 60. licet res data perierit: (5929) *arg. 9. C. de pign. act. Vid. Fa-* 9
ber. in C. h. D. 10. quod si reus non faciat, (5930) condemnatur in inter- 10
esse actoris, *5. §. 1. l. 9. de P. V. 1. §. 1. h.* maxime si res postea evincatur: 11
29. C. de Evict. 1. C. h. Heidecc. ad L. 5. §. 1. de P. V. th. 35. Donell. ad tit. de P. V. c. 23. num. 10. Hahn. ad tit. de P. V. num. 2. vers. de tibi. vers. compet. Oldend. cl. 4. act. 32. §. 6. Fr. ad tit. de P. V. num. 63. Vinn. 1. quaest. 46. nisi res 12
perierit, absque dolo, vel culpa levi debitoris; (5931) *arg. 5. §. 2. commod. §. 3. I. de emt. vend. junct. L. f. ff. 2. C. h. 5. §. 1. inf. de P. V. arg. 23. de V. O. Christinae. V. 3. decis. 107. num. 5.* [*Diss. Faber in C. h. D. 2. num. 7.*]
tum enim liberatur; (5932) *dd. ll.* [modo debitoris culpa, mora, vel 13. 14
pactum, &c. (5933) casum non praecesserit, *23. de V. O.* & certa res in spe- 15
cie (5934) fuerit promissa, *Vid. f. de P. V. 9. C. de rerum permut. L. 23. de V. O. 5. §. 1. de P. V. arg. 11. C. si cert. pet.*] nec eo in casu il- 16
le, qui primum dedit, rem suam condicere potest, tanquam causa non secuta. (5935) *5. §. 1. de P. V. 1. 5. C. de condict. ob caus. dat. Fr. ad tit. de condict. caus. dat. num. 11. & tit. de P. V. num. 16. Hahn. ad tit. de condict. caus. dat. num. 2. vers. hoc casu interest. Bach. Vol. 1. Disp. 22. th. 2. lit. d. p. 249.* [*Obst. f. de condict. causa dat.*] *Fr. ad tit. de P. V. num. 16. Bachov. d. l.* [*Diss. Donell ad tit. de P. V. c. 7.*]

NON

1 *An vero ille, qui dedit, Actionem habet contra tertium ejus rei possessorem?* ℞. Neg. *quia hæc Actio est personalis, quæ contra tertium possessorem non datur.*

2 *Permutatione unius præstatione facta, ad quid is, qui accepit, obligatur?* ℞. Ut ipse quoque rem promissam det. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 23.*

3 *An vero, permutatione utrinque præstatione perfecta, pœnitere licet?* ℞. Neg. *a contractu enim semel perfecto & consummato, altera parte invita, recedi non potest.*

4 *Quid est Actio præscriptis verbis ex permutatione?* ℞. Est Actio personalis, bonæ fidei, competens illi, qui &c.

5 *Quando hæc Actio datur?* ℞. Quamprimum contractus unius datione fuerit perfectus.

6 *Contra quem hæc Actio datur?* ℞. Contra accipientem, ejusque heredes.

7 *Cui hæc Actio datur?* ℞. Prius implenti, *h. e.* illi, qui rem suam dedit, & ex sua parte permutationis placitum implevit, ejusque heredibus. Vid. Lauterb. *d. l. §. 25*

8 *Ad quid hæc Actio datur?* ℞. Ad dandam rem promissam: h. e. Objectum hujus Actionis non est res data repetenda, sed principaliter res ab accipiente, in accepti compensationem promissa, quæ vicissim illi, qui primum dedit, est tradenda, & ejus traditione dominium transferendum. Lauterb. *d. l. §. 26.*

9 *An quoque hæc Actio competet, licet res data perierit?* ℞. Affir.

10 *Si verò reus rem promissam non det, in quid condemnatur?* ℞. In interesse actoris.

11 *An autem tunc maxime ad interesse tenetur accipiens, si res ab ipso data postea evincatur?* ℞. Affir. *& quidem perinde ut in emtione venditione: permutatio enim vicem emtionis venditionis sustinet.*

12 *An tamen ad interesse Actoris non obligatur Reus, si res perierit absque dolo vel culpa levi debitoris?* ℞. Non obligatur. Lauterb. *d. l. §. 28.*

13 *Ergone tum liberatur Reus?* ℞. Affir. *quia in hoc contractu, qui in utriusque utilitatem initus est, contrahentes ultra culpam* levem *non tenentur.*

14 *An etiam debitor liberatur, si ejus culpa, mora, vel pactum casum non præcesserit?* ℞. Affir.

15 *An quoque liberatur accipiens, si certa res* in specie *fuerit promissa?* ℞. Affir. *vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 28.*

16 *An vero dicto in casu, quo sc. res permutationis causa* in specie *promissa, apud promissorem, qui ab adversario rem accepit, perit, ille qui dedit, rem ab accipiente per condictionem*, causa data, causa non secuta, *repetere potest?* ℞. Neg. nam res in specie debita creditoris est periculo, non tantum ut, illa peremta, debitor ad illam vel ejus æstimationem conveniri non possit, sed etiam eo effectu, ut res & causa pro impleta habeatur, ac propterea, qui dedit, nec amplius pœnitere, neque ex capite pœnitentiæ rem condicere possit. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 29.*

NON etiam ad rem datam repetendam. (5936) *5. §. 1. de P. V.* [*Obs. 4. C. h.*] *vid. Vinn. 1. q. 46.* [*Diss. Mudens de act. ad §. 19. n. 23. Carpz. 2. c. 13. d. 3. n. 5. & p. 2. c. 33. d. 24.*] 1

Si alteruter læsus sit ultra dimidium, & res ex * utraque parte tradi- C 2
ta fuerit, tum agitur, præscriptis verbis ad hoc, ut vel res ad æqualitatem reducatur, vel contractus rescindatur; (5937) *arg. 2. C. de resc. vend. vid. Arumæ. ibidem D. 2. th. 3. Harpr. ad §. f. I. de E. V. num. 147. Richter. 2. decis. 99. num. 44. Heidecc. ad l. 5. de P. V. th. 44.* [*Diss. Maynard. 3. Decis. Tholos. 59.*] *2. ff. 2. C. h. vid. Bach. Vol. 1. Disp. 30. th. 3. in pr. vid. supra tit. de resc. vend. p. 346.* * una parte tantum c. 3
tradita sit, tum, si læsus est, qui * dedit, potest agere condictione cau- D
sa data, causa non secuta: * accepit, potest exceptionis loco pro- d. 4
ponere querelam enormis læsionis. (5938) *arg. 156. §. 1. de R. J. L. 1. §. 4. de superfic. vid. Carpz. 2. c. 34. d. 2. n. 2.*

DE PRÆSCRIPTIS VERBIS. XIX. 5.

CONtractus innominati regulares sunt. (5939) *vid. Fr. h. num. 1.* [1] Do, 5
ut des, (5940) [2] Do, ut facias, (5941) [3] Facio, ut des, [4] Facio, ut facias. *5. pr. de P. V.* Et mixta species esse videtur, si aliquid da- 6
tur, ut aliquid detur & simul fiat. *13. §. 1. de P. V. Molin. de I. & I. tr. 2. D. 253. num. 5.*

D Articulus * *DO UT DES*, ut plurimum est permutatio. (5942) A 7
[*vid. praeced. tit. fr.*] Hic vero est contractus innominatus regularis, 8
(5943) quo res datur, ut illa ipsa vel tota, vel pro parte, sola, vel cum
N alia reddatur. Est stricti Juris. (5944) *arg. §. 28. I. de act.* Hinc et- 9
iam differt a permutatione. (5945) *§. 28. I. de act. vid. Bach. de act. D. 6.* 10
th. 8. & V. 1. D. 30. th. 2. lit. a. [*Diss. C. I. A. tit. de P. V. th. 14. n. 6.*]
D * *DO UT FACIAS*, est contractus innominatus, quo res a. 11
datur, ut accipiens aliquid faciat. (5946) *5. pr. §. 2. l. 6. de P. V.* Debet 12
ex conventione res dari, (5947) & dominium in accipientem transferri: *5. §. 2. de P. V. arg. 1. §. 3. de rerum permut. Bachov. Vol. 1. Disp. 24. th. 5. lit.*
c. in pr. unde, qui rem alienam * dat, illam quidem potest repetere, B 13
sed non ad contractum implendum agere. (5948) *arg. 1. §. 4. de rerum permut.* * accipit, & ex sua parte faciendo b. 14
contractum implet, facit contractum subsistere, & quidem tanquam articulum,

1 *An haec Actio Praescriptis verbis ex permutatione etiam datur ad rem datam repetendam?* ℞. Neg. haec Actio enim non datur ad rescindendum contractum, sed ad id, ut alter ex sua quoque parte eundem impleat.

2 *Quid obtinet, si alteruter laesus sit ultra dimidium, & res ex utraque parte tradita fuerit?* ℞. Tum agitur Actione praescriptis verbis ad hoc, ut vel res ad aequalitatem reducatur, vel contractus rescindatur.

3 *Quid vero obtinet, si contractus permutationis non ex utraque, sed ex una tantum parte impletus & is, qui dedit, laesus fuerit?* ℞. Hoc casu is, qui laesus est, agere potest condictione *causa data, causa non secuta.*

4 *At, quid obtinet, si ex una tantum parte res tradita, & is, qui accepit, laesus fuerit?* ℞. Hic, ex contractu ad illum implendum conventus, querelam enormis laesionis etiam excipiendo opponere potest.

5 *Quot sunt Contractus innominati regulares?* ℞. Quatuor: (1) Do, ut des, (2) Do, ut facias, (3) Facio, ut des, & (4) Facio, ut facias.

6 *Quale negotium videtur esse mixta species contractus innominati regularis?* ℞. Si aliquid datur, ut aliquid detur, & simul fiat.

7 *An Articulus Do, ut des, ut plurimum est permutatio?* ℞. Affir.

8 *Quid vero hic est Articulus DO, UT DES?* ℞. Est contractus innominatus regularis, quo res datur, ut illa ipsa, vel tota, vel pro parte, sola, vel cum alia reddatur.

9 *Estne hic Contractus sive Articulus, Do, ut des, stricti juris, an bonae fidei?* ℞. Est stricti juris; quia in *§. 28. J. de Action.* ejus mentio non fit, ubi tamen omnia negotia & Actiones bonae fidei speciatim recensentur.

10 *An ergo hic Articulus, Do, ut des, differt a permutatione?* ℞. Affir. quia permutatio est contractus bonae fidei. *Vid. supr. tit. praeced. pag. 397. Quaest. 6.*

11 *Quid est Articulus Do, ut facias?* ℞. Est contractus innominatus irregularis, quo res datur, ut accipiens aliquid faciat.

12 *An autem hic ex conventione res dari, & dominium in accipientem transferri debet?* ℞. Affir.

13 *An ergo ille, qui rem alienam dat, ea lege, ut accipiens aliquid faciat, illam quidem repetere, sed non ad contractum implendum agere potest?* ℞. Affir.

14 *Num vero ille, qui rem alienam accipit, & ex sua parte faciendo contractum implet, & promissum facit, contractum subsistere facit tanquam Articulum Do, ut facias?* ℞. Affir.

1 *Quae*

ticulum, do ut facias; (5949) [nam contractus æstimetur ex eo, quod 1
in principio actum est, non quod per accidens sequitur. *8. pr. mandat. 1. §. 17. deposit. 11. de SCt. Maced. Fr. ad tit. de P. V. num. 33. Tabor. part. 3. sect. 4. th. 15. Matth. Colleg. w. D. 26. th. 9. Cuj. ad L. 5. §. 2. & §. quod si faciam. C. 1. A. tit. de P. V. th. 1. num. 21. vid. Caccialup. de pact. quæst. 6. num. 7. 8.*]
unde ipsi (5950) datur actio præscriptis verbis, maxime si res evicta sit. 2
(5951) *7. §. 2. de pact. vid. 5. §. 2. de P. V. Fr. ad tit. de P. V. num. 30. vid. Bachov. Vol. 1. Disp. 30. th. 9. in f. Vinn. 1. quæst. 46. in f. vid. Donell. ad tit. de P. V. c. 19. Mastert. in varr. tr. tit. de præscript. verb. quæst. 6.*

O Objectum sunt *RES* omnes in commercio, excepta pecunia, quæ ta- 3
li; (5952) *5. § 2. de P. V.* & *FACTA* honesta omnia, etiam locari insolita. (5953) *5. §. 2. de P. V. Fr. h. n. 30. 31.*

E Hinc oritur actio præscriptis verbis, (5954) *5. §. 2. L. 6. 7. de P. V.* 4
sed stricti juris, (5955) *arg. §. 28. I. de Act.* quæ regulariter [*vid. supr. in* 5
D.] competit ei, qui dedit, ejusque heredibus, adversus alterum, qui accepit, sed factum non præstitit, *5. §. 2. L. 6. 7. de P. V.* ad contractum secundum naturam hujus obligationis implendum ita, ut actor hac actione non factum promissum, sed interesse tantum (5956) petere pos-
sit. *7. h.* In hujusmodi enim obligationibus facti, post moram, lega- 6
lis novatio (5957) intervenire dicitur ita, ut obligatio ad id, quod interest, succedat in locum obligationis facti; *44. §. f. de O. & A. 13. in f. de re jud. Fr. ad tit. de P. V. num. 63.* nisi accipiens citra suam culpam casu 7
(5958) impediatur factum præstare. *arg. 5. §. 1. de P. V. L. 23. de R. J.*
Antequam factum ab accipiente præstetur, dans etiam eligit, an hac 8
actione ad implementum contractus agere velit, an vero condictione causa data, causa non secuta ad rem datam repetendam: *5. §. 2. L. 7. h.*
Rem tamen condicere non potest, si accipiens casu (5959) impediatur, 9
quo minus ex sua parte contractum impleat. (5960) *Vid. præced. tit. O.*
D * *FACIO, UT DES, 5. pr. & §. 3. de P. V.* non differt ra- 10
tione objecti a præcedenti, ibique vide in O. quomodo differat a loca- 11
E tione operarum. (5961) Ex hoc articulo communiter dicunt compe- 12
tere actionem præscriptis verbis. (5962) *15. 22. de P. V. 6. C. de transact. 7. §. 2. de pact. Donell. ad tit. de præscript. verbis. c. 10. Hahn. ad tit. de præscr. verb. num. 5.* Alii distinguunt inter facta, ex quibus aliquid ad dantem pervenit, vel non; (5963) *Fr. ad tit. de P. V. n. 41. Bach. V. 1. D. 30. th. 10. Tabor. p. 3. sect. 4. th. 16. fere in f. Vinn. 1. q. 46.* Alii negant propter *l. 5. §. 3. de P. V.*

1 *Quæ est ratio?* R. Quia contractus ex principio & initio suo, non vero ex eo, quod per accidens sequitur, æstimantur & distingvuntur.

2 *An ergo illi datur Actio Præscriptis verbis?* R. Affir. maxime, si res evicta sit. *Vid.* omnino Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 8.*

3 *Quodnam est* Objectum *hujus Articuli?* R. *RES* omnes, quæ sunt in commercio, excepta pecunia qua tali; & *FACTA* honesta omnia, etiam locari non solita. *Vid.* Lauterb. *d. l. §. 9.* & Brunnem. *ad cit. l. 5. §. 2. ff. de P. V.*

4 *An ex hoc quoque Articulo oritur Actio præscriptis verbis?* R. Affir.

5 *Qualis autem est hæc Actio?* R. Est personalis, stricti juris, quæ regulariter competit ei, qui dedit, ejusque heredibus, adversus alterum, qui accepit, sed factum non præstitit, ad contractum secundum hujus obligationis naturam implendum ita, ut actor hac actione non factum promissum, sed interesse tantum petere possit.

6 *Cur vero Actor hac actione non factum promissum, sed interesse tantum petere potest?* R. Quia in hujusmodi obligationibus facti, post moram, legalis novatio intervenire dicitur ita, ut obligatio ad id, quod interest, succedat in locum obligationis facti.

7 *Num autem ad interesse quoque tenetur accipiens, si citra suam culpam casu impediatur factum promissum præstare?* R. Neg.

8 *An vero dans, antequam factum ab accipiente præstetur, eligere potest, an hac Actione præscriptis verbis, an vero Condictione causa data, causa non secuta, ad rem datam repetendam agere velit?* R. Affir. *Contractu enim innominato ab altera parte nondum impleto, is, qui a sua parte eum adimplevit pœnitere, ab eoque recedere potest.*

9 *Num tamen dans rem datam condicere non potest, si accipiens casu impediatur, quo minus ex sua parte contractum impleat?* R. Non potest condicere; *hoc enim casu accipienti nihil imputari potest, quia nullam moram commisit, & ultra culpam* levem *non tenetur.*

10 *An Articulus* Facio, ut des (*quo factum præstatur, ut alter aliquid det*) *ratione* Objecti *ab Articulo* Do, ut facias *differt?* R. Neg. *Potest enim pro ratione circumstantiarum modo hic, modo iste Articulus fieri. Nam, si conventum, ut unus det, alter vero faciat, & ille prius impleat, qui dare debuit, adest Articulus* Do, ut facias, *si iste, qui debet facere, Articulus* Facio, ut des, *apparebit.*

11 *Quomodo Articulus* Facio, ut des, *differt a locatione operarum?* R. Quod in hoc contractu innominato pro opera illiberali res detur, in locatione conductione vero pecunia.

12 *Qualis Actio ex hoc Articulo* Facio, ut des *competit?* R. Communiter dicunt, ex eo competere Actionem præscriptis verbis, alii tamen distingvunt inter facta, ex quibus aliquid ad dantem pervenit, vel non; alii negant, propter *l. 5. §. 3. de P. V. l. 4. C. de dol. mal.* Prima tamen sententia analogiæ Juris maxime convenit, quoniam adest συνάλλαγμα, & causa, factum sc. quod obligationem producit, & ideo etiam hæc sententia communiter recepta est, & eo magis quidem, quod reliquæ dum ob textuum contrarietatem quam maxime dubiæ sunt. Vid. Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 14.*

de P. V. 4. C. de dol. mal. [& vix est, ut hæc antinomiam (5964) negemus.] 1
Qui fecit, pœnitere non potest; (5965) *Vinn. 1. q. 46.* nisi tale sit factum, 2
quo aliquid ad alium perveniat. (5966) *4. de condict. causa dat. causa non secut. junct. 15. de R. J. Hahn. ad W. de præscr. verbis num. 6.*

D * *FACIO, UT FACIAS, 5. pr. & §. 4. de P. V.* est, quo factum a. 3
præstatur, ut in ejus compensationem fiat aliud. (5967) *5. §. 4. & 5. de P. V.*
E *Fr. de P. V. n. 51.* Ex hoc articulo datur actio præscript. verb. *5. §. 4. 5. de* 4
P. V. Vinn. 1. q. 46. Culpa hic præstatur secundum (5968) *L. 5. §. 2. com-* 5
mod. vid. 17. §. 2. 5. §. 1. de P. V. 10. §. 1. commod.

D *ACTIO PRÆSCRIPTIS VERBIS,* (5969) quæ ex his contractibus de- 6
scendit, in genere describitur, quod sit actio civilis, personalis, rei perse-
cutoria, & perpetua, directo ex contractibus innominatis descendens,
competens ad contractus illos ex fide placiti implendos. *Fr. ad tit. de P. V.*
n. 58. Interdum vero etiam extra ordinem datur actio præscriptis verbis, 7
licet nullus verus contractus intervenerit: (5970) *2. §. 2. L. 19. in f. de pre-*
car. quæ ex bono & æquo accommodatur, anomala, & irregularis est.
(5971) *Barb. V. 2. D. 30. th. 1. lit. b. fere in f. & D. 14. th. 5. lit. c. p. 414. Hahn ad tit.*
de prox. n. 2. in f. & n. 6. in f. Tabor part. 5. sect. 4. th. 22. fere in fin. Ubicun- 8
que autem competit ordinaria & nominata actio, ibi locum non habet a-
ctio Præscriptis verbis. *1. 2. 3. de P. V. Hahn. ad tit. de P. V. n. 8. Fr. ad tit.*
de contrah. emt. n. 40.

D Actiones *IN FACTUM* dicuntur [1] omnes, quæ certo nomine de- 9
monstrari nequeunt, sed in factum & secundum id, quod factum est, con-
cipiuntur: (5972) *Barb. de Act. D. 4. th 24. pr. & V. 1. D. 30. th. 1. C. I. A. ad*
tit. de P. V. th. 16. idque, sive veniant ex contractibus, ut actio præscriptis
verbis, *13. 22. de P. V.* sive ex delictis (5973) & aliis causis: (5974) *15. §. 1. de*
O. & A. 12. de in jus voc. 5. §. 1. ne quis eum, qui in jus voc.. sive sint civiles, *2.*
§. 1. 2. de P. V. sive prætoriæ: *1. pr. ff. si mens. fals. mod. Barb. V. 1. D. 30. th. 2.*
vid. C. I. A. de P. V. th. 20. 21. directæ sive utiles. *9. pr. de edendo. vid. C. I. A.*
de P. V. th. 20. 21. [2] omnes actiones utiles. (5975) [*vid. Vinn. ad §. f. I. ad*
L. Aquil. n. 3.] *9. pr. L. 11. §. 5. 8. L. 29. §. 7. ad L. Aquil. Barb. de Act. D. 4. th.*
24. vers. Alio sensu. Et hæ tales sunt, quales directæ, (5976) ad quas accom-
modantur, *Fr. ad tit. de P. V. n. 77.* & quidem vel Civiles, vel prætoriæ, (5977) no-
minatæ, innominatæ, *dd. LL.* etiam reales, *10. §. 15. L. 14. quæ in fraud. Credit.* [3]
strictissime, quæ in defectum (5978) actionum civilium vel prætoriarum, directarum
& utilium, a prætore præter mentem Legis, sola æquitate exigente, dantur, & sim-
pliciter subsidiariæ sunt, ac tantum prætoriæ. *11. de P. V. §. f. I. ad Leg. Aquil.*
Fr. ad tit. de P. V. n. 77. Barb. V. 1. D. 30. th. fin. & de Action. Disp. 4. th. 24.
vers. Alio sensu. in f. Vinn. ad §. f. I. ad L. Aquil. num. 4.

FINIS TOM. I.

1 *An vero hic Antinomia subest?* ℞. Vix est, ut hic antinomiam negemus.

2 *An, qui facit, pœnitere potest?* ℞. Regulariter non potest: nisi tale sit factum, quo aliquid ad alium pervenit. Lauterb. *d. l. §. 15.*

3 *Quid est Articulus* Facio, ut facias? ℞. Quo factum præstatur, ut in ejus compensationem fiat aliud. Differt igitur hic Articulus a *Mandato* in eo, quod mandatum sit gratuitum.

4 *Qualis Actio ex hoc articulo datur?* ℞. Actio præscriptis verbis.

5 *Qualis culpa hic præstatur?* ℞. Culpa hic præstatur secundum *l. 5. §. 2. commod.* Vid. Lauterb. *d. l. §. 17.*

6 *Quomodo Actio præscriptis verbis, quæ ex dictis contractibus descendit,* in genere *describitur?* ℞. Describitur, quod sit Actio civilis, personalis, rei persecutoria, & perpetua, directo ex contractibus innominatis descendens, competens ad contractus illos ex fide placiti implendos.

7 *An vero interdum etiam extra ordinem datur Actio præscriptis verbis, licet nullus verus contractus intervenerit?* ℞. Affir. Unde illis in casibus a Dd. vocatur anomala, irregularis & extraordinaria, quæ diversis factis actionem per se non producentibus, ex bono & æquo accommodatur. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 19.*

8 *Num autem ibi, ubi ordinaria & nominata Actio competit, locum etiam habere potest Actio præscriptis verbis?* ℞. Neg. *Actio enim præscriptis verbis est tantum subsidiaria.*

9 *Quænam Actiones dicuntur* Actiones in factum? ℞. (1) Omnes, quæ certo nomine demonstrari nequeunt, sed in factum, & secundum id, quod factum est, concipiuntur; idque, sive veniant ex contractibus, ut Actio præscriptis verbis, sive ex delictis & aliis causis, sive sint civiles, sive prætoriæ, directæ sive utiles. (2) Omnes actiones utiles, (quæ sc. non ex verbis & eo, quod scriptum est, sed deficientibus verbis ex mente & sententia Legislatoris, sive Prætoris, per interpretationem, quam vocant, extensivam, ad exemplum Actionum *directarum* conceduntur.) Et hæ vel sunt civiles, vel prætoriæ, nominatæ vel innominatæ, prout sc. directæ, ad quas accommodantur, tales sunt. (3) Strictissime Actiones in factum dicuntur, quæ in defectum aliarum actionum, civilium & prætoriarum, directarum & utilium, a Prætore, præter mentem legis, sola æquitate exigente, dantur, & *simpliciter* subsidiariæ sunt, ac tantum prætoriæ. *Vid.* Lauterb. *Coll. th. pr. h. t. §. 22. 23 & 24.*

FINIS TOM. I.